GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII.

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

Diu multorum desiderio efflagitatum est ut grammatici Latini egregio studio atque industria olim ab Helia Putschio editi nova editione repeterentur. itaque cum olim Fridericus Lindemannus eam curam in se suscepisset, mox vero vix susceptum opus omisisset, iam maioribus copiis instructi novam grammaticorum Latinorum editionem, quae magis esset ad horum studiorum rationem adcommodata, de integro parare constituimus. qua in re hoc nobis sequendum proposuimus, ut verba scriptorum non solum e libris manu scriptis accurate conlatis quam maxime emendata exhiberentur sed etiam discrepantia scripturae una cum emendationibus virorum doctorum adnotata commentario critico instruerentur, interpretatione autem rerum nos abstineremus. praeterea singulis voluminibus prolegomena accedent, quibus et ratio quam in textu verborum recensendo secuti sumus explicetur et de ipsis scriptoribus deque conditione librorum exponatur. indicem rerum et scriptorum suum cuique grammatico aut volumini parabimus, communem omnium grammaticorum indicem, quo magis commodo doctorum hominum consulatur, in fine universi operis addituri. sed ut modicis finibus labor cohiberetur, nunc quidem ad eos tantum auctores qui vel artes grammaticas conposuerunt vel singularibus libellis partem artis

tractaverunt, qui olim a Putschio editi, postea cum ab aliis tum a Vindobonensibus analectorum grammaticorum editoribus aucti sunt, operam nostram pertinere voluimus: ex his quoque paucos, qui nullam omnino utilitatem habere videntur, omittemus. nova autem cura et consilio, si res ita tulerit, his grammaticis scriptoribus postea et Festi Nonii Isidori libri, qui minus quam reliqui a communi usu inpediti sunt, et glossariorum Latinorum collectio diu desiderata addentur. eos igitur scriptores quorum nunc editio paratur ita disponere visum est, ut his voluminibus distributi se excipiant:

I. Charisius. Diomedes. ex Charisii arte grammatica excerpta.

II. III. Prisciani institutiones ex recensione Martini Hertzii. eiusdem scripta minora.

IV. Probus. Donatus. commentarii in Donatum qui feruntur Servii Sergii Cledonii Pompeii.

V. Claudius Sacerdos. Palaemon. Asper. Consentius. Phocas. Eutychius. Macrobius. incertorum auctorum fragmenta et excerpta grammatica. Arusianus Messus. incertorum auctorum libri de differentiis verborum.

VI. Scriptores orthographiae et artis metricae, Velius Longus, Caper, Agroetius, Terentius Scaurus, Cassiodorus, Beda, Terentianus Maurus, Marius Victorinus, Plotius, Caesius Bassus, Atilius Fortunatianus, Rufinus, Servius, Mallius Theodorus. incertorum auctorum fragmenta.

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII.

VOL. I

FLAVII SOSIPATRI CHARISII ARTIS GRAMMATICAE LIBRI V
DIOMEDIS ARTIS GRAMMATICAE LIBRI III
EX CHARISII ARTE GRAMMATICA EXCERPTA

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. I

FLAVII SOSIPATRI CHARISII

ARTIS GRAMMATICAE LIBRI V

DIOMEDIS

ARTIS GRAMMATICAE LIBRI III

EX CHARISII ARTE GRAMMATICA EXCERPTA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLVII.

FLAVII SOSIPATRI CHARISII

ARTIS GRAMMATICAE LIBRI V

DIOMEDIS

ARTIS GRAMMATICAE LIBRI III

EX CHARISII ARTE GRAMMATICA

EXCERPTA

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLVII.



FRIDERICO RITSCHELIO

PRAECEPTORI SVO

D.

HENRICVS KEIL

PRAEFATIO

Charisii artem grammaticam edidi e libro manu scripto qui Neapoli inter codices bibliothecae Borbonicae est IV A 8. is codex in membranis formae oblongae, quam vulgo in folio minore dicimus, vel ineunte octavo saeculo vel exeunte septimo Bobii scriptus est scripturae genere eo quod olim Longobardicum dicere solebant, nunc fere Merovingicum cursivum vel Anglosaxonicum technici appellant. Bobii autem olim fuisse librum cum ea quae in schedae tricesimae octavae margine summo manu recentiore adscripta sunt docent, 'liber sancti Columbani', tum ex indice intellegitur codicum Bobiensium a Muratorio antiq. Ital. III p. 817 sqq. edito saeculo decimo, ut illi videbatur, scripto, in quo p. 821 Neapolitanus codex indicatus est ita, 'liber Sosipatri I. in quo continetur Liber Differentiarum Plinii'. eodem pertinere possunt haec quamvis minus accurate indicata in 'inventario librorum monasterii S. Columbani de Bobio, quod renovatum fuit in 1461', quod Amedeus Peyron post Ciceronis orationum pro Scauro etc. fragmenta edidit, p. 45 cod. 165 'de subtilitatibus grammaticalium et metrorum compositione. Quedam de poetis. Cronica quedam brevis de imperatoribus romanorum. Gesta summorum pontificum incompleta. in littera longobarda obscura et difficili ad legendum'. aliquot annis autem postquam haec scripta sunt codex e Bobiensi bibliotheca ablatus et Iani Parrhasii Cosentini factus est. quod quo tempore quove casu factum sit quamquam non reperio a quoquam memoriae traditum esse, tamen, quoniam de libris Bobiensibus quos olim Parrhasius possidebat saepius mihi dicendum esse video, quae ea de re explorata sunt hoc loco exponam. primum igitur Georgium Merulam, qui iussu Ludovici Mariae Sfortiae ducis Mediolanensis anno 1493 Bobium profectus est, bibliothecae Bobiensis famam inter Italos suscitavisse constat: cf. Sax. histor. typographico-litter. Mediol. p. CC Peyron de bibl. Bob. comment. p. XVIII sqq. eo auctore cum ibi conplures libri grammaticorum Latinorum qui antea ignoti erant inventi essent, eorum librorum pars Mediola-

num translata est. cuius rei testes habemus locupletissimos duas editiones e libris Bobiensibus tum Mediolani expressas, alteram Terentiani Mauri a. 1497 a Georgio Galbiato, alteram Probi, Maximi Victorini aliorumque grammaticorum a. 1504 a Parrhasio factam. et Terentiani quidem exemplari praeter epistulam editoris, qua Bobii in coenobio divi Columbani multa nobilium scriptorum volumina a se ex carcere perpetuo et tenebris in lucem educta et ad vitam revocata esse scribit, additae sunt publicae litterae Sfortiae, quibus cavit ne quis grammaticos a Galbiato, Merulae amanuensi, inventos atque transcriptos inprimeret. quorum scriptorum nomina index litteris Sfortiae subiectus exhibet ita conprehensos, 'Terentianum de metris et syllabis Horatii, Fortunatianum de carminibus Horatii, Velium Longum de orthographia, Adamantium de orthographia, Catholica Probi, Cornelii Frontonis elegantias'. De Probi autem libris Parrhasius in epistula ad M. Antonium Cusanum data 'ea autem opera' inquit 'sexcentis et amplius abhinc annis in altissimo pulvere iacuerunt incognita, donec a situ Georgius primum Merula vindicavit in usum tantum suum. mox eo defuncto unicum quod extabat exemplar emptum est auxilio Patris Amplissimi Stephani Poncherii Luteciae Parisiorum Pontificis, indulgentissimique patroni mei. — quare nos iisdem, quibus antea Merula vestigiis ad interceptae praedae cubile deducti, libros aetate iam putres excripsimus, incredibile quanto labore, propter obsoletas veterum literarum notas, et iam temporum iniuria vanescentium'. unde iam certo adparet non apographa solum librorum sed etiam ipsas membranas Mediolanum adlatas esse. aliam autem librorum Bobiensium partem Romam travectam esse auctor est Raphael Volaterranus, qui in descriptione coenobii Bobiensis commentar. urban. l. IV f. LVI ed. Roman. a. 1506 enumeratis libris qui ibi anno 1493 reperti essent 'quorum bona pars' inquit 'his annis proximis a meo Municipe Thoma Phaedro bonarum artium professore est aduecta in urbem'. atque hoc ipso tempore cum Bobienses libri distrahi coepti sunt Ianus Parrhasius exul Mediolanum venit, ubi octo annos conmorabatur ab anno 1499, ut videtur, usque ad annum 1507. deinde per paucos annos Vicetiae Patavii Venetiis vixit; anno 1510 demum Neapolim, inde Cosentiam rediit: cf. C. Ianelli de vita et scriptis Auli Iani Parrhasii p. 35 sqq. multos Latinorum scriptorum codices vir antiquis scriptoribus emendandis et libris manu scriptis excutiendis in primis deditus tum cum in ea regione Italiae versabatur pretio sibi parabat. itaque illa opportunitate usus hoc potissimum tempore et alios codices Bobienses et ipsum Charisii codicem sibi parasse eosque in patriam secum abstulisse videtur. praeterea cum Thoma Phaedro, a quo libros Bobienses Romam ablatos esse diximus, familiariter uteretur Parrhasius, fieri potuit ut ex his quoque libris vel tum cum per duos fere annos,

priusquam Mediolanum proficisceretur, Romae versabatur, vel cum a. 1514 publice accitus ibi per aliquot annos litteras docebat, quo tempore Phaedrus mortuus est a. 1516, quidam ad Parrhasium pervenirent. et Charisii quidem librum et ipse Parrhasius saepius usurpavit in quaesitis per epistulam et eo praebente Ioannes Pierius Valerianus in castigationibus in Vergilium a. 1521 Romae editis multa inde attulit: cf. castig. in Verg. Aen. II 90. mortuus est Parrhasius circa annum 1520. libros autem legaverat familiari suo atque discipulo Antonio Seripando, qui cum moreretur, heredem reliquit fratrem Hieronymum. is porro hac ipsa hereditate largissima motus in monasterio S. Ioannis in Carbonaria, quod erat Neapoli ordinis Augustinianorum, cuius ordinis ipse praefectus erat, bibliotheca condita anno 1550 libros conlocavit: cf. Andres. anecd. Graec. et Latin. I p. XXX sqq. A. Ianelli praef. in Cataldi Ianellii librum de vita Parrhasii p. VII sqq. eius autem bibliothecae codices, qui quidem post varios casus, quos narraverunt Andresius et Ianellius l. c., reliqui erant, anno 1799 in regiam bibliothecam Borbonicam translati sunt. atque in iis fuit Charisii codex.

Sed cum a Cataldo Ianellio in catalogo bibliothecae Latinae veteris et classicae manuscriptae quae in regio Neapolitano museo Borbonico adservatur p. 5 sqq. Charisii codicem non eo studio quod huius editionis rationes postulant descriptum esse videam, de ea quidem parte quae ad grammaticos pertinet accuratius exponere visum est. nam in fine codicis unus membranarum quaternio adiectus est a reliquo libri argumento alienus, in quo vitae pontificum eodem tempore scriptae sunt, de quibus diligenter disputavit G. H. Pertzius archiv. societat. hist. Germ. antiq. V p. 70 sqq. de iis igitur non magis hic dicendi locus est quam de fragmentis digestorum et Lucani et Gargilii Martialis quae in chartis deleticiis latent, de quibus fragmentis post Pertzium dixerunt E. T. Gauppius in commentatione de quattuor foliis antiquissimi alicuius digestorum codicis rescripti Neapoli nuper reperti Vratislaviae a. 1824 edita et A. Maius class. auct. I p. 387. ea autem codicis pars de qua dicturus sum primo loco habet tres membranarum quaterniones, deinde undecim schedas una conpage iunctas, denique duo membranarum paria separatim posita, qui est numerus schedarum triginta novem. scriptura librarius usus est admodum minuta eaque permultis scribendi conpendiis referta et ita omnino rem gessit ut membranarum parcissimum fuisse hominem videas. paginis enim bifariam divisis in forma membranarum non ita magna plus quinquageni, interdum etiam septuageni versus in dimidia parte paginae vel columna quam vulgo dicunt scripti sunt. praeterea, siquid spatii in fine versuum relictum erat, id quod saepe accidit in argumento propter rerum varietatem crebris versuum initiis distincto, eo ita usus est librarius ut duabus lineolis

interpositis post finem sequentis versus ibi continuaret scripturam. continent autem primae schedae viginti quattuor, quas tribus quaternionibus dispositas esse dixi, Charisii libros tres et priorem partem quarti usque ad ea quae edita sunt p. 287. sed eae paucis exceptis omnes lacunis in marginibus membranarum factis graviter corruptae sunt. nam cum in prima codicis scheda et in secunda humore forte contracto externi membranarum margines prorsus deleti sint, tum ad reliquas schedas ita haec labes pertinuit ut in media fere regione marginum qui in latere libri longiore extrorsum spectant vel membranae tenues et vetustate conlapsae corroderentur vel scriptura pallida et subrufa omnino evanesceret. accedunt aliae subinde lacunae, quibus in inferiore maxime membranarum regione similiter margines corrupti sunt. quibus rebus factum est ut in plurimis membranis de binis versuum commatibus quae exteriorem partem membranarum occupant in altera pagina exitus, in altera initia multorum versuum perirent, in quibusdam etiam aliis locis, ut casu iactura membranarum accidit, scriptura deficeret, paucae, in quibus vel scriptura longius a marginibus remota erat vel minus late lacuna pertinebat, omni labe vacarent. praeterea vicesima quarta scheda, quamquam incolumis fere servata est, tamen margines ita litteris oppletos habet ut schedis artissime conligatis in ultima pagina in omnibus fere versibus extremae litterae non adpareant. sequitur in codice undecim schedarum fasciculus, cuius satis diversa ab iis quae praecedunt natura est. nam ut ipsae membranae alio fere habitu, partim etiam minores quam reliquae neque ulla lacuna confectae sunt, ita scriptura conpluribus versiculorum commatibus distincta eandem quidem manum, diversam tamen speciem praebet. scriptae autem in iis sunt variarum dictionum formulae ordine litterarum dispositae, quas lexica vel indices Ianellius dicit. quarum rerum quia nihil una cum Charisio editum est, indicem subiecimus. sunt autem haec: 25 *incipit de latinitate. Ardua res. anima tua quod cupit. antiquae uetustatis instar — timet infamiam* .... 25* (h. e. in scheda 25 aversa) *Expliciunt latinitates. incipiunt glossulae multifariae idem significantes. Ad hoc negotium non accedo. abstineo me hac re. non interuenio huic rei. non adiungo me negotio — uicem tibi reddam. beneficium idem repraesentabo. parem gratiam referam. aequabo te meritis. non me uinces beneficiis. rependam tibi meritum. conpensabo gratiam. gratum me esse dices. non experieris ingratum. referam aequale meritum. beneficiis tuis inferior non ero. Expliciunt glossulae multif. incipiunt synonyma ciceronis ordine litterarum conposita. Amor ardor* — 31 *ueru ensis gladius spatha sica mucro hasta lancea uacilla. Expliciunt feliciter synonyma ciceronis ordine litterarum conposita. Item sunt idiomata nominatiua quae per genera efferuntur quae et ipsa ordine exponemus quae apud latinos masculina apud grecos feminina sunt. Hic aduentus* ἡ παρουσία *accen-*

tus ἡ προσῳδία *arcus* ψαλίς ἁψίς *amplexus* περιπλοκή — 31* *quae apud latinos masculina apud grecos neutralia. Hic articulus* τὸ ἄρθρον — 32 *quae apud latinos feminina apud grecos neutra haec aqua* τὸ ὕδωρ — 32* *quae apud latinos neutra apud grecos foeminina. Hoc acumen* ἡ ὀξύτης — 33 *Uerba actiua quae passiua uoce primi ordinis efferuntur in quibus etiam quaedam communia sunt. Adulor latus sum. auersor satus sum. aemulor latus sum. aesculor latus sum* καλκολογῶ (l. χαλκολογῶ) — 33* *II ordinis — Tertii ordinis — IIII ordinis — Uerba quae uoce tantum actiua proferuntur latine apud grecos autem passiuam significationem habent. Ardeo arsi. aresco. abstineo. abortum facio abortum feci. appareo — Uerba quae declinatione actiua tam apud grecos quam apud latinos feruntur adfectum tamen habent passiui. Deficio desum languesco — Uerba quae praepositionibus additis aliam significationem habent moueo commoueo remoueo — Omnes partes orationis sunt hae. Nomen* ὄνομα — *muta littera* ἄφωνον. *Uerba actiua coniugationis primae. Ausculto* — 34* *coniugationis II — coniugationis III* — 35 *coniugationis IIII — Uerba quae media appellantur. Adloquor adulor — Haec uerba IIII coniugationum sine praepositionibus adnotauimus. nam sunt quaedam quae adiectis praepositionibus aliam significationem habent quae idcirco non adnotaui ut studentibus labor adiectus iucunditatem aliquam in requirendo habere uideatur. ceterum exempli gratia unum et item alterum interponamus. Duco* ἄγω ἕλκω *abduco* ἀπάγω *deduco* καθίστημι — *interuenio* συντυγχάνω *finit. deo gratias amen amen amen. Incip̄. latinitat̄. ardua res anima tua quod cupit antiquae uetustatis instar.* et haec quidem quae ultimo loco posui scripta sunt in extrema pagina schedae 35, cuius pars aversa scriptura vacat. restat ut dicatur de quattuor membranis quae ultimum locum in codice occupant. in iis autem, si ordinem qui nunc est sequeris, scripta sunt haec: 36 *De alcmanio. alcmanium constat dimetro hypercatalecto — magis probabis si tibi usu scribendi pretium uoluptatis exsoluat. MARII SERUII GRAMMATICI DE CENTUM METRIS FELICITER expli.* (Serv. de cent. metr. p. 1822, 2—1826, 32 ed. Putsch). paucorum versuum spatium in extrema pagina relictum est. 36* *Incipit lib. V de hidiomatibus. Hidiomata quae sunt nostri sermonis — fuit haec res* (Charis. p. 291—294, 12). 37 *Accus̄ casus. Ordior hanc — puteo stercus et stercore. Item sunt hidiomata nomin.. quae per genera efferuntur diuersa id est apud graecos alterius sunt generis et alterius apud latinos quae sunt satis pauca et per alphabeti ordinem digesta quae nos quasi non necessaria nunc praetermisisse lector agnoscat. sed in alio loco eo quo digesta sunt ordine a nobis transcripta repperiet. incip̄ nc̄ pl' Secun̄ diffē uerbō et nominū*, h. e. 'incipiunt nunc ¦plura secundum differentiam verborum et nominum', non ut olim editum est, 'incipiunt nunc Plinii Secundi differentiae verborum et nominum' (Charis. p. 294, 12—296). iterum paucorum versuum spatium in extrema pagina relictum est. 37* *Inter ultionem*

et uindictam ultio uindicat factum — itaque illud uectigale hoc honoratum est (Corn. Front. de different. vocabul. p. 2191—2194, 38). 38 *De saturnio. sunt item saturnii — stagna capacis uisere auerni* (Charis. p. 288—290). dimidia fere schedae parte abscisa alterum versuum comma, quod finem capitis cuius extrema uerba quae restant posui continebat, praeter paucas membranarum lacinias deletum est. in illis tamen laciniis haec adparuerunt: *Albino seruius grammaticus. tibi hunc.* quibus verbis Servii libellus de centum metris (p. 1815 ed. Putsch) indicatur. ad eundem librum pertinent quae in 38* scripta sunt, e quibus cum prius comma eodem damno praeter paucas litteras deletum sit, in altero habentur haec: *De hipponactio. hipponactium constat tetrametro catalectico — fuge moenia iam telamoniade* (Serv. de cent. metr. p. 2819, 46—2822, 1). 39 *Pedale et pedule — inter uictimam et hostiam. uictima maior est hostia minor* (Corn. Front. de diff. vocab. p. 2194, 39—2204, 25). haec igitur, quae ita ut nunc in codice se excipiunt indicavi, siquis paullo accuratius examinaverit, facile perspiciet ordinem schedarum errore in conligandis membranis conmisso turbatum olim fuisse hunc ut schedis 36 et 37 inter 38 et 39 (nam ita membranae inter se cohaerent) interpositis sic se exciperent singulae schedae, 38 36 37 39. itaque primum posita sunt duo capita de versu Saturnio et de rhythmo (38); sequitur Servii de centum metris libellus (38. 36); cum autem quintus liber Charisii (36* 37) excipit; huic denique subicitur Frontonis qui dicitur liber de differentiis (37*. 39). in qua quidem conpage cum ita omnia et argumenti et schedarum continuitate inter se cohaereant ut nihil deesse adpareat, sequitur illas quattuor schedas interna esse paria quaternionis, cuius paria externa perierunt. atqui tertium quaternionem in libri quarti Charisii capite sexto, quod inscribitur de lectione, terminari diximus. post quem locum quae scripta erant usque ad eum qui est de idiomatibus, a quo quinti libri initium factum est in scheda 36*, ea in indice capitulorum in fronte codicis posito indicata sunt ita, *de accentu et posituris*, *de discretione*, *de pronuntiatione*, *de modulatione*, *de continuatione*, *de separatione*, *de mora*, *de distinctione*, *de subdistinctione*, *de rhythmo*, *de metri versificatione*, *de basi*, *de pedibus*, *de versibus*, *de metris*. his titulis quantum membranarum spatium tribuendum sit quamquam certo iudicari nequit, tamen parum credibile est integrum quaternionem vel hoc amplius etiam periisse. quare eo potius adducimur ut illam conpagem cuius duo schedarum paria interiora superesse, exteriora item duo periisse demonstravimus tertio quaternioni subiectam et quarto loco positam fuisse dicamus. unde simul illud consequitur, undecim membranas de quibus antea diximus olim post quartum quaternionem positas extremum codicis locum obtinuisse. ergo quarti quaternionis schedae duae quae in initio perierunt, item tertia, cuius dimidia pars relicta est, et quartae sche-

dae pagina prior respondent iis quae ex indice capitulorum supra adscripsimus. sed quod in quinto libro se instituisse dicit librarius iis quae capiti de idiomatibus verborum subscripsit, ut utilitatem potius rerum, quam scilicet ipse fore existimabat, quam fidem describendi secutus a prisco exemplari recederet, idem in quarto libro factum esse videtur. nam sive omnia quae in eo libro de versibus et metris a Charisio disputata erant transcripsit sive quaedam tam quam minus necessaria ibi quoque praetermisit, in fine libri libellum Servii grammatici de centum metris, qui usui discentium in primis adcommodatus erat, addidit. ne quis enim id ab ipso grammatico ita institutum esse existimet, multa quidem Charisius ab aliis grammaticis petita in suos libros recepit; Servii tamen librum, ni fallor, nec potuit recipere nec integrum, ita ut in codice factum est, recepisset. huic librarius subiecturus erat quintum Charisii librum. cuius cum partem priorem, quae est de idiomatibus verborum, in duabus paginis quae sequebantur transcripsisset, reliquis quasi non necessariis, ut ait, omissis primum quidem finem scribendi fecisse videtur, si quidem quae proxime secuntur in ista adnotatione non eodem tempore scripta esse videntur; deinde vero in quintae schedae pagina altera et in sexta scheda plura de differentiis verborum et nominum scripsit. atque de his quidem video dubitari posse utrum a Charisio, qui in fine universi operis, si modo fides habenda est indici titulorum, ea de re dixerat, an ab alio auctore petita sint. quamquam ab illo quidem, quae est eius disserendi ratio, aliam sane eamque aliquanto doctiorem disputationem de tali argumento expectabamus. non magis constat quid in duabus schedis quae post haec perierunt scriptum fuerit. sed quae in ultimo membranarum fasciculo scripta sunt ea non videntur omnino a Charisio aliena esse. qua de re certius, opinor, iudicari poterat, nisi index titulorum is de quo saepius diximus, quem ducem in hoc genere sequi par erat, in extremis verbis aut minus diligenter transcriptus aut membranarum iactura truncatus esset. nam quinti certe libri initium perverse ab editoribus indicatum prorsus omissum est. quo fit ut quam fidem habeant ultimi tituli iam non satis intellegatur. illud constat, idiomata nominativa vel potius nominum quae per genera efferuntur, quae post synonyma Ciceronis posita in scheda 32 sqq. supra indicavimus, haec ipsa idiomata esse quae in quinto libro praetermissa alio loco a se transcripta esse dixerat librarius. tametsi in tanta librarii licentia, qua in fine operis usus est, ne haec quidem integra ex Charisii libro transcripta sed vel excerpta vel cum alienis mixta atque inmutata esse existimo.

Haec habui quae de pristina codicis forma deque librorum Charisii conditione quae nunc est dicerem. quae idcirco uberius fuerunt exponenda, ut praeter minores quidem plurimarum membranarum

lacunas et quattuor schedas quae in quarto quaternione perierunt nihil deesse in codice eaque quae in extrema libri parte scripta sunt non omnino quidem aliena a Charisio, sed neglegentia librarii et mixta cum alienis et varie mutata atque a genuina forma deflexa esse demonstrarem. itaque Servii quidem librum et commentarium de differentiis vocabulorum consulto omisi, alterum, quia utique a Charisii libris alienus est, alterum, quia, si forte de quinto libro exceptus esset, tamen non satis causae esse videbatur cur nunc editus a reliquis eius generis commentariis, quos alii loco destinavimus, disiungeretur. contra dictionum formulae in extremo codice congestae, quarum aliquam partem Charisio deberi probabile est, suo quodam iure sibi locum in editione Charisii vindicabant. verum tamen haec omnia vel propterea necessario mihi omittenda fuerunt, quia neque adhuc edita a quoquam sunt neque mihi, cum reliquam codicis partem Neapoli cum editis exemplaribus contulissem, ad haec describenda otium sufficiebat*). his igitur quae aut ratione ductus aut necessitate coactus praeterii exceptis reliquam libri partem quam accuratissime fieri poterat excussi. nam in tanta vetustate codicis, cuius fidem raro aliorum librorum auctoritate sublevare liceret, nihil tam leve esse existimavi quod in scripturae discrepantia omittendum esset. qua in re magnam difficultatem in primis parabant lacunae membranarum per universum codicem, ut supra dixi, propagatae. nam ut res taedii plena erat quid quoque loco in membranis corrosis legeretur acriter oculis dispicere, ita in primis difficile quantus litterarum numerus in scriptura deesset vel certo definire vel accurate indicare, praesertim in eo scribendi genere quod et conpendiis abundaret neque in omnibus versibus vel paginis satis aequaliter curreret. nec alia ratio tutior esse visa est quam ut versus lacunosi ita e codice describerentur ut litteris quae in singulis versibus vel ante vel post defectum scripturae adparerent accurate, sicut suum quaeque locum in laceris membranis obtineret, dispositis et figurae et spatia lacunarum significarentur. itaque, ut quae esset conditio membranarum ubique certo intellegi posset, prima unius cuiusque versuum commatis vocabula una cum numeris quaternionum schedarum paginarum anteposita *N* littera, quod signum esse codicis volui, in imis marginibus adnotavi, eodemque loco, siquid per conplures versus in scriptura periit, totos versus eo quem dixi modo transcriptos eadem littera anteposita exhibui. sed ut certis finibus uni cuique versui constitutis scriptura

*) Sero aliquam partem ex his accepi. nam Georgius Thilo cum alia quaedam quae maxime digna esse memoria ei visa sunt (pleraque enim in vili argumento versantur) tum ea quae de idiomatibus nominum supra indicavi a se descripta ad me tramisit. inde video aliquanto pleniorem edi potuisse indicem nominum in excerptis Bobiensibus p. 551 exhibitum. sed haec quoniam suo loco edere iam non licuit, in aliud tempus differre quam nunc supplementi instar adicere malui.

contineretur, fieri non potuit quin notae conpendiorum quae in codice sunt, quod eius fieri posset, exprimerentur. quarum notarum quid quaeque significet, etiamsi quaedam, ut fit, minus accurate expressae sunt, tamen, quoniam satis ex illis quae quovis loco exhibita sunt puto intellegi posse, non videtur hoc loco exponendum esse. quae maxime in hoc genere memorabilia sunt conposuit Pertzius l. c. p. 72. praeterea, siquae minus certo in codice mihi adparebant, litteris inclinatis expressa sunt. eodem litterarum genere ubi in ipsa continuitate verborum usus sum, ea quae praeter fidem codicis addita sunt indicari volui. nam ne iterum molestiam crearent lacunae in adnotatione indicatae, ea quae deesse videbantur, si modo cum aliqua probabilitate suppleri defectus poterat, interposui. quae quidem supplementa ut non tam quid scriptum fuerit a grammatico quam quid scribi potuerit ostendunt, ita, si quando minus probabiliter facta sunt, cum legentibus usum praestabunt, ut quot fere litterae, quarum numerus ubique servatus est, mihi periisse videantur facili negotio perspiciatur. si quando, id quod raro accidit, nullo modo probabiliter restitui verba scriptoris poterant, punctis interpositis numerum litterarum quae interciderunt exaequavi.

Sed in reparando codicis damno omittenda non fuit princeps editio Charisii ex hoc ipso codice tum cum quibusdam in locis plenior adparebat scriptura expressa. eius editionis, quae est formae maximae vel in folio, hic est titulus, 'Fl. Sosipatri Charisii, natione Campani, Grammatici uetustissimi, Institutionum Grammaticarum Libri Quinque, ab A. Iano Parrhasio olim inuenti, ac nunc primum a Io. Pierio Cyminio Iani auditore, in gratiam adulescentium Cosentinorum editi'. in scheda 108 ante indicem rerum et verborum in fine libri positum leguntur haec, 'Impressum est hoc Charisii de grammatica opus Neapoli apud Ioannem Sulsbacchium Hagenouensem Germanum, anno ab orbe redempto, M. D. XXXII. XI. Kalend. Febr. regnante Augustissimo Caesare Karolo eius nominis Quinto. cum priuilegiis Caesaris et Pont. Max.' Pierius Cyminius, qui huic editioni praefuit, bis a se descriptum esse codicem Charisii ait, primum vivo Parrhasio, deinde illo apographo amisso post Parrhasii mortem, cum a duobus eius ex fratre filiis, priusquam hereditas ad Seripandum perveniret, librum iterum transcribendum accepisset. de conditione autem codicis ita queritur in epistula nuncupatoria ad Coriolanum Martyranum data, 'Sed reuocandus est orationis fluxus ad Charisium, Is est multis ut uides in locis mutilatus, quod accidere necesse fuit uetustatis et temporis iniuria, uerum hoc me minime ab editione deterruit, quum uiderem me id, non sine clarissimo exemplo fecisse. Nam et Attilium Fortunatianum, Donatianumque *εἰ γνήσιον ἐστὶ*, et Caesii Bassi opera cum Probi institutis (sic enim liber inscribitur) Parrhasius quum Mediolani bonas literas profiteretur

tinearum iniuria pene corrosa, uelut e postliminio mortis in lucem reduxit. Quae igitur hoc signo * notata uidebis, non integra describi potuisse ex antiquissimo Iani codice certissime scias, multa enim erant iam obliterata, adeo ut ne uestigia quidem elementorum extarent'. quamquam igitur membranas tum quoque lacunis corruptas fuisse adparet, tamen principe editione cum codicis scriptura conlata saepe plura quam nunc adparent olim lecta fuisse intellexi. neque vero ea diligentia usus est Pierius ut ubique diligenter quae in codice scripta erant exhiberet. nam et in primo libro tria capita omisit, cum de tertio certe capite nunc quoque tantum supersit ut maxima pars probabiliter restitui possit, et in ceteris lacunis reliquias veteris scripturae quae mihi adparebant vel neglexit vel minus accurate descripsit vel omnino coniecturam potius quam oculorum aciem et describendi fidem secutus lacunas suo arbitrio supplevit. quo fit ut et exiguum sit principis editionis in hoc genere praesidium et suspecta fide ambiguum. itaque ut nec deesset quicquam de fide codicis nec diutius coniecturis mixta ferrentur ea quae certo testimonio tradita sunt, versibus lacunosis e codice transcriptis adnotationem subicere placuit, qua principis editionis discrepantia, quae quidem ad lacunas pertinet, si modo plura quam quae in codicis scriptura habentur ibi leguntur, referretur. praeterea ubi meliore codicis condicione usus est Pierius in principio adnotationis ea de re monui. in supplementis autem lacunarum eam legem secutus sum ut quae ex principe editione recepta essent, ubicumque pleniore scriptura usus esse videbatur editor, pariter atque ea quae codicis fide niterentur haberem.

Non maiorem utilitatem quam princeps editio attulerunt duo codicis apographa sexto decimo saeculo facta, quae una cum ipso codice in bibliotheca Borbonica servantur numeris inscripta IV B 9 et IV B 10. ea enim cum inter se plane consentiant, ita ut id quod priore loco dixi e posteriore, quod pleniorem interdum scripturam exhibet, descriptum esse videatur, tum lacunas (nam de reliquis non quaesivi) eodem fere modo atque princeps editio indicatas habent. quare altero quidem prorsus neglecto ex posteriore apographo pauca quaedam in initio libri adnotavi et in duobus libri quarti capitibus quae in principe editione omissa sunt eiusdem libri discrepantiam adieci, in reliquis vero omisi.

Ad Neapolitanum codicem, quo uno omnia quae ex arte grammatica Charisii aetatem tulerunt continentur, in libri secundi parte postrema et in tertio libro accedit fragmentum codicis Parisini 7560, olim Colbertini 4827. qui liber est membranaceus formae oblongae saeculo undecimo, ut videtur, scriptus. continet autem post Charisii partem eam quam dixi (224, 24 *Coniunctio est* — 264, 16 *inputandum est*) artem grammaticam de octo partibus orationis, Prisciani de nomine pronomine et verbo librum, commentarium de

pronomine et verbo, Servii de ultimis syllabis librum, de litteris, de generibus nominum, Phocae artem grammaticam. ex his ea quae ad Charisium pertinent eadem manu atque reliqua in primis schedis novem scripta sunt, nulla inscriptione vel iis indiciis quibus initia codicum ornari solent significata. quamquam igitur aliud detrimenti indicium non praebent membranae, tamen non nullae schedae, quibus quae de reliquis partibus orationis in primo et secundo libro a Charisio tradita sunt similiter conprehensa fuerint, deesse videntur, eaque causa fuit cur fragmentum codicis esse dicerem. scriptura libri ita cum Neapolitano consentit ut, cum obiter rem iudicanti ex eo ipso Parisinus descriptus esse videri possit, habeat tamen quae rectius ex communi utriusque archetypo servata esse adpareat. cuius rei unum luculentissimum exemplum adferre sufficit supplementum quod in fragmento Calvi 229, 9 sqq. praestitit: cf. praeterea 224, 27. 233, 11. 236, 30. 248, 19. verum tamen ut exiguus eius libri usus esset insignis neglegentia effecit librarii. nam non solum omnia vitiosissime scripta et foedis erroribus inquinata sed conplura etiam pravo consilio omissa sunt. post ea enim quae de coniunctione et de praepositione vitiose quidem, at plene tamen transcripta sunt in illis quae de interiectione a Iulio Romano excepta secuntur titulos tantum interiectionum breviter rettulit librarius, exempla scriptorum quae adscripta sunt prorsus neglexit, deinde in tertio libro ad maiorem fidem se revocavit, sed in fine libri iterum plurima omisit. in tanta igitur libri depravatione ne cum summa molestia, usu autem nullo, scripturae vitia exscriberem, eam rationem secutus sum ut ea tantum quae aliquam utilitatem habere viderentur adnotarem, reliqua omitterem. quare de his dumtaxat quae quem ad modum in codice legerentur ipsis verbis adpositis indicatum est certum esse iudicium volui, de reliquis vero in quibus nihil adnotatum est nullam ex silentio coniecturam capi, praeter illam quidem, nihil quod memoria dignum sit in eo libro inveniri.

Alia emendationis praesidia studiis recentium grammaticorum, qui inde ab octavo fere saeculo libros Charisii exscripserunt, parata sunt. nam cum excitato in Francorum imperio Latinae linguae studio et veteres grammatici acrius tractarentur et novi libri, quibus vel discentium vel docentium usui consuleretur, a multis conponerentur, in eorum scriptorum numero qui tum maxime tractabantur fuit Charisius. quo factum est ut in grammaticis libris illo tempore confectis multa e Charisii arte vel descripta vel in breviorem formam redacta reciperentur. quae quia aliter ab aliis constituta sunt, nominibus codicum quibus debentur adpositis excerpta appellare consuevi. e quibus excerptis primum locum tenent ea quae in analectis grammaticis ab Eichenfeldo et Endlichero Vindobonae a. 1837 editis p. 75—124 e codice Vindobonensi 16 saeculo septimo vel ineunte

octavo, ut illis visum est, scripto exhibita sunt, ipse, propterea quod Bobii scriptus esse dicitur codex, Bobiensia excerpta dixi. codicem accurate descripsit Endlicherus catal. cod. philol. Latin. bibl. Palat. Vindob. p. 215 sqq. (cod. 322). fuit autem olim Parrhasii, post cuius mortem cum Neapolim translatus esset, iisdem excerptis adscripto falso nomine Sacerdotis, cuius artium grammaticarum libri duo in eodem codice leguntur, usus est Hieronymus Columna Enn. fragm. p. 203. postea quem ad modum Vindobonam ablatus sit docet Kollarius in Lambec. comm. bibl. Caesar. Vindob. I p. 764. in eo igitur libro quae de nomine et pronomine et verbo scripta sunt f. 142—155 omnia fere e Charisii arte excerpta sunt. atque cum eodem loco haec, ut dixi, eodemque fere tempore quo Neapolitanus codex scripta sint, idem archetypum quod in illo expressum est videtur is qui excerpta conposuit secutus esse. sed quoniam in universo hoc genere non accurata describendi fide uti solebant librarii, non solum his quae in Neapolitano codice corrupta fuerunt opem attulit Vindobonensis liber, sed praeter ea etiam quae ad Charisium emendandum adhibui quaedam praebuit quae ita a Neapolitani scriptura recedunt ut neque adnotatione conprehendi satis commode neque prorsus omitti potuerint. quare non veritus molestam saepe eorundem verborum repetitionem integra excerpta in fine huius voluminis repetivi.

His aetate paria sed genere diversa sunt Parisina excerpta e codice Parisino 7530, qui saeculo octavo scriptus est, deprompta. in eo enim f. 80*—123* inter varios libros grammaticos, quorum indicem a me confectum exhibuit Ecksteinius in anecdotis Parisinis rhetoricis Halis a. 1852 editis p. III sqq., legitur ars grammatica a Charisio Diomede Prisciano excerpta. cuius artis summa est haec. post brevem grammaticae definitionem maximam partem a Diomede 426, 23 sqq. petitam sequitur expositio nominis, et primum quidem secundum Diomedem f. 80* *Nomen est* — 82* *ubi contionantur* (p. 320, 11—328, 11). deinde a Prisciano receptus est liber tertius et secundi pars, *Conparatiuum est* — f. 99 *diriuatiue* (Prisc. I p. 82, 2—116, 2. 56, 28—59, 10). secuntur excerpta Charisii, *Ebria generis est communis. saturnalium et saturnaliorum ueteres dicebant* — f. 104* *Sed particula d littera terminanda est. sedu enim antiqui pro sed ponebant demptaque nouissima parte litterata inmuta mutari non patitur similiter sat pro satis* (p. 52, 11—112, 7). *Tores pro torques pomponitus dixit* — *Uolucres non uolucer ait plenius dici debere* (p. 145, 29. 147, 9). *Prime declinationis nominum ueteres soliti erant ... datiuum per ai ut haec aula huius aulas huic aulai* — f. 105* *Nutrix solum nomen una syllaba minor ab eo est unde oritur quod nutritur* (p. 18, 17—44, 8). de pronomine commentarius membranarum iactura, ut videtur, in codice truncatus est. restat autem finis commentarii a Pompeio

grammatico p. 248—261 ed. Lind. sumptus ita, f. 106 *nihil possumus dicere nisi magis demonstratiua* — f. 106* *quoniam nomina sunt sed pronomina. finit.* secuntur de verbo primum pauca a Charisio deprompta, f. 106* *Acceo aces acui et accuo acuis acui* — f. 107 *deest enim se ut sit uolutans se. similiter praecipitans traxit omnia deest enim se ut sit praecipitans se* (p. 247, 22—262, 24); deinde conplura a Diomede descripta sunt, *De ordinatione uerbi id est temporum iunctione. Qualitas uerborum quibus tempora copulata sermone conectuntur* — f. 111 *patitur et de aliis quoque diuersa repperiuntur exempla* (p. 388, 10—400, 22). haec excipit Prisciani libri duodevicesimi pars § 55—126, *De ordinatione uerbi. Infinitiuum* — f. 117 *posuit.* quae restant de adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione, de interiectione, ea partim ex Diomedis partim ex Charisii disputationibus petita sunt. atque ut in his ita in iis quae antecedunt, ubi Diomedem sequitur scriptor, integra fere verba repetivit, in Charisio brevitatem secutus omnia paucioribus verbis conplexus est. itaque ea quae aliquam vim habere videbantur ad scripturam emendandam adscripsi. quibus delibatis non erat cur reliqua ederentur, praesertim cum et neglegenter a scriptore conposita et vitiose scripta sint omnia.

Aliud excerptorum genus ex tribus codicibus sumpsi, uno Bernensi, altero Leidensi, tertio Sanctamandino. e quibus codex Bernensis 123 formae maximae saeculo decimo scriptus, olim Floriacensis, continet libros grammaticos recenti aevo conpositos quinque hos: f. 1—31 de litteris, de syllabis, de accentibus, de posituris, de octo partibus orationis, *est apud latinum unde latinitas orta est maior populus — ut a de deorsum et a super sursum. finit de praepositionibus.* nam expositio interiectionis, quae sequi debebat, omissa est. initium autem libri uno membranarum quaternione perdito interiit. recenti manu in prima pagina addita est inscriptio CLEMENTIS SCOTI LIBER DE PARTIBVS ORATIONIS. f. 31—53 eiusdem argumenti liber 'lege interrogationis ex Donati arte promulgata' conscriptus. f. 53—78 Alcuini de arte grammatica liber. f. 78—117 commentarius de nomine et pronomine maximam partem a Donato Isidoro Augustino Consentio Prisciano sublatus. f. 117 de partibus orationis — 122 *inde agnusco quia tertia correpta est et infinitiuo modo antepe*, ubi reliqua abscisis aliquot membranis in fine codicis perierunt. codex Leidensis, qui est inter Vossianos formae quadratae numero tricesimus tertius, diversis membranarum fasciculis ex conpluribus codicibus olim decerptis conpositus est. e quibus unus quaternio f. 75—82 commentarium de quattuor partibus orationis, de adverbio coniunctione praepositione interiectione, saeculo decimo scriptum continet ita, f. 75 *Incipit de aduerbio. Aduerbium est pars orationis* — f. 81* *nam diximus accentus solidis debere dari partibus orationum interiectio autem confusa est*

sono. finit. addita sunt in eadem pagina pauca de ordine partium orationis. nam in una scheda quae de eo quaternione restat alia quaedam diversi argumenti scripta sunt, ita ut illae membranae olim in fine codicis alicuius positae fuisse videantur, ante eas autem reliquarum partium orationis enarratio scripta fuerit. commentarii de adverbio partem aliquam edidit Fridericus Lindemannus in ineditorum Latinorum particula I Zittaviae a. 1832. de reliquis codicis partibus dixit idem in praefatione ad Prisciani opera minora p. XVIII sqq. ex eodem codice deprompta sunt excerpta quibus usus est Bondamus var. lect. p. 239. codex Sanctamandinus formae minoris, quam in octavo dicere consuevimus, saeculo nono vel decimo scriptus nunc est Valentianis in bibliotheca publica M. 7. 3. hunc Sanctamandinum propterea dixi, quod antiquissimos eius bibliothecae codices ex monasterio S. Amandi Elnonensis in istam civitatem translatos esse constat: cf. Bethmann archiv. societ. hist. Germ. antiq. VIII p. 95. eo continentur haec: f. 1—68 Albini in Priscianum libri duo, *Incipiunt capitula libri primi. Definitio orationis* etc. *Albini in Priscianum incipit liber primus. Definitio orationis et quid sit proprium nominis quid uerbi. Oratio est ordinatio dictionum congruam sententiam perfectamque demonstrans — neque unum assem praestat ille egenti nec hic abnegat petenti aliquid prorsus quod potest et decet.* f. 69—115 commentarius in Donatum, *Incipit de partibus orationis. Donatus artigraphus dicit partes orationis sunt VIII nomen pronomen uerbum et ceterae — tux pax gratulantis heu dolentis ua optantis atateht fugientis. explicit de partibus orationis. Incipiunt pauca de barbarismis collecta de multis. Quid est barbarismus? Pompeius ostendit ita dicens —* (de tropis) *troia capta fuit. finit de arte Donati pleniter.* f. 116—134 *Incipiunt glossae de libris grammaticorum de littera et syllaba et accentu et posituris. Disciplina unde nomen accepit —* (de modo inpersonali) *quod passio ulteriores non habet actus. explicit.* f. 134—144 *Retractatio reciproce interrogatio vel responsio de pedum regulis aldhelmi. Expositis aenigmatum propositionibus et digesta metrorum melodia — e terra distare nubes de quibus funduntur.* f. 144—148 *Incipit contatio de generibus metrorum. Quot sunt genera metrorum principalia — bona iustis sua semper deus affert. item bona iustis deus affert.* f. 148 sqq. *ars mauri seruii grammatici de centum metris.* ex his igitur codicibus quae ad emendationem Charisii adhibui, ea deprompta sunt ex arte grammatica quae in Sanctamandino codice post Albini libros posita, quia disserendi ordinem a Donato institutum sequitur 'de Donato' scripta esse dicitur, in Bernensi autem codice nescio qua auctoritate*) Clementis Scoti nomine inscripta est, in Leidensi denique

*) Clementem quendam una cum Alcuino ex Hibernia ad Karolum Magnum venisse et pueris erudiendis scholisque instituendis in Gallia operam dedisse scribit monachus Sangallensis de gestis Karoli Magni monum. Germ. ed. Pertz II p. 731. cum quo iure Claudium Clementem dicat Fabricius bibl. med. et inf. Latin. p. 1082 sq. vel qua auc-

eius fragmenta de quattuor extremis partibus orationis extant. ita enim inter se tres codices quos dixi consentiunt ut, quamvis multa diverso modo conprehensa sint, tamen unum eundemque librum esse adpareat. qui liber ea re maxime prae reliquis huius modi libris memorabilis est, quod scriptor plurima artis praecepta ex antiquiorum grammaticorum libris collecta interpositis auctorum nominibus rettulit. neque tamen illi ad reconditos antiquitatis fontes aditus patebat, sed eorum grammaticorum quorum tum maxime libri lectitabantur, Cominiani Consentii Donati Isidori Pompeii Prisciani

toritate usus sit is qui Clementis nomen Bernensi codici adscripsit, quam inscriptionem probaverunt Putschius in praefatione ad gramm. Lat. auct. et Sinnerus catal. cod. manuscript. bibl. Bern. I p. 343 sqq., mihi non constat. est quidem in eodem Leidensi codice qui eius libri de quo dicimus partem postremam continet Clementis de barbarismo ceterisque vitiis commentarius huic arti grammaticae similis, f. 159 *Incipiunt pauca de barbarismo collecta de multis. Quid est barbarismus. Pompeius — quia postea Troia capta fuit. finit expositio Clementis.* qui commentarius ipse quoque excerptis antiquorum grammaticorum, Victorini Donati Eutychii Consentii Pompeii Hieronymi Isidori Sergii Maximiani (nam Cominiani nomen non inveni), conpositus est. idem porro in Sanctamandino codice, omisso tamen Clementis nomine, priori libro subiectus est. sed ne ex his quidem certam de auctore libri coniecturam capi posse vel inde adparet, quod, cum ex diversis codicibus petitae sint Leidensis codicis membranae, ad alium codicem olim Clementis commentarius, ad alium ars grammatica de qua dicimus pertinebat. denique in hac quaestione de Clemente grammatico non omittendus est Bambergensis codex saeculo decimo scriptus, de quo dixit Iaeckius in descriptione bibliothecae Bambergensis I p. 57. eo enim continetur Clementis liber ab illis quidem excerptis quae ad Charisium pertinent diversus, sed extrema parte, quae est de barbarismo ceterisque vitiis sermonis, cum commentario illo cuius mentionem fecimus consentiens, f. 1 *In dei nomine pauca incipiunt de philosophia et partibus eius* — f. 70 *Troia capta fuit. finit.* paucis de philosophia deque artium genere diverso praemissis reliqua in grammatica exponenda versantur ei autem libro subiecti sunt versus hi, quibus nomen suum auctor profitetur,

pauca tibi, Caesar, de multis, magne Hlothari,
iure tuus Clemens saepe legenda dedi,
cetera quo valeas per te penetrare sophiae
calle velut veterum scita profunda virum.
namque prius pueri pascuntur ab ubere matrum
lactis et irrigui nectaris hausta petunt;
sed cum vita solers pubet, cum membra vigescunt,
tunc solidos solida educat esca viros.
sic tuus eximius crescat dum sensus et aetas,
dogmata distribuam tunc potiora tibi.
his tamen his gradibus paulatim, Caesar, inermis
culmina doctrinae scandere summa potes.
indolis ut surgunt carnalis pondera quantum
surgat et ingenium mentis in arce tuum.
non etenim vitis statim fert fronde corymbos
nec latices pingues fundit oliva suos,
sed prius infigunt radices atque inde virescunt,
floribus hinc redolent, post sua liba ferunt.

Probi Seregii Vergilii, rarius etiam Augustini Eutychii Hieronymi Maximiani Paperini Victorini, excerpta posuit. quo fit ut, cum nihil, quod quidem alicuius momenti sit, praebeat, quod non idem ab aliis traditum sit, hoc fere eius libri usus contineatur, quod quaedam ad emendationem eorum librorum quibus usus est non inutilia praestat. et in Charisio quidem, a quo ea quae Cominiani nomen prae se ferunt petita sunt, ut maxime exoptata esse debebat novi testis auctoritas, ita graviter accidit illud, quod, quae erat illius aetatis consuetudo et eorum quorum usui prospiciebatur ratio, in levioribus fere rebus, definitionibus maxime vocabulorum et regulis tritissimis, omne scriptoris studium versabatur, ea vero quae ad usum antiquorum probandum pertinent plerumque omisit. nam in commentario de adverbio, in quo plura Cominiani excerpta quam in reliquis partibus extant, cum ea quae de vi adverbii deque diversis significationibus et generibus adverbiorum Charisius disputavit exscripsisset, ex locupletissima Iulii Romani disputatione nihil nisi indicem adverbiorum larga exemplorum copia, quae ab illo adposita erat, destitutum reliquit.

Eiusdem fere generis sunt ea quae, quia e Vaticano codice, qui inter codices bibliothecae Reginae Sueciae est 1442, deprompta sunt, Reginensia excerpta dixi. is codex autem, qui in membranis formae maximae saeculo undecimo exeunte, ut mihi videbatur, scriptus est, duos continet libros, alterum de philosophia ita inscriptum, f. 1 *In dei nomine pauca incipiunt de philosophia et partibus* — f. 5 *horatius posuit linquimus insani ridentes praemia scribae. finit de philosophia;* alterum de octo partibus orationis ita, f. 5 *In dei nomine pauca de octo partibus orationis incipiunt. Omnibus octo latinitatis partium notitiam habere uolentibus ut sciant unde linguarum diuersitas orta est — reliquae partes. finit de octo partibus orationis.* in posteriore codicis parte similiter atque in eo libro de quo ante diximus cum aliorum grammaticorum tum Cominiani excerpta congesta sunt. ex his pauca Cominiani nomine inscripta edidit Maius class. auct. V p. 150, plura a Vergilio grammatico petita ad eius grammatici libros eodem volumine a se editos idem Maius adnotavit. auctorem autem libri quo iure Gainfredum Anglicum hominem, qui duodecimo saeculo clarus fuerit, dicat Maius ibid. p. XI et p. 18 nescio. mihi satis fuit et ex his excerptis et ex illis quae supra dixi ea quae ad emendationem Charisii pertinere videbantur adponere*).

*) In excerptis Cominiani, quibus multi olim usi esse videntur, non dubito quin facile augeri possit numerus codicum. mihi praeter eos de quibus dixi unus notus est Sangallensis 876, in quo anteposito Cominiani nomine quaedam de adverbio excerpta extant in librum de octo partibus orationis nono saeculo scriptum recepta. eiusdem autem generis fuisse puto eos libros in quibus integram Cominiani artem extitisse temere non

In parva parte operis usus sum codice Leidensi, qui inter Vossianos formae minoris est tricesimus septimus. in eo enim post commentarium Sergii de litteris et syllabis (*littera dicta est quasi legitera — arma uirumque cano troiae* anal. gramm. p. 473—488 ed. Vind.) et brevem de soloecismo disputationem duo commentarii de tropis et de metaplasmis leguntur f. 38—41, qui ita cum iis quae de eodem argumento in Charisii libro quarto scripta sunt p. 272—279, 21 consentiunt, ut, quamvis magna sit scriptorum de hoc loco similitudo, tamen ex his potissimum excerpti esse videantur. itaque in illis Leidensem codicem ad emendationem adhibui et discrepantiam scripturae, quae quidem digna memoria videbatur, adnotavi. praeterea quaedam scripturae supplementa mihi praebuerunt excerpta orthographica, ea quae Bedae nomine inscripta Putschius p. 2775 sqq. edidit. quorum excerptorum maxima pars in consuetudine infimae aetatis et usu Christianorum scriptorum explicando versatur; restant tamen multis locis antiquae eruditionis reliquiae, quae omnes fere Charisio, paucae Diomedi acceptae debentur. in iis autem quae inde adscripsi duobus usus sum codicibus, altero Parisino 5730, de quo supra dictum est, altero Montepessulano H 306 saeculo nono

nulli crediderunt, alterum Alcuini versibus de bibliotheca Eboracensi apud Galeum hist. Brit. Saxon. Anglo-Dan. script. Oxon. a. 1691 I p. 730 indicatum,

artis grammaticae vel quid scripsere magistri,
quid Probus atque Focas Donatus Priscianusve
Servius Euticius Pomprius Comminianus

(cf. Hertz praef. Prisc. p. VIIII): alterum quem in monasterio Centulensi (S. Richier en Picardie) olim fuisse narratur in chronico Centulensi edito a Dacherio spicil. vet. script., qui in Galliae bibliothecis delituerunt ed. nov. Paris. a. 1723 II p. 310 sqq. ibi enim anno 831 hi fuisse libri dicuntur, 'Donatus, Pompeius, Probus, de pedibus et syllabis, Priscianus, Comminianus, Servius, Victorinus Marius, Diomedes, Verus Longinus, Taduivus (Alcuinus?), Tullius Cicero Rhetoricorum libri II'. quamquam hos quidem siquis ipsius Charisii codices fuisse malit, non habeo quod opponam. certa res est de illo de quo olim fraudem fecit Goldastus. qui cum quaedam Cominiani nomine citavisset ad Paraenet. vet. p. 37, 'Cominianus vetus grammaticus, ordinis deinde deinceps tum ante post sic', eum habere integrum eius grammatici codicem multi crediderunt, in quibus fuit Helias Putschius, qui a. 1603 de illo codice haec ad Goldastum scripsit (vir. clar. et doct. ad Melch. Goldastum epist. ex bibliotheca Thülemari Francofurti et Spirae a. 1688 p. 101), 'nunc tuarum desiderium vix fero, ita me in spem locasti Comminiani et Eutychetis — interim rogo te per Musas tuas Clariss. Dn. transmittas illud opus ad me prima etiam occasione'. postea, cum librum non accepisset, facile eo se carere posse intellexit praef. in gramm. Lat. auct., 'Comminianum quem hactenus expectavi nondum accepi ab illo, qui se missurum sancte receperat. sed postea didici mala fide eundem in plerisque versari, adeo ut putem nihil illum habere praeter illa quae apud Clem. Scotum leguntur; inter quae nihil repperi quod non in Charisio legeram. supersedebimus ergo supervacaneo labore'. ni mirum iste usurpaverat Leidensem codicem, cuius partem eam quae Cominiani excerpta continet (ex diversis enim membranarum fasciculis librum compositum esse supra diximus) olim Goldasti fuisse testantur haec quae in scheda sexagesima prima adscripta sunt, 'ex bibliotheca Goldasti'.

scripto. similem usum praestitit libellus de generibus nominum, cuius maximam partem e Vindobonensi codice post Ovidii Halieutica et Gratii et Nemesiani Cynegetica p. 74 sqq. primus edidit Hauptius a. 1838; integrum librum e Laonensi codice protulit Clericus in catalogo codicum Gallicorum (catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départements) I p. 649 sqq. nam in eo libro quoque quae de antiquorum scriptorum usu adnotata sunt fere omnia Charisio debentur. semel vel bis mentionem feci fragmenti quod Donatiani nomine inscriptum ex codice Bobiensi Parrhasius edidit Mediolani a. 1504, e quo discrepantia scripturae, quae quidem memorabilis esse videbatur, adposita est p. 52 et 53. denique pauca e codice Lavantino 24, eo de quo analectorum grammaticorum editores Vindobonenses p. XXIV dixerunt, adscripsi. in eo codice enim extat ars grammatica saeculo octavo scripta, in qua quaedam e Charisii libris recepta esse inveni.

His libris igitur, de quibus dixi, ita usus sum ut Neapolitanus codex fundamentum esset recensionis eiusque scriptura, si quando minus diligenter habita esset, ex reliquis quantum fieri posset corrigeretur et suppleretur. et Bobiensia quidem excerpta et ea quae ex libello de generibus nominum et ex Donatiani fragmento recepta sunt ex editis exemplaribus descripsi, reliquorum libros manu scriptos ipse excussi. restat ut dicatur de codice Iani Dousae, quem et olim ad hunc grammaticum corrigendum adhibuerunt conplures et ipse eo nomine aliquotiens memoravi. eius libri primum mentionem factam esse inveni a Paulo Merula, qui cum in Ennii annalium fragmentis a. 1595 editis non nulla veterum scriptorum fragmenta a Charisio citata aliter atque in editis exemplaribus tum legebantur proferret p. 53 187 237 424 626, haec se ex vestigiis antiqui libri, quem apud Ianum Dousam legisset, emendasse professus est. deinde Franciscus Dousa Iani filius in Lucilii satirarum reliquiis a. 1597 editis ea quae ex Lucilii satiris a Charisio citata sunt ex vetere codice, ut ait, partim ipse emendavit partim a patre emendata exhibuit: cf. not. in Lucil. sat. fragm. inc. 128 p. 106, fr. 150 p. 107, 110 p. 111, IX 7. 12 p. 123, XIX 10 p. 131. tum Helias Putschius, qui Charisii libros multo emendatiores quam ante ferebantur edidit, eodem codice se usum esse dicit. ita enim scribit in praefatione in grammaticae Latinae auctores antiquos, Charisii libros se ex codice nobilissimo Iani Dousae infinitis locis auctos suppletos et emendatos edidisse. denique Petrus Bondamus varias scripturas ex illo libro descriptas, easdem quas Putschium quoque a B. Vulcanio accepisse et loco codicis usurpasse docet var. lect. p. 15, pretio sibi paravit et quaedam a Putschio praetermissa inde attulit var. lect. p. 13 sqq. 120 230 sqq. ipsius autem codicis quae esset ratio atque auctoritas frustra quaesivi. nam cum Leidenses, apud quos vel Vulcanii schedas vel ipsius Dousae excerpta

extare speraveram, litteris adiissem, nihil quod huc pertineret ibi superesse rescriptum est. itaque rursum ad ea quae cum Merula et Dousa et Boudamus de singulis locis adnotaverant tum per universam editionem novaverat Putschius redactus, quamquam plurima sane e codice manu scripto petita esse videbam, tamen, cum illi non ipsum veterem codicem quem dictitabant usurpavisse sed ex edito exemplo ad fidem codicis emendato sua hausisse viderentur, coniecturas doctorum virorum ita cum vetere scriptura mixtas esse intellexi ut unde quaeque profecta essent certo iudicari non posset. quare tam incertae auctoritatis libro ad veram lectionem constituendam nihil tribuendum esse putavi, praesertim cum ad ea quae ipse incorruptam codicum fidem secutus inveneram vix quicquam novi, quod quidem interpolationis suspitione vacaret, ex isto libro accedere viderem. ceterum quae maxime digna memoria esse videbantur adscriptis nominibus auctorum quorum fide nituntur in adnotatione exhibui. sed praeter opinionem accidit ut re peracta, cum iam formis litterarum hoc volumen grammaticorum exscriptum esset, novo subsidio parato egregie eius codicis notitia augeretur. nam eodem fere tempore quo primum Dousae nomine codicem Charisii usurpatum esse supra dixi vel non multo ante Ioannes Cauchius Traiectinus novam grammatici editionem paraverat. qua de re Paulus Manutius ad Laevinum Torrentium scribit epist. V 4 p. 261 ed. Venet. a. 1595, duos Cauchii filios in Italia peregrinantes Charisii exemplum a patre emendatum ad se detulisse seque ut illud ederetur optare et ei rei operam daturum esse. et editio quidem Cauchii nescio quo casu omissa est, notas autem ineditas postea a Graevio emptas esse testimonio cognovi C. Burmanni Traiect. litterat. p. 82. hinc nata spes fore ut Heidelbergae, quo Graevii libros delatos esse constat, schedae reperirentur. itaque a Christiano Baehrio viro illustrissimo petivi ut ea de re quaereret et, quae est eius humanitas singularis, paucorum dierum spatio interiecto librum quem quaerebam accepi. est autem exemplum principis editionis cui discrepantia libri manu scripti ab ipso Cauchio, cuius se manum probe cognoscere conlatis aliis eiusdem Cauchii libris Baehrius adfirmabat, adscripta est. ex quo exemplo accuratiorem notitiam eius codicis de quo antea frustra quaesiveram peti posse statim intellexi. nam ita haec quae Cauchius adscripsit cum iis quae e Dousae libro excerpta feruntur consentiunt ut dubitari nequeat quin ex uno eodemque fonte omnia ducta sint. continebat autem ille codex quo usus est Cauchius maximam partem libri primi Charisii et librum secundum et tertium. nam in reliquis libris duobus nihil adnotatum est. et ex primo quidem libro, cuius index adpositis titulis et numeris schedarum subiectus est a Cauchio, aliis omissis, in aliis ordine rerum mutato recepta erant haec, f. 1—74 *de extremitatibus nominum et diuersis quaestionibus — sonus uocis admittit* (p. 50, 7—112, 12),

ubi p. 51, 21 adscripta est rubrica *de polysyllabis polysyllaborumque quaestionibus* et p. 94, 11 *περὶ ὀρθογραφίας*: f. 74—77 *de analogia et auctoritate*, quo titulo pauca tantum ex iis quae de analogia scripta sunt p. 116, 29—147, 16 excerpta fuerunt: f. 77—131 *de ordinibus nominum — reginum* (p. 18, 7—50, 6), ubi p. 42, 4 addita est rubrica *de monosyllabis et monosyllaborum quaestionibus* et p. 42, 22 *catholica uaga vel uaria*: f. 131—137 *de ablatiuo casu* usque ad finem libri p. 147, 17 sqq. neque tamen integram veteris cuiusdam codicis fidem ea quae adscripta sunt referunt. nam ne dicam non nullas coniecturas ab ipso Cauchio interpositas esse, quae quidem anteposita *f* littera satis a reliquis discretae sunt, ea quoque quae e codice petita esse dicuntur, quae partim in marginibus scripta sunt anteposito plerumque *al.*, partim in ipsam verborum continuitatem inlata, aperta quaedam coniecturae indicia continent. duobus rei exemplis perfungar. in Afranii fragmento 204, 1 citato cum in Neapolitano codice scriptum sit R *em lentus lente*, inde in Cauchiano libro factum est *Sextus Aemilius lente:* 244, 26 cum *posui et posiui uel dix.* Neapolitanus praebeat, inde factum est *posui et posiui δίχα.* ne ordo quidem primi libri in Cauchiano codice mutatus, cum habeat quo se conmendet conparanti ea quae grammaticus praefatus est 51, 18, ex vetere codice propagatus sed coniectura inductus esse videtur. ad quem ordinem defendendum 74, 8 pro *definitum est in superioribus* scriptum fuit *definietur in posterioribus* et 85, 18 et 87, 14 *definietur* pro *definitum est* et 88, 33 *dicetur in posterioribus* pro *dictum est in superioribus.* unde adparet non ipsum antiquum codicem sed apographum recenti aetate factum, id quod vel ex indice supra adscripto cuivis elucere puto, a Cauchio adhibitum fuisse. ac ne illud quidem constat, utrum uni codici omnia debeantur an ex diversis librorum excerptis conflata sint. sed quod antea de Putschio ceterisque qui Dousae copias usurpaverunt non sine aliqua dubitatione suspicabar, veterem quendam librum ab iis qui nunc noti sunt diversum iis praesto fuisse, id Cauchiano libro invento certo mihi constitit. nam cum pleraque ab iis quae mihi vel Neapolitanus codex vel excerpta reliquorum codicum praebuerunt non differant, alia coniectura, ut dixi, haud dubie novata sint, sunt tamen quaedam quae, quia neque ab illis peti neque coniectura inveniri potuerunt, alius codicis vestigia demonstrant. atque ni fallor, ipsum librum ex quo haec profecta sunt nobis indicat Ludovicus Carrio, qui in scholiis in Sallustii historiarum libros Lovanii a. 1564 scriptis et saepius postea in editis Sallustii exemplis repetitis (utor editione Thysii a. 1659) p. 441 de Sallustii fragmento a Charisio 107, 12 citato dicens 'verba autem' inquit 'Carisii aliter vulgo, aliter in membranis, quarum usus, ut reliquarum Coloniensium omnium, mihi, dum in Ubiis essem, vir eruditione singulari et eximia humanitate Melchior Hittorpius libenter expensum ferebat.' eiusdem libri

iterum mentionem fecit Carrio ib. p. 417, ubi Charisii verba 93,24 sqq. 'de veteri libro' emendata exhibuit. ex hoc igitur codice descripta esse puto quaecumque in isto libro quem Cauchius et Dousa secuti sunt ex antiquiore memoria recepta fuerunt*). praeter hos Laevinus Torrentius, cuius manu conlatum cum manu scripto libro Charisium Lovanii in bibliotheca societatis Iesu extare narrat A. Fabricius bibl. Lat. I p. 782, eodem libro usus esse videtur, nisi potius Torrentii notae, de quibus nihil praeterea mihi constat, ex Cauchiano exemplo petitae fuerint. his addi poterat quartus Andreas Schottus, qui in Observationibus humanis I 14 p. 19 sqq. 'meliores nactus copiosioresque membranas', ut ait, duo capita Charisii quae sunt de observationibus nominum et de monoptotis 30, 31—36, 16 edidit. verum haec ita plane cum Cauchii excerptis consentiunt ut non dubitem adfirmare ex iis ipsis sua hausisse Schottum, praesertim cum eum in aliis quoque scriptoribus copiis Cauchianis usum esse constet. videtur autem Coloniensis liber, quantum quidem nunc existimare licet, maxime Parisino 7560, cuius fragmento usus sum, similis fuisse. nam quaecumque ille ad supplendam scripturam Neapolitani codicis attulit in Cauchianis quoque excerptis inveniuntur. quare si vel ipsum librum inspicere licuisset vel ii qui olim inspexerunt discrepantiam scripturae adnotare quam emendandi munere fungi maluissent, certius puto de quibusdam quae nunc persanari non potuerunt iudicari potuisse. in tam incerta vero traditae scripturae fide non ita multa inveni quae hac auctoritate vel corrigenda vel addenda viderentur, quae in fine huius voluminis conposui. in his omissa sunt ea quae vel Putschii vel Dousae nomine antea a me relata erant. quae cum eadem ratione in Cauchiano libro scripta essent non maiore quam apud illos auctoritate, non erat cur iterum describerentur. quamquam pauca ex hoc genere, in quibus rectius ille communis fontis scripturam expressisse videbatur, recepi. erant praeterea alia quae vel nullius momenti esse videbantur vel ita conparata ut dubitari posset utrum e codice profecta an coniectura invecta essent. quo pertinet illud, quod in iis quae de observationibus nominum et de monoptotis p. 31, 25 sqq. scripta sunt Graecae glossae in Neapolitano modo additae modo omissae constanter adscriptae sunt, et in iis quae proxime secuntur de nominativis ad regulam redactis exempla nominum in en terminatorum 38, 9 et in es 40, 1 et in er 46, 2, cum pauca tantum adposita sint in Neapoli-

*) Hinc corrigendum quod subinde adnotavi Putschium ex iisdem excerptis quibus ipse usus sum lacunas supplevisse. quamquam de quibusdam etiam nunc dubito an ex his potius quam ex Carrionis libro recepta sint. velut ea quae 73, 20 a Putschio ex Parisinis excerptis addita esse propterea adnotavi, quod in miros quosdam errores viros doctos se induci passos esse vidi, cum ex Dousae codice restituta esse testetur Bondamus, tamen non leguntur in Cauchii excerptis.

tano, per universum litterarum ordinem deducta et Graecis glossis instructa sunt; itemque aliis locis, maxime in exemplis verborum quae in tertio libro sunt, Latinis vocabulis saepe adscripta est Graeca interpretatio. quae quidem omnia ut nullam utilitatem habent, si fide antiquitatis destituuntur, ita non dico omnino inventa a Cauchio, sed tamen ne integra quidem e codice recepta sunt. denique in supplementis lacunarum, quae maxime animum advertebant, quamquam quaedam haud contemnendae fidei repperi, tamen, cum ne in his quidem omnia e codice petita esse viderem, leviora quaedam, quae quem ad modum scriberentur nihil intererat, omisi. his igitur sine incommodo, opinor, omissis reliqua ita relata sunt ut et quae sit fides istius libri adpareat et quae ad emendationem Charisii pertinent recepta sint omnia. nam quae singulis tribuenda esset auctoritas et quo modo illis ad verba scriptoris restituenda utendum esset raro adnotandum esse videbatur.

Emendationi Charisii post Pierium Cyminium, qui manifesta quaedam vitia sustulit, primus operam dedit Georgius Fabricius, cuius editio facta est Basileae a. 1551. is autem ita principem editionem secutus est ut conlatis maxime iis quae de eodem argumento ab aliis grammaticis disputata sunt quaedam corrigeret coniectura interdum probabili, saepius nimia corrigendi licentia usus. sed praeter ea quae in inpresso exemplari correcta sunt mihi praesto fuit exemplum principis editionis manu Fabricii novae editionis faciendae causa adnotatum, quod nunc regiae bibliothecae Dresdensis est. ex eo petita sunt quae ex 'notis manu scriptis' Fabricii adscripsi. huius inventa retinuit Helias Putschius tum cum Charisium multis modis mutatum in Grammaticae Latinae auctoribus edidit. sed quaecumque ille post Fabricium novavit e codice Iani Dousae, de quo antea dictum est, recepit. nam ipse perpauca addidit. quo factum est ut praeter multa verissime ex vetere exemplari restituta alia item satis multa commenta temerarii correctoris reciperet. postremo Fridericus Lindemannus praeclaro emendationis praesidio instructus, Neapolitano codice a B. G. Niebuhrio excusso, in grammaticorum Latinorum volumine quarto Lipsiae a. 1840 Charisium edidit eique pro bonitate codicis, cuius copia facta fuit, salutarem sane operam praestitit. nam multa quae olim a Pierio omissa erant primus addidit, quae perperam a Fabricio et Putschio invecta erant removit, denique omnia ad auctoritatem libri manu scripti revocavit. sed idem cum his quae a Niebuhrio accuratissime exscripta fuerunt, ut adfirmari audivi ab iis qui eius excerpta viderunt, prudenter uti nesciret, neque emendationem corruptae scripturae magno opere adiuvit neque quid in codice scriptum esset satis accurate rettulit. ex quo siqui forte mirantur quod saepe a Lindemanni testimonio ea quae ipse in codice scripta esse dixi dissentiunt,

id mihi iure videor postulare posse ut mihi potius quam illi credant. atque etiam, ut omnem dubitationem tollerem, quoniam ambiguum saepe et incertum scripturae genus proclive esse ad errorem intellexi, eam curam adhibui ut quae aliter a me exhibita aliter in Lindemanni adnotatione scripta viderem iterum cum codice conferrem.

Diomedis grammatici quamvis multi hodie extent libri manu scripti, tamen tanta est eorum omnium similitudo ut quasi pro uno codice habendi sint. nam quod in his potissimum grammaticae artis scriptoribus saepe usu venit, ut uno exemplo ex antiquiore memoria ad posteritatem libri eorum propagarentur, idem Diomedi contigit. cuius unicum octavo saeculo supererat exemplar, quod cum proxima aetate saepius deinceps describeretur, crevit quidem numerus librorum, sed duravit per omnes satis manifestis vestigiis communis originis propinquitas. ex istis apographis autem tria nunc supersunt nec tempore quo scripta sunt nec loco, nisi me fallit species membranarum et litterarum, longe inter se diversa, quae sive ipsum priscum exemplum librarii expresserunt, sive alius aliud exemplum ex illo descriptum fideliter repetivit, proxime ab illo abesse videntur. sunt autem nono saeculo exeunte, ut videtur, in membranis forma quadrata minore scripta. eorum librorum igitur unus est Parisinus 7494 (A), qui fuit olim Claudii Puteani, cuius nomen in initio libri adscriptum est. titulum codicis idem librarius qui reliqua scripsit ita in prima pagina indicavit, *DIOMEDIS CORPORIS HUIUS ATQUE | PROBI OPUS CLARE FORE LUCIDEQ. PATET | Diomedes de oratione et partibus orationis. et | de uario genere metrorum. libri. III. | Probi lib' I.* in altera eiusdem schedae pagina incipiunt libri Diomedis, qui schedis perscripti sunt centum et viginti duabus ita, *INCP̄ PROLOGOS DIOMEDIS. Diomedes athanasio — consecuturum.* his in sequenti scheda viginti versus subiecti sunt maioribus litteris exarati,

dum mundus centum redeuntes septies annos
et decies forte felix expleverat octo,
ex quo Christus Iesus secla beaverat ortu,
bissenosque annos Francorum sceptra) teneres,*
hunc tibi, care deo Carole rex, scripserat Adam
nempe tuus famulus librum devotus in urbe
Wormatia, soboles Haynhardi, Alsatia felix
*est propria fecunda bono cui patria Baccho**);*
tuncque fuit scribens annorum certe triginta,
quo scripsit servulus anno. tu, rex pie Carle,
*illi coenobium***) Masunvilare dedisti.*
hoc tibi regna dei solvant mercede perenni.

*) *screpta* cod. **) *bacho* cod. ***) *ilico enobium* cod.

salve, rex Carole armipotens vir magne, valeque
atque tui humilis Adae memorare per aevum
respice de celso populorum culmine princeps
servulum Adam humilem tibimet servire paratum.
gloria magna tibi terris et gloria caelis
constat, ut aetherium capias per secula regnum,
pacis ubi iugiter perpes concordia regnat,
dulcia stelligeri gaudens per pascua celi.

deinde sequitur f. 124—218 liber Probi, qui hoc ipso codice conlato editus est in analectis grammaticis Vindobonensibus, *INCIPIT TRACTATUS PROBI GRAMMATICI | DE UOCE — eodem modo tempore futuro numeris singularis cum uel si* (p. 229—436 ed. Vind.). nam reliqua una membrana abscisa perierunt. in fine libri additum est fragmentum Prisciani saeculo tertio decimo scriptum, *Quoniam in ante expositis libris — istius similem se dici uellet* (p. 1035—1154, 21 P.). saepius ea quae prior librarius scripserat secunda manu correcta sunt, neque satis certo mihi tum cum librum tractabam adparebat utrum ab uno homine omnia profecta essent an a pluribus. quamquam alia antiquiorem alia recentiorem aetatem referre videbantur. de aetate autem codicis falsa olim narravit Gaisfordius script. Lat. rei metr. p. XI, cum versus supra scriptos secutus anno 780 eum scriptum esse diceret. illis enim non Parisini codicis scriptorem genus et nomen suum profiteri, sed potius ex antiquiore exemplari, quod ille in Diomede scribendo secutus est, versus transcriptos esse non solum scriptura codicis, quam centum fere annis recentiorem esse certum est, sed etiam ipsi versus, ni fallor, docent, quibus si de sua opera librarius praedicare voluisset, vix eos in media parte operis interposuisset. itaque illud exemplum quod hic librarius expressit, non ipsum Parisinum codicem Wormatiae ab Adamo Alsato anno 780 scriptum esse conperimus. coenobium autem Masunvilare, quod ille sibi a Karolo rege datum esse scribit, Hauptius ea de re interrogatus me docuit esse monasterium in Alsatia situm, quod Latino nomine abbatia in valle Masonis diceretur, hodie Masunval vel Massevaux a Gallis, Masmünster a nostris appellatum, eundemque locum Mazoniwilare dici in traditionibus Wizenburgensibus a Zeussio editis n. 188 p. 176; fuisse autem olim monasterium virginum Augustinianarum, cuius praefectura Adamo data esse videretur. unde Puteanus Parisinum codicem acceperit non constat, nisi forte eum librum quem olim Corbeiae fuisse indicat 'breviarium codicum Corbeiensium' a Maio editum in Specilegii Romani volumine quinto ab hoc non diversum fuisse suspicari volumus. in eo enim p. 211 'Diomedis et Probi grammatica' uno codice conprehensa refertur. quo tempore haec scripta sint non indicavit Maius, nisi quod et hunc et reliquos priscarum bibliothecarum indices quos eodem loco exhibuit ex duo-

bus pervetustis codicibus se sumpsisse scribit ib. p. X. alium codicum Corbeiensium indicem ex codice Anglico saeculo duodecimo scripto, qui olim Puteani fuit, edidit Haenelius in Serapei volumine secundo p. 107 sqq., in quo item 'Diomedes grammaticus' indicatus est p. 109. id-num ad eundem codicem referendum sit dicere non possum, propterea quod mihi non constat utrum ad Germanicum monasterium, cuius libros Maius indicavit, an ad Gallicum eodem nomine appellatum is index pertineat. ceterum Puteaneus codex saepius ad emendationem Diomedis adhibitus est. ex hoc enim petita sunt ea quae adnotaverunt Scaliger in Catull. 17, 3 p. 22 et Ludovicus Carrio emend. I 14 (Grut. lamp. t. III) p. 117, quamquam is quidem non ipsum librum sed schedas Petri Danielis usurpasse videtur, et Casaubonus de sat. poes. p. 96 ed. Ramb. Scaliger excerpta sua utenda concessit Putschio, qui postea a Iacobo Bongarsio eundem librum a Petro Daniele conlatum accepit: v. gramm. Lat. auct. praef. et p. 271.

Alter codex est item Parisinus 7493 (B), qui Diomedis libros in principio et in fine aliquot membranis abscisis mutilatos continet, f. 1—104 *uel quantitate aut a corpore — ne te moueat com aut longam pro breui aut breuem pro longa* (p. 321, 22—518, 31). Diomedem excipiunt *uulgares notae Romanorum* ab eodem librario scriptae f. 105—167. denique in fine codicis addita est *expositio Petri Abaelardi super Topica* saeculo quarto decimo scripta. antiquiorem codicis partem sic ut Puteaneum decimo saeculo scriptam esse iudicavit Fridericus Dübnerus, cuius opera in hoc libro usus sum. nam ipse solum Puteaneum excusseram. ego utrumque librum, ut dixi, etiam ad extremos saeculi noni annos pertinere posse putabam. scriptura autem pari fere in utroque specie est, quamvis in Puteaneo minus accurate litterae exaratae, in decurtato summa aequalitate omnia perscripta sint. versus in singulis paginis habent tricenos et trinos. sed in hoc libro de quo dicimus recentiore manu, quam Dübnerus tertio decimo saeculo antiquiorem esse indicavit, multa quae olim prave scripta esse videbantur correcta sunt. et maxime quidem in prima parte libri illud factum est. nam post ea quae de coniunctione temporum scripta sunt p. 388, 10 sqq. rara correctoris vestigia adparent. hunc librum olim, cum iam decurtatus erat, usurpaverat Ranconetus, ex cuius excerptis quaedam transcripta sunt in exemplum editionis Rivianae, quod nunc in Leidensi bibliotheca servatur. neque praeterea a quoquam eum librum ad emendationem grammatici adhibitum esse inveni ante Gaisfordium, qui et hoc et Puteaneo libro usus tertium librum Diomedis edidit in scriptoribus Latinis rei metricae. eosdem libros in usum Friderici Lindemanni Dübnerus cum Putschii editione contulerat. quae excerpta una cum reliquis schedis Lindemanni, quae ad grammaticos

Latinos pertinent, post mortem eius a F. G. Ottone, cui ille copias suas dono concesserat, ad me tramissa sunt.

Tertius codex est **Monacensis** (M), qui olim S. Emmerami Ratisbonensis fuit: cf. bibl. princ. eccles. et monast. ord. S. Benedict. ad S. Emmeramum II p. 142 cod. 850. is Diomedis libros continet schedis perscriptos ducentis et duabus. quarum cum ultima olim abscisa esset, eius loco inserta est alia, in qua extremi versus 529, 20—28 saeculo quarto decimo vel quinto decimo scripti sunt. ipsum librum item ut Parisinos nono saeculo scriptum esse puto. versus in una quaque pagina habet vicenos et quinos. in prisca scriptura multa recentiore tempore correcta sunt, quae neque uno tempore omnia neque ab eodem homine scripta esse adparet; quamquam non satis certo quaeque discerni et suis auctoribus tribui possunt. alia enim eaque paullo antiquiora satis accurate scripta et in continuitatem verborum inlata sunt, deleta saepe priore scriptura, ita tamen ut quid olim scriptum fuerit plerumque cognosci possit, alia festinanter scripta et in marginibus vel inter versus posita sunt. ex his omnibus nihil quinto decimo saeculo antiquius esse videtur, non nulla etiam ex editis exemplaribus petita esse puto. in quibusdam Ioannis Aventini manum se agnoscere adscripsit Docenus.

His tribus codicibus maxime similis est quartus, quem unum integrum quidem Diomedis codicem pari fere antiquitate atque illos superesse novi, **Harleianus** 2773, si modo omnes Diomedis libros eo codice contineri recte statuimus. est autem in indice codicum Harleianorum (a catalogue of the Harleian manuscripts a. 1808) t. II p. 711 ita indicatus 'Servii grammatici vocabularium latino-graecum — Diomedis grammatica — Ciceronis epist. libri VIII saec. X et XIII'. de eo quamquam nihil conpertum habeo praeter quasdam scripturas ex libro tertio excerptas, quas Gaisfordius p. XII sqq. exhibuit, tamen eas ipsas ita cum illis libris de quibus dixi et maxime cum Puteaneo consentire video ut dubitari nequeat quin ex eadem stirpe codex ductus sit.

Quintum exemplar aetate paullo antiquius, genere non diversum olim extabat **Fuldae**, quo nono saeculo usus est **Rabanus Maurus**, abbas Fuldensis, in libris duobus quos de arte grammatica scripsit, qui, quia prior liber fere totus ex Prisciano descriptus est, in Coloniensi editione operum Rabani a. 1627 facta, qua usus sum, t. I p. 28 'excerptio Hrabani Mauri de arte grammatica Prisciani' inscripti sunt. nam et ex primo et secundo libro Diomedis pauca Priscianeis interposuit et ex tertio ea quae de poetica scripta sunt 473, 15—20 et de poematibus 482, 13—491, 19 ad verbum expressit, a quibus ille secundi libri initium fecit p. 46: de reliquis dixit Hertzius praef. Priscian. p. X. septingentis fere a Rabano annis Fuldensem librum excussit Franciscus Modius, cuius manu

conlatum cum codice exemplum a Iano Grutero se accepisse dicit Putschius gramm. Lat. auct. praef. et p. 271. neque enim videtur dubitari posse quin eodem codice uterque usus sit, quamquam sexto decimo saeculo duos Diomedis codices indicari video in 'catalogo librorum omnium bibliothecae maioris ecclesiae Fuldensis' a Kinderlingio edito in libello de bibliotheca Fuldensi p. 85 et 87. praeterea ex eodem Modiano libro excerpta quaedam habuit Marcus Velserus Augustanus, quae item et Putschio utenda concesserat et antea Gaspari Scioppio, qui in suspectis lectionibus a. 1597 editis cum multa ex Diomede emendat additis saepe coniecturis Modii, tum schedis quas Velserus ex bibliotheca sua prolixe secum conmunicasset se adiutum esse scribit susp. lect. V 12: cf. I 5. haec igitur omnia quae et ex ipso codice Rabanus et ex Modii excerptis Scioppius adscripserunt ita cum nostris codicibus consentiunt ut Fuldensem librum ex eodem archetypo quod illi secuti sunt expressum esse manifestum sit*). proxime autem ad Monacensem librum accedere videtur. nam illud certe temere suspicatus est Gaisfordius p. XI, Puteaneum codicem ab hoc non diversum esse.

Aliud apographum antiqui libri ad quem omnes codices referendos esse dixi quinto decimo saeculo in Italiam ablatum esse videtur, ex quo recentes libri conplures illa aetate scripti propagati sunt. nam ex illis libris antiquis qui nunc supersunt nullum videntur Itali usurpavisse. eius generis igitur libros extare novi hos, Parisinum 7538, Vaticanum 1491, Vrbinatem 308, Laurentianum bibliothecae aedilium 168 (cf. Bandini catal. bibl. Leopold. Laurent. I p. 475), Neapolitanos bibliothecae Borbonicae tres IVA 13. 14. 16 (cf. Ianelli catal. bibl. Lat. mus. Borbon. p. 11 sqq.). ex his accuratius cognovi duos, Parisinum, cuius discrepantiam scripturae in tertio libro exhibuit Gaisfordius, et Vaticanum, cuius aliquam partem me rogante Georgius Thilo contulit. ex quo de illis iam certo adfirmare possum communi originis vinculo eos cum antiquioribus libris coniunctos esse omnemque scripturae discrepantiam in neglegentia librariorum, quae maior fere extitit in recentibus libris, et in libidine correctorum Italorum versari. neque in reliquis, quos obiter inspexi, quicquam inveni quod huic iudicio repugnaret. ex hoc codicum genere aliquem

*) In iis quae Rabanus ex Fuldensi libro exscripsit quaedam inveniri scio quae, quia vel omissa in nostris codicibus vel minus recte scripta sunt, specie veritatis fallere possint. enimvero in tanto rerum omnium consensu dubitari nequit quin haec coniecturae potius Rabani quam codici quem secutus est tribuenda sint. sunt autem fere haec, 483, 5 *coeni vel communis poematos species sunt duae, quarum prior heroica* 486, 1 *apud priscos deferebatur* 487, 30 *alii a vino arbitrabantur, propterea quod olim tryx dictitabatur* 489, 13 *in personis parasitum pronuntiabat* ib. 31 *privatae domus introducuntur, quae cum olim tabulis tegerentur, tabernariae vocabantur* 490, 13 *in praetextata autem, qua inscribuntur nomina Latina, ut Brutus vel Decius, item Marcellus vel Africanus et his similia* ib. 15 *Laches Sostrata Geta Demipho.*

secutus est is cuius opera in Diomede edendo usus est Nicolaus Ienson, qui primus hunc grammaticum una cum Phoca Capro Agroetio Donato Servio Sergio edidit Venetiis, ut putant, circa annum 1476. nam in ipsa editione neque locus neque annus quo facta esset indicatus est.

Denique non diversa ab his omnibus libris origine sunt excerpta quaedam quae in conpluribus extant codicibus. ex his antiquissimus est Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus, in quo fragmenta Diomedis cum excerptis Charisii iuncta esse supra dictum est. deinde Sangallensis codex 876 saeculo nono scriptus cum aliorum scriptorum de metris et versibus libellis maximam partem libri tertii Diomedis inde ab his quae de extremitate nominum scripta sunt 492, 16 sqq. continet. ab hoc diversus fuit is qui in indice codicum Sangallensium saeculo nono facto, qui in Serapei volumine secundo editus est, indicatur p. 21, in quo praeter alios quosdam libros, qui non leguntur in isto, 'Diomedis de metro' liber fuisse dicitur. item in alio Sangallensi 822 saeculo decimo scripto quaedam ex primo libro Diomedis de nomine et pronomine descripta sunt addita inscriptione, *excerptum de libro Diomedis.* tum Venetus codex bibliothecae Marcianae 497 saeculo duodecimo scriptus post Donatum et alios quosdam recentioris aetatis grammaticos ea quae in primo libro Diomedis de consensu verborum cum casibus scripta sunt 311, 3—320, 8 continet. praeterea in Ambrosiano codice N 338 chartaceo saeculo quinto decimo scripto post Servii de centum metris libellum tertius liber Diomedis legitur. postremo in codice Neapolitano bibliothecae Borbonicae IVA 34 saeculo undecimo vel duodecimo scripto, quem ipse non vidi, cum aliis permultis grammaticorum libris 'Diomedis partem de verbo' extare indicat Ianellius catalog. bibl. Lat. mus. Borbon. p. 27. alia quaedam excerpta saeculo quinto decimo vel sexto decimo in Italia facta sciens omitto. quibus exceptis reliquos Diomedis codices, ni fallor, omnes enumeravi.

Verum ut redeam illuc unde profectus sum, tres codices quos primo loco posui optime priscae lectionis vestigia, ut dixi, mihi indicabant eiusque tam certam praestabant fidem ut reliquis quorum post illos mentionem feci facile me carere posse viderem. itaque illis operam meam contineri volui. adsumpsi tamen excerpta codicis Parisini antiquissimi et ea quae ex Fuldensi codice olim Scioppius exscripsit, quamquam ne his quidem indicia trium librorum vel confirmari egregie vel corrigi scio. sed in Parisinis excerptis ipsa me antiquitas libri movit, siquidem non inutile videbatur exemplo docere ad quam aetatem persequi stirpis communitatem liceret. Scioppii autem scripturas non solum propter bonitatem codicis, cuius aliquam memoriam extare par erat, recepi, sed ea de causa etiam omittere nolui, quia his saepius usos esse viros doctos videbam, ne

aliunde quid ille adnotasset quaerendum esset. reliquorum librorum vix unquam mentionem feci. sed in illis ipsis quos duces ad vetustae lectionis memoriam restituendam secutus sum id maxime molestiam huic negotio parabat, quod, quamvis propius quam ceteri a fide archetypi abesse viderentur, tamen ipsi quoque admodum vitiose scripti sunt. e quibus vitiis alia quidem, propterea quod peraeque in omnibus libris reperiuntur, ex communi stirpe propagata esse adparet, alia vero, quae diverso modo in singulis libris corrupta sunt, recentiore tempore, cum alius aliter a proposito exemplo aberraret, nata esse ipsa codicum dissensio docet. quare ne in his quidem libris, quamquam eos accuratissime conlatos habui, omnem scripturae discrepantiam exhibere volui, sed illud egi ut quid quoque loco in vetusto exemplari ex quo expressi sunt scriptum fuisset eorum testimonio constaret; recentium librariorum errores operosa diligentia memoriae prodere inutile esse iudicavi, praesertim in eo scriptore in quo multa et mutari semper inter scribendum solerent, et vero quem ad modum scriberentur nihil omnino interesset. itemque quod plurima in codicibus posteriore aetate correcta esse dixi, quoniam nihil ex melioribus codicibus, quibus ne correctores quidem uti poterant, profectum esse intellexi, sufficiebat plerumque priorem scripturam indicare, rarius ea quae postea substituta erant addidi. ubi cognosci non poterat quid prius scriptum fuisset, asteriscis interpositis defectum litterarum notavi. itaque siqui sunt, qui conplures libros inque iis satis antiquos a me silentio praeteritos, nullius prorsus integram scripturam sibi propositam esse querantur, scio equidem non difficile esse erroribus librariorum et coniecturis correctorum molem variarum scripturarum augere, sed idem nego quicquam quod ex prisco exemplari, quo omnium librorum fidem circumscriptam esse dixi, propagatum sit vel ex his libris quibus usus sum vel ex illis quorum nullam rationem habui addi posse. nam ea diligentia hac in re me usum esse mihi conscius sum ut vel in levissimis rebus quidquid in dissensu librorum antiquiori memoriae deberetur adnotarem. maxime vero in his quae ex antiquioribus scriptoribus grammaticus adscripsit, et siquae praeterea fuerunt in quibus cupidius circumspici librorum discrepantia solet, curavi ut nihil quod alicuius momenti esse videretur ad veram scripturam inveniendam desideraretur, et, dum suum cuique iudicium relinquere volo, copiosius fere quam mei instituti ratio ferebat ea quae a recentibus librariis peccata vel a correctoribus mutata fuerunt adscripsi. iam vero quae singulis libris tribuenda sit auctoritas et quam vim unum quemque ad vetustam lectionem investigandam habere voluerim ut facile quovis loco ex commentariis meis intellegi potest, ita universa res generatim certa aestimatione definiri nequit, quia erroribus in uno exemplo describendo conmissis omnis librorum diversitas con-

tinetur. quocirca singulis locis quid quisque peccaverit, quid recte descripserit adhibito iudicio existimandum est. plerumque tamen similitudo librorum et manifesta errorum natura effecit ut extra periculum positum esset iudicium. vitiis autem quamquam certam legem scribi non posse adparet, quoniam neglegentia hominum per se via et ratione destituta est, tamen, cum magna eorum pars ex ipsa prisci exemplaris conditione et natura orta esse videatur, de hoc loco paullo uberius disputare placet. qua in re non magis propositum habeo ut omnes errores, quorum infinitus est numerus, per genera describam quam ut eorum quae ipse emendavi rationem reddam, sed exempla quaedam proponam, quibus quae fuerit ratio antiquissimi codicis, ex quo omne recensendi et emendandi munus pendet, cognosci possit.

Primum igitur sciendum est multis scripturae conpendiis antiquissimum librarium usum fuisse, quorum vim cum non satis perspicerent recentiores, multa in hoc genere alius alio loco peccavit. maxime autem is qui M scripsit, qui minus peritus priscae scripturae fuisse videtur, in hoc genere erravit. inde factum est ut, cum *m* littera in terminationibus vocabulorum lineola super scripta indicata esset, itemque similes lineolae interdum singulis litteris casu quodam additae essent, saepissime in eo peccaretur quod *m* littera modo addita prave modo omissa est. idem valet de syllaba *tur*, quae apice ad *t* litteram addito significata fuit, qui ipse non nullis locis quo minime pertinet etiam in nostris libris relictus est, ut 346, 14 *exeunt'* A, 347, 34 *coherent'* M. hinc accidit ut saepissime *t* pro *tur* vel contra scriberetur, non numquam etiam non intellecto compendio *to*, ut 320, 21 *adferto* M, 321, 12 *demonstrato* M. similiter *er* syllaba saepius lineola super scripta indicata fuit, cuius vestigium, ut alia omittam, restitit in M 367, 28 *matāmixit* pro *mater amixit*. ex eodem conpendio ortum esse puto 313, 12 *ut celius* A M pro *ūgilius*. deinde pro *rum* terminatione fuit *r̄*, unde 488, 23 pro *miseriarum* A B scriptum est *miserias* in M. tum *s.* pro *sed*, *ñ* pro *non* fuit, unde orta sunt talia, ut 325, 10 *numeri sed* A B *numeris* M, 402, 15 *iuraui sed* A B *iurabis* M, 403, 3 *furenti sed* A B *furentis* M, 394, 12 *item ne* A B *item non est* M, 406, 2 *coepi non* A B *coepin* M. porro pro *cum* scriptum fuit *c*, unde saepissime in M, rarius in A B pro eo *ci* scriptum est, ut 318, 27 *circidat* 320, 31 *circiscriptam* 337, 6 *loci* pro *locum* et 460, 8 *c,ec, locutio;* interdum *cui* pro *cum* positum, non numquam etiam cum *g* littera illud conpendium mutatum est, ut 383, 18 *g litteram* AB *cum litteram* M, ib. 20 *cognovi dicentes* AB *cum novi dicebant* M, 449, 21 *cum utique* A B *gutique* M. simili conpendio debetur quod saepius *illi* pro *illum* vel contra scriptum invenitur. praeterea *sic̄* pro *sicut*, *dic̄* et *fac̄* pro *dicit* vel *dicunt* et *facit* vel *faciunt* scriptum fuit, unde frequens horum in omnibus libris conmutatio

est. etiam casus pronominis relativi *qui* et demonstrativi *hic*, in quibus saepissime peccatum est, vulgo non plene scripti sed certis notis significati fuerunt. item cum *q̄* pro *quae*, *ꝗ* pro *quod*, *ā* pro *aut* scriptum esset, haec quoque saepe in errorem induxerunt librarios, ut 325, 25 *quae* B *aut* M *cum* A, 488 11 *uel quod in ea* B *uela enea* AM. praeterea nomina casuum modorum temporum, alia id genus non plene scripta sed conpendiis indicata fuerunt, unde magna in his omnibus librorum diversitas nata est. denique ex rarioribus priscae scripturae conpendiis inveni haec, ʜ pro *autem* ꝉ pro *enim* *ūū* pro *uelut*, quae cum paucis locis ex prisco exemplari ad nostros libros translata sunt, tum interdum erroribus ansam praebuerunt, ut 312, 23 *h'* pro *autem* est in M. his conpendiorum exemplis, quorum facile augeri poterat numerus, satis puto patefactum esse omnibus qui genera priscae scripturae perspecta habent antiquissimum codicem ex quo nostri libri ducti sunt non uncialibus litteris quas dicunt sed scriptura Merovingica cursiva perscriptum fuisse. quare eum octavo saeculo, quo primum tractari a librariis coeptus est, non multo superiorem fuisse existimo. idem ex forma singularum litterarum, quarum similitudine invitati maxime in errores inciderunt librarii, intellegi licet. ex quo genere omnia enumerare infinitum est; pauca exempli causa proferam. frequentissimum autem est illud, quod *a* et *u* litterae inter se conmutatae sunt. quod cum innumeris locis in levioribus rebus, in quibus facile errorem deprehendas, accidit, tum graviora quaedam non raro peperit, ut 373, 2 *a tergo* B *ut ergo* AM, 411, 22 *aeneas* AB *ueniat* M, 413, 6 *antandro ponitur* AB *unitam proponitur* M. deinde *a* pro *t* vel contra rarius quidem, sed tamen certis quibusdam exemplis positum reperitur, ut 483, 18 *da* A *dt* BM, 442, 30 *impete* AM *imprae* B, 485, 13 *alite* AB *alia* M. praeterea maxime in *r* littera, quae minus certo in illa scriptura exarata fuit, peccatum est, ut modo pro ea *q*, modo *s*, modo *ri* pro *p* scriberetur, ut 309, 18 *opis opem ope* AB *oroes oriem orie* M, 328, 10 *lumina apud uergilio* A *luminaria uirgilium* M *lumina* *** B, 407, 9 *iure* AB *ius ē* M; et saepissime *finitus* pro *finitur* et talia, *se* pro *re*, interdum *quibus* pro *rebus* scripta reperiuntur. denique cum hoc vitio coniunctum est illud, quod frequentissime in omnibus libris *or* pro *ur* et *ar* vel contra positum est, ut *contemplatur* pro *contemplator*, *furtior* pro *fortior*, *merear* pro *mereor*. augebatur autem in his vitiorum generibus quae modo persecutus sum ea re maxime errandi periculum, quod tum cum priscum exemplum describebatur scriptura non nullis locis detrita fuit, ut iam certo librariis non adpareret quid scriptum esset; interdum etiam corrosis membranis litterae interceptae fuisse videntur. eius rei certissima argumenta sunt ea quae indicatis lacunis in uno alterove codice omissa, in reliquis vero integra servata sunt. qua in re iterum eum qui M scripsit

maxime defecisse reperimus, sive quia is artis, ut diximus, minus peritus fuit, sive quia tum cum ille priscum exemplum tractabat plura iam deleta fuerunt. eo pertinent haec, in quibus quae uncis circumscripta sunt, lacuna qua defectus litterarum indicaretur relicta, ille omisit, 332, 12 *uestrapte* [*mecum tecum secum nobiscum uobiscum cum illis*] *generis*, 333, 22 *qualis pot*[*aposios opios*] *musculi*, 376, 4 *idem* [*pro l. ce*]*sutio*, 389, 17 *uerebar* [*quorsum*] *euaderet*, 402, 10 *cenatus* [*subitum*] *cum*, 410, 16 *pro* [*fratre*] *prae*, 416, 23 *coniunctio*[*nes re*]*cognosceris*. praeterea incertam archetypi scripturam produnt haec, 329, 7 *notat certum* B *nota certum* M *nota incertum* A, 330, 1 *ut cum dicimus* A *aut dicimus* M *ut si dicamus* B, 349, 28 *ad regulam redit*, ubi *redit* omissum est in A M lacunae indicio relicto in M, in B autem ita perperam suppleta scriptura, *a regula recedit*. defectum autem ipsius archetypi in primis cognoscere licet 491, 9 sqq., ubi et deesse quaedam et eam lacunam per conplures versus pertinere vitio membranarum, ut videtur, facto non solum Horatii versus in media parte mutili sed etiam ea quae proxime secuntur manifeste docent. item 525, 9 in definitione metrorum Horatii descriptio unius carminis in archetypo lacuna intercepta fuit, cuius lacunae indicium spatio duorum versuum relicto restitit in M. non minus iactura membranarum orta esse puto haec, 330, 1 *Cicero invecti* et 410, 9 *Nepos inlustri*. sed latius hoc lacunarum genus patet quam quod pertractari hoc loco possit. nam non solum ab ipso antiquissimo librario, quem non nimis diligentem hominem fuisse multis exemplis adparet, conplura omissa esse videntur, sed quaedam etiam sine dubio ipsi grammatico neglegentius auctores quos sequebatur describenti tribuenda sunt. itaque haec omittam; illud addam, praeter ea etiam quae ex antiquiore memoria propagata sunt multa saepe a recentibus librariis errore omissa esse, quod tum maxime accidebat, cum eodem vel simili verbo post breve spatium repetito ab interiacentibus oculi aberrabant. de cuius modi lacunis, si modo ea quae in uno libro omissa fuerunt recte in reliquis scripta extabant, non erat cur moneretur. sed pergo ad reliqua quae ad rationem vetusti codicis accuratius cognoscendam pertinent. in quibus illud maxime animadvertendum est, conpluribus locis quaedam super scripta vel in marginibus addita fuisse, quibus librarius vel correxit ea quae prave scripta esse cognovit vel supplevit, siquid neglegentia praeteritum esse vidit. inde enim memorabilis quaedam librorum diversitas, quae singulis locis conspicitur nata esse videtur. clarissima autem eius rei exempla sunt haec, in quibus archetypi scripturam brevitatis causa X littera indicavi, 463, 1 *faceta satis rbanitate* B *facet aut satis superuanitate* A M *facetā satis superuanitate* (b over *superuanitate*) X, 467, 26 *quaestura* A *quaesturam* B *quae structura* M *structurā* (q over *structurā*) X, 492, 5 *cedere mimis* B *cedere Remimis* M

cedere se mimis A *cederere mimis* X, 461, 11 *iterum* AB *iterum m* M $\overset{m}{\textit{iter}}$ X, 464, 24 *consedere* B *coredere* AM $\overset{n}{\textit{co}}$*sedere* X. eodem pertinent haec quae in AM omissa solus B servavit, 326, 16 *eromene polyeromenos polythridachos tridachodes*, 328, 27 *nec in totum fixa*, 341, 7 *iaculari*, 467, 18 *sed usu et exercitatione ducenda*, 476, 9 *Radamantho autem constitutus traditur*. quae quidem omnia in X vel in margine vel super versus scripta unus librarius advertit, duo praeterviderunt. item quae de k littera scripta sunt 424, 27—29, sive ab ipso grammatico olim duplex definitio posita fuit, sive alteram postea alius adiecit, cum in X in fine paginae addita essent, solus B suo loco inseruit, in alienum transposuerunt AM. simili casu accidit ut 460, 3, cum in versibus Vergilianis quaedam prisca lacuna intercepta essent, solus A verae scripturae vestigia *tinnitusque cie* servaret, BM vero pro eo *tinnitus aeris*, quod ab antiquo correctore in X adscriptum esse videtur, exhiberent. praeterea ex duplici archetypi scriptura quam ex recentiorum librariorum emendatione, cuius certa indicia non invenio, huius modi varietates repetere malo, 299, 19 *cum tempore* A *conceptus* M, 301, 27 *opifex* A *efficax* M, 371, 3 *puram* AM *solam* B. denique non nullis locis utraque scriptura ad omnes libros propagata est, 469, 3 *clausula uel clausulis*, 473, 12 *inreprehensibili tractatu sententia*, 492, 25 *per ultimas litteras syllabas finiuntur*. quamquam de his quidem quae postremo loco posui video dubitari posse, utrum in archetypo correcta fuerint an ipse duplicem scripturam ex antiquiore codice propagatam in continuitate verborum habuerit.

Nulla autem re, ut hoc addam, quamvis paullum diversum sit a nostro proposito, frequentius in prisco exemplari peccatum fuit quam quae in perturbato verborum ordine versatur. in quo illud in primis librarium commisisse videmus, ut oculis ab iis quae proxime scripta fuerunt aberrantibus ad ea quae sequebantur properaret, mox errore animadverso relictis iis quae male praeceperat ad priora rediret et suo ordine omnia repeteret. quorum nihil non receptum est a recentioribus librariis fideliter exemplum propositum sequentibus. luculentissimum autem huius erroris exemplum habes 307, 27 *o manus. genetiuum uero pluralem. ex alio scribendum est Neutrali.* similiter 409, 8 et 478, 31 verba quaedam quae brevi spatio interiecto suo loco repetita extant prave in omnibus libris interposita sunt. rarius accidit ut relapsus ad ea quae ante scripta fuerunt quaedam perperam repeteret librarius, ut 304, 7, ubi post *terminatur* ex v. 5 addita fuerunt haec, *aliter declinatur quam duo nomina supra scripta.* hac autem consuetudine observata facile corrigi poterant ea quae 483, 6 sqq. cum in libris manu scriptis inverso ordine scripta tum magis etiam in editis exemplaribus perturbata erant. neque enim quicquam peccatum fuit, nisi quod librarius primum omissis iis quae

de poematis characteribus scribenda fuerunt ad proxima, quae sunt de epico carmine, aberravit, deinde, cum rem intellexisset, non deletis illis quae interposuerat ad iustum ordinem se revocavit. quae cum ita sint, non vereor ne licentius rem gessisse dicar, quod perturbato sententiarum nexu ductus quaedam transpositis verbis corrigere studui: cf. 311, 24. 314, 30. 319, 2. 345, 1. 371, 22. 445, 3. 462, 2. e quibus alia ex hac librarii neglegentia quam dixi repetenda esse puto, alia in margine adscripta alieno loco interposita esse videntur. certius causa erroris adparuit 457, 1, ubi in indice troporum, cum duobus versiculorum commatibus nomina olim perscripta essent, ordinem non recte adsecutus est librarius. postremo ab hoc loco non longe aliena sunt ea quae post primum librum 'de memoria' itemque post secundum 'de qualitate structurae' addita sunt. quamquam enim per se non indignam hoc grammatico utramque disputationem dicas, tamen neque in illis locis in quibus nunc haec leguntur recte posita esse adparet, neque alium locum in quem probabiliter transferantur in eo rerum ordine quem Diomedes secutus est dispicio. quare a librario, qui spatio membranarum quod finitis libris relictum erat uti vellet, haec corollarii instar subiecta, deinde a posterioribus librariis ex archetypo repetita esse existimo. unde simul illud factum est, ut et tertii libri initium alieno loco poneretur et ipse liber falso titulo inscriberetur 'de qualitate structurae'.

Sed video de orthographia mihi quaedam addenda esse. in quo genere cum id maxime curandum esse putarem, ut reiectis illis quae olim contra fidem et consuetudinem veterum librorum parum prudenter novata sunt quid codicibus traditum esset ostenderem, in Charisio quidem certum ducem habui unum veterem codicem; minus certa res fuit in Diomede, in quo scriptura codicis quem sequimur tribus libris conlatis indaganda fuit, quos non satis accurate prisci librarii morem imitatos esse ipsa eorum discrepantia docet. praeter ea autem quae solita librariorum neglegentia peccata sunt in primis diversa pronuntiandi ratio, quam alius aliter expressit, varietatem scribendi effecisse videtur. quae cum ita essent, neque continuam scribendi aequabilitatem, quam numquam fuisse constat, instituere neque rarioris scripturae exempla passim per libros dispersa cupidius sectari volui, sed eam legem secutus sum ut quidquid ex antiquiore memoria proditum esse vel codicum consensus doceret vel ipsa scripturae ratio persuaderet reciperem; siquid minus usitatum in uno aliquo codice reperiretur, vulgarem scribendi rationem, eam dico quae veterum librorum usu probata est, reciperem, discrepantiam autem in adnotationem conicerem; siquid denique vel errori recentium librariorum tribuendum vel ex oris vitio natum esse videretur, omitterem. quamquam ne de his quidem rebus quicquam omisisse mihi videor quod alicuius momenti esse possit. sed quo

certius de usu librorum constet, quaedam quae maxime memoranda videntur conponam. itaque ut saepissime *ae* et *e* inter se mutata sunt, ita praecipue his librariis usitata est *ae* diphthongus pro *e* brevi posita, ut *caecidi caecini praeces maedeor praemere expraessa paenes paenitus aepistula quaerella praetium interpraetor praehendo quaeat aequo quae caedo* pro *equo que cĕdo*. quibus sonum quo olim syllaba pronuntiata sit indicari constat: cf. Lachm. in Lucret. p. 339 Iahn in Flor. praef. p. XXXI. de posterioris aetatis consuetudine praecipit grammaticus qui est in codice Lavantino saec. VIIII f. 55, '*quando e correptum est, sic sonat quasi diphthongum, equus; quando productum est, sic sonat quasi i, ut demens*'. in his quod additum est de *e* et *i* litterarum cognatione, id latius patet in codicibus, in quibus non solum pro longa sed etiam pro brevi *e* saepe *i* positum invenitur, ut *loquilla uindo dinarius aduliscens conticisco ardisco lentisco euanisco lucisco diffinitio discendo distino diriuo*, item *dicenter elimenta eligantia mimini medior nausiaui decim* et *dicem saltim*. contra e pro i non minus raro positum est in talibus, *dedici corregitur deregimus iteneris possedent collegitur relegio expremit absteneo abdedi duodecem treginta accepit defecit accedit* pro *accipit deficit accidit*. eodem pertinent *deminutiua* et *diminutiua*, *spondeus* et *spondius* et ablativi modo *e* modo *i* littera terminati, in quibus inconstantiam librorum retinui. *Vergilius* et *genetivus*, in quibus non minus saepe *i* litteram quam *e* adhibitam inveni, semper scripsi; item *neglego intellego*, in quibus rara est *i* littera. item soni similitudo effecit ut promiscue saepe *o* et *u* ponerentur. in quibus quaedam propter antiqui usus inconstantiam et librorum consensum eadem varietate expressi, ut *iocundus robor tripodium Laumedontius*, quibus addi poterat *luxorior*. alia recentioribus librariis tribuenda esse visa sunt, ut *mosae purporeus* et *porporeus tabolis ridicolus consolans consolitur insola inboo conmoto commonis oriondus nomero cognusco furtunatus tundeo expulivit inculae suffucare prumptus*, item quod in verbis cum *con* praepositione conpositis interdum *cum* scriptum est, ut *cumparo*. magna fuit librariorum licentia in aspiratione vel addenda vel omittenda. neque solum in initio vocabulorum aspirationem omiserunt ubi addenda fuit, ut *umane asta ortatus alare ortus*, et constanter fere *oratius* scripserunt, quod adnotare supervacaneum duxi, sed etiam in mediis vocabulis, ut *inueor trauntur incoatiua inerens exortor exibeo redibeo*, quod 366, 30 in omnibus libris est, quorum similia collegit Lachmannus in Lucret. p. 176, et contra vitiose interposita *h* littera *habundans nihilhominus inhertem abhominandus perhiodus* et *perihodus*. rarius peccatum est in consonantibus, *thedas cartha scola*. in Graecis vero vocabulis post *r* litteram vix umquam additum vidi aspirationis signum, ut constanter scribatur *Pyrrus pyrrichius rythmus murra*. item recte scribitur *baratrum erus umerus umor*. *orreo* habet B 366, 24: contra

plerumque *hordea* et *harena*. non minorem varietatem observare licet in geminatione consonantium, cum sono vocis, ut videtur, inducti vel geminarent quae semel ponendae erant, ut *repperio terrentius*, quae semper fere ita scripta indicare nolui, *dimminuo ammittunt appollo suppellex oppinio sepellio territur ussus accutus nummantinus*, 446, 27 *connexu* A, 375, 2 *connixus* M (nam praeter haec constanter simplici *n* scriptum est *conitor conecto*), vel simplicem litteram ponerent ubi bis scribenda fuit, ut *acuso acusativus acomodare apellare diferet adita admito gramatica*, 458, 5 *paricida* B. in *Sallustii* nomine, quod geminata *l* littera scripsi, libri plerumque semel positam consonantem habent. contra constantem librorum usum secutus sum in his, *immo quattuor Iuppiter reppuli sollicitus litus paulatim milia* (*milliens* omnes 475, 20). *sollers* duplici *l* scriptum defendunt ea quae de positione dicta sunt 430, 20, quamquam *solers* habet M 431, 21, *solertiae* AM 299, 3. *littera* et *dissyllabus* plerumque, rarius *litera* et *disyllabus* scribitur. in vocabulis *t* littera exeuntibus interdum substituta in locum eius *d* littera molliorem sonum expresserunt librarii, ut *capud inquid relinquid velud quod* pro *quot*, *ad* pro *at*. in aliis asperiorem sonum secuti sunt, ut *aput set haut atfero animatverto*, quamquam et rara haec et ea plerumque dissensione librorum acciderunt, ut vix umquam rarior forma recipienda videretur. eadem est *b* et *p* consonantium natura, in quibus duriorem sonum non numquam omnes libri servaverunt in his, *Puplius puplicus pleps*, item 457, 14 *apruptum* B, 437, 3 *ampiguitatis* B; molliorem sonum in his plerumque secutus est A, *scribsi scribtus nubsi*, non numquam etiam *obto obtatiuus*, 510, 32 *obtime* BM. illud satis vulgare, quod *u* et *b* litterae promiscue ponuntur, ut *libius lauerius nominatibus labas* pro *lavas*. frequentissima est *ci* et *ti* syllabarum, quando sequitur vocalis, permutatio. de qua apertos et innumerabiles librariorum errores, si modo ex antiquo codice non videbantur propagati esse, indicare inutile fuit, ut *amititia pertinatia audatior prouintia fartio uintio adfitior aspitio conitio discrutior commertium offitium inditia speties sotius nestio* et *cercior forcior tercius saciatus gracia recia uicia licencia proporcio spacium quociens pronunciare eciam pocius*. ea quae aliquam dubitationem adferre vel a communi usu non prorsus aliena esse vidi, ut 328, 29 *concionantur* AB 345, 6 *concio* B, 385, 23 *praecio* B, quod nuper defensum est, 451, 3 *suspicio* AM, 328, 1 *induciae* B, 328, 24 *ditione* M, indicare satis habui. in aliis inconstantiam librorum exprimere praestitit, ut 313, 21 *conuicior* AM, 327, 35 *dilitiae* BM. haud raro *c* et *g* consonantes locum inter se mutaverunt, ut *agutus aguitur laguna grateras agris* pro *acris* et *arcutus uncunt*. nam *neclego*, quod aliquotiens offendi, fortasse ex antiquiore memoria relictum est. paucis exemplis utramque litteram coniunctam inveni, ut *iuncgitur* aliquotiens in B est. saepius ante *x* litteram interposita

est *c*, *puncxi pancxi cincxi necxui necxabant*, interdum ante *q*, 432, 12 *utracque* B. maxime autem pervulgatum est illud, quod in *c* et *qu* litteris adhibendis discrepant libri, ut non solum *sequutus eloquutio quur*, quibus origo verborum defensionem adferre poterat, sed etiam *loquo* pro *loco* (B 429, 33. 445, 11), *inquomodo* pro *incommodo* (A 313, 3) inveniantur. contra non numquam *c* litteram servaverunt librarii ubi nunc vulgo *qu* poni solet, *secuntur oblicos propinco.* rarius sola *q* littera usi sunt, 401, 31 et 471, 23 *sequtus* B, 395, 24 *qur* B. frequentius idem in *g* littera accidit, ut post eam *u* omitteretur, ut *distingunt ungunt*, in quibus inconstantiam librorum retinui. post *ex* praepositionem cum vocabulis ab *s* littera incipientibus conpositam plerumque *s* omittitur, ut *exequiae exors execror extat expecto;* rara durioris soni exempla restiterunt, 366, 9 *exsto* M, 407, 20 *exstra* B. in *n* littera ante *s* addita quaedam ex antiquiore consuetudine servata sunt, ut *quotiens miliens*, in quibus raro *n* omittunt libri, item *uicensimus formonsus.* recentiori aetati tribuendum videtur *occansio*, quod saepe ita scriptum invenitur in M. in terminationibus participiorum *n* omissum inveni 401, 19 *criminas* B, 402, 21; 22 *praecipitas* M, 429, 23 *ostentas* M, 446, 29 *armipotes* AM, quae quamquam ab antiquissima quidem consuetudine non prorsus aliena esse scio, tamen ut librariorum potius neglegentiae tribuerem ipsa discrepantia librorum effecit. eodem pertinet quod frequenter *contigit* pro *contingit*, non numquam *accendo* pro *accedo*, *conuinctus* pro *convictus* scriptum est. in verbis conpositis varietatem codicum, cum ultima praepositionis littera modo mutatur modo integra relinquitur, retinui. quae ad constantem usum revocavi, ut *adloquor adfirmo adfero adfligo adgredior adsido adsumo adtendo adplico*, item *inlustro inlicio inludo inlatus inperfectum inpersonale*, et contra *appellare appositus accumbo* eadem constantia vel paucis locis exceptis ita in omnibus libris scripta sunt. in illis vocabulis quae a Graecis grammaticis Latini receperunt, ut in appellationibus quibus genera nominum discernuntur et in nominibus pedum et figurarum, magnam esse librorum varietatem facile existimari potest. in qua varietate dici nequit quid quoque loco ex calami errore ortum, quid oris vitio tribuendum sit. sed cum nihil in his invenerim in quo verioris scripturae vestigia laterent, inutile esse duxi indicare quo modo singulis locis iustam formam librarii corruperint. unum pertinaciae consuetudinis concedendum videbatur ut in *synalipha* aliisque eius generis nominibus *i* pro Graeca diphthongo reciperetur. nam quae praeterea maxime usitata librariis sunt, ut *analempsis* vel *analemsis zeuma polisundeton sustole onomatopia patronomica*, et frequentissima *f* et *ph* litterarum mutatio, aut per se falsa aut non eadem constantia scripta sunt.

Editum esse Diomedem primum e codice his qui nunc supersunt simili supra dictum est. sed cum is qui editioni praefuit codicem

et neglegenter exprimeret et temere corrigeret vel correctum ab iis qui antea huic rei operam dederant haberet, admodum diversa a priscis exemplaribus facta est principis editionis scriptura. eam postea repetiverunt quicumque quinto decimo saeculo hunc grammaticum ediderunt. neque proximis annis sequentis saeculi, quamvis saepe Diomedes editus sit, quicquam quod maioris momenti esset mutatum esse inveni. magnifice de operā sua pollicitus est Ioannes Rivius, qui multa praefatus de mendosis depravatisque codicibus et de difficillimo emendandi officio ab amicis sibi inposito Venetiis a. 1511 Diomedem edidit. sed ne is quidem nisi in paucis iisque levissimis rebus a prioribus exemplis recessit, pleraque autem ita repetivit ut vix paullo accuratius lecta esse adpareat. simili studio se continuit Ioannes Theodericus Bellovacus, cuius opera emendati 'grammatici illustres duodecim' editi sunt in officina Ascensiana Parisiis a. 1516. in quibus in Diomede menda quaedam priorum exemplorum, quae quidem facili negotio corrigi poterant, sublata, pauca etiam licentius inmutata sunt. novam recensionem instituit Hermannus Buschius Pasiphilus Monasteriensis, cuius usus sum editione altera, quae Coloniae a. 1523 facta est; priorem, quae a. 1516 facta esse dicitur, non vidi. nam cum in prioribus exemplaribus ita pleraque depravata essent ut multa intellegi omnino non possent, Buschius, id unum secutus ut legi aliquo modo ea quae ederentur possent, plurima suo arbitratu novavit, adiutus in Graecis maxime, ut scribit, studio Arnoldi Vesaliensis. qua in re quanta licentia usus sit ex his quae de studio suo praefatur existimari licet, 'sed adeo deprauatum omnibus pene locis offendi, ut susceptam in eo prouinciam, non semel deserere, atque omittere cogitarem. passim enim non labes quaedam, aut mendae tantum insidebant, sed portenta potius, et monstra, nec ea quidem calamo expungenda, sed solius uindicis claua Herculis repurganda, atque tollenda'. in eadem via paucis annis post perstitit Ioannes Caesarius, cuius opera correctus quater editus est Diomedes, Haganoae a. 1526, Coloniae a. 1533 et 1536, Lipsiae a. 1541. ego usurpavi editionem Coloniensem priorem. pari autem consilio usus atque ante eum Buschius non solum quae ab illo novata erant retinuit omnia sed etiam alia quae intellectui obstare videbantur correxit. quare cum eius studio iam multo politior prodiret grammatici scriptura, ut legi atque intellegi omnia facile possent, mirum non est quod magnam apud posteros famam adsecutus est; magis mirum illud, quod nostra memoria speciosa inventa doctis hominibus inposuerunt, quamquam sano iudicio usus olim G. I. Vossius de hist. Lat. I. 2 audacem nimis Diomedis interpolatorem eum dixerit. nam manu scriptis libris Caesarius non magis quam quisquam priorum usus est. salutarem operam tandem Diomedi attulit Putschius qui commen-

tis Caesarii (eius enim editione usus est) remotis ita ad fidem codicum quorum ei copia facta erat scripturam revocavit ut non solum viam qua in recensendo grammatico ingrediendum esset futuro editori praeiret sed plurima etiam ipse praeciperet. hinc intellegitur quo iure Bondamus var. lect. p. 267 Diomedem post Putschii editionem ex veteribus exemplaribus suppleri posse existimaverit. ni mirum quae ex istis peti possunt ita conparata sunt omnia ut, siquando recte emendata est codicum scriptura, haec facile a quovis inveniri possint; sin rariora et a communi intellectu magis remota praebent, ea licentius quam ut probari possint excogitata sint. adscripsi tamen multa ex his, non quo iis cognitis magno opere adiuvari emendationem putarem, sed quia eam auctoritatem olim nacta sunt interpolata exemplaria, ut non inutile sit scire quid in illis feratur. sed a quo quaeque primum inventa essent accurate indicandum non videbatur. itaque communi signo quo interpolatorum exemplarium scriptura significaretur usus sum. maxima autem pars eorum a principe editione propagata, quaedam a Buschio reliquisque editoribus inventa sunt. raro atque tum maxime cum magis exemplaria dissentiebant quaedam nominibus eorum a quibus inventa sunt adpositis adscripsi.

Res a duobus grammaticis traditas pertractare et adnotatione explanare a meo consilio alienum fuit. sed quia omnem horum scriptorum auctoritatem, sicut reliquorum qui ex hoc genere litterarum ad nostram aetatem pervenerunt, ex antiquioribus grammaticis, quos illi in libris scribendis secuti sunt, pendere constat, non videtur ea quaestio hoc loco praetermittenda esse. quamquam illud ita cum aliis grammaticis qui iisdem fontibus usi sunt coniunctum est ut sine longa disputatione res confici nequeat. itaque nunc summam rei attingam et quae maxime in promptu sunt explicabo quam brevissime. Charisius igitur tres grammaticos nominat, quorum se non singula quaedam praecepta probasse sed longiores disputationes ex libris eorum transcriptos in suum usum convertisse profitetur, C. Iulium Romanum, Cominianum, Palaemonem. et a C. Iulio Romano quidem haec recepta sunt, de analogia 116, 29—147, 16, de adverbio 190, 8—224, 22, de coniunctione 229, 6—230, 2, de praepositione 236, 16—238, 16, de interiectione 239, 1—242, 12. huc accedunt pauca quaedam eiusdem Romani nomine inscripta, 51, 5. 53, 12—18. 56, 4—7. 61, 5—14. 114, 1—6; 25—28. 232, 7—10. e quibus illud quod postremo loco posui olim in commentario de praepositione scriptum fuisse videtur, reliqua ex his ipsis quae antea indicavi repetita sunt. vario autem dicendi genere Charisius in his excerptis indicandis usus est, 230, 1 *libro ἀφορμῶν sub titulo de coniunctione*, 236 16 *de praepositionibus libro ἀφορμῶν*, 238, 16 *libro ἀφορμῶν sub titulo de praepositione*, 190, 8 *de adverbio sub titulo ἀφορμῶν*, 114, 28 *in libro de adverbiis*, 56, 4 et 114, 1 *in libro de analogia*, 116, 29 conl. 51, 5 et

117, 6 *de analogia;* in reliquis solum nomen grammatici posuit. neque tamen dubitari potest quin ex uno eodemque libro, quem certis titulis ipse Romanus distinxisse, communi autem **ἀφορμῶν** nomine inscripsisse videtur, haec omnia petita sint*). et ne illud quidem ab eo libro diversum est, quod *disertissimus artis scriptor* Romanus dicitur 232, 7. **ἀφορμῶν** nomine qui in inscriptione libri usus sit inter grammaticos praeter Romanum novi neminem, ex diverso litterarum genere unum Porphyrium, cuius **ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά** et a Stobaeo saepius citatae sunt et in libris manu scriptis sic inscriptae extant. eum titulum autem recte interpretati esse videntur ii qui quasi principia et elementa philosophiae summis quibusdam sententiis conprehensa, quibus institutus aliquis ad perfectiorem veritatis cognitionem pervenire possit, indicari existimaverunt: cf. Holsten. de Porphyr. vit. et script. p. 52 Creuzer praefat. in Plotin. p. XXVII ed. Paris. hoc igitur exemplum secutus Romanum quoque nomine satis singulari initia quaedam artis grammaticae, quibus aditus ad perfectam artis scientiam pararetur, significare voluisse suspicor. habetque aliquam conmendationem ea interpretatio ab usu eius vocabuli apud recentes scriptores in primis frequente, quod **ἀφορμὰς λαμβάνειν** dixerunt eos qui ab aliis materiem scribendi, quam longius persequebantur, petiverunt et **ἀφορμὰς διδόναι** hos qui aliis materiem praebuerunt; quem usum explicavit Valckenarius de Aristobul. Iud. p. 65. neque haec ipsa quae Charisius ex libro Romani rettulit a tali consilio aliena sunt. quamquam enim vel de omnibus vel de plerisque partibus orationis Romanus in libro suo exposuerat, tamen non certis definitionibus vel regulis disciplinam grammaticae artis circumscripsisse sed illud potius egisse videtur, ut observatione diligenti et multarum rerum copia eos qui Latinae linguae rationem plane cognoscere vellent adiuvaret. itaque de universo genere quod singulis titulis cum maxime tractabat pauca praefatus magnam copiam exemplorum ex omni genere scriptorum collectam et ordine litterarum dispositam congessit. profectus autem a vetere grammaticorum controversia, qua diu quaesi-

*) Non persuasit mihi vir doctissimus Osannus symbol. litter. II p. 327 sq. duos Romani libros Charisium usurpavisse, alterum **ἀφορμῶν** vel, ut ipse coniecit, **ἀφορισμῶν**, alterum de analogia scriptum. nam sicut ea quae 'in libro de adverbiis' Romanus rettulisse dicitur non diversa sunt ab illis quae 'de adverbio sub titulo **ἀφορμῶν**' vel potius sub titulo de adverbio libro **ἀφορμῶν** exposuit, ita non est cur ea quae de analogia scripta sunt potius e libro singulari, qui eo nomine inscriptus fuerit, petita quam in libro **ἀφορμῶν** posita fuisse credantur. unum video in dubitationem vocari potuisse, utrum universum librum, ut supra dixi, **ἀφορμάς** inscripserit Romanus, an singulis artis grammaticae partibus titulos **ἀφορμῶν** addiderit, quod praeter titulum de adverbio modo adlatum commendari poterat his quae in ipsis Romani excerptis scripta sunt 209, 21 *de consortio praepositionum quem adaeque sub titulo ἀφορμῶν dedimus.* sed quoniam ex his quae Charisius rettulit vix intellegi potest quae fuerit illa artis et **ἀφορμῶν** differentia, reliqua potius recte, haec minus accurate scripsisse Charisius indicandus est.

tum est utrum in usu dicendi rationis necessitas an consuetudinis licentia valeret, illud ipsum sibi proposuerat, ut 'quid sit cum officiis rectae constitutaeque rationis quidve licentius proditum requireret', ut ait 194, 13, et 'ut interdum tacente ratione quantum sibi dederit auctoritas colligeret' 117, 7. hinc nihil frequentius in his excerptis quam quod iis quae cum ratione dicta sunt vel quae ratio et natura sermonis flagitat opponuntur ea quae excepta sunt, quae regulam non tenent, quae vetus dignitas vel veterum licentia vel auctoritas veterum vel suavitas aurium probat. ex hoc igitur Romani libro maxima pars earum rerum quae de usu veterum satis subtiliter apud Charisium adnotatae sunt deducta est. iam si quaeris num quid praeter illa quae ipso nomine inscripta supra conposui ex eodem libro Charisius receperit, duobus maxime locis etiam antiquae doctrinae reliquiae extant, in illis quae de extremitatibus nominum scripta sunt 50, 7 sqq. et in iis quae istum commentarium excipiunt de inaequalitate sermonis et de differentia vocabulorum 93, 3 sqq. ex his pauca quaedam praeter ea quae paullo ante indicavi ex eodem titulo de analogia quem in fine libri Charisius exhibuit deprompta sunt. plura ex titulo de consortio casuum peti potuerunt. e quo titulo quae ipse Romanus indicavit 132, 31 minus accurate descripta esse videntur 89, 24 sqq. quamquam nec omnia ex hoc fonte repetenda sunt nec quicquam omnino pro certo proponi potest ea maxime de causa, quia non satis constat quid ab ipso Romano mutuatus sit Charisius, quid ab iisdem auctoribus quibus ille usus erat receperit. duos autem potissimum antiquiores grammaticos Romanus secutus esse videtur, Plinium, cuius libros dubii sermonis saepissime citavit, et Suetonium, cuius nomen in Charisii excerptis tribus tantum locis relictum est, 194, 15. 200, 25, et adscripto titulo libri 'de rebus variis' 236, 17. ipse Romanus, cuius nemo veterum scriptorum praeter Charisium mentionem fecit, qua aetate vixerit, nuper sibi invenisse visus est Osannus in dissertatione de Capro et Agroecio grammaticis a. 1849 edita p. 7. nam ex eo quod Hadrianum imperatorem divum appellat 209, 12; 18 et 222, 21 demonstrare voluit Romanum haud multo post eum imperatorem vixisse. solere enim scriptores illum honoris titulum iis Caesaribus tribuere qui aetate aequales fuissent vel certe prope ab ipsorum temporibus afuissent. in quo ego miror cur non illud potius argumentum posuerit vir doctissimus, quod Romanus, cum Hadrianum divum constanter appellaret, eadem appellatione numquam usus est in Marco Aurelio, cuius ad Frontonem epistulas semel citavit 223, 26, saepius Frontonis ad imperatorem 127, 3. 197, 3. 206, 1. 223, 8; 27, ut intellegi possit vixisse Aurelium tum cum haec scribebantur. verum tamen ne huic quidem rei multum tribuo praesertim in titulo libri, in quo certe necesse non erat ut post mortem imperatoris titulus honoris adderetur, ut factum

sane est in Annii Flori libro ad divum Hadrianum 53, 14. 123, 17. 140, 6. quam ob rem non video certum aetatis indicium relictum esse nisi hoc, quod in magno scriptorum numero nullum citavit his quos modo dixi et Apuleio, qui iis aetate fere par erat, recentiorem. cui iudicio non puto repugnare illud, quod semel 220, 28 'Porphyrio ex Verrio et Festo' citatus est. neque magis conperta est Arruntii Celsi, quem saepius Romanus appellavit, aetas. sed quia neque studiorum ratio neque dicendi genus quod Romanus sectatur subobscurum et artificiosum ab illorum scriptorum aetate alienum est, ne ipsum quidem multo inferiorem fuisse et sub finem fere secundi saeculi vel initio tertii vixisse suspicor.

A Romano longe diversus fuit Cominianus, a quo adscripto nomine haec se recepisse indicavit Charisius, de ablativo casu 147, 18—148, 13, de coniugationibus 175, 29—178, 35, de participio et de adverbio 180, 11—181, 15, de coniunctione 224, 24—225, 4, de praepositione 230, 4—31, de interiectione 238, 19—22, de barbarismo 265, 2—22, de soloecismo 266, 15—267, 22. praeterea autem nemo, qui quidem ipsum Cominiani librum vidisset, huius grammatici mentionem fecit. quamvis enim id nomen haud raro apud posterioris aetatis scriptores reperiatur, tamen eorum omnium quae ei adscripta sunt nihil est quod non Charisio potius quam ipsi Cominiano acceptum debeatur. de excerptis quae Cominiani nomine feruntur antea dictum est. sed non minus siquae ei ab aliis tribuuntur, ad Charisium referenda sunt. velut quae a commentatoribus Vergilii, Serv. in bucol. 3, 21, schol. Leidens. in georg. I 215 apud Suringarum hist. crit. scholiast. Lat. II p. 310, schol. Bernens. in georg. II 311 apud Müllerum comment. Iunilii Flagrii etc. IV p. 8, exscripta sunt, ea ex Charisio 229, 19. 34, 25. 95, 12 petita esse adparet. fuit enim hic posterioris aetatis mos ut Cominiani nomine libros Charisii nuncuparent. cuius rei haud scio an haec fuerit causa quod ea a quibus Charisius initium primi libri fecerat *de grammatica* et *de voce*, quae nostri codicis defectu perierunt, pariter atque ea quae supra indicavi Cominiani nomine inscripta fuerunt. quo fieri potuit ut postea reliqua omnia ab eodem scripta putarentur. itaque, si ea sequimur quae Charisius Cominiano tribuit, adparet non solum de octo partibus orationis (nam de pronomine quamquam nihil indicatum est, tamen eam partem omissam non fuisse certum est) sed etiam de vitiis orationis quae grammatici dicebant hunc scriptorem exposuisse, ea ratione usum ut brevi et simplici oratione suae aetatis consuetudinem doceret omniaque quae ad usum antiquitatis pertinerent vel paullo doctiorem disputationem requirerent a suo consilio aliena putaret. nam in eo fere haec omnia versantur ut definitione unius cuiusque partis orationis proposita quae cuique accidant explicetur et ad certas regulas usus dicendi revocetur. quae quidem disserendi ratio in

eam me adducit opinionem ut Cominianum non valde antiquum grammaticum fuisse et librum suum non doctis hominibus sed pueris destinavisse putem.

Rarior aliquanto Palaemonis mentio apud Charisium extat. nam de tribus tantum partibus orationis eius se commentarios transcripsisse testatus est, de coniunctione 225, 5 — 229, 2, de praepositione 231, 1 — 236, 15, de interiectione 238, 23—25. his nunc statim addam ea quae de adverbio scripta sunt 186, 30 — 189, 24, quamvis nomen Palaemonis non sit adpositum. nam cum eum ordinem in extrema parte secundi libri Charisius secutus sit ut de singulis partibus orationis primum Cominiani, deinde Palaemonis, tertio loco Romani commentarium poneret, de adverbio quamquam duae disputationes sunt mediae inter Cominiani et Romani excerpta, tamen dubitari nequit quin haec quae dixi Palaemonis sint. primum enim ea quae de adverbiis ex praepositionibus ortis disputata sunt 189, 10 sqq. iterum in Palaemonis commentario de praepositione 231, 25 sqq. leguntur. nec minus quae ibi de nominibus civitatium praecepta sunt 232, 3 et 28 illis quae 188, 18 indicata sunt respondent. deinde suum nomen in exemplo posuit grammaticus 187, 1 *Palaemon docet.* postremo disserendi genus simillimum est illi quod in his quae supra indicata sunt observatur. habet autem Palaemon, ut in his quattuor orationis partibus nunc subsistam, multa cum Cominiano, de quo antea dixi, communia, quippe quem ipsum quoque pueris instituendis operam dedisse constet, sed ita tamen ut doctiorem aliquanto et antiquiorem grammaticum facile agnoscas. nam in una quaque parte orationis primum quidem significationis varietatem et usum multiplicem suis generibus descripsit, qua in re sedulo cum Latino sermone consuetudinem Graecorum conparavit; deinde vero observationes varias subiecit, quibus dè usu optimorum scriptorum praeciperet. atque in his paucorum scriptorum numero se continuit. nam e poetis Terentium et Vergilium, quem poetam dicit 232, 12, et Horatium, e prosae orationis scriptoribus unum Ciceronem usurpavit. porro Ciceronis exempla omnia ex orationibus in Catilinam, pro Milone, pro Roscio Amerino petita sunt. titulum libri numquam addidit, nisi quod semel 234, 24 Ciceronis de amicitia liber nominatus est, si modo illud a Palaemone profectum ac non potius a Charisio aliunde additum est.

Sed de his duobus grammaticis de quibus modo dixi ad finem perduci quaestio non poterit, nisi illud explicatum fuerit, quae ratio inter Charisium et Diomedem intercedat. constat enim multis locis tam similem esse utriusque doctrinam ut verba verbis respondeant. quem consensum cum alii sic interpretarentur ut Charisii libros a Diomede exscriptos esse dicerent, alii Diomedem scribendi materiem

praebuisse Charisio arbitrarentur, neutrum omnino verum est. et alterum quidem, quod olim Georgio Fabricio placuit in epistula quam suae editioni Charisii adiecit, Diomedem auctoritatem secutum esse Charisii, vix puto quemquam hodie defensurum esse, qui paullo accuratius horum grammaticorum libros inter se conparaverit. nam apud Charisium tam multa perturbata et quasi soluto rerum ordine disiecta sunt, contra apud Diomedem omnia tam certo consilio disposita, ut credi nequeat hunc quae apud illum multis locis dispersa invenerit collegisse et iisdem verbis expressa in iustum ordinem redegisse. rectius igitur ii qui Charisium, quem pleraque ab antiquioribus grammaticis descripsisse et neglegenter interdum conposuisse constat, Diomedis libris ita usum esse existimaverunt ut ordine quem ille instituisset neglecto pro suo arbitratu quaedam decerperet et novo modo digereret. at ne illud quidem valet de omnibus. quamvis enim multa sane copiosius a Diomede exposita sint, ita ut haec ab eo exscribere Charisius potuerit, a Charisio vero Diomedes omnino non potuerit, tamen in aliis plenior et rectior Charisii ratio. velut, ut uno exemplo rem conficiam, quae de nominibus vel singulariter vel pluraliter tantum dictis scripta sunt apud Charisium 31,25 sqq., cum multa habeant cum iis quae de eodem argumento Diomedes scripsit 327,16 sqq. communia, tamen et accuratius scripta et pleniora sunt quam illa et certo ordine, cuius pauca, sed satis manifesta vestigia apud Diomedem restiterunt, disposita. haec igitur non potuit a Diomede Charisius transferre, nisi quis Diomedis libros ampliores olim quam nunc feruntur fuisse dicat, cuius tamen rei nullam certam causam esse video. itaque tertium relinquitur, ut utrumque grammaticum ex communi fonte suam doctrinam derivasse dicamus. iam vero cum conplura ex iis in quibus cum Diomede Charisius consentit ab hoc vel Cominiano vel Palaemoni tribuantur, 147,18. 175,29. 180,11. 181,15. 224,24. 225,15. 230,4 conl. 303,30. 346,30. 401,26. 403,16. 415,12 et 392,1. 408,25, semel vero etiam Palaemonis mentionem fecerit Diomedes 415,16, non videtur dubitari posse quin iisdem grammaticis quibus multa se debere Charisius indicavit Diomedes quoque usus sit, eaque causa fuerit cur et in illis locis quos dixi et in magna parte reliquorum, in quibus idem rerum et verborum consensus extat, tam similis utriusque grammatici doctrina evaderet. nam in non nullis certe, ut dixi, fieri potuit ut ipsum Diomedem Charisius sequeretur. ex his iam intellegi potest quam multa praeter ea quae solum Charisium secuti Cominiano et Palaemoni vindicavimus et ille et Diomedes ab his grammaticis receperint. nam omnia fere quae de universa artis disciplina et de vulgari consuetudine Latine loquendi praeceperunt ita inter se consentiunt ut ea ab istis tam quam communi fonte

transtulisse videantur*). qua in re memorabilis extitit utriusque diversitas. nam Charisius nihil aliud fere in iis quae scripta invenit mutavit quam quod in breviorem formam pleraque redegit, raro observationes aliunde petitas interposuit, saepe nomen auctoris adscripsit. Diomedes contra, quo aptius omnia conecteret et certo ordine digereret, duorum grammaticorum commentarios in unum coniunxit, alia adiecit, nomina auctorum raro et velut in transcursu addidit. sed haec nunc per singula genera explicare nolo, praesertim cum de consensu grammaticorum suo quaeque loco adnotata sint. hinc, siquis accuratius de Cominiani et Palaemonis libris quaerere velit, saepe ab utro quaeque petita sint investigare poterit. de Palaemone unum addam, 'observationes verborum' quas in tertio libro Charisius conposuit vel omnes vel plurimas ab eo receptas videri; certo autem ea quae et in fine eius libri 262, 25 sqq. et copiosius apud Diomedem 388, 10 sqq. de qualitatibus Latini sermonis vel de coniunctione temporum scripta sunt ab hoc translata esse constat.

Atque haec quidem non minus iam ad Diomedem quam ad Charisium pertinent. videamus nunc de reliquis auctoribus quos ille secutus est. in ea igitur operis parte in qua plurima ex Cominiani et Palaemonis libris petivit neminem saepius nominavit quam Scaurum, cuius definitiones quasdam ab ea doctrina quam ipse probavit diversas adposuit 300, 19 de oratione, 300, 27 de partibus orationis, 318, 14 de septimo casu, 320, 4 de nomine, 403, 20 de adverbio, 421, 16 de littera, 444, 29 de hypozeuxi, 449, 26 de macrologia, 456, 27 de tropo. eidem Scauro in reliquis quoque schematibus quae dupliciter, ita ut in hypozeuxi factum est, definita sunt alteram definitionem probabiliter tribuas. videntur autem ea omnia ex arte grammatica Scauri, cuius mentionem fecit Romanus apud Charisium 133, 1. 136, 16. 146, 36 deprompta esse. quamquam haec quidem, quoniam fere in definitionibus verborum et controversiis grammaticorum versantur, leviora sunt; illa vero graviora quae de usu veterum exposita et exemplis antiquorum scriptorum confirmata sunt. ex hoc genere autem non ita multa Diomedes exhibet, eaque paucis exceptis omnia quasi in unum locum constipata. nam quaecumque ea de re memoriae prodidit illis fere continentur quae de speciebus temporis praeteriti perfecti 364, 9 sqq. et de diversa verborum positione 381, 20 sqq. scripta sunt. quae quidem omnia cum continuitate rerum et disputationis ita inter se conexa sint ut non ex diversis locis a Diomede collecta sed ab uno aliquo auctore petita esse adpareat, tum iis quae de eodem argumento Priscianus

*) His rationibus ductus in incerta codicis scriptura 50, 8 Cominiani nomen latere posse dixi, propterea quod eae res quae ibi referuntur Diomedi notae fuerunt. contra 254, 8 in illis quae a Diomede omissa sunt Romani nomen restituere conatus sum.

in expositione verbi tradidit valde similia sunt, usque eo ut saepissime iisdem exemplis uterque utatur. ex hoc fons et origo eorum quae apud Diomedem adnotata sunt demonstrari potest. quamquam enim Priscianus ea quae ante eum Diomedes scripserat legit atque etiam in hac ipsa parte de quibusdam verborum formis nomen eius adscripsit, 470, 12. 485, 19. 515, 16. 499, 19. 535, 12, tamen parum considerate rem egerunt ii qui Priscianum haec omnia de quibus cum Diomede consentit ab hoc transtulisse omnemque fidem recentiori grammatico abrogandam esse existimaverunt, quod et olim Maiansio comm. ad XXX iuriscons. fragm. p. 34 et nuper Hertzbergio in Propert. t. I p. 229 et t. IV p. 290 accidit. id si antea minus constabat, nunc certe ex iis quae et ipse in Diomede adnotavi et in Prisciano Hertzius elucet. multa enim quae vehementer corrupta et perturbata sunt apud Diomedem integra servavit Priscianus. quorum magna pars ita conparata est ut causa erroris non possit omnino a librariorum neglegentia repeti, sed ipsum grammaticum minus accurate ea quae sequebatur repetentem peccasse adpareat. viderat illud olim Lachmannus in Propert. p. 263 in illis quae de verbo necto exposita sunt a Prisciano 536, 5 sqq. et a Diomede 369, 16 sqq. parem rationem cum aliis exemplis deprehendere licet tum ea maxime ostendunt quae de verbis adolesco et sallior et deleor tradiderunt Diomedes 373, 16. 375, 16; 26 et Priscianus 488, 26. 546, 9. 490, 8. manifestum ergo est non ipsas Diomedis observationes a Prisciano repetitas esse sed utrique antiquiorem auctorem ante oculos fuisse, quem unum in hac parte ducem secutus est Diomedes, Priscianus vero minus constanter quidem sed diligentius saepe quam ille adhibuit. atque etiam quis ille fuerit satis certo ab utroque grammatico indicatum est. nam et Diomedes in initio eius partis de qua dicimus bis Probum appellavit, 364, 30 *ideoque Probus negat recte dici piscem vel aliud tenerum quid manduco* et 365, 19 *praefoco praefocavi Probus quasi novam vocem miratur*, et Priscianus in quibusdam observationibus in quibus cum Diomede consentit eiusdem Probi auctoritate usus est 469, 12. 470, 12. 485, 19. 490, 8. 499, 17. 529, 7. 535, 21. 539, 1 et paullo accuratius quam in reliquis locis, in quibus nomen tantum grammatici posuit, 541, 18 *sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naevium protulisse.* itaque cum Diomedem haec omnia de quibus agitur ex illo Probi libro petivisse dico, quo is de dubio perfecto, ut ait Priscianus, tractaverat itemque de similibus verborum quaestionibus exposuisse videtur, satis puto rem probatam esse iis qui qua ratione hic grammaticus in indicandis auctoribus quos secutus est utatur bene cognitum habent. accedit vero etiam haud contemnendum testimonium Gellii, qui noct. Att. VI 9 de perfectis temporibus geminatione syllabae factis Probum adnotasse et veterum scriptorum exempla posuisse dicit. unde adparet illum de iis rebus

in quibus maxime Diomedis observationes versantur quaesivisse. et quoniam de illis quae Probi nomine recentiores grammatici citant saepe dubitatum esse video, utrum ea M. Valerio Probo Berytio an posteriori cuidam artis grammaticae scriptori tribuenda sint, rectius aliquanto quam vulgo fieri solet ea de re ex Diomedis excerptis iudicari posse confido. etenim quod Suetonius in vita Probi narrat eum 'multa exemplaria contracta emendare ac distinguere et adnotare curavisse, soli huic nec ulli praeterea grammatices parti deditum', eo testimonio docti quidam homines ita abusi sunt, ut quidquid ad grammaticam doctrinam pertineret a Probi studiis alienum esse existimarent atque illud ipsum tam quam normam ponerent, qua quid recte ad eum referri posse videretur iudicarent. quo factum est ut singulari inconstantia, dum nihil relictum esse de doctrina nobilissimi grammatici queruntur, ea ipsa quae in conspectu omnium posita sunt ab eo abiudicarent. videant autem ne nimis angustis finibus operam et studia Probi coerceant. nempe, sicut summum criticum decebat, ille et reliqua artis instrumenta diligenter circumspiciebat et morem dicendi accurate observabat, ut certo fundamento in critica arte factitanda uteretur. hinc nata esse videtur illa 'non mediocris silva observationum sermonis antiqui', quam ab eo relictam esse Suetonius testatur. in eo igitur negotio quam rationem Probus secutus sit optime ex Diomedis excerptis perspici posse dico, quandoquidem is ita observationes Probi expressit ut vix quicquam aliunde additum esse videatur. plurima enim exempla quibus usus est ex antiquissimis poetis et historicis, ad quos ille maxime operam suam pertinere volebat, petita sunt, pauca ex recentiore memoria interposita, nullus denique scriptor citatus est qui Probi aetate inferior esset, excepto quidem uno Suetonio, cuius semel mentio facta est 365, 19, *Tranquillus quoque his adsentiens in libello suo.* sed tantum abest ut uno exemplo fides antiquitatis labefactetur ut certius etiam reliquorum origo demonstretur. nam ipsa verba quibus in eo testimonio adferendo grammaticus usus est ostendunt illud ex libello Suetonii, quem Diomedi notum fuisse postea docebimus, ipsum addidisse ad confirmandam Probi observationem. praeterea vero nihil invenio quod non esse a Probo profectum certo indicio constet, nisi quis ea quae de Plinii sententia breviter adnotata sunt 368, 10 a Diomede addita esse existimat. quamquam Probus, quem ad Domitiani aetatem vitam produxisse certum est, Plinii libros legere potuit. recentioris autem aetatis scriptores quorum verba adposita sunt quo consilio Probus adhibuerit luculento exemplo ostendunt haec quae de Pomponio, Neronianae aetatis poeta, scripta sunt 371, 18, *sed novitas brevitatis causa cuncta permiscuit. quippe sancio sancii faciebant, ut Pomponius ad Thraseam.* similiter ea quae ex Senecae de officiis libris 366, 14 et ex Fabiani causarum libro tertio 375, 22 protulit eo consilio ad-

scripsisse videtur ut cum vetere loquendi consuetudine, de qua maxime quaesivit, novorum scriptorum morem conponeret. falsum vero est nomen Titiani, quod ex interpolatis exemplaribus propagatum olim legebatur 368, 26, *Titianus etiam de agri cultura primo.* pro eo nunc corruptam librorum scripturam *tyrannus* restitui. quae ipsa quem ad modum emendanda sit quamquam nescio nec sciri posse puto, illud tamen constat, tertii saeculi scriptori in hoc commentario locum non esse.

Neque vero his excerptis omnia quae Probo Diomedes debuit continentur, sed per reliquas etiam partes quibus de verbo praecepit quasi frustula quaedam ex illius copiis recepta videntur dispersa esse. primum enim de participiali modo 342, 9 eius auctoritate utitur, dum ea quae ipse participialia dicit a Probo supina appellari ait. deinde, si modo ex genere exemplorum quae adscripta sunt et universa disputandi ratione coniecturam facere licet, in his quae de inchoativa verborum specie 343, 1 sqq. et de iterativa verborum forma 344, 28 sqq. e veteribus scriptoribus adposuit Probum ducem sequi videtur. porro quae de verbis corruptis ad usum veterum inlustrandum adnotata sunt 385, 21 — 386, 6. 386, 17 — 22. 387, 4 — 9; 29 — 388, 7 haud scio an eidem auctori debeantur. denique ea quae 'de his quae apud veteres diversa reperiuntur enuntiata declinatione' breviter a Diomede exposita sunt 400, 1 — 401, 9 tam similia sunt illis de quibus antea dictum est ut haec quoque Probo tribuere non dubitem. et in his certe quae postremo loco posui fortasse aperto quodam testimonio rem confirmare licet. nam in 'expositione Latinitatis', quae est in Lavantino codice f. 21 sqq. nono saeculo scripta, adposito Valerii nomine eadem quae Diomedes tradit citantur, *sed Valerius ait consuetudinem antiquitatis etiam fuisse ut paene alios sermones tunc dicat fuisse aliosque nunc. sed per physicam similitudinem attulit dicens, 'postera' inquit 'aetas mundi ut disciplinam pristini saeculi ita et sermones fastidiare coepit et nova parturire verba quae iuvenum ritu ipsa modo florent et vigent'. qui etiam Horatium dixisse ait Ut silvae flores pronos mutantur in annos et prima cadunt, ita verborum vetus interit aetas, et nova iuvenum ritu florent modo nata vigentque* (*florent motat augentque* cod.) *et rel.*

In tertio libro Diomedis memorabilis et plena antiquae eruditionis disputatio est de poematibus 482, 13 — 492, 14. eam totam a Suetonio, quem in fine eius capitis 491, 30 Diomedes appellavit, petitam esse docuit O. Iahnius Mus. Rhenan. noviss. VIIII p. 629. nam quod satirici poetae tres tantum appellati essent 485, 32, Lucilius Horatius Persius omisso nomine Iuvenalis, id non posse intellegi, nisi ab antiquiore aliquo auctore, qui aetate superior fuisset quam Iuvenalis, haec recepta essent. deinde quia Suetonium in libris suis maxime Varronis auctoritate usum esse constaret, ea quoque quae

Varronis nomine Diomedes adscripsisset 486, 8. 487, 15. 488, 7. 489, 18 Suetonio deberi. ea vero quae de origine bucolici carminis 486, 17 sqq. tradita essent, quoniam cum iis fere consentirent quae de eadem re Probus ante commentarium in Vergilii bucolica scripsisset, ex eo ipso loco a Suetonio, qui saepius Probi copiis usus esset, recepta videri. quem autem Suetonii librum Diomedes exscripserit non magis certo definiri potest, quam quo potissimum ex Varronis libris Suetonius usus sit. nam quod Varronis de satura sententia ex secundo libro Plautinarum quaestionum adfertur 486, 8, credi vix potest alium librum a Suetonio non esse adhibitum. quamquam illud ipsum quam incerta in hoc genere coniectura sit docet. Suetonii librum eum a Diomede usurpatum esse adfirmavit Iahnius qui a Suida v. *Τραγκύλλος* hoc nomine indicatur, *περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωριῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β*, et brevius a Gellio noct. Att. VIIII 7 ludicra historia dicitur. et satis probabiliter illud quidem. poterat tamen talis disputatio non minus commode in libris Pratorum, quos in primis a posterioribus grammaticis tractatos esse constat, conlocari. ceterum ut ipse Diomedes vix quicquam antiquo commentario addidit, ita Suetonius in plerisque satis accurate Varronis auctoritatem secutus esse videtur. sed Varronianae doctrinae reliquiae in ea quoque parte libri quae de metrorum disciplina scripta est restant. cuius rei certa testimonia sunt ea quae de numeri et rythmi differentia 513, 1 et de certis versuum generibus 515, 3; 9; 14. 518, 14 Varronis nomine inscripta referuntur. haec ex Varronis ad Marcellum de sermone Latino libro septimo petita esse conlatis iis quae ex eodem libro Rufinus p. 2708 et 2709 rettulit probabiliter coniecit Ritschelius quaest. Varron. p. 35. hinc progredi licet longius. nam et ex his quae proxime antecedunt et secuntur quaedam ita cum illis rerum natura conexa sunt ut ex eodem fonte petita esse adpareat, et in initio libri ea quae ante Suetonii excerpta posita sunt Varronianae doctrinae vestigia continere videntur. verum de his non magis nunc quaeram quam de reliquis metricae artis auctoribus quos Diomedes secutus est. nam illud quod volebam abunde demonstratum esse videtur, quae ex antiquiore eruditione apud hunc grammaticum restiterunt, eorum maximam partem gravissimis auctoribus Varroni et Probo acceptam deberi.

Qua aetate Charisius et Diomedes vixerint nullo testimonio constat. utrumque saepius conmemoravit Priscianus et qui hoc paullo antiquior esse videtur Rufinus in commentario de metris comicis, Charisium Servius in Verg. Aen. VIIII 329 et falso Cominiani nomine in Verg. bucol. 3, 21. ab altera parte apud neutrum invenio certum recentioris aetatis indicium quam illud, quod Terentiani Mauri libello de metris Diomedes usus est. eius rei argumentum Lachmannus in Terentian. p. XIII petivit ex Terentiani versu 1701

quae pax longa remiserat arma novare parabant. qui versus cum ab eo ipso exempli causa ita refictus sit, idem a Diomede 498, 6 ponitur. non minus certum est in definitione pedis versus Terentiani 1342 sq. *una longa non valebit edere ex sese pedem, Ictibus qui fit duobus, non gemello tempore* expressos esse a Diomede 475, 3 *ergo una longa pedem non valebit efficere, quia ictibus duobus arsis et thesis, non gemello tempore perquirenda est.* item de pedibus 475, 11 et 476, 17 Terentiani versus 1361 et 1380 exscripsit et alteram disputationem de pentametro 503, 9 — 22 ex Terentiani versibus 1721 sqq. transtulit. quarti vero saeculi grammaticos Donatum et Marium Victorinum, quorum frequens cum Charisio et Diomede consensio est, utrum ipsos legerint an ab iisdem auctoribus quos illi secuti sunt hi quoque doctrinam derivaverint non videtur certo dici posse. ex quibus rebus adparet quam latum coniectandi spatium in temporibus definiendis relictum sit; nisi forte isti similitudini, quam duo grammatici et inter se et cum illis scriptoribus quos dixi habent, id tribuendum esse putamus, ut nec ipsos aetate longe diversos nec ab illis procul remotos esse dicamus. certioribus quidem finibus Osannus symbol. litter. II p. 339 sq. utriusque aetatem circumscribere conatus est. postquam enim Cominiano grammatico inter Donati et Servii aetatem locum adsignavit, propterea quod et in Servii commentariis Vergilianis conmemoratus esset et ipse in excerptis quae eius nomine feruntur p. 12 ed. Lindem. Donati mentionem fecisset, illud ad Charisium quoque, quoniam is Cominiani librum usurpavisset, pertinere voluit. nam quia a Prisciano, qui non ita multo ante annum quadringentesimum quinquagesimum libros suos edidisset, appellatus esset, consentaneum esse huius grammatici aetatem exeunte saeculo quarto et ineunte quinto contineri. Diomedem porro Charisio aequalem, paullo tamen antiquiorem fuisse. sed quanto opere haec argumentatio a meis rationibus abhorreat, ut taceam de reliquis quae mihi minus probavit vir doctissimus, satis adparet ex iis quae de Cominiano supra dixi. ceterum Charisium inter artis grammaticae doctores in aliquo honore fuisse indicant ea quae in epistula ad filium data eius nomini adscripta sunt, 'vir perfectissimus magister urbis Romae'. ita enim haec ex vestigiis priscae scripturae restitui. viri perfectissimi autem dignitas non inaudita est in hoc genere hominum. nam et Marcius Salutaris grammaticus eo nomine appellatur in excerptis Romani 229, 19 et ex iis qui agri metiendi artem profitebantur non nullos eundem honoris gradum obtinuisse constat: cf. Mommsen. de libr. colon. grom. vet. II p. 175.

Titulus quo Charisii libri inscriberentur in codice non est relictus. nam quod vulgo institutiones grammaticae dicuntur, quae inscriptio in summis marginibus huius editionis me invito, cum minus adtenderem et sero rem conmissam esse animadverterem, repetita est,

nulla antiquitatis fide ex principe editione propagatum est. itaque hac auctoritate remota communi nomine, quod ipsa Charisii verba 1, 4 commendare videntur, artem grammaticam inscripsi. eundem titulum Diomedi restitui, cuius libri post Putschium de oratione et partibus orationis et vario genere metrorum vulgo dici solent. nam in exemplaribus antea inpressis simpliciter de arte grammatica opus vel grammaticae opus tripartitum vel Diomedis grammatici opus inscribi solebat. Putschius autem novum titulum ex codice Puteaneo sumpsit, in quo haec ita ut ille edidit in prima pagina scripta sunt. videntur tamen ea verba librario potius, qui argumentum librorum indicare volebat, quam ipsi grammatico deberi. artem grammaticam vero non solum librarii dixerunt in iis quae singulis libris subscripserunt sed Rufinus etiam p. 2715 eo nomine usus est.

Scripsi Berolini mense Septembri anni MDCCCLVII.

FLAVII SOSIPATRI CHARISII

ARTIS GRAMMATICAE

LIBRI V.

N codex Bobiensis, nunc Neapolitanus Borbon. IV A. 8, cuius et integra adnotata est scriptura et, siquae iactura membranarum perierunt, versus in imis marginibus adscripti sunt

P fragmentum codicis Parisini 7560 p. 224 — 264

B excerpta codicis Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

L excerpta codicis Leidensis Voss. 37. 8 p. 272 — 279

p excerpta codicis Parisini 7530

w editio princeps Neap. a. 1532

FL. SOSIPATER CHARISIVS V. P.

MAGISTER VRBIS ROMAE

FILIO KARISSIMO SALVTEM DICIT.

p. 3 ed. Lind.

Amore Latini sermonis obligare te cupiens, fili karissime, artem grammaticam sollertia doctissimorum virorum politam et a me digestam in libris quinque dono tibi misi. qua penitus inspecta cognosces quatenus Latinae facundiae licentia regatur aut natura aut analogia aut ratione curiosae observationis aut consuetudine, quae multorum consensione convaluit, aut certe auctoritate, quae prudentissimorum opinione recepta est. erit iam tuae diligentiae frequenti recitatione studia mea ex variis artibus inrigata memoriae tuisque sensibus mandare, ut quod originalis patriae natura de-

---

N 1 1, 1

Amore latin
artem grammā soll
et a me digestam in libris V do
nosces quatenus latine facund
ā analogia ā *suasione*
q̄ multor̄ ɔsensione ɔualuit ā certe auctoritate
simorum opinione recepta ē erit iam tuę diligentię frequen
ti recitione studium...ex uariis artibus inrigata memorię tuisq.
sensib: mandare ut q originali patrię natura denegauit

4 *Primi versus, quorum extremae litterae iactura membranarum deletae sunt, integri exstabant saeculo sexto decimo. itaque principis editionis* (ω) *supplementa adscripsi, quibuscum praeter exiguam quandam discrepantiam, quam adnotavi, consentit apographum Borbonicum* IV *A* 10. FL. SOSIPATER CHARISIVS V̄P̄. MAGISTER, | AMORE Latini sermonis obligare te cupiens, fili charissime, artem Grammaticam sollertia doctissimorum uirorum politam, et ω 6 dono tibi misi. Qua penitus inspecta, cognosces ω: cum nosces *apographum Borbonicum* 7 facundiae licentia regatur, aut natura, aut analogia, aut ratione curiosae obseruationis, aut consuetudine, quae ω 9 auctoritate, quae prudentissimorum ω 10 lectione studium meum ex ω. *in codice fuit* rectione, *quod addita* i *et super scriptis* ta *litteris correctum est*

---

1 FL. SOSIPATER CHARISIVS, VR. Magister, ad Filium *Fabricius. quae addidi,* urbis — dicit, *in altera paginae parte ante sextum decimum saeculum deleta locum habere potuerunt* 11 originalis ω

p. 3 K.

negavit virtute animi adfectasse videaris. valeas floreas vigeas aevo quam longissimo, fili patri tuo karissime.

CONTINET LIBER I

I de grammatica
II de voce
III de litteris
IIII de syllabis
V de communibus syllabis
VI de dictione
VII de casibus
VIII de generibus nominum
VIIII de numeris et pronominibus
X de ordinibus seu declinationibus nominum
XI de observationibus nominum quibus genera et numeri discernuntur
XII de monoptotis
XIII de nominibus quae hypocorismata non recipiunt
XIIII de nominativis ad regulam redactis
XV de extremitatibus nominum et diversis quaestionibus
XVI de gradibus conparationis seu conlationis
XVII de analogia
XVIII de ablativo casu
XVIIII de formis casualibus

LIBER II

I de definitione
II de genere
III de specie
IIII de oratione
V de partibus orationis VIII
VI de nomine
VII de pronomine
VIII de verbo
VIIII de ordinibus verborum

---

1 — 4 *N*
uirtute animi adfectasse uidearis // karissime:
. . leas floreas uigeas euo q longissimo fili patri tuo
Continet lib. . . .
I De grammatica I De perfectis ordinū. I. . . . V asyndeton

1 ualeas ω 3 Continet Liber I ω. *rubricae tribus versiculorum columnis, quarum initia adscripsi, in codice perscriptae sunt. his in fine addita est quarta columna, quam cum lacunis, quibus et haec et extrema pars tertiae adfecta est, infra exhibui.*

8 de commū syllā *N* 13 declinā *N* 24 de diffinitione *N*

LIBER III

LIBER IIII

---

1 de declina..... *N* De declin. uerborum ω 7 Expt lib. II Incip̄. lib. III cap̄. I | I. De perfectis ordinū I... *N* : ordinum IIII ω 19 *in numeris rubricarum nolui fidem codicis relinquere, quamquam errasse librarium adparet, cum haec tam quam partes barbarismi disponeret* 24 de enlypsi *et* de perisologia *e codice adnotavit Lindemannus* 29 De cacosintheto *N* 32 I metafora | II catacsis | metaleusis *N*

p. 4 L.

v antonomasia
vi synecdoche
vii onomatopoeia
viii periphrasis
viiii hyperbaton
x hyperbole
xi allegoria cum speciebus suis VII
xii homoeosis cum speciebus suis tribus
III de metaplasmo cum speciebus suis XIIII
IIII de schemate lexeos cum speciebus suis XVIII, quae sunt
i prolepsis
ii zeugma
iii hypozeuxis
iiii synlepsis
v asyndeton
vi anadiplosis
vii anaphora
viii epanalepsis
viiii epizeuxis
x paronomasia
xi schesis onomaton
xii parhomoeon
xiii homoeoteleuton
xiiii homoeoptoton
xv polyptoton
xvi hirmos
xvii polysyntheton
xviii dialyton
V de schemate dianoeas et speciebus suis, quae sunt istae
i per dialogismon
ii per mycterismon
iii per paralipsin
iiii per ethologian
v per prosopopoeian
vi per apologismon sive ultro dando
vii per hyperbolen
viii per confessionem

---

2 sinecdoche *N* 8 homoeusis *N* 10 sc[h]emate *N* 13 ypozeu... *N* hypozeusis ω 14 synlemsis *N* 18 epanalemsis *N* 21 sc[h]esis *N* 26 xvi hy[i]rmos | xvii polysynteton *N* 29 sc[h]emate *N* 31 mysterismon *N* 33 ethomologiam *N* 34 proso[po]poeian *N*

VIIII per conmutationem
X negando
XI de transitu sive transmutatione personarum
XII per apoclisin
XIII per aporian
XIIII per epitropen
XV per antimetabolen
VI de lectione et partibus eius IIII, id est
I de accentu et posituris
II de discretione
III de pronuntiatione
IIII de modulatione

1—6, 14 *N*

VIIII per commutationem negando
X de transitu siue
XI transmutatione
XII personarum
XIII per apoclysin
XIIII per aporian
XV per epitropen
XVI per antimetabolen
UI De .... one et
...... rtib : ɔ IIII
..... // ris
...... tu et positu
...... e
...... e

III De continuatione
V De separatione
VI De mora
VII De distinctione
VIII De subdistinctione
VIIII De rhythmo
X De metri sificā (ū)
XI De basi
XII De pedibus
XIII De uersibus
XIIII De metris
XV De hidiomatib. synonyma cice ....
. . . . ne

1 Liber V. | De lectione et partibus eius contrariis IIII. id est | De accentu et positu. | De scriptione. | De pronuntiatione. | De modulatione. | De continuatione ω VI De lectione et partibus contrariis IIII id est I | De Accentu et posita II | De discretione III | De pronuntiatione IIII *sqq. omissa libri quinti indicatione, et numeris usque ad extremum titulum, qui est* De differentiis XVII, *continuatis apographum Borbonicum* 1 De idiomatibus. Synonyma Ciceronis. Indifferenter glossemata per literas latinas ordine cōposita. Glossemata idem significantia. | De differentia. | FINIS ω. *in apographo Borbonico, quod bis descripta exhibet capitula, altero loco scriptum est* XV de hidiomatibus *omissis iis quae priore loco ita ut in* ω *scripta secuntur. mihi de numero* XV *non satis constabat*

---

8 *in titulo* de lectione *omisi v.* contrariis *post* eius *in* ω *additum, quod ex signo pronominis non recte intellecto ortum esse videtur. quamquam plura quam quae dedi in codice fuisse non inprobabile reddunt spatia membranarum* 12 de modulatione, *quam partem lectionis ponunt grammatici quos secutus fuisse Charisius videtur, Maximus Victorinus p.* 1938 *et Diomedes p.* 434, *ex* ω *recepi. in codice nec vestigium eius tituli super est et omissum eum fuisse persuadet numerorum continuatio in sequenti titulo facta, nisi potius librarium in numeris conputandis errasse dicas. nam quod quispiam coniciat tria capitula simul cum quinti libri indicio lacuna intercidisse, nec rerum natura commendatur nec per spatia membranarum credibile est*

p. 4 L.

IIII de continuatione
V de separatione
VI de mora
VII de distinctione
VIII de subdistinctione
VIIII de rhythmo
X de metri versificatione
XI de basi
XII de pedibus
XIII de versibus
XIIII de metris
XV De idiomatibus. synonyma Ciceronis indifferenter. glossemata per litteras Latinas ordine composita. glossemata idem significantia. de differentiis.

---

12 *titulum de idiomatibus et quae secuntur ex auctoritate codicis, quam* ω *et apographa Borbonica praestant, praecedentibus continuavi, cum quinti libri initium, quod ante titulum de modulatione non recte indicatum est in* ω, *ab his capiendum esset*

LIBER PRIMVS.

I DE GRAMMATICA

. . . .

II DE VOCE

. . . .

III DE LITTERIS

. . . .

Nomen est *quo adpellatur*, *figura qua notatur*, *potestas qua valet.* litterarum aliae sunt *vocales*, *aliae consonantes. vocales sunt quae per se proferuntur* et per se syllabam *faciunt: sunt autem numero quinque, a e i o u. hae omnes et producuntur* et corripiuntur, quod apud Graecos *in tribus tantum*, *α ι υ*, *fit. unde apud eos* haec est divisio *septem vocalium*, *quod aliae correptae*, *aliae productae*, *aliae mediae sunt.* praeterea autem Latina lingua *e et o tam pro ε et ο quam pro η et ω Graecis utitur*, *quae observ*ari non possunt temporibus, ni*si accedat pro-*

N I 1, 2 *Octo fere versus*, *quantum quidem e scriptura prioris columnae conici licet*, *toti perierunt; reliquorum fere omnium extrema pars deleta est. in* N *et apographo Borbonico tria capita*, *ad quae illa iactura pertinuit*, *omissa sunt. mihi praeter numerum II secundi capitis titulo adpositum haec adparuerunt.*

5 III De
solu
Nomen e q *appe*
Litterar̄ alie s̄t
& p̄ se syllām
10 et corripiuntur q̄ ap̄ grecos
h̄ ē diuisio...uo
preterea W latina lingua
...uari ū poss̄t temporib: ū *ads*

11 *in lacuna post* diuisio *indicata litterae quaedam adparuerunt*, *quae* H et *vel* Nec *legi poterant*

---

7 Nomen — 8, 20 admittimus *Mar. Victorin. p.* 2452, *unde supplementa ad spatia lacunarum adcommodata interposui* 10 hae omnes — 14 pronuntiatio *omissa sunt a Victorino. lacunas, ut numerum litterarum quae perierunt ostenderem, supplevi sententia petita a Prisciano p.* 541 *et Sergio in Don. p.* 1828 *de arte gramm. p.* 197 *ed. Vindob.*

nuntiatio. harum duae, i et u, transeunt *in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus* iunguntur, ut *Iuno vita Ianus iecur vates velox vox.* consonantium species est duplex. sunt enim *aliae semivocales, aliae mutae.* semivocales sunt quae per se quidem profer*untur, sed per se syllabam non faciunt: sunt autem numero septem, f l m n r s x.* ex his liquidae sunt quattuor, l m n r, quae *propterea liquidae dictae sunt,* quod minus aridi habeant et in pronuntiati*one liquescant et syllabam* positione longam facere non possint, *si in eadem syllaba ponuntur cum muta.* nam in illo pede qui est '*Phoebe graves*' *r* consonan*s plena littera non* habetur et ὑγρά dicitur, id est liquida, et accipi debet qua*si sola g littera vel* alia consonans vocali *correptae subiecta esset.* ex his una duplex est x. *constat enim aut ex g et s, ut rex regis, aut ex c et s, ut pix picis, ideoque haec littera* a quibusdam negatur. mutae sunt quae neque profer*untur per se* neque per se syllabam faci*unt: sunt autem numero novem,* b c d g h k p q t. ex *his supervacuae quibusdam* videntur k et q, quod c littera horum locum possit *inplere, ut puta Carthago.* praeponitur autem k quotiens a sequitur, ut kalendae; *q scribitur quotiens u con*iuncta cum alia vocali subsequitur, ut quercus questio *quantus et his similia.* h autem non littera existimatur. y et z propter Graeca nomina ad*mit*timus.

N

..r̄ duę .i. & u transeunt
iunguntur *ut noua et ianus*
ↄsonantiū species ē duplex st̄ ++
Seminō st̄ q̄ p̄ se quidem ꝑfer
Ex his liquide st̄. IIII. l. m. n. r. quę
q̄ minus aridi habeant et in pronuntiati
positione longam facere n̄ possint
Nam in illo pede qui ē *ginē gra* .... ↄsona
hr̄ et ΥΓΡΑΝ idē liquida et accipi debet q̄
alia ↄsonans uocali
Ex his una duplex est X
a quib:dā negatur // b. c. d. g. h. k. p. q. t. ex
Mute sunt q̄ neq. ꝑferr......neq. p̄ se syllabam faci
uidentur k et q. q̄ c littera hor̄ locum possit
ꝑponit̄ W k quotiens a sequitur ut kalendę
iuncta c' alio uocali subseq̄r ut quercus.questio
h āū n̄ littera existimatur.y et z ꝑp greca noā ad

8 possint *vel* possunt *legi poterat*

3 *exempla litterarum i et u posui ea quibus usus est Diomedes p.* 416 10 Phoebe] *Verg. Aen.* VI 56. *eodem exemplo in eadem re utitur Maximus Victorinus p.* 1963 14 *fortasse in codice fuit* neque proferri possunt neque, *ut scribendum fuisset* neque per se proferri possunt neque

A littera est vocalis, quae quidem per se facit syllabam *et brevem et longam*, itemque conexa cum aliis tam praeposita quam *media finiensque*, *ut Ahala:* nota etiam praenominis, cum Aulum sola significat. e littera per se nominata itemque *cum aliis iuncta* facit sylla*bam et brevem et longam.* * o littera tam corripitur quam producitur *et sola et cum* aliis c*opulata.* u littera corripitur et producitur *et in potestatem consonantis transit:* notam facit, *cum* quinque significat. f littera incipit in syllaba praeposita tam *vocali* quam *semivocali*, *ut facit*, *item subiuncta vocali*, ut effic*it officit.* l littera *tam* praeponitur vocalibus quam subiungitur: praeponitur, cum laud*em* litt*eram legem* et his similia scribimus; subiungitur item, *ut* tellus tolle. subiungitur item consonantibus, cum Claudium clemen*tem* clientem, sed et Clodium nominamus. cum sola ponitur, Lucium significat; item numerum, cum quinquaginta significat. m littera tam praeponitur quam subiungitur *vocalibus*, *ut mo*net *commonet: sub*iungitur consonantibus *liquidis cum agmi*na et pigmenta *dicimus: item nota* praenomi*nis*, *cum sola Marcum significat* . . . .

. . . .

*b littera tam praeponitur vocalibus quam subiungitur: praepo*nitur et semivocalibus, ut in blae*so: praeponitur quoque p litterae*, *qua saepe*

N

A littera ē uocalis q̄ quidem p̄ se facit syllabam
itemq. ɔexa cum aliis tam p̄posita q
Nota etiam p̄nomi̅s c' aulum sola signif̄
E littera p̄ se nominata itemque . . . . facit sylla
O litt̄a tam corripit̃ q producit̃ . . . . aliis c
V litt̄a corrī et p̄dūr. . . . . .Notā facit
V. signifī // . . . . ut effī
F littera incipit in syllaba p̄posita tam. . . . . .quam
L littera. .p̄ponitur uocab̄ q subiungitur p̄ponitur c' *laudat*
litte. . . . . . .et his similia scribimus subiungitur *item*. .
tellus tolle. subiungit̃ item ɔsob̄ cū claudiū clemen. . .
clientem s. et *clau*diū nominam: c' sola ponitur *lucius*
signif̄ Item numer̄ c'. l. significat. // iuñr consob̄
M litt̄a tā p̄ponitur q sub*s*r̄ . . . . et com
na & pigmenta. . . . . .p̄nomi

N 1 r, 1 *In prima pagina decem fere versus toti, proximorum initia perierunt*, *e quibus haec mihi adparuerunt*

ta

tere

17 utur et semiub̄ ut in ble

5 *quarta capitulorum columna adposita versus usque ad finem paginae exstiterunt paullo breviores quam qui antecedunt* 12 *utrum* claudium *an* cludium *legerem dubitavi*

---

1 A littera — 11, 7 exuvias *Diom. p.* 418 *sqq.* 5 *ante o litteram definitio litterae i a librario omissa est* 12 clientemque et Clodium Clusiumque *Diomedes p.* 419 19 *duodecim fere versibus qui in codice perierunt de quattuor litteris n r s x, quae de semivocalibus reliquae erant*, *expositum fuit*

*mutatur, ut suppo*nunt. *c littera tam praeponitur vocalibus quam sub*iungitur, ut capit accipit: nota praenominis, cum Gai*um significat; item numeri, cum centum significat. d littera tam praeponitur vocalibus quam* subiungitur, ut datur additur: *praeponitur et* litteris consonantibus c g l *p r s t; quae saepe succedunt in lo*cum eius, ut accipe aggere *alliga appete arripe asside at*tende: nota praenominis Decimum significat; *item numeri, cum quingentos scribimus. g littera tam praeponitur vocalibus quam subiungitur*, ut gere aggere: praeponitur et consonantibus, ut in agmine magno grege glire. *h littera proprie continens adspiratio*nem recepta vulgo in numerum mutarum *omnibus vocalibus praeponitur, nulli subiungitur* nisi consonantibus, ut in Thrasea Thra*cia et nominibus Graecis. k littera notae tantum causa* ponitur, cum kalendas sola aut Kaesonem * *quo*que kalumniam aut Karthaginem scribimus. *p littera et praeponitur vocalibus* et subiungitur, ut ponit deponit: *praeponitur et consonantibus duobus r et* l, ut plaudit prandit: nota praenominis, *cum sola Publium* significat, *et cum r posita* populum Romanum, et subiuncta *r litterae rem publicam, et prae*posita c litterae patres conscripti. *q littera ex c et u litteris con*posita: * Quintum sola

---

N

ounut // ta p̄uom̄s c̓ claudi
iungitur ut capita accepit. no
litteris ɔsonantib. c. g. l.
subiūnt̄ ut datus additur
cum eius ut accipe aggere . . .
eude:· nota p̄nominis deciam signifi
ut in agmine magno grȩce *gere*
ut gere aggere p̄ponit̄ et ɔsb̓
nem recepta uulgo innumer̄ mutar̄
n̄si ɔsonab̓ ut in thrasea athra
q̄ kalumpniam ā karthaginē
ponit̄ cum kalendas solas ā kasonem
et subiūnt̄ ut ponit deponit |scribimus
l. ut plaudit prandit nota p̄uom̄s
signif . . . . populum rom. et subiuncta
posita c. litterȩ sȩpe ɔsocrinti:· item honorisques
imposita quintum sola signif̄

11 *num* thrasea athra *an* thraset athra *scriptum esset non adparuit*

---

13 *post* Kaesonem *quot litterae perierint in codicis scriptura non satis constat. nam ex iis quae in antecedente versu deleta sunt cum maior pars ad h litterae definitionem pertineret, eo quod reliquum erat spatii ad continuandum proximum versum usus est librarius. quare cum duodecim fere litterae, quae quidem huc pertineant, deesse possint, sufficit tamen hiatui* Kaesonem | q̄q̄ *vel* q̄q̄ *h. e.* quoque *vel* quaqua: *cf. Diom. p.* 420. *plura vel librarius vel grammaticus omisisse videtur. sententiam autem ita refingere licuit*, Kaesonem significat. eadem quoque a litterae praeponitur, quando kalumniam aut Karthaginem scribimus: *cf. Vel. Long. p.* 2218 18 Q consonans muta ex c et u litteris composita superuacua, qua utimur, quando u et altera uocalis in una syllaba iunguntur, ut Quirinus. nota praenominis quintum significat *Diomedes p.* 420: *unde lacunam librarii errore, non codicis vitio factam, ad quam pertinere videntur quae in fine addita sunt*, u litterae praeponitur, *indicavi*

significat, item honoris, quaes*torem indicans*, nec minus *populum*, cum ea sola notamus Quirites. u litterae praeponitur. *t littera tam* praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut talis taliter: praeponitur et consonantibus, *ut trabea:* nota praenominis, cum sola Titum significat. *his*, *ut* dictum est, accedunt propter *Graeca nomina duae*, y et z, ut in Hyacintho Zenone. *ex his* z duplex est, sic uti x, et apud Vergilium eadem posita invenitur, ut

Mezenti ducis exuvias.

IIII DE SYLLABIS.

Syllaba est littera vocalis aut litterarum coitus per aliquam vocalem conprehensus. syllabae dicuntur a Graecis παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα, Latine conexiones vel conceptiones, quod litteras concipiunt atque conectunt; vel conprehensio, hoc est litterarum iuncta enuntiatio. syllabae aut breves sunt aut longae. breves correpta vocalis efficit, aut cum antecedente consonante vocalis in fine syllabae corripitur; longas producta vocalis facit. in brevi syllaba tempus est unum, in longa duo. syllabae aut natura longae sunt aut positione. syllabae natura longae, cum singulae vocales litterae producantur, ut a aut e, aut cum duae, ut ua, aut cum tres, ut uae; positione, cum correpta vocalis sequentes habeat duas consonantes. hae aut in eadem syllaba solent esse, ut ars, aut in proxima, ut amnis, aut in duas syllabas divisae, ut arma. sed et duplex littera x duarum consonantium loco fungitur. haec quoque aut in eadem syllaba solet esse, ut nox, aut in proxima, ut axis. praestant idem et vocales litterae loco consonantium positae, i et u, ut servus iniustus: item cum||

---

1 — 9 *N*

sola
nec minus c' ea. n. tamq. *quintus* V litīe p̄ponitur
p̄ponit uocab: quā subt̄ ut talis talīt p̄ponitur et consb:
nota p̄noms c' sola tytium signīf // acint' ho zenone
5 dictū ē accedunt p̄p . . . . x et z *in du die*
z duplex c̄ sicuti.x.et ap̄ uerg eadem posita inuenit̄ et me
yllabis: // ɔp̄hensus syllabę dn̄r a gre |zentii ducis exuuias
Syllaba est littera uocalis ā litterar̄ coitus per aliquam uocalem

20 — 23 *N*

20 sed et duplex
ittera x . . . . sonantium . . . . . . git̄ h q̄q ā in eadem syllā solet
ut axis . . . . et uocales litterę loco consonantium

1 littera x. duarum consonantium loco fungitur ω 2 solet esse ut nox, aut in proxima ut axis. Praestant idem et ω 3 consonantium positae i. et u. ut seruus, iniustus. Item quum desinit ω

---

6 Vergilium] *Aen.* XI 7. *fortasse aliud exemplum, quod de z littera poni solet, excidit, ut scribendum esset* ut nemorosa Zacynthus (*Verg. Aen.* III 270) et Mezenti
8 Syllaba — 16, 27 gratum *Diom. p.* 422 *sqq. Mar. Victor. p.* 2470 *sqq.* 15 syllaba "unum tempus est in *N* 16 aut positione fiunt *Marius Victorinus p.* 2473 *et Diomedes p.* 422

desinit in consonantem c qua pars orationis finitur *et* excipitur a vocali, ut

hoc erat alma parens.

haec in metris facilius deprehenduntur.

Aliis ita de syllaba placuit definire. syllaba est conceptio et congregatio aut vocalium litterarum aut consonantium, coniuncta tamen cum ratione vocalibus, ut trans prae. dicitur autem per catachresin syllaba et is sonus qui de singulis vocalibus redditur, ut a e. syllabae aut longae sunt aut breves. longas facit producta vocalis, breves correpta. omnes autem vocales, ut ratio postulabit, aut produci aut | corripi possunt. in brevi syllaba tempus unum est, in longa duo. natura longae syllabae aut ex una producta vocali sunt, ut e vel o, aut ex duabus iunctis, ut ae vel oe, quas Graeci diphthongos vocant. syllabae positione longae fiunt his modis, si correpta vocalis desinat in unam consonantem et excipiatur ab altera consonante, ut

arma virumque cano:

aut si desinat in duas consonantes, ut

est in secessu longo locus:

aut si excipiatur a duabus consonantibus, ut

Acrisioneis Danae:

aut si desinat in duplicem litteram x, ut '**nox erat**': aut si excipiatur a duplici littera, ut si facias 'axe sub || aetherio'. idem hoc et in z, ut '**Mezenti ducis**'; quae apud Graecos duplex est, ut supra, cum de

---

1 — 12 *N*

s iniu . . . . desinit ↄsonantem c. qua pars
cali ut. . . . . rens h̄ in metris facilius depħen
[ti..

N 1 1ᵛ, 2. . . . .
ↄsonantium coniuncta
yllaba et is sonus qui de singulis uocat̄
ratio postulabit ā produci ā corripi poss̄t
ngas facit producta uocalis breues correpta
in longa // tis ut ae ū oe quas
Na. . . . . .labe ā ex una producta uocali s̄t ut e ū o ā ex duabus iunc
gręci dypthongos

1 pars orationis finitur, excipitur a uocali. ut, hoc erat alma parens ω 3 deprehenduntur. Aliis ita de syllaba placuit diffinire. Syllaba est conceptio et congregatio, aut uocalium litterarum, aut consonantium, coniuncta tamen cum ratione uocalibus. ut trans, prae, dicitur haec per catachresin syllaba ω 7 uocalibus redditur ut a. e. Syllabae aut longae sunt aut breues, longas ω 8 correpta, omnes hae uocales, ut ratio ω 9 possunt. In breui syllaba tempus unum est, in longa duo. Natura longae syllabae ω

---

2 hoc erat] *Verg. Aen.* II 664 5 coniuncta tamen cum ratione uocalibus *recepi ex* ω. *rectius fortasse* coniunctarum cum uocalibus 12 syllabae — 13, 15 iter *Prob. p.* 1431 15 arma] *Verg. Aen.* I 1 17 est] *Verg. Aen.* I 159 19 ut sacrisioneis *N*. *Verg. Aen.* VII 410 20 nox] *Verg. Aen.* III 147 VIII 26 21 idem hoc fit et *Fabricius* 22 Mezenti] *Verg. Aen.* VIIII 7

litteris loqueremur, ostendimus. item si desinat in consonantem et excipiatur a vocali vice *posita* consonantis, ut

inveni germana viam:

aut si desinat in consonantem in qua pars orationis finitur, ut est

omnia vincit amor, et nos cedamus amori:

aut si correpta vocalis ipsa per se partem orationis inpleverit, ut

horresco referens

et

liminaque laurusque dei;

quae syllaba et inter communes haberi potest: aut si vocalem brevem sequatur i littera vice posita consonantis, ut

Harpyiaeque colunt aliae.

item si post brevem vocalem subiuncta sit consonanti vocalis et correptam vocalem habeat consequentem, ut

parietibus textum caecis iter.

V DE COMMVNIBVS SYLLABIS

Communes syllabae fiunt modis quinque. primo, si correpta vocalis excipiatur a duabus consonantibus, quarum prior sit muta, sequens liquida: brevis enim est in hoc,

tune Clytaemnestrae foedasti viscera ferro;

longa autem in hoc,

Cyclops, Aetnaeus cultor, Neptunia proles.

at si duae consonantes in duas syllabas fuerint divisae, non fiet communis, sed longa, ut supra retulimus,

hoc erat alma parens

et

arma virumque cano:

nec si semivocalis in unitatem cum liquida veniat, ut sors fors; nam supra venit cum l littera c. altero modo fiunt communes, cum vocalis producta excipitur a vocali: est enim brevis sic,

insulae Ionio in magno quas dira Celaeno;

longa vero sic,

ulla moram fecere neque Aoniae Aganippae.

tertio modo, ubi brevis syllaba finiens partem orationis a vocali excipitur: est enim longa in hoc,

hic, ait, et nostris inluserit advena regnis;

brevis in hoc,

---

2 posita *om. N, add. Marius Victorinus p.* 2474 *et Probus p.* 1431 3 inveni] *Verg. Aen.* IIII 478 5 omnia] *Verg. bucol.* X 69 7 horresco] *Verg. Aen.* II 204 9 liminaque] *Verg. Aen.* III 91 12 Harpyiaeque] *Verg. Aen.* III 212 15 parietibus] *Verg. Aen.* V 589 20 tune clytemestre *N* 22 cyclops ęthneus *N* 25 hoc] *Verg. Aen.* II 664 27 arma] *Verg. Aen.* I 1 31 insulae] *Verg. Aen.* III 211 33 ulla] *Verg. bucol.* X 12 36 hic ait] *Verg. Aen.* IIII 591

itur in antiquam silvam et stabula alta ferarum.

quarto, si desinat in consonantem et excipiatur a littera h: est enim brevis sic,

hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius au||dis; |

longa vero sic,

terga fatigamus hasta, nec tarda senectus.

quinto, quo correpta vocalis desinit in consonantem et excipitur principali littera u: est enim in hoc longa,

invalidique patrum referunt ieiunia nati. *

Aliis ita placuit de syllabis communibus definire. communes syllabae sunt ex his quae natura longae fuerint et ex his quae positione. natura, si producta vocalis excipiatur a vocali. est enim in hoc longa,

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.

nam et pedis primi secunda syllaba longa perseverat et tertii pedis secunda brevis efficitur. fit autem in hoc brevis,

te Corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas:

in hoc enim versu secundi pedis secunda syllaba pro brevi accipitur. et in illo,

ipse nemus linquens patrium saltusque Lycaei,

pedis ultimi prima syllaba longa perseverat. item natura, cum geminae vocales, quas Graeci diphthongos vocant, a vocali excipiuntur. est enim longa syllaba in hoc versu,

ulla moram fecere neque Aoniae Aganippae.

fit autem in hoc brevis,

insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno.

ex his vero quae positione longae fiunt communis est quae excipitur a duabus consonantibus, ita ut prior sit muta quam liquida. est enim longa in hoc,

---

19—26 *N*

lycei pe......timi prima syllaba longa perseuerat // li excipiunt
h
Item na....e' geminę uocales quas gręci diptongos uocant a uoca
Est H lon.......... h. ũsu ulla moram fecere neq, aonię aganippę
fit W .... lę ionio in magno quas dira celęno
ę fiunt communis est q̃ excipitur

26 *N* I 2, 1 a duabus

20 pedis ultimi ω natura, quum ω 22 longa syllaba in hoc ω 24 fit in hoc uersu breuis ω 25 celaeno. De iis uero quae positione longae ω

---

1 itur] *Verg. Aen.* VI 179 4 hic vir] *Verg. Aen.* VI 792 6 terga] *Verg. Aen.* VIIII 610 9 invalidique] *Verg. georg.* III 128 referunt............ // *N* referunt ieiunia nati et in illo breuis • ω *indicata lacuna qua correptae syllabae exemplum a librario omissum est. Horatii versu epod.* 13, 1 *'nunc mare nunc siluae' in eadem re bis usus est Priscianus p.* 546 *et* 1039. nati et in illo breuis, Ac prior, heus inquit, iuuenes, monstrate (*Verg. Aen.* I 321) *Fabricius* 13 Glauco] *Verg. georg.* I 437 Melicertae *Marius Victorinus p.* 2474 melicertes *N* 16 te] *Verg. bucol.* 2, 65 19 ipse] *Verg. georg.* I 16 23 ulla] *Verg. bucol.* 10, 12 25 insulae] *Verg. Aen.* III 211 27 liquida......longa *N* liquida. Est enim longa ω

inmemores socii vasto Cyclopis in antro;

at in hoc brevis,

lustra domosque traho vastosque ab rupe Cyclopas.

ideo autem excipi dictum *est*, quod, si in mutam desinat et excipiatur a liquida, *non* est ex *numero* communium syllabarum. f quoque littera, si praeposita fuerit liquidae, quamvis semivocalis sit, mutae tamen obtinet locum. itaque, si excipit vocalem correptam, communem facit. potest praeterea communis videri ea syllaba quae apud Vergilium et pro longa et pro brevi posita est, hic vel hoc, si a vocali excipiatur. est enim pro longa

omnibus hic erit unus honos, tres praemia primi,

pro brevi autem

hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis.

sed pro brevi bis ferre tantum. nam ut longa sit et ipsi et omnibus usitatum est. consideranda ergo est in his duntaxat pronominibus natura c litterae, quod crassum quodam modo et quasi geminum sonum reddat, hic et hoc. si autem nec coniunctionem inspiciamus, licet eadem littera finita sit, diversum tamen sonabit. quod ita facilius diiudicabitur, si, quoniam alterum habemus, etiam alterum notemus in versu. est enim 'hoc erat alma parens' et 'pro Iuppiter, ibit', 'hic, ait, et nostris'. si autem facias 'nec erit alma parens' aut 'nec ait et nostris', iam speciem suam versus amittet, cum aeque et hanc et illam syllabas constet esse correptas. ergo illae non ideo longae fiunt, quod pars orationis finitur, ut putant plurimi; nam idem et in hac effici posset; sed, ut dixi, in pronominibus c littera sonum efficit crassiorem et naturam i litterae inter vocales positae ac per hoc sonum geminantis imitatur.

Praeter has species rara sunt quae per synaliphen aut systolen aut etiam ectasin sanari necesse est. ┤ quae cum ratione fiant, aurium iudicio non probantur. ex his quoque illa est, cum correpta vocalis desinit in consonantem qua pars orationis finitur, ut

omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

quis enim non videat iambum spondei in loco positum 'mor et'? plerumque etiam structuram prosae habet, ut

---

1 inmemores] *Verg. Aen.* III 617 3 lustra] *Verg. Aen.* III 647 domosque *Marius Victorinus p.* 2474 dumosque *N* 4 ideo autem excipi . . . . | Dictum
u et
q si in mutam desinant . excipiantur a liquida *coi* est ex | communium syllabarum :- *N*. *in extremo versu post* excipi *membranis corrosis aliquot litterae evanuisse videntur. quare scribi potuit* excipi a duabus consonantibus, *nisi potius* numero, *quod in fine sequentis versus praeter fidem codicis addidi, in illo loco scriptum fuit.* ideo hoc excipitur. dictum est quod si in mutam desinat, et excipiatur a liquida, communis est ex communium syllabarum ratione ω 11 omnibus] *Verg. Aen.* V 308 13 hic vir] *Verg. Aen.* VI 792 19 notemus] temptemus *Marius Victorinus p.* 2475 hoc erat] *Verg. Aen.* II 664 20 pro] *Verg. Aen.* IIII 590 25 naturam *Marius Victorinus* natura *N* 28 indicio comprobantur *coniecit Bondamus var. lectt. p.* 119 31 omnia] *Verg. bucol.* 10, 69

non te nullius exercent numinis irae.

item

et versa pulvis inscribitur hasta.

quis enim non videat structuram 'nullius exercent' et 'pulvis inscribitur'? etiam illud magna cura videndum est quod veteres omnia vel verba vel nomina quae o littera finiuntur, item adverbia vel coniunctiones producta extrema syllaba proferebant, adeo ut Vergilius quoque idem servaverit, in aliis autem refugerit incultae vetustatis horrorem et carmen contra morem veterum levigaverit. invenitur tamen apud Vergilium in verbo brevis posita, ut

nunc scio quid sit amor,

hoc sat erit, scio me Danais e classibus unum.

quod quia in uno verbo videtur, episynaliphe con||trahunt qui servandam vetustatis consuetudinem putant. spondeum ergo pro dactylo faciunt, et cum sit 'nunc scio', volunt fieri 'nunc sco'. quod quam absurdum sit perspicuum omnibus puto. illam autem opinor fuisse rationem, quod veteres secuti Graecos, apud quos ω littera ubique quidem natura longa est, plerumque tamen in ultima verbi syllaba ponitur, etiam in communi sermone prosae similiter proferebant. ita dum id usurpavit prosa, et versus obtinuit. paulatim autem usus invertit, ut in sermone nostro scribo dico et item talibus, ubi *o* non solum correpta ponitur, sed etiam ridiculus sit qui eam produxerit. mirum ergo non est, *si* consuetudinem sequitur et versus, nisi sicubi poeta maiorem sibi licentiam vindicavit. sane monosyllaba fere quaecumque sunt verba πρωτότυπα o littera finita tam versu quam etiam prosa similiter productam habent: necesse non corripi, ut sto do. quibus si conferatur dico curro disco item producta o littera, diiudicari poterit quam sit aliud absurdum, aliud per euphoniam gratum.

VI DE DICTIONE

Dictio est ex syllabis finita cum significatione certa locutio, ut est dico facio. quaedam dictiones sunt simplices, ut facio, quaedam conpo-

29 *N* 1 2, 2

Dictio est ex syllabis finita cum significatione
q̄dam dictiones sunt simplices simplices ut f

Ex quadraginta septem versibus, qui in universa pagina scripti sunt, novem tantum qui medii sunt integri restant; reliquorum exitus perierunt. ex his primos versus

1 non te] *Verg. georg.* IIII 453 3 et versa] *Verg. Aen.* I 478 5 etiam — 23 vindicavit *Diom. p.* 430 11 nunc] *Verg. bucol.* 8, 43 12 hoc] *Verg. Aen.* III 602 clasibus *N* 13 episynaliphe *Diomedes* in synaliphen *N* 15 cum "nunc 'sit scio *N* absordum *N* 17 ω] o *N* 19 obseruauit *corr.* usurpauit *N* 21 o *om. N*, *add. Diomedes* 22 est si consuetudinem sequitur uersus *Diomedes* est consuetudinem..q̄r et uersus *N* est consuetudinem sequi et uersus ω 23 sane — 25 habent *Diom. p.* 428 24 sunt] in *N* sint *codices Diomedis* PROTωTYPA *N* 25 necesse non est corripi *Fabricius. fortasse* nec possunt corripi 28 DE DICTIONE] *Diom. p.* 431 29 cum significatione certa *Diomedes*

sitae, ut conficio. ex conpositis dictionibus quaedam fiunt ex duobus inperfectis, ut *est* sinciput, cum intellegatur sematum caput, quaedam ex inperfecto et integro, ut est cismare, quo significatur citra mare; quaedam ex integro et inperfecto, ut est cornucen, *ut* intellegatur cornu canens; quaedam ex duobus integris, ut est Sacravia.

VII DE CASIBVS

Casus sunt sex, nominativus genetivus dativus incusativus, qui et accusativus, vocativus ablativus.

VIII DE GENERIBVS NOMINVM

Genera nominum sunt tria vel, ut quibusdam placet, quinque, masculinum, ut hic Cato, femininum, ut haec Musa, neu||trum, ut hoc templum. est et commune aut duobus generibus, ut hic et haec canis, aut tribus generibus; ut hic et haec et hoc felix. adicitur quintum genus quod Graece *ἐπίκοινον* dicitur, Latine promiscuum, ut haec mustela aquila. nam etsi mas sit mustela vel aquila, *tamen* feminino genere tantum dicitur. item hic passer quamvis masculino genere proferatur, tamen etiam femininum genus significat.

N Ex conpositis dictionibus q̄dam fiunt ex .II. imperf
sematum caput quaedam ex imperfecto et
ficatur citra mare quaedam ex integro et
intellegatur cornu canens quaedam ex duob:
UII De casibus . Casus sunt sex //
Nominatiuus genetiuus
UIII De generib: nominum //
genera nom̄ s̄t tria ū ut qb:d
est et commune ā duob: generī ut
et h̄ et h. felix adicitur .v. genus qg
ut hęc mustèla aquila nam et
no genere tm̄ dr̄:· Item hic passer

integros legit Pierius: inde a duodevicesimo versu De ordinibus *sqq. paullo plura quam quae nunc restant ei adparuerunt. praeterea in illis decem et septem versibus quae desunt 'serius in decerpto membranae frustulo' a Niebuhrio inventa esse narrat Lindemannus. quare utriusque supplementa adscripsi ea ratione observata, ut ubi non adnotata esset discrepantia, Niebuhrius cum* ω *consentire existimaretur* 16, 29 significatione finita, certa locutio ut est dico facio. Quaedam ω 30 facio, quaedam compositae ut conficio. ex ω: confido *Niebuhrius*

1 imperfectis ut sinciput cum intelligitur semiatum caput. quaedam ex integro et imperfecto ut est cornicen, intelligatur cornu canens, quaedam ex duobus integris ut est sacravia ω *omisso uno versu. ea quae in contextu verborum dedi legit Niebuhrius, nisi quod* ut *ante* intellegatur *addidi* 7 Genitiuus. Datiuus. Causatiuus, qui et accusatiuus. Vocatiuus. Ablatiuus ω: incusatiuus qui *Niebuhrius* 10 quibusdam placet quinque. Masculinum, ut hic Cato, femininum ut haec musa. neutrum ut hoc templum. est ω 12 ut hic et haec canis, a tribus generibus ut hic et haec ω 13 graece Epicoenon dicitur, latine promiscuum, ut ω et si mas sit mustella, ut aquila. foeminino ω 15 passer quamuis masculino genere proferatur, tamen etiam foemininum genus significat ω

---

2 ut est sinciput *Diomedes* 4 cornucen ut intellegatur *Diomedes* 9 DE GENERIBVS] *Charis. p.* 126 *Diom. p.* 275 *sq.*

VIIII DE NVMERIS ET PRONOMINIBVS

Numeri sunt duo, singularis et pluralis. dualis enim apud Romanos non est. pronomina masculini generis numeri singularis, hic huius huic et | cetera usque ab his. pronomina feminini generis numeri singularis, haec huius et cetera usque ab his. pronomina neutri generis numeri singularis, hoc huius huic et reliqua, et pluraliter haec horum his haec o ab his.

X DE ORDINIBVS SEV DECLINATIONIBVS NOMINVM

Or*dines omnium nominum*, *qui quidem* ratione et observatione *inveniuntur*, numero sunt quattuor vel, ut quibus*dam placet*, quinque. quorum declinationes sunt hae.

Primae declinationis nom*inativi sunt hi*, as a es, quorum genetivus *facit ae*, item dativus similiter ae, accusativus in am *vel an* vel en, vocativus in a vel e. masculini generis, hic Aeneas huius Aeneae huic Aeneae, hic poeta huius poetae huic poetae, hic Achates huius Achatae huic Achatae. feminini generis, haec Minerva huius Minervae huic Minervae, haec Diana huius Dianae huic Dianae. neutrale prima declinatio non hab*et*.

Dicunt quidam veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per as proferre, item dativo per i, veluti haec aula huius aulas huic aulai; etiam inde perseverasse pater familias, item adhuc morem esse poe-

N

UIIII De numeris et pronomb̄
Numeri s̄t .II. singularis et pluralis du
Pronōa masc generis num̄ sing̃

hic	pronōa neut. generis	**X De or**
huius	nū sing̃	**Or**
huic // usq, ab his	hoc huius	ratione et obseruatione
et cetera	huic et reliqua	numero s̄t IIII uelut quib:
pronōa femī geū	et plur̄	V. quor̄ declinatī s̄t hę
nū sing̃	ħ hor̄ his	Prime declinationis nomi
ħ // usq, ab his	ħ o ab his	as. a. es. quor̄ genē
ħ et cetera	Item datiu:	similiter ę accusatī in
	ū en . uoc̄ in a	uel e. // huic poe

Masculini genē hic ęneas ħ ęneę huic eneę. hic poeta ħ
hic achates ħ achatę huic achatę :· // neutrale prima declī n hab
Feminini genē ħ minerua ħ uę huic uę ħ diana ħ anę huic anę
Dūt quidam ueteres in prima declī solitos nōa genē casu per as proferr
Item datiuo per i ūuti ħ aula ħ aulas huic aulai etiam inde per
rasse pat̄ familias

2 dualis enim apud romanos non est. Pronomina ω 7 De ordin. Ordines nominum ratione et obseruatione numero ω 9 quibusdam placet quinque ω 11 nominatiuus desinit as ω nominatiui sunt as '*ex codice*' *Lindemannus* genitiuus ae. Item ω 12 in am aut en ω 14 huius poetae, huic poetae. Foeminini ω *omisso tertio exemplo* 18 proferre ω 19 perseuerasse ω

7 de ordinibvs] *pleraque descripta exstant in excerptis Bobiensibus* (*B*) *p.* 83 *sqq. ed. Vindob., pauca in Parisinis codicis* 7530 (*p*) *f.* 105 14 *post* huic poetae *in codice fortasse additum fuit* hunc poetam

tis in dativo casu, ut 'aulai medio' Vergilius, 'terrai frugiferai' Ennius in annalibus.

Multa sunt sane nomina similia primae et tertiae declinationis, ut Aeneas et Maecenas. de quibus quid dici potest, nisi quod genetivus sit arbiter utriusque declinationis *discernens nomina?* quare ergo Aeneas Aeneae, Maecenas vero Maecenatis faciat? quia nomina Graeca in ας || productam terminata vel dissyllaba flexa, cum apud eos per genetivum ου habent syllabam in extremitate, apud nos primae sunt declinationis, velut *Λυσίας Λυσίου*, *'Αμύντας 'Αμύντου*, *Lysias Lysiae*, *Amyntas Amyntae;* et dissyllaba flexa, Antas Antae, Menas Menae, quia et apud Graecos *'Αντᾶς 'Αντᾶ*, *Μενᾶς Μενᾶ*. nam Dryas Dryantis et Thoas *Thoantis*, quia nec flectuntur *nec ου habent apud Graecos*, et omnia vel in τος vel in δος apud Graecos genetivo exeuntia eodem casu apud nos o Graeco in i mutato efferuntur, ut *Δρύας Δρύαντος*, *Εὔπολις Εὐπόλιδος*; nos Dryas Dryantis, Eupolis Eupolidis dicimus. similiter et in femininis. item Orontes Orontae, Achates Achatae facit, quoniam et apud Graecos per ου efferuntur. quae autem conposita sunt et genetivo apud Graecos per ους *extremam syllabam habent tertiae sunt* apud nos declinationis, ut *Διογένης Διογένους*, *'Αριστοτέλης 'Αριστοτέλους*, apud nos Diogenes *Diogenis*,

---

10–19 *N* ·

Menac мenae q̧ et ap̄ grecos antas antę мenac мena
nā dpyac dryantis & thoas quia nec flectuntur
et omnia ū in тoc ū in ᴧoc ap̄ grecos genē exeuntia eodem ca
nos. o. greco in .i. mutato efferuntur ut dpyac ᴧpya
eyпoᴧic eyпoᴧiᴧoc nos drias driantis
similiter et in femininis item orontes oron
qm̄ & ap̄ grecos per oyc efferunt̆ :· // ap̄ nos
q̄ W conposita s̄ et geneti ap̄ grecos per oyc ex

N I 2ʳ, I // totelis
oteᴧoyc ap̄ nos diogenes aristoteles aris

In extrema pagina I 2 quae perierunt fere integra legit Pierius 13 casu apud nos ω 14 *δρύαντος εὔπολις* ω 15 dryantis, eupolis eupolidis dicimus. Similiter ω 16 orontae. Achates Achatae facit. Quoniam ω 17 Qualiter composita sunt et secundae apud graecos *ους*, tertiae sunt apud nos declinationis. ut *Διογένης, Διογένεος καὶ νους, 'Αριστοτέλης, 'Αριστοτέλεος καὶ λους.* apud nos Diogenes nis ω. *in nova pagina ex quadraginta novem versibus integri restiterunt decem et septem, qui sunt medii. reliquorum initia perierunt. hos omnes legit Pierius praeter paucos,* 21, 10 a in us *sqq.* — 11 er hic puer

---

1 Vergilius] *Aen.* III 354 5 arbiter discernens utriusque declinationis nomina *B:* discernens nomina *om. N*, *add.* ω. *supplementum haud scio an ex margine membranarum nunc deleto petiverit Pierius. in codice enim v.* declinationis *extremum quidem versus locum occupat, sed ita ut nihil ad explendam scripturam deesse adpareat* 6 in as producta *N* in us productam *B* 9 Lysias Lysiae Amyntas Amyntae *om. N*, *add. B* 11 Thoantis *add. B* 12 nec ου habent apud Graecos *praeter fidem codicis, in quo nihil deesse videbatur in extremo versu post* flectuntur, *addidi* 16 per ov efferuntur *B* 17 per oyc extremam syllabam habent tertiae sunt apud nos declinationis *B* 19 Diogenis *add. B*

Aristoteles Aristotelis. incusativus autem primae declinationis aut per am exit aut per an. per an erit ex nominibus Graecis, velut hic Callias hunc Callian, per am ex Latinis, quae aut in a aut in es exeunt, ut hic Seneca hunc Senecam. hic Oronta, cum Latine reformatur, et hunc Orontam dicimus. nam si non reformetur, Oronten poterimus dicere, ut Vergilius,

fidumque vehebat Oronten.

Exempla primae declinationis masculini generis. in as singulariter, hic Aeneas huius Aeneae. similiter in a, hic poeta huius poetae. ***hoc nomen pariter declinatur cum supra declinato nomine praeter nominativum. hic vero Anchises ut Orontes duplicem dicitur*** habere nominativum, velut hic Anchisa et hic Anchises. et si quidem erit nominativus hic Anchisa, declinatur | ut hic poeta. si vero hic Anchises habuerit nominativum, aliter declinatur quam duo nomina supra scripta. illa enim aut in as aut in a efferuntur, hoc autem in es. hoc ***si*** sic declinatur, hic Anchises, inmutat quattuor casus singulares, dativum incusativum vocativum ablativum, || veluti huic Anchise hunc Anchisen o Anchise ab hoc Anchise, ut tantum modo genetivum singularem supra scriptis nominibus similem

---

N

ā pˀ am exit ā pˀ an pˀ an erit ex noib: grecis n̄u
ex latinis q̄ ā in a ā in es exeant ut hic
ac latine reformatur et hunc orontam dūs
poterimus dicere ut uerg fidumq, uehebat oronten
uē in as singulariter // hic anchises inmutat
.a. efferuntur h W in es h. sic declinatur
tī incusā uocatī ablā ū uti huic
anchise ab h anchise ut tm̄ mō
tis nomb̄ similem habeat

1 Aristotelis. Incusatiuus huius primae declinationis, aut ω 2 ut hic callias hunc callian. Per am ex ω 3 hic Seneca, hunc Senecam, hic oronta quum latine ω: ac *quod descripsi videtur potius a c' fuisse* 4 dicimus. nam si non reformetur oronten poterimus ω 5 oronten. Exempla primae declinationis masculini generis in as, singulariter. hic Aeneas. ae. am. a. a. Pluraliter ae. arum, is. as. ae. is. Similiter in a sunt, hic Poeta. tae. tae. tam. ta. ta. Pluraliter tae tarum tis. tas. tae. tis. habere nominativum. ut hic Anchisa. et hic Anchises. et siquidem erit nominatiuus. hic Anchisa declinatur, ut hic poeta siue hic Anchises habuerit nominatiuum aliter declinatur, quam duo nomina suprascripta. Illa enim aut in as. aut in a. efferuntur ω. *in confinio duorum versuum post* 7 singulariter *librarius quaedam omiserat, quae deinde in margine addidit. ex eis hi versiculi mihi adparuerunt sub finem paginae ante ipsorum versuum initia adscripti,* haberet | nomītiū | nū hic | anchisa | et hic | anchises | et siquidem | .... nomiū. *nec integra omnia legisse videtur Pierius* 15 immutat quatuor casus singulares datiuum ω 16 huic Anchisae hunc Anchisen, o Anchise ω 17 tantummodo genitiuum singularem suprascriptis ω

---

3 exeunt *B* 5 Vergilius] *Aen.* I 113 8 hic Aeneas — 13 supra scripta *in margine codicis adscripta fuerunt. e quibus cum pauca, quae supra adnotavi, nunc super sint, plura olim Pierio adparuerint, ea quae praeterea interposui.* hoc nomen — dicitur, *petivi ex B et Diomede p.* 280 14 ad hoc et sic declinatur *B Diomedes* 16 huic Anchisae *B: cf. Priscian. p.* 731

p. 9 P. p. 10 L.

habeat. femininorum nominum nominativus, ut supra diximus, in a effertur et declinatur eodem modo sicut poeta, velut haec fortuna et cetera usque ab his fortunis. sunt quaedam nomina feminina primi ordinis quae in dativo plurali in bus syllabam efferuntur, ut haec dea, pluraliter his deabus, et haec liberta, pluraliter his libertabus. similiter *haec* filia, pluraliter his filiabus.

ORDINIS SECVNDI

Secundae declinationis nominativi sunt hi quorum genetivus i facit. efferuntur autem secundae declinationis masculina per us er ir eus, *feminina* in us, neutralia in um et us. *et in us* masculina quidem, velut hic Augustus huius Augusti; item *in* er, hic puer huius pueri; item *in* ir, hic vir huius viri; item *in* eus, velut hic Peleus huius Pelei. feminina *in* us, velut haec cypressus huius cypressi, haec laurus huius lauri. neutralia in um et us, velut hoc donum huius doni, hoc vulgus huius vulgi, hoc pelagus huius pelagi, hoc virus huius viri. sed haec duo nomina, vulgus et pelagus, pluraliter non declinantur, quamquam multi vulgus masculine extulerunt, *ut* Vergilius, 'in vulgum ambiguas.'

Longe solent errare qui secundae declinationis feminina negant esse, cum plura inveniantur, velut haec colus coli, haec alvus alvi, haec humus

---

N

tiuus ut supra dix̄s in ā effert̃ et declinat̃
h̄ fortuna et cetera usqũe ab his fortunis
ordinis q̄ in datī plū in b. syllām effe
pl
et h̄ liberta his libertab: similit̃
ll. // .i. facit efferuntur W secū
ae declinā nominatiui s̄t hi quor̄ genetiu:
declī mascul per .us. er. ir. eus
a in us. neutralia in .um. et us
mascul quidem uū hic augustus h̄ augusti
er hic puer h̄ pueri itē ir hic uir h̄ uiri
in . eus uū hic peleus h̄ pelei.
inina us uū h̄ cyp̄ssus h̄ cyp̄ssi h̄ laurus h̄ lauri
eutralia in um et us uū h. donum h̄ doni h. uulgus h̄ uulgi
elagus h̄ pelagi h. uirus h̄ uiri s. h̄ .ll. nomina uulgus et pe
gus plū non declinantur qq multi uulgus mascul extulerunt
ūgil in uulgum ambiguas // res inueniantur uū h̄ colus li
Longe solent errare qui secundae declināt feminegant ēe cum plu

1 habeat foeminorum nominum nominatiuus ω 2 declinatur eodem modo sicut poeta, ut haec fortuna ω 3 fortunis. Sunt quaedam nomina foeminini primi ordinis ω 4 efferuntur ut haec dea Pluraliter his deabus ut haec ω 5 similiter filia, pluraliter his filiabus. Ordinis II. Secundae declinationis ω 9 eus, aliqua in us ω 10 et in us masculina quidem ω 11 augusti item et hic puer ω 12 uiri. Item eus ω Pelei. Foeminina ω 13 lauri. Neutralia ω 14 uulgi, hoc pelagus ω 16 pelagus ω 17 extulerint. Virgi. ω

---

17 Vergilius] *Aen.* II 99 19 plura *B*

humi. item similiter errant qui omnia genera arborum quartae declinationi solent adsignare inventis ipsis apud Vergilium,

et vos, o lauri, carpam et te, proxima myrte.

item fagus pirus ulmus cypressus taxus buxus cerasus platanus. contendunt tamen non nulli dicentes laurum et myrtum esse quartae declinationis et tantum auctoritate mutari in vocativo casu. item Vergilius dixit

qui tripodas Clari laurus, qui sidera sentis.

sane, ut breviter dicam, in us exeuntia nomina ea demum secundae declinationis sunt || quae propria videntur, ut Marcus Antonius; item illa appellativa quae feminina in a faciunt, velut superbus superba, celsus celsa. nam si non faciunt feminina, sine dubio quartae sunt declinationis, velut senatus ascensus. item illa quae ex participiis veniunt, hic tractus huius tracti, hic pressus huius pressi; item et quae nominativo corripiuntur, velut locus, mundus *κόσμος*, somnus; item pleraque civitatium nomina, ut Damascus Berytus Byblus Tyrus. siqua autem masculina nominativo producuntur nec feminina faciunt, haec omnia | quartae sunt declinationis, ut hic senatus huius senatus. quamquam veteres omnia quartae declinationis ut secundae extulerunt, sicut Sallustius, 'nam duobus senati decretis', et Terentius, 'questi gratia' et 'nihil tumulti'. excipiuntur haec sola quae sunt declinationis tertiae, quoniam et crescunt genetivo, masculina quidem, hic Ligus Liguris, ***lepus leporis***, ***mus mu***ris, vetus veteris, quod est commune trium generum; feminina autem, haec iuventus iuventutis, haec servitus servitutis, senectus senectutis, salus salutis, virtus virtutis, Venus Veneris, tellus telluris, palus paludis, fraus fraudis,

---

15—22 *N*

Si qua W mascul nominā producunt̃ nec feminina faciunt
nā IIIItę st declinā ut hic senat: h̄ senatus q q ueteres
tę declinā ut secundę extulerunt sicut sallus
b: senati decretis et terentius questi gratia et
excipiuntur h̄ sola q̄ sunt declinā tertię
t genetino masculina quidem hic ligus. guris
ris uetus uetis q est commune triũ generum:·

N I 2*, 2 Feminina....iuuentus

15 ***Initia versuum quae in extrema pagina perierunt praeter ultimum versum, ut videtur, legit Pierius*** 16 faciunt, haec omnia ω 17 ueteres omnia quartae ω 18 Sallustius. Nam duobus ω 19 gratia uel tumulti. Excipiuntur ω 20 tertiae, quoniam et crescunt ω 21 ligus liguris, hic lepus leporis, uetus ω 22 Foeminina haec. haec iuuentus ω

---

2 Vergilium] *bucol.* 2, 54 4 fagus *B* fagi *N* 6 Vergilius] *Aen.* III 360 10 superbus superua *N* 14 mundus ΚΟϹΜΟϹ somnus *N* 15 tyros *N* 18 Sallustius] *Catil.* 36 19 Terentius] *Hecyr.* V 3, 38 *Andr.* II 2, 28 et nihil tumulti *B* 20 quoniam et crescunt genetiuo et sola inueniuntur in tertia declinatione in us terminata masculina *B* 21 masculina — 23, 1 suis *Charis. p.* 30. 57 hic ligus liguris lepus leporis mus muris uetus *B*

laus laudis, sus suis. item secundi sunt ordinis quae in ευς apud Graecos proferuntur, velut Tydeus. hic enim Tydeus huius Tydei. item ea nomina secundo ordini attribuuntur quae apud Graecos genetivo casu *πλεονοσύλλαβα **sunt***, velut Ἀχιλλεύς Ἀχιλλέως, Ὀδυσσεύς Ὀδυσσέως, velut Achilles Achilli, Vlixes Vlixi. sed quidam dicunt hic Achilleus huius Achillei, hic Vlixeus huius Vlixei. alii vero tertii ordinis dicunt esse, velut hic Achilles huius Achillis, hic Vlixes huius Vlixis.

Nomen masculinum proprium singulare simplex declinationis secundae ita utroque numero declinatur, singulari hic Marcus huius Marci ***huic Marco*** hunc Marcum o Marce ab hoc Marco et cetera usque ab his Marcis. item quae ante us syllabam i habent sic declinantur geminata i in genetivo, ut hic Concordius huius Concordii. item feminina, haec laurus huius lauri. neutrum nomen in us correptum, quod singulariter tantum declinatur, hoc vi||rus ***huius viri huic viro hoc virus*** o virus ab hoc viro. neutrum in um, hoc bellum huius belli et reliqua. item quae ante um habent i similiter declinantur geminata i in genetivo, hoc studium huius studii et reliqua. illud memineris, quod omnia nomina masculina quae ante us syllabam i habent, haec genetivo singulari eandem i litteram geminatam recipiunt. in vocativo vero, ne similis sit genetivo singulari, unam i recipiunt, velut hic Concordius huius Concordii o Concordi. item dativi et ablativi plurales eandem litteram geminatam recipiunt, velut his et ab his Concordiis. nam de vocativo plurali nihil dicendum est, cum sciamus omnium nominum vocativum pluralem similem esse nominativo plurali, velut hi Concordii o Concordii. item neutra quae ante um syllabam i habent genetivo singulari et dativo et ablativo plurali eandem i geminatam recipiunt, velut hoc studium huius studii his et ab his studiis. nomen quod apud Graecos in ευς profertur sic declinatur, singulariter hic Tydeus huius Tydei huic Tydeo hunc Tydeum o Tydeu ab hoc Tydeo, pluraliter hi Tydei Tydeorum Tydeis Tydeos et Tydeas Tydei a Tydeis. item Graeca nomina in us terminata quae apud Graecos aut crescunt aut per ος efferuntur, haec o litteram in i mutant et declinabuntur ut tertiae declinationis, velut Melampus Melampodis, item Eunus Eunois, Euplus Euplois.

In er vero tantum masculina inveniuntur hac declinatione. nam quae feminina aut neutralia, sine dubio tertiae declinationis sunt, velut feminina

---

1 in eus *N* 3 πλεονοσύλλαβα sunt *Putschius* ΠΛΕΟΝΟϹΥΛΛΑΒΕΙ (*om.* sunt) *N* 4 ΟΔΙϹϹΕΥϹ ΟΔΥϹϹΕωϹ nū achilleus achilli olixes olixi *N*: hic achilles huius achilli hic ulixes huius ulixi *B* Auchilles auchilli ulixes ulixi *p* 5 hic achilles huius achillei hic ulixes huius ulixei *N* hic achilles huius achillei ulixes ulixei *B* hic acchilleus acchillei ulixeus ulixei *p*: *cf. Charis. p.* 52 8 simplex] similiter ω 9 huius marci c' ce co et cetera *N*: *pronomen in reliquis etiam nominibus interdum omissum non adnotavi* 14 huius viri huic viro hoc virus *om. N*, *add B* 16 hoc studium .d. et rt *N* 27 in eus *N* 32 melampus *B* melampos *N* Eunus Eunois Euplus Euplois, *de quibus nominibus diversa docuit Priscianus p.* 720, *tueri se possunt Graecis exemplis a Lobeckio in Phryn. p.* 453 *contatis* 33 inueniuntur in hac *B* nam quae *B* nanque *N*

quidem, haec mater huius matris, neutralia vero, hoc papaver huius papaveris, cadaver cadaveris. masculina autem haec quae a Graecis proficiscuntur. omnia enim quae apud Graecos aut per γρος aut *per* τρος aut per δρος aut per κρος efferuntur, haec omnia amissa Graeca extremitate et per er elata ut secundae declinationis declinantur, velut ἀγρός ager agri, Ἀντίπατρος Antipater Antipatri, Μένανδρος Menander Menandri, Τεῦκρος Teucer Teucri: quamquam Vergilius extulit Teucrus et E||uandrus. duo haec nomina suo statu permanent, Codrus et gongrus: non enim dicitur Coder nec gonger. item ea nomina quae per fer aut per ger conponuntur genetivum faciunt per i litteram, ut lucifer armiger luciferi armigeri. item ea nomina quae, ut supra dictum est, femininum in a faciunt sine dubio secundae sunt declinationis, velut piger pigra et niger nigra. reliqua vero masculina quae neque a Graecis proficiscuntur neque ex conpositione veniunt neque femininum faciunt in a, haec omnia | tertiae sunt declinationis, ut pater patris, frater fratris; exceptis his solis, cancer liber gener socer auster aper puer ager caper oleaster, quae utique genetivum in i litteram faciunt. exempla secundae declinationis in er, hic piger huius pigri huic pigro et reliqua.

In ir vero quae finiuntur haec tantum modo inveniuntur et ipsa masculina, vir levir *hir*. et hir quidem indeclinabile, levir autem leviri facit et vir viri, et quae ab eo conponuntur, velut duumvir duumviri, triumvir triumviri et similia.

Graeca quae genetivo Graeco aut crescunt aut per ος efferuntur, haec o litteram in i conmutant et declinantur ut tertiae declinationis, ut Melampus Melampodis.

Scito autem in hac declinatione vocativum singularem quadrifariam efferri, per e, per er, per ir, per i. et quidem per e eorum quae in us terminantur, velut Marcus o Marce; per er eorum quorum nominativus per easdem litteras profertur, velut hic niger o niger. similiter et per ir, velut hic vir o vir. item per i eorum quorum nominativo ante us syllabam i littera interposita est, velut hic Caelius o Caeli, hic Concordius o Concordi.

Exempla secundae declinationis in ir, hic vir huius viri huic viro et cetera.

ORDINIS TERTII

Tertiae declinationis nominativi sunt hi quorum genetivus is facit.

---

9 *N* 1 3, 1 Item

---

3 per ρος ā τρος ā per δρος *N* 20 hir *priore loco om. N* ir *B* et hir quidem indeclinabi*lit leuir N* et ir quidem indeclinabile *B* 23 per oc efferuntur *B* per us efferuntur *N* 24 mel..........podis *N* Melampos melampodis ω melampus melampodis *B* 26 Scito *B* Scio *N* 30 quorum nominatino *B* quorum similiter n nominatiuo *N* 33 Exempla — cetera *post* 25 Melampodis *vel post* 22 triumviri et similia *transponenda censuit Bondamus in notis mss.*

efferuntur autem ordine *litterarum* sic, per a al || an ans ar *ars* as ax, per e el en ens er es correptam, es productam, item ex, per il in is ix, per o ol on or os ox, per ul ur us uis ut ux. item nominativi qui in duas consonantes terminantur, velut Mars Martis, lanx lancis, municeps municipis, neglegens neglegentis, hiems hiemis. et siqui alii nominativi sunt qui in ceteris declinationibus locum non habent, tertii ordinis erunt. agamus igitur per supra scriptos nominativos sic.

A littera terminata singularia neutra nulla inveniuntur nisi peregrina, ut poema toreuma emblema. de quibus dubitatur, quem casum genetivum et ablativum habeant pluraliter. legimus enim toreumatum et toreumatorum, item toreumatis et toreumatibus, et sic similia, de quibus plenius sub titulo De extremitatibus nominum explanatum est. exemplum tertiae declinationis *in* a neutri generis, hoc poema huius poematis huic poemati et cetera.

Al neutralia tantum inveniuntur, velut hoc animal huius animalis, hoc tribunal tribunalis, hoc bidental bidentalis. horum ablativus per i effertur, velut ab hoc animali tribunali bidentali. multi autem voluerunt nominativum per e efferri, ut hoc animale tribunale bidentale. siqua autem masculina inveniuntur, haec barbara sunt, ut Hannibal Adherbal Mastanabal, et siqua alia Romana parum sunt: unum autem nomen Latinum invenitur quod in al terminatur, quod quaeritur quo modo debeat declinari. alii enim dixerunt nominativum hic sal huius salis et hi sales * sales autem iocum significat. sal autem non est dicendum, quia nullum Latinum in hac finitur extremitate. sale igitur ut mare et lacte; ut maris et lactis ita et salis dici debet, et erit semper singulare. ||

An nulla Latina, sed omnia Graeca et masculina | inveniuntur, velut singulariter hic Titan huius Titanis Titani Titanem et Titana o Titan Titane, et pluraliter hi Titanes Titanum Titanibus Titanes et Titanas Titanes Titanibus. in an quae veniunt, ut supra dictum est, fere sunt Graeca, ut paean Alcman. haec nomina in uno casu habent quaestionem, id est in accusativo plurali. paeanas enim et Titanas et Alcmanas dixerunt plerique, qui errant. nullum enim nomen in as extremitatem venire potest accusativo plurali, nisi prius nominativus singularis in a venerit, ut hic Pansa

---

1 litterarum *om. N* ars *om. N* 7 supra . ā scripto^s^ nōm̄^us^ *N* 8 perigrina *N* 13 in *om. N*, *add. Lindemannus* 19 aderbal *N* 20 sint *N*: et siqua alia nomina sunt parum Romaña *Charisius p.* 24 et siqua alia sunt. Exempla tertiae declinationis neutri generis in al hoc animal huius animalis. item barbara masculina hic annibal annibalis et si alia sunt *B. declinationem animalis et Hannibalis subiecit Putschius, quam additam fuisse a grammatico fidem facit etiam adnotatio librarii in margine codicis h. l. adscripta*, hic declī | animal | ...... anni|bal un latinum n̄n̄ inuenitur, *deleto posteriore loco* n̄n̄ *N* 22 *lacuna quam indicavi ita suppleri potuit*, alii singulariter tantum hoc sal huius salis, *ea sententia, de qua a multis quaesitum esse constat. quamquam etiam nominativi 'salis', quem Plinium posuisse narrat grammaticus e codice Vindobonensi editus anall. gramm. p.* 134, *memoria latere potest, ut scriptum fuerit* hic sal huius salis, alii autem hic salis et hi sales 32 in as extremitate *N* in has extremitates *w* 33 in . sa *N*

hos Pansas, hic Catilina hos Catilinas. et quaecumque nomina genetivis singularibus is litteras acceperint, ea numquam accusativo plurali as litteras accipiunt. et quaecumque ablativo casu in e venerint necesse est m adquisita accusativum faciant, ut ab lege legem, ab rege regem. ergo paeanem et Titanem dicemus, cum non possint paeanas et Titanas proferri. nam quae ablativo a accipiunt, ea per as accusativum faciunt, ut a Caecilia has Caecilias, a Sempronia has Sempronias. ergo hos paeanes et hos Titanes, ut hos reges et has leges.

Ans commune trium generum invenitur, velut hic et haec et hoc stans stantis.

Ar masculina tantum et neutralia inveniuntur; masculina, ut hic Caesar Caesaris, lar laris; neutralia, ut hoc lucar [τὸ λυκόφως]. inveniuntur et communia trium generum, ut par inpar. faciunt enim hic et haec et hoc par. horum autem duorum, paris et inparis, ablativus dupliciter effertur, velut ab hoc pare et pari. praecipue autem quaeritur in neutralibus cur torcular torcularis pulvinar pulvinaris producta a littera, at lucar *lucaris* a littera correpta efferatur. scilicet torcular ideo producitur, quod quibusdam placuit hoc torculare dici, non torcular, et hoc pulvinare, non pulvinar. exempla masculini generis in ar, hic Caesar Caesaris et cetera, et pluraliter hi Caesares Caesarum Caesaribus. communia trium generum || in ar sic declinantur, hic et haec et hoc par huius paris et reliqua usque ab hoc et ab hac *et ab hoc* pare et pari, pluraliter hi et hae pares et haec paria horum et harum *et horum* parum et parium et cetera. item neutri generis singulare, hoc torcular et reliqua usque ab his torcularibus.

Ars feminini generis invenitur, ut haec ars huius artis et cetera.

As masculina tantum et feminina invenies, velut hic Maecenas Maecenatis, haec dignitas dignitatis et cetera. item Graeca quae genetivum per

3 *N* 1 3, 2 et q̄cm̄q, ablatiuo

25—27 *N*

Ars feminini genē inuenitur ut haec............ et cet̄a // tis et cetera

As mascū tantum et femī inuenies ūū h............... h̄ dignitas dignita

Primos versus tres integros legit Pierius, in reliquis paucae litterae post ea quae nunc restant ei adparuerunt 25 haec ars huius artis et ω 26 hic maecenas maecenatis. haec ω

2 acciperint *N* 4 accusatiuum faciant singularem, ut ab lege legem, ab rege regem. Nam si Paeanem et Titanem dicemus, non poterit Paeanas *Putschius: nexus sententiarum ita corrigi potest*, s adquisita accusatiuum faciant, ut ab lege leges, ab rege reges. ergo paeanes et Titanes dicemus, cum non possint paeana et Titana proferri. *probabilius tamen est omissa esse quaedam sive librarii sive grammatici vitio, quibus de accusativo singulari quaerebatur* 12 neutrū ut h. lucar inueniuntur *N*: ΤΟ ΛΥΚΑΦΟϹ τὸ λύκαφος ω: *mihi de littera α non constabat* τὸ λυκόφως *Lindemannus et ante eum H. Stephanus in excerptis v. lucar, unde falsa interpretatio recepta est in glossaria Labbaei. cf. Charis. p. 25 Lips. in Tac. annal.* I 77 *Scalig. in Fest. v. lucar* 16 lucaris *om. N, add. Charis. p.* 65 18 *an* dici oportere? *cf. Charis. p.* 65 22 et ab hoc *om. N* 23 et horum *om. N* 26 As] *Charis. p.* 50

p. 15 P. p. 13. 14 L.

τος, Latine per tis faciunt, velut Thoas Thoantis, gigas gigantis. cum ergo omnia genetiv*um faciant per tis*, *haec s*ola mono*syllaba* diverse efferuntur, vas vadis, mas maris, as assis. *inveniuntur alia tria*, neutralia quidem duo, sed indeclinabilia, velut hoc fas huius fas *et hoc nefas huius* nefas. nugas autem, licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum est. *dicimus enim* hic et haec et hoc nugas. exempla declinationis masculini generis *in as*, *hic Maecenas* huius Maecenatis et reliqua, pluraliter hi Maecenates Maecenatum *et cetera*. item feminini generis singulariter, haec dignitas et reliqua. neutralia quae in*veniuntur*, *sicut supra diximus*, *fas et nefas* indeclinabilia sunt, et nugas, quod est commune trium generum.

Ax masculina tantum et feminina inveniuntur, neutralia propria *nulla*, *nisi ea quae ex communione veniunt*, velut masculina, hic Aiax huius Aiacis; feminina, haec fax hujus facis, *haec pax huius pacis*; communia vero, hic et haec et hoc audax. sed horum communium ablativus *dupliciter effertur*, per e et per i, velut ab hoc audace et audaci. exempla declinationis masculini *generis in ax*, hic Aiax Aiacis et cetera. item feminini generis, haec fax facis et reliqua *usque ab hac face*.

N

Item greca q̄ genetiuum per τος. lat................... hoas thoantis
gigas gigantis cum ergo omnia genetiu................... la mono
diuerse efferuntur uas uadis mas maris .́ s ass
neutralia quidem duo sed indeclinabilia ūū h. fas huius
nefas nugas W licet indeclinabile sit tñ commune trium g
hic et ħ et hoc nugas. exempla declinationis masculini gen
huius męcenatis et reliqua plū hi męcenates męcenatum
Item femī genē singū ħ dignitas et reliqua. Neutralia q̄ inu
indeclinabilia s̄t et nugas quod ē commune trium . . ne
Ax masculina t̄t et feminina inueniuntur neutralia pro
uū mascū hic aiax huius aiacis feminina haec fax
Communia uero hic et ħ et h. audax sed hor̄ commū abl
per e et per i uū ab hoc audace et audaci exempl. declinati
hic aiax aiacis et cetera item feminini genē ħ fax facis et

1 latinum per tis faciunt. ut thoas ω 2 genitiuo diuerse ω 3 as assis. Neutralia ω 4 huius fas. nefas ω 5 generum hic ω 7 generis, hic maecenas huius ω 8 maecenatum et cetera. Item ω 9 Neutralia indeclinabilia ω 10 trium generum. Ax ω 12 propria aut masculina ω 14 fax, huius facis. Communia ω 15 ablatiuus per e ω 17 declinationis masculini hic ω 18 et reliqua. Item ω

---

1 cum ergo omnia genetiuum faciunt per tis haec sola disyllaba *B*. *supplementa scripturae ut in hoc ita in sequentibus versibus plerumque ex B petivi et numero litterarum quae in N interciderunt adcommodavi*, *praecedente in quibusdam Putschio*, *qui iisdem excerptis usus est* 9 neutra non inueniuntur nisi illa quae indeclinabilia sunt fas et nefas *B*: inueniuntur sicut supra diximus fas et nefas *Putschius*. *in codice et haec et quae postea ex B addita sunt*, propria nulla — veniunt, *duorum versuum exitus occupabant, ut locus non desit numero litterarum*

item communia trium generum, hic et haec et hoc audax et reliqua usque ab hoc et ab hac *et ab hoc audace vel audaci.*

In e neutralia tantum inveniuntur, hoc sedile sedilis, hoc praesepe praesepis.

El neutralia tantum inveniuntur pauca admodum et sine ulla varietate *monosyllaba*, *velut* hoc fel fellis, hoc mel mellis, quae simili modo declinantur ut cetera neutra tertii ordin||is. est autem quaestio in illis an possint transire in pluralem numerum, quod plerisque displicuit eo quod quaedam nomina monomere sint in numeris. Nisus autem eleganter nominativum pluralem tantum in *his*, mella et vina, secundum consuetudinem dici posse *ait* ita, cum in genera recipiuntur, ut Attica mella, Italica vina.

En masculina tantum et neutralia inveniuntur. et masculina quidem haec sola, hic rien rienis, lien lienis, flamen flaminis, pecten pectinis, fidicen fidicinis, tibicen tibicinis, tubicen tubicinis ex tuba longa, cornicen cornicinis, liticen liticinis ex lituo, quod est genus tubae minoris. cetera vero neutralia sunt, velut hoc certamen certaminis. declinantur autem supra scripta nomina ut tertii ordinis.

Ens communia trium generum invenies, ut hic et haec et hoc vehemens, hic et haec et hoc patiens, hic et haec et hoc cliens. et declinantur eodem modo ut supra scripta, vehemens vehementis, patiens patientis, cliens clientis.

Er omnium generum nomina inveniuntur; masculini, ut hic pater, feminini, ut haec mater, neutri, ut hoc papaver. unum autem invenitur quod genetivo crescit duabus syllabis, velut iter itineris. apud veteres autem invenimus hoc itiner. exempla declinationis in er, hic pater patris, haec mater matris, hoc papaver papaveris et cetera.

In es correptam masculina et feminina, neutralia nulla, nisi quae per communionem *veniunt*, inveniuntur, velut hic et haec et hoc teres. et

---

1—6 *N*

Item commū III generē hic et h̄ et h. audax et ret usq, ab h. et
In e neutralia tantum inueniuntur hoc sedile sedilis hoc p̄sepe
El neutralia tantum inueniuntur pauca admodum et sine ulla uarietate
h. fel

20 *N* 1 3ᵛ, 1 Er omnium

2 et ab hac et ab hoc audace, uel audaci. In e ω 3 praesepe praesepis. El ω 5 uarietate. hoc fel ω

---

10 his *om. N* 11 ait *om. N*: dici posse ait cum *Fabricius* 13 fidicen fidicinis tibicen | tibicinis ex tuba longa cornicen cornicinis liticen liticinis ex lituo quod est genus | tubae minoris tubicen tubicinis. cetera *N*: tibicen tubicen cornicen liticen ex lituo generis tubae minoris cetera *B* tibicen ex tuba longa liticen ex lituo quod genus est tubae maioris uenit *p.* tibicen tibicinis media longa ex tibia cornicen *sqq.* ω: *cf. Charis. p.* 24. 67 24 iter iteneris *N* 27 In es correp̄ *N* In es correpta ω: *cf. Charis. p.* 53 28 veniunt *om. N*: nulla per se nisi quae per communionem ueniunt uelut *B*

sunt masculina, hic miles comes, feminina, haec seges. quattuor inveniuntur quae genetivum diversum faciunt. nam cum omnia efferantur per tis, velut miles militis, comes comitis, haec sola genetivum per dis faciunt, et sunt haec, praeses praesidis, reses ἀργός residis, deses desidis, obses obsidis; ideo per dis, quod ex verbis trahuntur. exempla declinationis in es correptam, hic miles militis, haec seges segetis. neutrum non invenitur nisi trium generum, hic et haec et hoc teres.

Es producta masculina tantum et feminina inveniuntur; masculina, hic Hercules, feminina, haec labes. exempla decli‖nationis in es productam, hic Hercules huius Herculis, haec labes huius labis.

Ex masculina et feminina inveniuntur, hic senex senis seni, haec lex legis.

Il masculina inveniuntur, hic vigil vigilis, mugil mugilis, pugil pugilis et cetera; femininum unum, Tanaquil Tanaquilis; neutrum nullum *invenitur.*

In Latinum nullum, Graeca *tantum inveniuntur, vel*ut delphin Telchin delphinis Telchinis. horum incusativi secundum Graecam declinationem terminantur, ut apud Vergilium,

Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.

Is masculina et feminina tantum inveniuntur, hic ignis ignis, haec puppis puppis. communia utriusque generis, *hic* et haec *suavis*, *hic et haec facilis.*

Ix masculina, *et feminina* et communia invenies, hic calix calicis, haec pix picis, hic et haec et hoc felix et pernix.

O masculina et feminina et neutra inveniuntur, *hic Cato ordo*, *haec e*mptio, hoc tabo pondo, quae inter monoptota sunt.

14—26 *N*

tanaquilis neutrũ nulll .... incusatiui secuñ grecā declinā ̄tminant ut
In latinũ nullñ g.ecũ .... ũ delphin telchin delphinis telchinis
aр̄ uerĝ orph .... phinas arion :· // mũ utri:q. generis
masc .... hic ignis ignis ħ puppis puppis com
et ħ .... //et perix:· O mascũ et femĩ et neutra inueniuntur
mmũ inuenies hic calix. icis ħ pix. cis hic et ħ et h. felix
mptio h. tabo pondo q̄ inter monoptota s̄ :· // coon tis :·

In primis tantum versibus quattuor integra scriptura nec ea satis certa adparuit Pierio; reliquos, quos non multo pleniores quam nunc habentur legisse videtur, coniectura supplevit 14 Neutrum nullum. In ω 16 graecum inuenitur ut delphin nis. Telchin nis. horum incusatiui ω 19 Orpheus in siluis, inter delphinas Arion. Is masculina et foeminina tantum inueniuntur, hic ω 21 generis. Ix. masculina, foeminina et communia inuenies ω 25 inueniuntur. hic ordo. haec descriptio, hoc tabo ω 26 sunt.* Ol. masculinum inuenies ω

ΑΡΓΟϹ
4 reses. dis deses dis *N* reses dis deses dis ἀργός *Lindemannus* 5 in es correp̄ *N* 16 In in latina nulla graeca autem delphin *B* 18 Vergilium] *bucol.* 8. 56 21 communia duorum generum hic et haec suauis *B*; *cf. Charis. p.* 68 communia utriusque generis hic et haec canis, hic et haec ciuis *Fabricius* 24 pernix *B*

***Ol masculinum inven**ies* tantum, hic sol.

On masculina inve|niuntur et ipsa Graeca, hic Laucoon Laucoontis, ***Hippocoon Hippo**coontis.*

Or masculina et feminina et neutra inveniuntur, hic praetor, haec uxor, hoc marmor robor aequor.

Os masculina et feminina et communia ***inveniuntur**, **hic flos floris***, haec arbos arboris, hic et haec et hoc custos. est neutrum, hoc os huius oris.

Ox feminina tantum et com***munia trium generum inveniuntur**, **hic et haec et hoc ferox***, haec vox.

***Vl masculina tantum inven**ies*, hic exul, hic consul, hic praesul; unum barbarum, Suthul.

Vr masculina et feminina inveni**es* et neutra, communia quin etiam, ut hic fur, haec turtur; ***neutra**, **hoc femur femo**ris* et feminis, iecur, quod genetivum duplicem facit. nam et iecoris et iocineris facit.***

Vs masculina et feminina et neutra inveniuntur, hic stercus stercoris, haec Ve||nus Veneris, hoc nemus nemoris.

Vis masculina ***et*** feminina invenies, hic sanguis sanguinis, haec navis navis.

Vt neutra sunt et pauca, ut hoc caput capitis, hoc sinciput sincipitis.

Vx masculina et feminina invenies et communia, hic Pollux Pollucis, haec nux ***nucis***, lux lucis, crux ***crucis***; commune, trux.

N

es tm̄ hic sol. ON maš inueniť et ipsa greca hic lau
coontis // ęquor. OS maš et feminina et commū
et neutra inueniť hic prętor ħ uxor h. marmor robor
ħ arbos arboris hic et ħ et h. custos est neutrū h. ós
et com . . . . ħ uox |haec ora
ies hic exul hic consul hic p̄sul unum barbarū suthul
hic
es et neutra commū quin etiam ut fur ħ turtur
ris et feminis iecur ꝙ genetī duplicē facit nam et iecoris et ioci
maš femī inuenies hic sanguis. nis ħ nauis nauis
neutra inueniuntur hic stercus stercoris ħ uen: ris h. nem: ris
s̄t et pauca ut caput capitis h. sinciput. cipitis // crux
Ux maš et femī inuenies et commū hic pollux pollucis ħ nux bux bucis

2 Laocoon tis. hippocoon tis. Or. masculina et foeminina et neutra ω 6 communia inueniuntur, hic os ossis, haec arbos ω 10 ora. Vl. masculinum inuenies. hic exul ω 12 Suthul. Vr. masculinum inuenies et neutra ω 14 turtur • et foeminis ω 15 et iecinoris. Vis, masculina ω 19 nauis. Vs. mas. foeminina et neutra ω 17 nemus ris. Vt neutra sunt ω 22 crux. Commune ω

---

13 In ur masculina hic turtur huius turturis commune fur hic et haec et hoc fur huius furis neutrum iecur iecoris *B. dedi quod in codice scriptum fuisse fidem faciunt ea quae restant, quamvis de turture dissentiat Charisius p.* 66: *unde suspiceris*, Vr masculina tantum inuenies et neutra, communia quin etiam, ut hic et haec fur, hic et haec turtur: *cf. Serv. in Verg. bucol.* 1, 59 22 lux *B* dux ω

ORDINIS QVARTI

Quarta declinatio nominativum et genetivum in us facit, velut masculine, hic senatus huius *senatus*, feminine, haec porticus huius porticus, haec anus huius anus, haec domus huius domus. habet et neutrale, quod in singulari quidem numero monoptoton est per u, in plurali vero recipit casus suos, velut hoc cornu huius cornu, pluraliter haec cornua et cetera. item hoc genu huius genu. similiter veru gelu tonitru seru.

Est et alius ordo declinationis, quem alii ad secundum ordinem pertinere dicunt, quoniam genetivum in i litteram facit, alii tertii putaverunt, quoniam accusativum in em, item dativum et ablativum pluralem in bus facit; quem ideo nulli parti tribuentes quintae declinationis dicendum esse putavere. profertur autem per es, velut hic et haec dies huius diei; dum tamen sciamus pluraliter feminine hae dies et has dies non oportere nos dicere, quamvis singulariter feminine dicamus. cetera tamen similia femino modo proferentur tantum, velut haec species speciei, haec materies materiei, haec luxuries luxuriei. quarum specierum pluralem genetivum non similiter observabis sicut in die et meridie per rum, sed per um syllabam, ut specieum materieum luxurieum. sed veteres in hac specie declinationis genetivum singularem similem nominativo dicebant. inde invenimus in quibusdam pernicies pro perniciei, ut sit haec pernicies huius pernicies, haec luxuries huius luxuries. et cetera eius modi similiter declinabantur.

Conpletis quinque ordinum declinationibus veniamus ad ipsas nominum observationes per quas et genera et numeri discernuntur. ||

XI DE OBSERVATIONIBVS NOMINVM QVIBVS GENERA ET NVMERI DISCERNVNTVR

Sunt quaedam nomina quae singulariter tantum proferuntur, sunt et quae pluraliter tantum. haec paene maiore ex parte collecta suo quoque ordine subicienius.

Masculina semper singularia, hic clavus, id est inpurpurata vestis ἐν-

1—4 *N*

commū trux :· Ordinis IIII. // huius feminine h̄ por
Quarta declinā nominatī et genetī in us facit nū mas hic senatus
ticus h̄ cus h̄ anus h̄ anus h̄ domus. mus :·

17 *N* 1 3*, 2 non similiter

2 Quarta — 7 seru *exc. Bob. p.* 95 6 huius cornu *in marg. add. N* 8 Est — 22 declinabantur *exc. Bob. p.* 96 12 putauerunt ueteres grammatici *B* dum — 20 huius pernicies *Diom. p.* 281 16 quarum specieum *B* 25 DE OBSERVATIONIBVS] *exc. Bob. p. 96 sqq. exc. Paris. f.* 105 *Diom. p.* 314 *sqq. excerpta quaedam et in ordinem litterarum redacta extant in libello de orthographia p.* 2775 *sqq.* 28 suo quoque *Diomedes* sub q̄q (*h. e.* sub quoque) *N* suo quaeque *B* 30 uestis o ΕΝΠΟΡ-
ΦΥΡΟϹ ΕϹΘΕϹ *N*

πόρφυρος ἐσθὴς καὶ ὁ ἦλος, hic cruor ὁ λύθρος, *hic* fumus, hic fimus stercus, hic genius ἡ τύχη ἑκάστου, hic limus, hic muscus herba quae in parietibus vel corticibus arborum nascitur vel haeret, hic pulvis.

Item feminina semper singularia, haec barba ὁ πώγων, haec culpa, haec eloquentia, elegantia, fames, haec Graecia ἡ Ἑλλάς, haec galla ἡ κηκίς, haec hara, haec labes, haec lux, memoria, malitia, pax, prosapia, rabies, supellex, sanies, socordia, sitis, tabes, vecordia, vis. |

Item neutra semper singularia, alicum et alice ἄλιξ, hoc allec ὁ ἄλληξ ἰχθὺς ταριχευόμενος, hoc baratrum, hoc callum, caenum ὁ βόρβορος, crocum, faenum, fel, ingenium, iustitium quando ius stat, hoc ius ὁ ζωμός τὸ δίκαιον, iuscellum ζωμός; et iura et iuribus legimus: letum mors, hoc mormur, hoc pelagus, rudus ruderis γῆς σωρός, robor, rus; sed Vergilius et pluraliter dixit 'per florea rura': sulphur, scrupulum, sinapi, hoc siler κύπειρον, siser ἀγριοσέλινον, vulgus, virus, viscum; sed Plautus viscus dixit.

Item masculina semper pluralia, hi antes, hi carceres a coercendo; et carcere, 'pronique in carcere pendent' Vergilius: hi caelites οὐρανίωνες, cani, Vergilius 'cana Fides'; sed ibi deam dixit: hi casses, hi cancelli, foci, furfures, fori loca spectaculorum; item fori sunt in navibus, quo nautae sedentes remigant: freni; sed et frena et frenum invenimus: hi grumi οἱ τῶν ὅρων λίθοι, inferi, lendes κόνιδες, liberi, lares; sed legimus et lar laris, sic uti mas maris: hi ludi, loculi; legimus et loculus: hi lemores νυκτερινοὶ δαίμονες, mores; sed et mos legimus: maiores, [inferni et inferi] manes δαίμονες, hi natales, id est nobilitas, nostra||tes; sed huic singulare quidam daut, velut nostras nostratis, ut potestas potestatis, magistratus et magistrates invenimus: optimates; sed inve-

---

1 *καὶ ἔνηλος Fabricius* cruor ο ολ...... fumus fimus hic stercus *N* ολυθρον cruoris inquinatio ω 2 hic l..nus *N* hic limus ω 3 hic pulnis *post* 2 hic limus *habet N, suo loco B* 4 ποΓοΝ (ω ω) *N* 6 malitię (a) *N* 7 suppellex *N* uecordia *post* socordia *habet N, suo loco B* 8 singularia hoc callum baratrum cęnum o ΒΟΡΒΟΡΟC crocum faenum fel alicum et alice (*in marg. add.* ΑΛΙξ) | .h. genum. h. allex Ο ΑΛΛΗξ ΙΧΘΥC ΤΑΡΙΧΕΙΟΜΕΝ. iustitium | quando ius stat hoc ius o ΖΩΜΟC ʰiuscellū ΖΩΜΟC ʰΤΟ ΔΙΚΟΝ | et iura *N*: *ordinem nominum ex B restitui* allec *Diomedes p.* 314: hoc allex ἄλληξ ἰχθὺς τεταριχευμένος *B.* hoc allex *errori grammatici tribuit G. I. Vossius de anal.* I 23 *p.* 474. allex ἄλιξ, alec ἰχθὺς ταριχευόμενος alicum ὁ ἄλλιξ *coniecit Lindemannus conl. Plin. N. H.* XXI 8, 44 *et* XVIII 11, 29. *dubitari potest annon* alicum et alice *ex femininis nominibus huc translata sint, ut scriptum olim fuerit* alica et alicae 10 ingenium *Diomedes* genium *B* hoc genu ω penum *Phocas p.* 1708

11 letum (mors) h. mormur *N* 12 ΓΕCCΩΡΟC *N* Vergilius] *Aen.* I 430 14 siler ΚΥΠΙΡΟΝ (siser ΑΓΡΙΟCΕΛΙΚΟΝ) *N* platus *N. Poen.* II 1, 33. *Bacch.* I 1, 16 (50 *R*) 17 pronique] *Verg. Aen.* V 145 ruuntque effusi carcere currus Nec sic inmissis aurigae undantia lora Concussere iugis pronique in uerbera pendent 18 caua] *Verg. Aen.* I 292

21 inferi *post* iuvenimus *conlocatum in N huc transposui* 22 mar (s) maris *N* loculi *Diomedes p.* 315 *Charis. p.* 21 luculi *N* 23 luculus *N* 24 natales id est nobilitates *N* natales generis nobilitas *Diomedes* 25 ut potestas potestatis et magistras magistrates inuenimus *B*

nimus optimas, et infimates legimus: pugillares *πινακίδες*, primores, proceres *ἔξαρχοι πρωτάρχοντες*, posteri, plures, plerique, penates, Quirites, Quinquatres *Παναθήναια*, sentes, singuli, sales *οἱ ἅλες*, superi, vepres.

Item feminina semper pluralia, hae argutiae; et facit verbum arguto argutas: hae angustiae, arae pro | penatibus; dicimus namque ara singulariter: hae Alpes *τὰ ὄρη Γαλλίας*, aedes domus; nam si aedis dixeris, templum significas: antennae, antiae, blanditiae, bigae, trigae, caulae, caerimoniae, conpedes, cunae, crates; et cratem dixerunt: copiae, divitiae, deliciae, dapes; et haec daps dixerunt: hae dirae, exuviae, exsequiae, Esquiliae *τόπος ἐν Ῥώμῃ*, excubiae, fauces, fruges, fores, fasces; sed Cicero dixit 'fascem unum si nanctus esses', per quod intellegimus masculino genere dici et non esse tantum plurale: facetiae *εὐομιλία εὐστομία*, fortunae bona *ὑπάρχοντα οὐσία*, feriae, falerae, genae, grates et gratiae, gingivae, gerrae *πλεκτά τινα τὰ προσφερόμενα τείχεσιν*, indutiae, inferiae, insidiae, inimicitiae, ineptiae, hae Idus *εἰδοί*, inlecebrae, Kalendae, litterae, latebrae, lutinae *πηλώματα*, minae *ἀπειλαί*, manubiae, nuptiae, nares, nundinae, Nonae, neniae *ἐπιτάφια*, nugae, opes; sed Vergilius libro primo 'non opis est nostrae Dido': plagae, preces, primitiae, praestigiae, quisquiliae *φρυγάνων χαίτη σκύβαλα*, reliquiae, retes *δίκτυον*; nam et in consuetudine dicimus 'in retes meas incidisti'; retia enim si dixeris, pluralem facis a nominativo *rete*, *quod est n*eutri generis: sarcinae, sortes, suppetiae *βοήθεια*, *sordes*, scopae *σάρος*; dicimus tamen et scopa: scalae *κλῖμαξ*, salinae *ἁλικαί*, tenebrae *μυχός σκοτία*, vires, vindiciae *καρπιστεία ἐκδικία ἐλευθερίας*.

Item neutra semper pluralia, haec arma, avia, arbitria, battualia, bona *ὑπάρχοντα*, brevia, besalia, [iusta] Bacchanalia, castra, crepundia, haec cete *κήτη*, haec Conpitalia, Carmentalia matri || Euandri sacrificia instituta, appellata a nomine ipsius: Cerealia *Δημήτρια*, cunabula, cibaria, comitia *ἀρχαιρέσια*, donaria, diaria, exta, gaesa *εἶδος ἀκοντίου* [caesa], Genialia, iuga *ἀκρώρεια*; iugum enim *ἵππου ζυγόν*: iusta *ἔθιμα*, intestina,

---

10 *N* I 4, 1 excubię

---

1 infimatem *G. I. Vossius de anal.* I 42 *p.* 602 3 hi quinquatrus *B* 9 exequię (s supra) *N* 13 bonę *N* ΟCΑ (Υ Ι supra) *N* 15 ΪΔΟΙ *N* 16 ΠΕΛΩΜΑ (Η supra) *N* *πεγματα B* ΑΠΙΛΑΙ *N* 17 *επιταφιοι B* epitaphia *excerpt. orth. p.* 2792 Vergilius] *Aen.* I 601 19 pstrigię *N* ΦΡΥΓΑΝΟΝ (Ω supra) ΧΑΙΤΗ CΧΥΒΑΛΑ (Κ supra) *N* 21 a nomina.... ...eutri *N* a nominatiuo qui est rete neutri ω 22 ΒΟΗΘΙΑ......scopę *N* *βοηθία* sortes scopae ω 23 ΑΔΙΚΑΙ *N* 24 ΚΑΡΠΙCΤΙΑ *N* ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ *N* 26 ΥΠΑΡΚΟΝΤΑ (Χ supra) *N* besalia] bellaria *C. L. Schneiderus gramm. Lat.* II 1 *p.* 405 *ex indice Putschiano: cf. Gronov. de sestert.* III 11 27 conpitalia id est ubi eos qui peregre moriuntur colunt parentarium dicitur carmentalia *N*: *cf.* 34, 4 28 instituta carmentalia instituta appellata *delcto posteriore loco v.* instituta *N* ΔΗΜΕΤΡΙΑ *N* 29 ΑΡΧΙΕΡΕCΙΑ (ΑΙ supra) *N* exsta *N* 30 genialia *p* genealia (ita supra) *N* genealia *B et Charisii codex p.* 28 Genialia *τὰ τύχια glossae Philoxeni: cf. Lachm. in Lucret. p.* 15 ΑΚΡΟΡΙΑ (Ω supra) *N*

iugera; sed et iugerum dicimus: lautia supellex, Liberalia, lumina; apud Vergilium lumen legimus: moenia, magalia *καλύβαι Ἀφρῶν*, mapalia *καλύβαι ἀγρῶν*, haec Neptunalia *Ποσειδώνια*, haec orgia *Διονύσου μυστήρια*, haec palaria, cum milites ad palos exercentur: haec Parentalia *νεκύσια*, ubi eos qui peregre moriuntur colunt; *et* parentarium dicitur: haec praecordia *ὑποχόνδρια*, haec rostra locus in urbe ubi contionantur, haec spectacula *θεωρίαι*, spolia, sponsalia *μνῆστρα*, haec Saturnalia *Κρόνια*, haec serta *στέφανοι στεφανώματα*, Terminalia, tempora *κρόταφοι*; sed Vergilius tempus dixit: haec verbera *μάστιγες*, viscera, vada *βράχη*; sed et vadum dixerunt: Vulcanalia *Ἡφαίστια*.

Quae semper pluralia sunt, si plus quam unum significare velimus, si quidem masculina sint semper pluralia, ut puta hi loculi, ita dicemus, binos ternosque loculos; si vero feminina, ut puta hae scalae, ita dicemus, binas ternasque scalas: et neutralia similiter, ut puta haec spectacula.

Elementa semper singularia sunt, velut caelum *οὐρανός*, aether *αἰθήρ*, aer *ἀήρ*, sol *ἥλιος*, iubar, terra *γῆ*, mare *θάλασσα*, autumnus et autumnum. maria tamen | quamvis dicantur pluraliter, attamen nec marium nec maribus dicemus. et terras pro terrae regionibus accipimus.

Item metallica semper singularia sunt, ut puta aurum stagnum argentum cassiterum ferrum orichalcum aes aurichalcum plumbum. aera quamvis dicantur, tamen ceteris casibus non utimur.

Item quae mensura constant, arida dumtaxat, quae numerari non possunt, semper singularia sunt, velut triticum, *frumentum;* quamvis et frumenta dicamus: hoc far, hoc ador adoris frumenti species, haec oryza *ὄρυζα*. haec faba; Vergilius 'vere fabis satio', inusitata declinatio: haec lens, hoc cicer, hoc milium, hoc minium *κιννάβαρις*. hoc paniceum. hoc git monoptotum *μελάνθιον*, hoc ordeum.||

Item haec semper singularia sunt, mel *μέλι*; quamvis Vergilius mella dixerit: oleum *ἔλαιον*, vinum *οἶνος*; quamvis Vergilius vina dixerit: mulsum *οἰνόμελι*, defrutum *ἕψημα*, acetum *ὄξος*, lac *γάλα* lactis, garum muria

---

1 suppellex *N* 2 Vergilium] *Aen.* III 65 monstrum horrendum ingens, cui lumen ademptum, III 363 luminis effossi fluidum lavat inde cruorem, *e quibus exemplis illud adscriptum est in B, hoc a Diomede p.* 315 ΑΦΡΟΝ [ω] *N* 3 ΑΓΡΟΝ [ω] *N* ΠΟϹΙΔΩΝΙΑ *N* 4 ubi — 5 dicitur *hoc loco omissa post* 33, 27 Conpitalia *habet N*: parentalia ubi is qui peregrem moratur solet parentari et colere terram *p* 7 ΘΕΟΡΙΑΙ [ω] *N* 8 Vergilius] *Aen.* VIIII 418 iit hasta Tago per tempus utrumque 9 ΒΡΧΗ *N* 10 ΗΦΕϹΤΙΑ *N* 12 semper pluralia *delevit Fabricius* 15 cęlum [ΟΥΡΑΝΟϹ] aeter [ΑΙΘΗΡ] aer. [ΑΗΡ] sol. ΗΛΙΟϹ. iuuar. terre re mare [ΘΑΛΑϹϹΑ] autumnus *N* 17 *utrum* dicantur *an* dicuntur *esset in N non satis adparuit* 20 aurichalcum et orichalcum *excerpt. orth. p.* 2276: *cf. Diom. p.* 315 21 dicuntur *N* 23 frumentum *om. N, add. B et Diomedes* 25 Vergilius] *georg.* I 215 26 panicium *Diomedes p.* 316 *Isidorus* XVII 3, 13 panicum *Fabricius* 28 Item liquida semper singularia *B* mel [ΜΕΛΙ] quamuis uerḡ mella dixerit oleum [ΕΛΑΙΟΝ] uinum [ΟΙΝΟϹ] quamuis *N* 30 ΕΦΕΜΑ

liquamen. et siqua horum nominativo pluraliter efferuntur, ceteris tamen casibus cessabunt. [fel sic declinatur quo modo mel]. et si pluraliter declinata fuerint, non ad quantitatem sed ad genus referuntur, velut mella, ut sint multae species, quasi locale, velut Atticum Rhodium. similiter et lanae, ut sint variae species lanae, quasi Milesia Hispana.

Item nomina fluminum et montium et civitatium semper singularia sunt, nisi quae natura pluraliter enuntiantur, ut Athenae Thebae Baiae Cumae Puteoli Ostia Brixae Abellae, hi Argi.

Item singularia semper sunt quae nec videri nec tangi possunt, verum ab his in alterutram partem doloris aut gaudii adficimur, ut gaudium; quamvis Vergilius et gaudia dixerit,

Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus:

vigor, metus, letum, timor, terror, insania, sopor, ius et pluraliter iura tantum, iustitia, maestitia, stultitia, senium senilis morbus, scrupulum, sapientia, salus, fides πίστις, perfidia ἀπιστία, macies maciei, maeror maeroris, misericordia, inertia, segnitia, pigritia, velocitas. sed auctores non usque quaque haec observaverunt.

XII DE MONOPTOTIS

Sunt quaedam nomina tota in declinatione et singulari et plurali monoptota. in quibus et communia trium generum sunt, velut masculini feminini neutri, nequam frugi nihili nugas pondo m. f. n. quamquam unum pondo non dici sciamus, sed in libram referamus, ut puta unam libram, duas libras: duo enim pondo et deinceps observamus. id quoque observabimus ut, quotiens de neutro loquamur, correpta o littera dicamus duŏ milia; in accentu longo duō homines, ambo homines, ambae mulieres dicimus. ||

Sunt quaedam nomina singulariter tantum monoptota quae pluralia non habent, et sunt neutralia, velut fas hir tabo git nefas instar pus sinapi virus, unde vir appellatur: caepe, et haec caepa huius caepae.

Sunt quaedam neutralia *singulariter* tantum monoptota quae pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt et appellantur heteroclita, velut gelu, genu, testu ὄστρακον; sed Vergilius haec testa in georgicis: et

---

2 *N* I 4, 2 Fel sic

---

4 sint ω sit *N* rodium *N* 5 sint ω sit *N* 7 baię *N* 8 Brixiae ω Argi] Arpi *Phocas p.* 1707 11 Vergilius] *Aen.* I 502 14 senium *B* sonium *N* 15 maeror maeroris] macer macri *N* maeror λυπη *B*. *fortasse* macor macoris: *cf. Priscian. p.* 699 16 ñ usquaque *N* 18 XII *om. N* DE MONOPTOTIS] *exc. Bob. p.* 102 *sq. exc. Paris. f.* 105*. *cf. Diom. p.* 288. 314 21 nugas *B* nuga *N* quamquam — 26 dicimus *Phoc. p.* 1692 22 in libra referamus *N* in libram referri *B et Phocas* 28 sinapi nires *unde* uĭr *N* sinapi * unde ir ω: virus unde vir *coniecit Lindemannus conl. Isidor.* XI 1. 103 29 huius cępe *N* 30 singulariter *om. N*: sunt quaedam singulariter tantum monoptota *B* 32 in georgicis] I 391 testa cum ardente viderent Scintillare oleum, II 351 ingentis pondere testae. *priorem versum adscripsit Charisius p.* 49

veru ὀβελίσκος, seru ὀρός, | tonitru, cornu, ossu ὀστέον, et os ossis, ut infra apparebit inter monosyllaba: pecu et pecus pecoris, sicut apud Sallustium 'd*omiti pecoris*', *et apud Vergilium*

et sucus pecori et lac subducitur agnis,

et alibi 'pecorisque *magistro*,' *et pecus pecudis*, ut Cicero.

Sunt quaedam pluraliter tantum monoptota communia in numeris *posita*, *velut tot quot* aliquot quotquot. haec alii posuere inter adverbia.

Sunt quaedam quae singulariter non in omnibus casibus cadunt, verum pluralem *declinationem sollemnem ad*mittunt, velut *frondem et fronde*, *sicut* apud Vergilium 'fronde super viridi': frugem, et fruge potest: vicem et *vice*.

Sunt quaedam quae declinationem non admittunt, in quibusdam casibus *tamen inveniuntur et dicuntur aptota*, *velut sponte*. septimus casus est sponte, et huic declinat*io nulla praeter ablativum accidit* * et cetera, velut opem, ut sit auxilium, et vicem *cum dicimus*, *nominativos non habent*.

---

2 – 16 *N*

monosyllaba pecu et pecus pecoris sicut ap̄ sallust
et sucus pecori et lac subducitur aguis et alibi pecorisq,
ut cicero s̄t q̄dā plū tantum monoptota communia in numeris
aliquot quotquot h̄ alii posuere inter aduerbia // mittunt nū
sunt q̄dam q̄ singularit̄ ñ in omb̄ casib. cadunt uer̄ pluralem
ap̄ nerḡ fronde super uiridi frugem et fruge potest *uicis et*
s̄t q̄dam q̄ declinatiō ñ admittunt in quib: dam casibus
septim: casus est sponte et huic declinat
et cetera nū opem ut sit auxilium et uicem

In primis versibus vix plura quam quae nunc restant adparuerunt Pierio, sequentes inde a 37, 6 Numeri *pleniores legit, ultimos inde a* 37, 18 sic in Rudente *integros* 2 sallustium de* et apud Virgilium, et succus ω 5 pecoris quam lactis abundans * ut Cicero ω 9 pluralem numerum admittunt apud Vergilium ω 10 fruge potestates * sunt ω 14 declinatio nulla, praeter ablatiuum et caetera ω. *in codice in initio novi versus super scriptum est aliquid, quod non satis mihi adparebat:* genitiuus *vel* ..tiquus *legi posse videbatur* 15 uicem nam haec nominatiuum non habent. Sunt ω

---

2 infra] *p.* 27 3 domiti pecoris *Putschius. Sallust. Iug.* 75 4 et sucus] *Verg. bucol.* 3, 6 5 alibi] *Verg. bucol.* 3, 101 pecorisque magistri. et. pecoris quam lactis abundans. hoc algu, τὸ κρύος et algor algoris, ut Cicero *Putschius. ut iustum litterarum numerum explerem* et pecus pecudis *addidi: cf. Charis. p.* 113. pecuda *ex libro III de re publica adfert Nonius p.* 159 6 in numeris posita tot quot aliquot *B*, *unde in reliquis etiam versibus lacunis membranarum supplementa ad numerum litterarum adcommodata petivi* 10 Vergilium] *bucol.* 1, 81 11 uicis uicem et uice *Putschius* 13 et dicuntur ἄπτωτα, ut dicis causa, hic tantum genitiuus est: uerum plurali numero deficiunt. septimus casus est sponte et huic declinatio nulla, praeter ablatiuum. opis et uicis ut caetera. item accusatiuum ut opem, ut sit auxilium et uicem: ope et uice: nam haec nominatiuum non habent *Putschius*. Frondem et frugem et uicem absque nominatiuis dicimus. Causa tantum ablatiui casus est cum dicimus uerbi causa. Opem cum significat auxilium et uicem cum dicimus nominatiuos non habent *p* 1 *unde suspiceris in lacuna quam indicari omissum esse* causa; *quod nomen inter aptota referri non memini*

Sunt quaedam quae singulariter cum declinantur in plur*ali mutant genera*, *velut hic locus*, pluraliter haec loca et hi loci, hic pomarius, *pluraliter haec pomaria*, *hic tartarus*, *pluraliter haec tartara*, hic iocus haec ioca et hi ioci, hoc porrum h*i porri*, *hoc frenum hi freni et haec frena.*

Numeri non declinantur praeter unum et duo et tres.

Elementa litterarum indeclinabilia sunt. ||

XIII DE NOMINIBVS QVAE HYPOCORISMATA NON RECIPIVNT

In primis monoptota hypocorismata non recipiunt, *item haec quae natura singularia sunt*, *item* elementa, item fluminum montiumque nomina et urbium, item *propria nomina deorum* hominumque, item dies festi et litterarum elementa, item *numeri.*

Hypocorismata semper generibus suis unde oriuntur consonant, *pauca dissonant*, *velut haec rana* hic ranunculus, hic unguis haec ungula, | hoc glandium haec glandula, *hic panis hic pastillus et* hoc pastillum, ut Varro dixit: haec beta hic betaceus, haec malva hic malvaceus, hoc pistrinum haec pistrilla, ut Terentius in Adelphis: hic ensis *haec ensicula et ensiculus;* sic in Rudente Plautus.

N

s̄t q̄dam q̄ singū cum declinantur in plu
pt̄ h̄ loca et hi loci hic pomarius p
hic iocus h̄ ioca et hi ioci h. porrū h
Numeri n̄ declinantur pręter unū et
Elementa litterarum indeclina
inprimis monoptota hypocorismata
elementa item fluminum montiumq.
hominumq, item dies festi et litterar̄ e
Ypocorismata semper generib: suis und
a anguilla
hic ranuncul: hic ungis h̄ ungula. h
h. pastillum ut uarro dixit h̄ beta hic betace
h. pistrinū h̄ pistrilla ut terentius in ad
sic in rudente plautus:· **De nominatiuis ad**

1 in pluralibus mutant genera. Pluraliter ω 3 Pluraliter haec pomaria. hoc fraenum. hic iocus 5 porrum et hī porri. Numeri ω 6 et duo et tres, ex quattuor usque ad centum a centesimo. Elementa ω 7 indeclinabilia sunt. Nomina Hypocorysmata. In primis monoptota hypocorysmata non recipiunt, neque elementa ω 10 montiumque nomina et urbium. Item hominumque ω 12 elementa. Item numeri hypocorysmata ω 13 unde oriuntur consonant. hic ω 15 hoc glandium, haec glandula, hoc pastillum ω 16 betaceus, haec malua, hic maluaceus. hoc pistrinum ω 17 Adelphis, hic ensis ensiculus. sic ω

---

8 DE NOMINIBVS] *Charis. p.* 128 *exc. Bob. p.* 103 *exc. Paris. f.* 105* 14 hic unguis haec ungula *tuentur Bp Charisius p.* 128 *Diomedes p.* 313, anguis anguilla unguis ungula *Priscianus p.* 618 15 hic pastillus, *quod spatium lacunae requirere videbatur*, *addidi ex Charisio p.* 69 *et* 73 17 Adelphis] IIII 2, 44 apud ipsum lacum Est pistrilla 18 Rudente] IIII 4, 112 ensiculust aureolus

XIIII DE NOMINATIVIS AD REGVLAM REDACTIS

Omnia nomina quae in en terminantur in nominativo casu, ea in genetivo efferuntur per is mutata praecedente syllaba in i, et sunt paene omnia neutralia exceptis his tantum novem, quae masculina videntur; et sunt masculina in en hic tubicen *ex* tuba longa tubicinis, liticen ex lituo, *quod est* tubae genus minoris, liticinis, cornicen ex cornu cornicinis, tibicen ex tibia tibicinis, fidicen ex fidibus fidicinis, lien *σπλήν* lienis, rien *νεφρός* rienis et ren, flamen *ἱερεὺς Καίσαρος* flaminis, pecten pectinis. neutralia in en, ab a, abdumen *λαπάρα* abduminis, acumen acuminis, agmen agminis, alumen *στυπτηρία*; *b*, bitumen *ἄσφαλτον*; *c*, columen *στερέωμα*; d, discrimen discriminis; et *similiter per reliqu*as litteras.

Omnia nomina quae l littera terminantur neutralia sunt, ut tribunal, animal, bidental, exceptis his, consul, proconsul, exul, vigil, pugil *πύκτης*, praesul, sol solis; similiter et barbaris, Annibal Sutul Mastanabal, et siqua alia nomina sunt parum Romana. eadem nomina neutralia quae per l terminantur etiam per e litteram terminari invenimus, ut tribunale animale bidentale. ||

Omnia nomina quae ar syllaba terminantur neutralia sunt, ut exemplar, iubar, instar, exstar, bustar locus ubi cremantur mortuorum corpora, *lucar θεατρικὸν ἀργύριον*, lucunar et similia; exceptis his, Caesar lar par; commune est enim, et quae ex eo conponuntur, ut dispar conpar.

Omnia nomina quae o terminantur aut masculina aut feminina sunt.

---

2 – 11 *N*

Omnia nomina q̄ in en terminantur in nominatī ea
mutata p̄cedente syllaba in .i. et sunt pęne om
his tm̄ nouem q̄ mas̄ uidentur et sunt mās in en hic
tubicinis liticen ex lituo tubę genus liticinis cornicen ex
cornicinis tibicen ex tibia tibicinis fidicen ex fidib: f
lienis rien ΝΕΦΡΟC rienis et rena flamen ΙΕΡΕΥC ΚΑΙC
flaminis pecten pectinis neutralia in en. ab. a. abdumen ΛΑΠΑΡ
ΑCΦΑΛΤΟΝ
abduminis acumen. nis agmen agminis bitumen . alumen CΤΥΠΤΗΡΙΑ
columen CΤΕΡΕΩΜΝΑ :· d discrimen . nis et..............as litteras

15 *N* 1 4*, 1 Eadem

1 ad regulam redactis. Omnia ω 2 casu, ea in genitino efferuntur per is. mutata ω 4 omnia neutralia, exceptis his ω 5 hic tubicen tuba longa, tubicinis ω 6 ex cornu minore, cornicinis ω 7 fidicinis, lien *σπλήν* lienis ω 8 flamen *Καίσαρος, ἱερεύς*, flaminis ω 9 *λαπάτρα* abdominis ω

---

2 Omnia — 11 litteras *Charis. p.* 16. 67 6 minoris, *quod in extremo versu positum post* cornu *fortasse non integrum legit Pierius, in suum locum revocavi* 8 et renis *Fabricius* 10 b *litteram coniectura addidi*, c *in extremo versu locum habere potuit* 12 Omnia — 17 bidentale *Charis. p.* 13 18 Omnia — 21 conpar *Charis. p.* 14 *sq.* 19 bustar — corpora *hoc loco omissa post* 21 conpar *habet N*: bustar bustaris locus ubi concremantur mortuorum corpora *exc. Paris. f.* 105* 20 lucar *om. N, add. Putschius omisso* exstar, *quod in perturbata codicis scriptura Graecam glossam praecedit* 22 Omnia — 39, 12 Iunonis *Charis. p.* 47 *sq.*

haec neutralia invenimus, ut hoc pondo, hoc tabo, quae inter monoptota adnotavimus. quae autem masculina seu feminina sunt, haec genetivum per is habent praecedente o, quam ***non numquam in i mutant***, non numquam servant, Cicero Ciceronis, Apollo Apollinis, emptio emptionis, fortitudo fortitudinis, turpitudo turpitudinis. sed quia rationem minus habent masculina, quando mutent, femininorum rationem exponemus. tunc enim feminina servant o litteram, siquando sit ti ante novissimam o syllabam, velut deminutio deminutionis, subscriptio subscriptionis. sin autem fuerit alia littera coniuncta, tunc utique o in i mutant, velut valetudo valetudinis, cupido cupidinis. ne autem quis reprehendere possit, necesse habemus hoc observare, quod unum proprium solum nomen, quamquam habeat cum o aliam litteram, tamen o non mutat, Iuno Iunonis. praeterea quae in o terminantur masculini generis, si tamen recipiant et femininam naturam, erunt communia, velut hic et haec latro, nebulo *εἰκαῖος*, homo et similia, exceptis his, leno lena, leo lea, et siqua alia ***sunt***. |

Omnia nomina tertiae declinationis accusativum in em faciunt exceptis his, puppis; puppim enim facit: sitis sitim facit, securis securim, turris turrim, pelvis pelvim: et turrem tamen habes apud Vergilium libro secundo,

t u r r e m i n p r a e c i p i t i s t a n t e m.

item civitatium nomina eius modi, ut Heliupolis Heliupolim, Neapolis Neapolim, Scythopolis Scythopolim, Chrysopolis Chrysopolim. ***ablativus in i f***acit.

Omnia nomina quae in es terminantur genetivum faciunt in i, si tamen pura fuerit syllaba, ut acies aciei, almities almitiei *εὐπρέπεια*: ***item et cetera similiter***. si vero adiecta fuerit littera, confundit declinationem ***et***

19–25 *N* p̄ci //lim
piti stantem . . scythopolis scythopolim chrysopolis chrysopo
em *etiā* noā . . modi ut heliupolis heliupolim neapolis neapolim
acit // ut acies aciei almities almitiei ευπρεπια
ant̆ genē faciunt in i si tamen pura fuerit syllaba
si ū adiecta fuerit littera confundit declinationē

In primis versibus non plura quam quae nunc restant, reliquos inde a 40, 3 indoles ***pleniores legit Pierius*** 20 Item nomina composita eiusmodi ω 21 Chrysopolim, accusatiuum in im faciunt. Omnia nomina quae in es terminantur ω

---

2 admotauimus (n *supra* m) *N*: *cf. p.* 22, 23 3 non numquam in i mutant *om. N* 4 apollo apollónis emptio . nis fortitudo . nis turpitudo . dinis (di *supra*) *N* 7 siquando o litteram i littera praecedit *Charis. p.* 48 8 fuerit . a . littera (lia *supra*) *N* 12 praeterea — 15 alia sunt *exc. Bob. p.* 92 *sq.* 14 *εἰκαῖος Lindemannus conl. gloss. Philoxeni v. nebulo* ϊκεος *N.* *σκιεος editum fuit in* ω, unde *σκιερός H. Stephanus in excerptis v. nebulo* 15 sunt *om. N, add. B* 16 Omnia — 22 facit *exc. Bob. p.* 92 accu.... em *N* accusatiuum in em ω 18 Vergilium] *Aen.* II 460 20 item ciuitatium nomina *B* 21 ablatiuus horum per i effertur *B* 23 Omnia — 40, 17 seges *Charis. p.* 52 *sq. exc. Bob. p.* 96

in is facit genetivum, ut ambages περίοδος, clades, cautes, conpages, con*tages*, ***caedes***, ***canes***, corbes, dapes, faeles αἴλουρος faelis, fru||ges καρπός ***frugis***, ***fides fidis*** λύρα, indoles indolis, labes, moles, nubes νέφος, rupes, suboles ἐπιγονή, ***sudes***, sedes ἕδρα, strages, sepes, valles, verres, ***et siqua alia sunt***. ***sed*** corrumpuntur haec tria, spes spei ἐλπίς, res rei πρᾶγμα, ***fides fidei*** πίστις. item corrumpuntur haec duo, lues luis, strues structionis; sed ***huius nominativus*** structio est. et plebes, quod facit plebis et non numquam genetivum ***plebei habet: sed*** duplex huius genetivus et nominativus: dicitur enim etiam plebis, ***quod nominativum*** plebs, non plebes nec plebis postulare perspicitur. ***item de fame ambi***gitur. quidam enim famis, quidam fame dixerunt genetivo. ***sunt item alia quae in genetivo*** adaugentur syllaba, licet praecedens pura sit necne, ***velut*** abies abietis, aries arietis, ales alitis [alis], antistes antistitis, ***cespes cespitis***, ***comes comitis***, cocles μονόφθαλμος coclitis, Ceres Cereris, dives divitis, ***eques***, hospes, heres, interpres, limes, locuples, miles, obses ὅμηρος, paries, pes, ***poples***, praeses, pedes, quies, reses, satelles, superstes, sospes, seges. ***sunt item alia quae in es quidem exeunt***, genetivo autem

---

N ut ambages ΠΕΡΙΟΔΟϹ clades cautes coupages conta
corbes dapes faeles ΕΛΥΡΟϹ (o) fęlis fruges ΚΑΡΠΟϹ
dolis labes moles nubes ΝΕΦΟϹ suboles
strages sępes ualles uerres rupes
r h̄ .III. spes (is) ΕΛΠΙϹ (ei). res ΠΡΑΓΜΑ (ei)
.II. lues. strues. structionis. sed
facit plebis et n̄ nūquam genetiuū
et nominatiuus dr̄ ɦ etiā plebis
ebis postulare perspicitur
r quidam famę dxn̄t genetiuo
licet p̃cedens pura sit nec ne
alietis alis. antistes antistitis // tis
ΛΛΜΟϹ. coclitis ceres. reris diues
ΟΜΗΡΟϹ
es locuples. miles obses paries pes
ses satelles superstes sospes seges

2 καρπός, indoles indolis ω 4 soboles, sedes ἕδρα, strages ω rupes. Corrumpuntur haec tria ω 6 πράγμα. Item corrumpuntur haec duo ω 7 sed • structio. est et plebes quae facit 8 genitiuum • duplex hic genitiuus et ω 9 plebis • plebs, non plebes nec plebis postulare perspicitur • igitur quidam ω: ebis *sqq. in codice posterius adscripta esse videntur. nam et minoribus litteris exarata nec ad finem membranarum perscripta sunt* • 11 genitiua adaugent syllabam licet ω: genetiuū *in codice correctum est* genetiuo 12 nec ne abies abietis. aries arietis, ales alitis alis, antistes antistitis, cocles μονοφθαλμός ω 14 diues, diuitis, hospes, heres interpres, limes, locuples ω 16 pes, praeses, pedes, quies, reses, satelles ω 17 seges, teges, teres, trames. Sunt praeterea nomina quae in es, quidem literas exeunt nominatiuo casu, genitiuo huius per ae ω. *minor omnino codicis lacuna est quam quae haec capiat*, *nisi quaedam in margine adscripta fuerunt*

---

10 de fame ambigitur quidam enim haec fames huius famis quidam huius famei ut fidei declinauerunt *B*: *cf. Charis. p.* 40 17 sunt item — 41, 13 faciunt *exc. Bob. p.* 92 *Charis. p.* 8

per ae litteras efferuntur, et sunt primae declinationis, velut Anchises Anchisae, Achates Achatae, Acestes Acestae. ut autem facilius intellegatur, ***observabimus quod*** Graeca nomina quae in es terminantur genetivum faciunt in is, si genetivo apud Graecos *ους* habuerint, velut *Δημοσθένης Δημοσθένους* Demosthenes Demosthenis. sin autem in Graeco genetivo *ου* habuerint, ut *Πηλείδης Πηλείδου*, *Αἰσχίνης Αἰσχίνου*, *'Ακέστης 'Ακέστου*, faciunt Latine genetivum per ae, ut Pelides Pelidae, Aeschines Aeschinae, Acestes Acestae. possunt tamen etiam Latinum habere nominativum, velut Atrida Atridae, Achata Achatae, Pylada Pyladae, Oresta Orestae, Anchisa Anchisae. haec nomina ***genetivo*** apud veteres auctores sine observatione proferuntur. nam et Aristidis et Aristidae et Aristidi etiam dixerunt, Achillis et Achillae et Achillei; et per hoc pluralem dativum et ablativum tam ex tertio quam ex secundo ordine faciunt. nominativo singulari in es exeuntia eundem faciunt nominativum et vocativum, velut hic Hercules o Hercules.

Omnia nomina quae per eus efferuntur genetivum per ei syllabam faciunt, velut Pentheus || Penthei, Nereus Nerei, Mnestheus Mnesthei, Tydeus Tydei, Peleus Pelei. et quamvis regula dicat Peleum, tamen Pelea dicimus in accusativo; similiter et in vocativo o Tydeu. nam Graeca declinatio magis in istis casibus praeponitur. sed in ablativo Romanam sequimur regulam, quoniam apud Graecos ablativus non est. dicimus enim ab hoc Tydeo Peleo secundum Roma|nos, ut sine dubio Pentheus Nereus Mnestheus Peleus Tydeus sint secundae declinationis.

Omnia nomina quae per is terminantur genetivum quoque similem nominativo faciunt, velut hic suavis huius suavis; exceptis his quae in gene-

---

1 — 7 *N* per ę litteras efferuntur et s̄t .I. declinat̄ tes achatę acestes acestę ut W facilius intellegatur q̄ in es terminantur genetiuum faciunt in . is.
ΛΕΜΟϹΘΕΝΗϹ
5 ΟΥϹ habuerint uū demosthenes demoϲθενοιϲ
h
ostenis sin W in greco genetiuū . ΟΥ . habuerint ut ΠΗ ΠΗΛΙΛΟΥ ΑΙϹΧΙΝΗϹ ΑΙϹΧΙΝΟΥ ΑΚΕϹΤΗϹ ΚΕϹΤΟΥ faciunt latine genetiuū per ę ut pelides pelidę aescines ęscinę

13 *N* I 4ᵒ, 2 Nominatī singulari

1 declinationis. ut Anchises anchisae, Achates ω 2 intelligatur distinctio, graeca nomina quae ω 4 is, si genitiuum apud graecos *ους*, ut ω 5 *Δημοσθένους*, Demosthenes Demosthenis ω 6 ut *πολιλῆς λους, αἰσχίνης, νου. ἀκέστης στου* faciunt ω

---

10 genetino *coniectura scripsi. in codice enim litterae non satis adparebant*; genē *vel* propria *vel* peregrina *legi posse videbatur:* haec non numquam apud auctores sine obseruatione efferuntur *B* 11 nam et *B* etiam et *N* 13 quam ex primo ordine *B* 16 per .is. (ei) syllabam *N* 18 dicet *N* 19 o Tydeu ω o tydeus *N* 24 Omnia — 42, 3 dicitur *Charis. p.* 68, 106

tivo crescunt, licet per is efferantur, velut cuspis cuspidis, cinis, cucumis, lapis, lis, pulvis, pollis *γῦρις* pollinis, semis semissis, sanguis, vomis, glis gliris; et gliris nominativo dicitur.

Monosyllaba quoque per is syllabam genetivos habent paene omnia, velut masculini generis, hic as assis, bos bovis, dux ducis, dens, flos, fons, fur *κλέπτης*, grex, glis, lar, mons, Mars, mus, mos, mas, pes, praes praedis, pons, par *ἴσος*, rex, ros, sal salis; cum autem iuramus, 'per hos sales' dicimus: sol, sons, vas vadis. feminini generis, haec arx *ἀκρόπολις*, ars *τέχνη*, calx, cos cotis, crux, dos, fax *λαμπάς*, faex, falx, frons frontis, fraus, glans, gens, glos *ἀνδρὸς ἀδελφή* gloris, glus glutinis; alii hoc gluten dixerunt: lanx, lex, lens, laus, lis, lux, mens, merx; Sallustius merces dixit: mors, nix, nox, nux, nex, nar *ῥώθων* naris, ops, pax, pars, praex, plebs, pix, stips *ἔρανος* stipis, stirps, sors, sus, traps, vis *βία* vis, vox, urbs, vix vicis. neutri generis, hoc aes, cor, crus, far, fel, hir *θέναρ* hirris, ius iuris, lac, mel, ōs *στόμα πρόσωπον* oris, ŏs *ὀστέον* ossis, par *ζεῦγος*, pus, rus, tus, vas, ver. ex omnibus autem monosyllabis, quae contracta ordine diximus, corrumpuntur haec tria et per i genetivum faciunt, spes spei, res rei, vir viri. observabimus autem in monosyllabis quod ea quae singulari ablativo per e exeunt necesse est genetivo plurali per ium cadant, ut a monte montium, a ponte pontium; et alia plura sunt, exceptis his quae repugnant regulae.

Dierum sacrorum et sollemnium appellationes, quas iam suo loco inter neutralia semper pluralia inseruimus, genetivum || pluralem duplicem habent, tam ex secundo quam ex tertio ordine, velut Saturnalia Saturnalium et Saturnaliorum, Neptunalia Neptunalium et Neptunaliorum; et cetera sic observabimus, Vulcanalia, Terminalia, Conpitalia, Carmentalia, Bacchanalia, Liberalia, Genialia, Parentalia. dicimus autem et Saturnale et Neptunale donum et templum et res Saturnalis.

Item illae appellationes quae etiam cum Latine dicuntur natura sunt Graecae duplicem genetivum pluralem habent, tam ex secundo quam ex tertio ordine, velut poema diadema toreuma duploma ceroma. dicimus enim poematum et poematorum, diadematum diadematorum, toreumatum toreumatorum, duplomatum duplomatorum, ceromatum ceromatorum. sed sunt qui distingunt haec et errorem quendam esse ostendunt differentiam ignorantes et non esse unam appellationem ex qua elationem genetivus pluralis duplicem habeat, sed duas appellationes idem significantes, alteram secundi, alteram tertii ordinis. et secundi haec est quae antiquitati datur.

---

4 Monosyllaba — 16 ver *exc. Bob. p.* 94 *sq.* Monosyllaba q̅q̅ .... genetī *N* Monosyllaba quaeque per is syllabam genitiuos ω 5 ma.............s hic as *N* masculini generis hic as ω 7 par rex (icoc) *N* 8 sol solis uas ω 15 hirris ius (indeclinā) *N*. et unum neutrum hir, quod est indeclinabile, quamvis quidam, ut Charisius, ir iris declinaverint *Priscianus p.* 698 22 Dierum — 43, 5 similiter *exc. Bob. p.* 92 sollempnium *N* suo loco] *p.* 21 27 genealia *N* 35 genetiuos (v) plū duplī *N*

nam antiqui hoc poematum huius poemati, ut merito pluraliter haec poemata horum poematorum dicerent et poematis, et hoc diadematum huius diademati, et cetera similiter. tertii autem ordinis haec est quam in consuetudine observamus, hoc poema huius poematis, pluraliter haec poemata horum poematum, et cetera similiter.

Omnia nomina in is litteris terminata, quae dativo i exierint, necesse est genetivo et accusativo ante ultimam i recipiant, ut agrestis agrestium hos agrestis, caelestis caelestium hos caelestis. item eadem vocabula quae in is terminantur nominativo ablativo casu in i exeunt et accusativum pluralem casum similem nominativo singulari faciunt. item in vocabulis nominativo is terminatis quando genetivus pluralis ium quando um habere debeat, definitio brevis est, quod, quotiens accusativum pluralem in is habuerint, ge|netivum in ium habebunt. sed triplex per ium declinandi causa est; prima, cum dativus et ablativus singularis i littera terminantur, ut pellis puppis mes||sis; altera, cum, quamvis ablativus e littera finiatur, tamen, quia accusativus pluralis per is effertur, etiam genetivus i ante um habebit, ut crinis crinium, acris acrium, hostis hostium; tertia, cum per is productam nominativus inclusus est, ut masculine glis, feminine lis. communes etiam genetivum pluralem per ium agunt. Graeca vocabula a patria deducta, ut Thessalis, Dardanis Ilias, aut a genere, ut Tantalis, Aeolis, genetivo plurali per dum exeunt et omnia feminina sunt. interdum et masculina in eandem declinationem cadunt, ut Damis et Paris, ut dicatur genetivo Damidum et Paridum.

Omnia nomina quae in or syllabam terminantur nominativo, masculina seu feminina, si quidem Latina fuerint, genetivo circumducuntur et per o litteram productam proferuntur, veluti venator venatoris, gladiator, tutor, sudor, splendor, honor, color; exceptis his quae non producuntur, sed corripiuntur, velut memor memoris, arbor arboris. sed si natura Graeca fuerint, corripiuntur, ut Hector Hectoris, Theomnestor Theomnestoris et similia. nam neutralia utique genetivo corripiunt o litteram, ut marmor marmoris, robor roboris.

Omnia nomina quae ante um nominativo habent i neutralia dativo plurali et ablativo i litteram geminatam habent, ut armarium conpendium supplicium; ut puta hoc armarium haec armaria his armariis et ab his ar-

---

12 *N* 1 5, 1 in is habuerit

---

12 accusatiu: plū:· in is habuerit genetiuum (*corr.* -tiuos) *N* 13 sed triplex — 23 Paridum *exc. Paris. f.* 105* 14 cum datiuus et accusatiuus singularis .i. littera terminantur *p* cum datiuos et ablatiuos singulares i littera terminant *N*, *nisi quod non satis adparuit utrum* terminant *an* terminant *scriptum esset:* terminantur *ω* 18 productam *p* productas *N* foemine lis *ω*: *in codice non satis adparuerunt litterae* 21 genetiuum plū per dum exeunt *N* genē plū per dum agunt *p* 22 ut daphnis daphnidum paris paridum *p* 24 omnia — 31 roboris *Charis. p.* 66 nominativo] nomina *N*

mariis, et cetera similiter. sed de insomnio quaesitum est, quoniam apud Vergilium non geminatur.

Omne nomen masculinum quod per tor syllabam nominativo casu terminatur feminino per trix finietur nihilque ex numero syllabarum translatum amittet, velut orator oratrix, venator venatrix, bellator bellatrix, actor actrix, accusator accusatrix, receptor receptrix, domitor domitrix, creator creatrix, tractator tractatrix et similia; ae per hoc nutritor nutritrix, quamquam in usu nutrix dicatur; excepto auctore, cum etiam haec auctor dici debeat. verum observandum est, quod or litteris in ultimo terminata masculina, si per verba || nascuntur, una littera in femininum adcrescunt, ut venator venatrix, victor victrix, tonsor tonsrix, non tonstrix; duabus enim litteris plus efficiet: fossor fossrix, cursor cursrix. si vero sua proprietate censebuntur, non ut superiora, quae proficiscuntur a verbis, necessario communia erunt, quando nihil pro indiviso per administrationem acceperint verborum. nam legere respondere spectare tam feminis quam masculis vindicatur, ut ille agitator illa agitatrix, faenerator faeneratrix. viator vero et institor et tutor ac similia pro communibus accipienda. nihil enim quasi praecipuum per verba habent. auctor si quidem propterea dicitur quod [augere] generavit, auctricem dicemus, quod pariter augere possit; cum vero ad auctoritatem referatur, pro communi recipiendum.

Omnia nomina quae per us syllabam nominativo casu terminantur, haec genetivo aut per i exeunt et sunt secundi ordinis, aut per is et sunt tertii ordinis, aut per us similem nominativo et sunt quarti ordinis. omnis appellatio quae ex verbo proficiscitur et in us syllabam terminatur masculini generis est, velut descendo descendis hic descensus, coeo cois coitus, ambio ambis ambitus, adficio adficis adfectus. sunt autem quarti ordinis et genetivo per us efferuntur. sed si nomen erit, secundi erit ordinis et per i genetivo proferetur, velut hic magnus huius magni, hic Iulianus huius Iuliani, hic Augustus huius Augusti. sed, si non fallor, omnium verborum appellationes etiam in o terminantur. quae cum in o terminatae fuerint, genere feminino declinantur, haec coitio, haec ambitio, haec scriptio, adfectio, ultio, descensio, accersio, decessio, evictio et cetera. sunt etiam tertii ordinis et per is genetivo proferentur, velut [coitio coitionis et cetera] masculina, hic Ligus Liguris, hic lepus leporis, hic mus muris, vetus veteris; facit et haec et hoc vetus | trigenes: feminina, haec Venus

2 Vergilium] *Aen.* II 270 in somnis ecce ante oculos maestissimus Hector Visus adesse mihi, *ubi a grammaticis quaesitum esse, utrum* in somnis *legendum esset an* insomnis *pro* insomniis *dictum, docet Servii adnotatio. cf. praeterea Serv. in Verg. Aen.* I 353 III 151 IIII 353. 466 3 Omne — 9 debeat *exc. Bob. p.* 91 7 quam *N* quamuis ω. quamquam *coniecit Lindemannus* 10 adcrescunt *N* 12 fossor fossrix ω fessor fessrix *N* 15 quam masculis ω tam masculis *N* 18 augeret et generaret *Fabricius. codicis scripturam defendit Lindemannus, ut* augere generavit *dictum sit pro* '*augere fecit*' *aut* '*ita generavit ut augeretur*'. *cf. Serv. in Verg. Aen.* XII 159 21 omnia — 45, 4 uemoris *Charis. p.* 56 *sq.* 23 omnis appellatio — 32 cetera *exc. Bob. p.* 95 *sq.* 25 hic descensus *B* hi descensus *N*

Veneris, haec tellus telluris, haec iuventus iuventutis, haec palus paludis, haec servitus servitutis, haec senectus senectutis, haec fraus fraudis, haec laus laudis, haec virtus virtutis, haec salus || salutis: neutralia, hoc nemus nemoris. quae autem per us exeunt et genetivum similem nominativo habent et sunt quarti ordinis, haec infra ostenduntur, quibus exceptis reliqua per i proferentur, velut hic acus acus, hic artus artus; sed singulari numero artus non dicimus: adventus adventus, accentus accentus, arcus arcus, aestus aestus, caestus caestus, casus casus, contextus contextus, colus colus ἠλακάτη, conmeatus conmeatus, currus currus, cultus, domus, ductus, fructus, fetus, gradus, habitus, ictus, iactus, lacus, inpetus, manus, magistratus, nutus, occasus δύσις, obtutus, partus, passus, portus, porticus, principatus, prospectus, quaestus, quercus, risus, ritus, saltus, senatus, sexus, sinus, situs, status; sumptus, tractus, tribus, versus, victus, vultus. item omnia nomina quae ante us litteras habent i, haec terminantur per vocativum casum in i, velut hic pius o pii, et cetera similiter declinantur. nullum autem neutrale dissyllabum us litteris terminatum genetivo in i ultima exit syllaba. unde vulgus masculini generis potius quam neutralis dicendum est. item quorum genetivus singularis in us litteras exierit, dativus ultimam u habebit. quaecumque autem nominativo in us exeuntia genetivo plurali u geminatum ante m habuerint, ea accusativo plurali in us terminabuntur, ut manus manuum has manus, anus anuum has anus, fluctus, luctus et cetera. ergo melius has domus quam domos. item quae in us cadentia plurali genetivo rum ultimam habuerint, accusativo plurali os litteras ultimas habebunt, ut pinorum pinos, ficorum ficos, et cetera similiter; ac per hoc domorum domos. item us terminata, si dativo et ablativo singulari u ultimam habuerint, genetivo plurali geminatum u ante m habeant necesse est, ut anus ab anu anuum, ***manus a manu manuum et cetera; ac per hoc*** domus a domu domuum, non, ut quidam putant, domorum.

---

2 *N* I 5, 2 hī laus

24–29 *N*
25 ut pinorum pinos ficorum ficos et cetera similiī ac p .... ī domos //. u.
Item us t̄minata si datiuo et ablatiuo singū .u. ultimam .... genī plū geminatum
ante m habebunt necesse est ut anus ab anu anuū
dom: a domu domuum ñ ut quidam putant dom

Non nullos versus hic illic pleniores quam nunc sunt legit Pierius 25 ac per hoc domorum domos ω 26 ultimam habuerint. genitiuum ω 29 domorum. Omnia ω

---

1 ueneris h̄ tellus *N* 8 cas: s: ...... t:t: *N* casus sus contestus tus ω 9 ηλεκατη *N* cultus fructus fetus habitus ictus iactus inpetus manus magistratus domus ductus gradus nutus lacus occasus (ΔΥCIC) obtutus *N* 12 quercus *hoc loco omissum post* 14 uultus *habet N* 19 datib: *N* 20 geminante. m. *N*

Omnia nomina quae per er litteras casu nominativo exeunt, *haec genetivo aut per i terminantur et sunt secundi ordinis, aut per is et sunt tertii ordinis.* et sunt quae per i exeunt ager agri, sic et cetera per ordinem litterarum, *et sunt omnia masculina.* quae autem per is ex||eunt haec, pater patris, venter γαστήρ *ventris, item et cetera similiter*, aut masculina aut feminina sunt exceptis his, iter, cicer, pa*paver*, *cadaver*, *tuber*, *cancer*. haec enim utique neutralia sunt. item omnia nomina quae efferuntur Graece *per* ρος et ante ρος syllabam *consonantem litteram habent*, haec Latine in er *exeunt, velut* Ἀλέξανδρος *Alexander*, Κλέανδρος Cleander, ὄναγρος onager, ἀγρός *ager, et siqua alia sunt.*

Omnia nomina quae per as litteras terminantur, si quidem fue*rint Latina, haec tertii ordi*nis sunt, velut mas maris. sin autem Graeca aliquando *inciderint, aut tertii ordinis sunt aut primi.* aestimantur autem genetivo casu Graeco; et si quidem terminantur in ος, *tertii ordinis sunt*, velut Graece Θόας Θόαντος, Latine Thoas Thoantis, *sicut Maecenas Maecenatis.* si autem Graece in ου, primi ordinis sunt, velut Graece *Αἰνείας Αἰνείου, Latine Aeneas Aeneae.*

Omnia nomina quae singulari ablativo in i *litteram* cadunt, haec addita um syllaba *faciunt genetivum* pluralem, *velut ab hoc omni horum* omnium. ablativo autem singulari ea demum in i *litteram cadunt quae*

N

Omnia nōā q̄ p̄ er litteras casu nomī exeunt
et st̄ q̄ p̄ i exeunt ager. ri. sic et cętera p̄
q̄ ƕ per is exeunt hęc pater tris . neu .
ā mascū ā femī sunt excepti
ħ ꝧ utiq. neutralia st̄ //
Item omnia nōā q̄ efferunť gręce os et ante os s
ΚΛΕΑΝΔΡΟϹ cleander ΟΝΑΓΡΟϹ
Omnia nōā q̄ per. as. littās terminanť siquidē̄ fuer
nis sunt uū mas maris sin ƕ greca
ęstimantur ƕ genē casu g
uū gręce ΘΟΑϹ ΘΟΑΝΤΟϹ latine thoas thoantis
Si ƕ grece in ΟΥ primi ordinis st̄ ūū grece ΑΙΝΙ
Omnia noā q̄ sinḡ ablā in .i. (n) cadunt ħ addita inm syl
plū omnium ablā ƕ singū ea demum in .i.

3 caetera per ordinem literarum. quae ω 5 neuter γαστήρ, aut ω 6 exceptis his. iter cicer, passer. haec ω 8 syllaba haec latine in er. Κλέανδρος Cleander ὄναγρος Onager. Omnia ω 12 graeca aliquando ∗ aestimantur hoc enim genere genitiuo casu graeco et siquidem terminantur in ος, ut graece ω 17 *αἰνείου.* Omnia ω 19 syllaba ∗ plurali ω

---

1 Omnia — 10 alia sunt *Charis. p.* 62. 11, *unde supplementa lacunarum petivi* 11 Omnia — 17 Aeneae *Charis. p.* 50, 8 18 Omnia — 49, 2 excepimus *exc. Bob. p.* 93 *sq.* in i littera cadunt *B* 19 uelut ab hoc omni horum *praeter fidem codicis addidi ex B, unde supplementa duorum versuum petita sunt*

communia sunt trium generum, ut felix a felici | felicium, vehemens *a* vehementi vehementium et similia, ut constans atrox rapax prudens.

Sunt autem alia trium generum nomina, quae quamvis in masculino et feminino in is syllabam nominativo terminentur, tamen neutraliter nominativum in e faciunt, ut hic et haec salutaris hoc salutare, item hic et haec agilis hoc agile et similia. in his tamen omnibus observabimus, si appellationes fuerint, quod tunc ablativum in i litteram faciunt. nam si propria nomina fuerint, tunc ablativum in e litteram habere debebunt, ut a Felice Vehemente Salutare. nihilo minus tamen pluralem genetivum eundem servant; tantum ablativum singularem variant in differentia proprii nominis et appellativi. aeque illa quoque ablativum per i litteram habent quae nominativo in e correptam terminantur, quae sunt utique neutralia tertii ordinis, ut mare sedile monile rete et similia.

Item illa per i litteram dativum et ablativum habent quae sunt hoc eodem li||bro supra excepta, quae incusativum per im faciunt, id est i ante m, et sunt tertii ordinis, puppis sitis securis turris felis pelvis Heliupolis Scythopolis et cetera similia. illa quoque quae similem genetivum nominativo habent per i litteram ablativum habebunt et per e, ut haec navis huius navis ab hac navi et nave; duplicem enim haec regula habet ablativum: item ignis turris ratis. item illa per i litteram ablativum habent quae in l litteram nominativum habent et sunt neutralia, ut tribunal ab hoc tribunali, vectigal vectigali. sed in monosyllabis, ut supra adnotavimus, regulam istam non servant, ut ars pars. faciunt enim genetivum pluralem artium partium, ablativum vero ab hac arte ab hac parte. item quae genetivo plus quam una syllaba crescunt ablativum per i litteram necesse *est* habeant, ut haec supellex huius supellectilis ab hac supellectili, hic praeceps praecipitis praecipiti, hic anceps ancipitis ancipiti, hebes hebetis hebeti; plurali genetivo habent ium.

Omnia masculini et feminini generis vocabula singulari numero in declinatione non plus quam una syllaba increscunt, unde mihi videtur non supellex, sed supellectilis esse dicendum, et *ancipes* ancipitis quam anceps.

---

1. 2 *N*
trium gener̄ ut felix a felici felicium uehemens
et similia

17 *N* 1 5ᵛ, 1 illa q̄q

1 uehemens uehementi uehementium et similia *ω*

---

4 tamen neutra *N* tamen in neutrali *B* 14 Item illa *B* I illa *N* 15 supra] *p.* 25 17 scytopolis *N* 22 supra] *p.* 27 23 istam........ | ut *N* istam non seruant ut *ω* facit *N* 24 uero ..... arte *N* uero ab hac arte *ω* 26 est *om. N*, *add. Fabricius* haec supellex huius supellectilis ab hac supellectili *ω* hic suppellex huius suppellectilis ab h. suppellectili *N* 30 non suppelex sed superlectilis *N* 31 ancipes *om. N*: et ancipitis potius quam anceps *Fabricius*. ancipes *nominativum posuit Charisius p.* 67. 96

Omnia nomina quae ens terminantur, si modo non sint participia, possunt et pluraliter neutraliter intellegi et singulariter feminine derivari ad appellationem, velut vehemens, neutraliter pluraliter haec vehementia, feminine singulariter haec vehementia. item prudens prudentia, ***sapiens*** sapientia et similia. unde igitur dinoscitur et discernitur nomen a participio? quod nomen recipit conparationem et superlationem, unde etiam appellatio derivatur, participium autem non recipit. sed evenit saepenumero ut ex ipsis participiis nomen sive appellatio similis parti***cipio*** derivetur; velut ex eo quod est patior participium facimus patiens, fit et nomen patiens. || ***item similiter*** ex eo quod est sapio sapiens, fit et nomen sapiens: hinc fit ex no***mine dumtaxat plurali neutro*** sapientia et singulariter sapientia; item pluraliter patientia et singulariter patientia. ***sed non numquam ex participiis***, unde conparatio esse non potest, invenimus derivari ***ad feminina etiam appellationes***, ut audiens, pluraliter audientia, feminine audientia; ***silens***, ***pluraliter silentia***, feminine silentia.

Nomina quae genetivo crescunt non invenimus plus quam una syllaba crescere praeter pauca, ex quibus quae suggesta memoria sunt inseruimus, ***quae duabus syllabis crescunt***, praeceps praecipitis, ***anceps ancipitis***, ***iecur iecinoris; sed*** quidam dicunt hoc iocinus iocinoris, iter itineris, supellex supellectilis; quamquam ***sane*** multi contendunt haec supellectilis huius supellectilis et hoc itiner huius itineris ***dici debere***. ***in his***

---

8 — 22 *N*

similis part .... r ūñ ex eo quod ē patior participium facimus patiens
fit et ñn pati .... ex eo q̄ ē sapio sapiens fit et ñm sapiens hinc fit ex no
sing̃
sapientia et sapientia item pl̄ patientia et sing̃ patientia
unde comparatio esse ñ potest inuenimus deriuari
audiens pl̄ audientia feminine audientia
// ex quibus q̄ suggesta memoria s̄t inseruimus
plus quam una syllaba crescere p̄ter pauca
ppellex suppellectilis p̄ceps p̄cipitis
ā dūt hoc iocinus iocinoris quamquam
unt hic suppellectilis huius suppellectilis et hoc itener

Non nullos versus pleniores legit Pierius 8 similis partis deriuetur ω 10 patiens • ex eo ω 14 deriuari • ut audiens ω 15 audientia • foemine silentia • non inuenimus plus ω 18 pauca. Iter iteneris supellex ω 19 praecipitis, anceps ancipitis, iecur iecuris. quidam dicunt ω 21 quanquam multi contendunt ω 22 itiner huius itineris. quaedam ablatiuum ω

---

1 si modo non sunt *B* 4 sapiens *om. N*, *add. Fabricius* 8 similis participio *B*, *unde reliquorum etiam versuum supplementa petita sunt* 17 in omnibus quae genetiuo crescunt non inuenies *B* 19 *in codice ita haec scripta fuisse suspicor*, quae duabus syllabis crescunt iter iteneris suppellex suppellectilis praeceps praecipitis anceps ancipitis iecur iecuris sed quidam dicunt hoc iocinus iocinoris quamquam sane *etc. in quibus* iter iteneris suppellex suppellectilis *in suum locum revocavi*

quaedam ablativum per i litteram *facere* observabimus, quae etiam, cum de ablativo *adnotaremus* qui i littera fit, excepimus. |

Sunt etiam nomina quae multi a participiis figurata appellaverunt, velut lacrimabundus anhelabundus, *laudabundus furibundus*, item hiulcus, id est qui hiat, petulcus qui petit; *quae conparationem non habent.*

Item sunt tria tantum simili pronuntiatione, intellectu dissonantia, *odorus sono*rus canorus.

Item quaedam nomina nominativo duplicia sunt, quae non ex utroque nominativo de*clinationem* accipiunt, sed ex altero, velut satias et satietas. verum tamen *non ex eo quod est satias*, *sed ex eo quod est* satietas, satietatis facit. item iter et itiner non ex eo quod est *iter*, *sed ex eo quod est itiner*, itineris facit. *et alia sunt*, *sed* haec exempli causa sufficiunt.

De declinationibus binis litteris quae increscunt, licet suo quoque loco satis dictum sit, tamen et in summa referenda videntur. et sunt ea quae praelata a littera in l exeunt, ut tribunal tribunalis; item quae in ar, lucunar pulvinar; item quae in ns, spons pons; item quae in er, puer socer. sed haec nomina *. creber enim et pater non crescunt nisi una. item crescit in eo vocabulo quod unicum est, vir.

Rex communi genere dicitur, primum ab etymologia, rex ut regens;

---

1 — 14 *N*

ablā per .i. litteram obseruabimus q̄ etiam cum de ablā
tera fit excepimus :· // bundus anehelabundus
figurata appellauerunt uū lacrima
em hiulcus id est qui hiat petulcus qui petit
orus canorus : —
e intellectu dissonantia
nominatiuo duplicia sunt q̄ n̄ ex utroq, nominatiuo de
accipiunt sed ex altero uū satias et satietas uer̄
satietatis
tietas facit. Item iter et itener n̄ ex eo quod ē iteneris facit
empli causa sufficiunt // tum sit tū et in sum
ationibus binis litteris q̄ increscunt licet suo q̄q loco satis dic
ma referenda uidentur

1 ablatiuo * quod i litera fit excepimus. *quae figurata ω 4 ane*helabundus, item ω 5 petit. tria tantum simili pronuntiatione intellectu dissonantia * ut canorus ω 10 uerum * satietas ω 12 iteneris * haec exempli causa sufficiant * declinationibus ω

---

1 facere *addidit editor Vindobonensis* 3 Sunt — 5 non habent *Charis. p.* 129. 158 *exc. Bob. p.* 81. *in supplendo primo versu recessi a fide codicis, ad quam propius accedi poterat ita*, sunt item alia a participiis quae 8 Item quaedam — 12 sufficiunt] *supplementa lacunarum praebuerunt exc. Bob. p.* 94 9 uelut satias et satietas uerum tamen non ex eo quod est satias sed ex eo quod est satietas satietatis facit item iter et itiner uerum tamen ex eo quod est itiner itineris itineri facit *B. unde plura quam quae in codice scripta fuerunt addidi. poteram etiam brevius sic*, uerum tamen ex eo quod est satietas satietatis facit. item iter et itiner, uerum tamen ex eo quod est itiner 13 suo quodque loco satis dictum sit *Fabricius: fortasse* in declinationibus — suo quaeque loco satis dicta sint 17 *in lacuna quam indicavi dictum fuisse videtur de e littera in declinationibus vel servata vel abiecta; quam quaestionem cum altera quae est de incremento litterarum in casibus facto confudit grammaticus*

deinde quod sunt quaedam verba quae ex se trium generum nomina creant, tam quam ab eo quod est interpretor hic interpretator || haec interpretatrix, ex diverso genere, et ex communicato interpres. et ab eo quod est vindico vindicator et vindicatrix et vindex; sic et carnificator et carnificatrix et carnifex; sic et regnator regnatrix rex. nam regina nullo modo recipiendum, nisi reciperemus et reginum.

XV DE EXTREMITATIBVS NOMINVM ET DIVERSIS QVAESTIONIBVS

Ne ipsa quidem rerum natura tam finita est ut nobis quoque, *ut diximus*, novissimum sui adsignet, ne dum artes, quarum consummationibus inbecillitas humana non suf*fi*cit, vel propter extremum difficultatis laborem vel sola earum inventione satiata. et sane quid potest absolutum esse, quod adsidue pro subtilitate cuiusque ingenii adstruitur? non ideo tamen nulla sunt quae aliis subinde adiectionibus tuta esse non patimur. quare contenti sumus eo quod repertum est, cum in omni rerum ratione artes quoque mensuram sui habeant et naturam nec aliter profectum esse videamus quod interim est. Latinus vero sermo cum ipso homine civitatis suae natus significandis intellegundisque quae diceret praestitit. *sed* postquam plane supervenientibus saeculis accepit artifices et solertiae nostrae observationibus captus est, paucis admodum partibus orationis normae suae dissentientibus, regendum se regulae tradidit et illam loquendi licentiam servituti rationis addixit. quae ratio adeo cum ipsa loquella generata est ut hodie nihil de suo analogia inferat. ea enim quae ad explicandam elocutionem iam apud sensus nostros educta sunt a confusione universitatis dissemi|navit et a disparibus paria coaluit. adprobatur autem defectionis regula argumento similium. constat ergo Latinus sermo natura analogia consuetudine auctoritate. natura verborum nominumque inmutabilis est nec quic-

10 *N* 1 5ᵛ, 2 uel propter

2 ab eo quod est hic interp̄tator h̄ interp̄tator ex dinerso genere interp̄tatrix [et] ex communicato intp̄s *N* ab eo quod est interpretor hic interpretator huius interpretatoris, ex dinerso genere interpretatrix et ex communi interpres *Fabricius* 7 XV *om. N: cf. exc. Paris. f.* 99—104* 8 ut diximus *non satis in codice adparuit:* dxms *vel* doms *super scripto* ut *esse videbatur: an* ut Cominianus dicit? nobis • nouissimum ω nobis terminum nouissimum *Lindemannus* 10 suf..cit *N* suspicit ω 12 pro subtilitate *Putschius* propter subtilitatem *N* 13 nullę *N*: nullae sunt, quia illas subinde adiectionibus tutas non patimur *Putschius* 14 simus *Putschius* artes] partes *N* 15 uideamur *N* uideatur *Putschius:* nec omnino perfectum esse uideamus *coniecit Lindemannus* 16 sue......significandis *N* suae uatus significandis ω 17 sed *om. N:* dicere praestitit. postquam ω 18 accepit *Fabricius* accipit *N* 19 paucis̄ *N: cf. Diom. p.* 285
22 analogię *N* explicandam ω explicandum *N* 23 educta sunt a confusione *Putschius* educta s̄t: ū confusione *N* educata sunt iam confusione ω 24 et ū disparibus *N* et ut disparibus ω: et disparibus paria copulauit *Putschius.* coaluit *defendit gloss. Paris. ed. Hildebr. p.* 56 *'coalescit, concrescit vel conglutinat'. fortasse* et a disparibus paria dissociauit et coaluit adprobatur ā (*h. e.* aut) difectionis *N*
25 Constat — 51, 12 confiterentur *Diom. p.* 434. ut Comminianus dicit constat ergo latinus sermo — 51, 14 depellat *excerpta codicis Bernensis* 123 *f.* 21 26 uerborum 'nominumque inmotabilis, *in marg.* 'alias uerborum omnium *N*

quam aut plus aut minus tradidit nobis quam quod accepit. nam siquis dicat scrimbo pro eo quod est scribo, non analogiae virtute sed naturae || ipsius constitutione convincitur. analogia sermonis a natura proditi ordinatio est neque aliter barbaram linguam ab erudita quam argentum a plumbo dissociat. plenius autem de analogia in sequentibus Romanum disseruisse invenies. consuetudo non arte analogiae sed viribus par est, ideo solum recepta, quod multorum consensione convaluit, ita tamen ut illi ratio non accedat sed indulgeat. auctoritas in regula loquendi novissima est. namque ubi omnia defecerint, sic ad illam quem ad modum ad aram sacram decurritur. non enim quicquam aut rationis aut naturae aut consuetudinis habet; tantum opinione oratorum recepta est, qui et ipsi cur id secuti essent si fuissent interrogati, nescire confiterentur. ex his ergo omnibus consuetudo non haec vulgaris nec sordida recipienda est, sed quae horridiorem rationem sono blandiore depellat. interdum enim utilibus iucunda gratiora sunt. adsiduitas et consuetudo verba quaedam vel nomina usque ad persuasionem proprietatis sufficient, si tamen eadem non aspere per analogiam enuntientur; alioquin rationem mallem quam adsiduitatem. tractabimus ergo primum nomina polusyllaba polusyllaborumque quaestiones, deinde verba verborumque quaestiones, novissime catholica vaga, quae multarum controversiarum veterem caliginem dissipent.

Omnia igitur nomina quibus universa dictionis silva copiosa est non plus quam per duodecim ultimas litteras finiuntur, quinque vocales, a e i o u, sex semivocales, l m n r s x, unam mutam, t. sequemur ergo has extremitates aut per omnia genera nominum aut per ea quae in quibusdam nominibus sunt, singulisque extremitatibus quaestiones suas et subieciemus et solvemus.

A. masculina quae in a litteram veniunt || sedecim plus minus sunt, ex quibus exempli causa tria interim ponemus, Sisenna Perperna Catilina. horum inperturbata declinatio est. nam plurali genetivo arum, dativo et ablativo is, accusativo as litteras accipiunt, tam quam Perpernarum Perpernis Perpernas, Sisennarum Sisennis Sisennas, Catilinarum Catilinis Catilinas. feminina quae in a veniunt plus quam quinquaginta sunt, Diana

1 accepit *Diomedes* accipit *N* 3 ā natura *N* a natura *exc. Bern.* 4 ā plumbo disociat *N* amplummo dissociat *exc. Bern.* 5 diseruisse *N* 6 arte] ratione *Diomedes, quod recepit Putschius* 7 multorum consuetudine uel consensione conualuit *exc. Bern.* 9 sič ad *N* ad anchoram sacram *exc. Bern.* ad ancoram *Diomedes* 11 opinione authorum *Putschius: cf. Quintil.* I 6, 2 12 confeterentur *N* 13 nulgaris (o) *N* 14 blandiore *exc. Bern. et Fabricius* blanditur ore *N* utilibus iungenda gratiosa sunt *Putschius* 18 polysyllaborumque quaestiones: deinde monosyllaba, monosyllaborumque quaestiones: deinde uerba uerborumque quaestiones *Putschius* 20 contruuersiarum (o) *N* desipent *N* 21 Omnia — 23 mutam t *Diom. p.* 490 cupiosa *N* 23 unam mutam *Fabricius* una muta *N* sequemur *Putschius* sequimur *N* extrimitates *N* 25 extrimitatibus *N* 27 perpenna *N* 28 plurali.genī.arū datiuum et ablā. is accusā *N* 29 perpernarum perpernis perpernas (n n n) *N* 30 catalinis (i) catinas *N* 31 excunt (ueniunt) *N* dina *N*

Minerva aurora et cetera. haec omnia et huius modi ad declinationem superiorûm diriguntur. neutralia quae in a veniunt plus quam quinquaginta sunt, sed omnia Graeca, velut diadema emblema schema. haec a superiorum declinatione dissonant: faciunt enim genetivo plurali schematum, item dativo et ablativo schematibus.

Et ut brevius dicamus, a littera finiuntur Romana nomina masculina et feminina. sunt et neutralia, sed in multitudine, hoc est plurali numero; singularia peregrina sunt. item communia ex masculino et feminino, ut adsecula conviva. Pomponius in Auctorato |

'postquam convenio omnes convivas meas.

ebria masculino in eodem Pomponius,

neque enim ego sum Memmi neque Cassi neque Munati Ebriae.

neutralia pluraliter, ut Saturnalia Conpitalia; quorum genetivus quamvis varie elatus sit aput auctores (Saturnalium enim et Saturnaliorum, Conpitalium et Conpitaliorum dixerunt), dativi tamen mansit regula ut bus syllaba finiretur. nam neutra quae semper pluralia sunt, si ante novissimam syllabam i litteram habeant, genetivo *per um*, dativo per bus syllabam finientur, veluti Saturnalia Saturnalium Saturnalibus. nam arma castra exta, quia non habent i ante a syllabam, dativo casu is finientur: armis enim et castris et extis dicemus. singularia autem neutra a littera terminata nulla inveniuntur nisi peregrina, ut toreuma emblema poema; de quibus dubitatur quem casum genetivum et ablativum habeant. legi|mus toreumatum et toreumatorum, toreumatibus et toreumatis, et sic similia. commodius tamen senserunt qui toreumatum et poematum dicendum putaverunt, primum quod haec magis ad Romanum colorem videntur accedere; dein quod quaecumque nomina genetivo plurali apud Graecos per *ων* litteras terminantur, translata in Latinum *ων* in um mutant, ut *Ἑκτόρων Νε-*

---

15 *N* 1 6, 1 saturnalium

---

2 plusquam. l. sunt *N* 3 deadema *N* sce[h]ma *N* 6 a littera — 53, 12 cetera similia *cf. Donatiani fragmentum Mediolani a.* 1504 *editum, repetitum a Gaisfordio script. Lat. rei metr. praef. p.* VIII *sq.* 7 foemī *N* 8 perigrina *N* commō ex masc̄ et foemī *N* 9 Pomponius *Donatianus et Priscianus p.* 642 pompeius *N* 10 conueni *Donatianus et Priscianus* omnis *Donatianus: senarium iambicum constituerunt Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 105 postquam conuiuas omnes conueni meas, *Munkius de fab. Atell. p.* 139 postquam conueni conuiuas omnes meas: *recte Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 193. póstquam conveni ómnes convivás meas 11 Pomponius *Donatianus* pompeius *N* 12 neque sum meni neque castia neque Mimacius ebria *Donatianus* neque ego sum Memmius, neque Cassius, neque Mimatius ebria w. néque enim ego Sum Mémmi neque Cassi neque Munati Ébriae *coniecit Lindemannus probante Ribbeckio com. Lat. rel. p.* 192 men[i]ni *N* 13 ebrea *N* 15 apu[d]t auctores 17 fini[re]atur *N* nam neutra — 21 extis dicemus *Charis. p.* 116 nouisimam *N* 18 per um *om. N, add. Putschius* 21 dicimus w 27 Dein quod^-cumque (*in marg.* ^q,) *N* deinde quod quaecumque *Donatianus* quaecumque — 53, 5 pegma[n]tis *Prob. de nom. p.* 224 *ed. Vindob.* 28 terminatur *N* motant *N*

στόρων, Hectorum Nestorum. sic ergo, cum illi dicant ἐμβλημάτων τορευμάτων ποιημάτων, nos recte emblematum toreumatum poematum dicimus. similiter in genetivo quoque singulari ος Graecum in is Latinum mutamus, ut ἐμβλήματος emblematis, κηρώματος ceromatis, ποιήματος poematis, πήγματος pegmatis. nam nominativum pluralem Graece proferemus, poemata ceromata pegmata emblemata et similia. item poematibus schematibus emblematibus dicendum est, quoniam quaecumque nomina cuiuscumque generis singulari numero casu ablativo per e litteram exeunt, ea in genetivo plurali um et dativo et ablativo bus litteras habent, ut a pariete parietum parietibus, a muliere mulierum mulieribus, ab homine hominum hominibus, a litore litorum litoribus: sic a *poemate* poematum poematibus, et cetera similia. Cicero in Verrem IIII tantum emblematum. Romanus poematis refert, quamvis ratio poematibus faciat. nam et Varro sic inscribit in libro suo, 'de poematis', et Annius Florus ad divum Hadrianum 'poematis dilector'. Plautus schema pro schemate dixit in Amphitruone,

huc ergo processi cum servili schema.

Plinius sermonis dubii VI de Varrone 'quam ma|xime vicina Graeco Graeca dicit, uti nec schematis quidem dicat sed schemasin.'

Communia duorum generum quae in a veniunt plura quam triginta duo sunt, veluti verna collega nauta. sed haec ex eadem observatione declinationum qua superiora feminina et masculina declinantur. neutralia enim sola ab horum declina||tione deflectunt, quia genetivo plurali schematum, dativo et ablativo schematibus faciunt. commune trium generum in a unum venit nequa. idem istud et singulari et plurali numero monoptoton est; propter quod multum errant qui dicunt adiecta m littera 'nequam hominis propositum habent'.

Masculina in e litteram nulla veniunt neque feminina nisi peregrina talia, Crotale Eriphyle Calpe. haec cum sint Graeca, Graeca analogia declinantur, veluti Crotale Crotales Crotalen, Calpe Calpes Calpen.

Romana sane nomina nominativo casu in a exeuntia accipiunt e litteram et faciunt genetivum et dativum singularem, ut haec amicitia huius

---

1 nectorum sic̄ *N* ενβλημάτων *N* 2 toreomatum *N* dicemus *Donatianus* 4 ενβλήματωc *N* κηρωματωc *N* ποιηματωc *N* πηγματωc *N* 5 proferemus *N* proferimus *Donatianus* 8 cassu *N* 9 habent .... pariete *N* habent ut a pariete ω 10 a mulierere. rum *N* 11 sic̄ ā poematum poematibus *N* 12 Cicero in Verrem quarta Populi Romani emblematis refert *Putschius: cf. Priscian. p.* 680. 774 romani poematis referunt *N: cf. Charis. p.* 113 13 inscribit libro suo *Charisius l. c.* inscribit librum suum *Putschius* 14 de poematis et ω *Charisius l. c.* de poemati: et *N* 15 scemate *N* amphitrione *N. prol.* 117 16 huc ego processi *Charisius p.* 117 17 Plinius ω plenius *N: cf. Charisius p.* 106 greco grece dī *N* 19 Commonia *N* 21 foeminina *N* 23 Commone *N* 25 nequam hominis ω neq, hominis *N*: adiecta e litera nequae habere, cum masculina *Putschius* 27 masculina — 29 Calpen *Charis. p.* 44. 46 foeminina *N* perigrina *N* 28 sint greca ea analogia *N*: Graeca analogia *Fabricius p.* 44 Graeca ratione *Claudius Sacerdos p.* 48 30 Romana — 54, 5 terminatur *Donatiani fragm. p.* IX *ed. Gaisf.*

amicitiae *huic amicitiae;* accipiunt m et faciunt accusativum, ut hanc amicitiam. quorum ablativus tantum producitur, quoniam omnia quae a littera terminantur, seu singulari seu plurali numero, necesse est ut corripiantur nisi ablativo casu, qui numquam corripitur, nisi cum e littera terminatur, nec tamen in omnibus: nam in multis et producitur, veluti ab hac re fide specie acie. necesse est autem ablativus vocalibus litteris semper terminetur. itaque cum a vel o littera terminetur, rum accipit et facit genetivum pluralem. dativus et ablativus per is exeunt, ut ab hoc docto doctorum doctis; nisi quod non numquam ratio ista auctoritate vel necessitate corrumpitur; veluti cum dicimus his deabus et libertabus filiabusque, quod iuris periti instituerunt, ambiguitatis secernendae scilicet gratia, ob quod multa sordide ab auctoribus dicta videntur habere rationem. nam Gellius in II 'deabus' inquit 'supplicans', et in eodem 'multitudo puerorum iam erat ex raptabus', et in tertio 'capite cum aliis paucabus consilium', et in V puellabus, et in VII 'pro duabus pudicabus'. quae, ut dixi, sexus ostendendi causa defendi possunt. at cum nulla causa cogente quid tale dicitur, tunc ni mirum confitendum est de errore, ut idem Gellius in XCVII || portabus, et mox oleabus, et Plautus in Curculione hibus, et Ennius in Protreptico pannibus; quae notanda videntur.

Cum vero e vel i vel u terminetur ablativus singularis, um accipit et facit genetivum pluralem. dativus et ablativus bus syllaba terminantur, veluti ab hoc rege regum regibus, ab hac navi navium navibus, et ab hoc portu portuum portibus. invenimus tamen apud auctores etiam his contraria. nucerum enim Coelius dixit, Lucilius *naverum*, Gellius vero regerum et lapiderum, cum rum syllabam numquam accipiat ablativus e littera terminatus, nisi cum producitur, ut ab hac re rerum, die dierum, specie specierum, facie facierum. sed genetivus singularis de hoc ablativo observatur. nam sive i sive u habuerit, in fine s accipiet et faciet genetivum, ut ab hac navi huius navis, ab hoc portu huius portus. quamvis nec hoc auctores observaverint. nam et Terentius huius anuis

21 N I 6, 2 Cum ergo

1 huic amicitiae *om. N, add. Putschius* 4 excepto ablatiuo casu *Donatianus* 13 gallius (e *supra* a) *N* suplicans *N* 16 difendi posunt *N* 17 nimirum ω nē mirum *N* 18 in XCUII *N: fortasse* in XXVII 19 corcolione *N*: IIII 2, 20 purissumi estis hibus protreptrico *N* 21 Cum uero *Putschius et I. Dousa Lucil. sat. rel. inc.* 157 *p.* 19 cum ergo *N* 22 datiuo et ablatiuo bus syllaba terminatur (*in marg.* 'finitur) *N* datiuus et ablatiuus bus syllaba finiuntur *I. Dousa l. c. et omisso* bus *Putschius* 24 portu portum portibus *N* portu portuum portubus ω 25 nauerum *vel* nuccerum *vel* uicterum *in codice esse videbatur:* iugerum *quidem, quod expressum est in* ω, *correctum a Lachmanno in Lucret. p.* 363 iugererum, *non adparuit.* Caecilius Naterum *'vetus codex' Dousae l. c.* gelius *N* 31 quamuis . hoc (nec *supra*) *N* Terentius] *Heaut.* II 3, 46 eius anuis causa

dixit et Sallustius huius senati, | cum ratio exigat huius anus, huius senatus dicere. si vero correpta finiatur e, in i mutat et adiuncta s facit genetivum, ut ab hoc rege huius regis, ab hoc osse huius ossis. sic enim debet declinari, non ab hoc osso, sicut Varro dicit 'osse scribebant', Titinius

velim ego osse arare campum cereum.

huius nominativus est hoc os, quamvis Gellius libro XXXIII dixerit 'calvariaeque eius ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque.'

Si producta e littera finiatur ablativus, i accepta faciet genetivum, ut ab hac die huius diei, ab hac acie huius aciei, ab hac specie huius speciei, scilicet e manente in productione, quod i ante se habet. nam si non habeat, corripietur in genetivo, ut ab hac spe spei, re rei, fide fidei; quamquam in Aulularia Plautus fide dixerit. fame tamen producitur, quamvis non habeat i, et ideo auctores etiam huius fami dixerunt, ut idem Plautus in Sticho fami dativo casu, et Varro genetivo huius fami, cum famis sit rationis. adnotandum est autem feminina tantum inveniri quae e producta finiuntur, masculinum nullum. nam de diei controversia suo loco dicetur. || omnis autem ablativus singularis semper s accipit *et facit accusativum pluralem*, *producta etiam e littera*, quae non numquam in ablativo casu corripitur, ut ab hoc rege; hos *reges producte dicemus.*

Amforum an amforarum dicendum sit quaeritur. *amforum in consuetudine est.* sed cum eadem suavitas in utraque enuntiatione *sit*, *non video quare quis bar*barum malit, cum aures simili pretio recta dilectent. *dicemus igitur amforarum*, *quia* quaecumque nomina, exceptis neutrali-

---

15 — 21 N plaustus in sticho fa..
datino casu et narro genē huius fami cum famis sit rationis aduotan
dū ÷ W foeminina tm̄ inueniri q̄ es producta finin....masculinum nullum
Nam de diei controuersia suo loco dicetur // et .... q', ñnumquā
Omnis W ablā singū semper .s. accipit
in ablā casu corripitur ut ab h. rege hos
An.for an anforar̄ dicendū sit queri
sed cum eadem suauitas in utraq, enuntiati
barum mallet cum aures simili pretio recta dilect
q',cumq, noā exceptis neutralib: singū num̄.ca

Plurimos versus aliquot litteris pleniores legit Pierius 15 fami datino ω 17 finiuntur, masculinum ω 21 quaeritur • sed ω 22 enuntiatione • barum ω 23 delectent • quaecumque ω

---

1 salustius *N* 2 motat *N* 3 ab hoc osse — 8 inauraveruntque *Charisius p.* 112 4 Varro *Charisius l. c.* narrus *N* 5 Titinius *Charisius l. c.* et ennius *N* 7 hoc os *Neukirchius de fab. tog. p.* 151 *coll. Charis. l. c.* hoc osse *N* libro XXX *Priscianus p.* 750 13 quanquam ω ⁊quam (*hoc est* conquam) *N* Aularia] III 6, 1 Fidei censebam maximam multo fidem: *cf. Charis. p.* 53 14 huius famis *Putschius* 15 in Sticho] I 3, 4 (158 *R*) quam ego matri refero meae Fami invitissumus 16 e producta *Putschius* 18 *lacunas codicis maximam partem probabiliter explevit Putschius, quem exceptis paucis, in quibus numerum litterarum quae perierunt non aequatum vidi, secutus sum*

bus, singulari numero ca*su nominativo a littera finiuntur*, non possunt genetivo plurali per alias litteras quam per arum exire, *tam quam Sisenna Si*sennarum, Minerva Minervarum, collega collegarum. sic *ergo amfora amforarum*, non amforum. Romanus autem in libro de analogia . . . . adsidue amforum, si coniunctim, ut 'X milia amforum'; *item modium sestertium nummum: at* si per se, amforarum.

Haec cyma feminino an neutro genere hoc cyma dic*endum sit quaeritur*. plerique putant neutri generis *esse hoc cyma*, *idque nobis* persuadere temptant, quod cyma coliculi summum esse vi*deatur velut* κῦμα. *sed ego* omnium ineptissi|mum duco Latino nomini Graecam ety*mologiam adcommo*dare. nam cum Graeci πρέμνον et ὅρμενον dicant quod nos cym*a Latine appellamus*, quo modo potest Romano nomini peregrina cognatio inmi*tti? itaque mihi simplicius* videtur nescire quod nescio quam fingere aliquid iactat*ionis causa. hoc enim nomen* cum sit naturae inconstantis, non potest ab analogia ads*eri. et cum humilita*te sua numquam aut in orationum aut *in* historiarum d*ignitatem inciderit*, ne auctorem saltem ali-

N

n̄ posunt genē plū p̄ alias littas q
sennar̄ minerua mineruarum c
n̄ anfor̄ . Romanus W in libro de *an*
adsidue anfor̄ si coniunctim ut X milia a
si per sē anforar̄ // plerique putant ne
hęc $\overset{u}{\text{cyma}}$ feminino an neutro genere h
persuadere temptant q̄ $\overset{u}{\text{cyma}}$ coliculi su
omnium ineptissimum duco latino nomini
dare. nam cum greci. ΠΙΡΕΜΝΟΝ ΕΤ ΟΡΜΕΝΟΝ dicunt q̄ nos
q̄mo potest romano nomini perigrina cognatio inmi
uidetur nescire quod nescio quam fingere aliquid iect
cum sit naturę inconstantis n̄ potest ab analogia ad
te sua numquam aut in orationum aut historiar̄
ne auctorem $\overset{l}{\text{satem}}$ aliquem quo constituatur inuenit qua

2 quam per arum exire ∗ Sennarum ω 3 collega collegarum. sic amfora amforarum non amforum ω 4 Analogia ∗ assidue ω 5 amforum si ω 8 hoc cumma dicatur, plerique putant neutri generis ∗ persuadere ω 10 sui esse ni ∗ omnium ω 11 nomini graecum etymum dare ω 12 nos cum ∗ quomodo ω 15 iactat ∗ quum ω 16 ad s ∗ te ω 17 historiarum d∗ne ω

4 Romanus — 7 amforarum *Charis. p.* 77 Romanus autem in VII. refert sic. Amforum ut Plinius eodem lib. VI. et Liuius. Sed ut caeteri assidue amforum dicunt si coniunctim, ut decem millia amforum modium sestertium nummum, sic si per se amforarum *Putschius secutus Charisium p.* 77 *et* 103, *sed ut iustum litterarum numerum excederet, quo servato ita fere lacuna quam reliqui suppleri poterit*, amfora, inquit, i declines facit *vel* sic refert, ex amfora dicimus 16 in orationem *Putschius*

quem quo constituatur invenit. quare *cum utroque genere* nominis huius sine formidine barbarismi loqui liceat, *ut*rumcumque dixeris, inobiurgatum est.

Canitia an canities dicenda sit quaeritur. canitia nec inrationabiliter nec abhorride dicitur, et ideo non est *ab* || analogia recedendum. canities autem poetico decore in levitatem soni corrupta est. porro prosae orationi, πεζῷ λόγῳ, cum poetica mollitia parum convenit.

Senecta an senectus dicenda sit quaeritur. quotiens igitur plura in eundem significatum devertuntur, sed omnia sua regula tuta sunt * utrumque ergo de quo quaeritur inreprehenso sermone dicetur. et suis declinationibus curret senecta sic quem ad modum docta magna ampla, ut faciat senectae senectam, quem ad modum doctae doctam, magnae magnam, amplae amplam; senectus quem ad modum virtus salus palus, ut faciat senectutis senectuti senectutem, quem ad modum virtus virtutis virtuti virtutem et salus salutis saluti salutem et palus paludis paludi paludem.

Merula an merulus [κόσσυφος] dicendum sit quaeritur. merula dicenda est. avium enim nomina quaedam tantum masculina, quaedam feminina extremitate ita olim consuetudo possedit ut signata potius quam usurpata videatur; masculina, tam quam corvus, gragulus κολοιός, psittacus; feminina, tam quam aquila, ciconia πελαργός, fulica λάρος. hoc quoque de quo quaeritur inpensius in *a* merula potius quam per us merulus enuntiabitur.

Haec ostrea feminino genere singulari numero an hoc ostreum neutrali dicendum sit quaeritur. et dicenda haec ostrea feminine singulari numero, quia ita ab eruditis non vane adnotatum est, nullius animalis speciale nomen inveniri quod neutrale sit.

Margarita an margaritum dicendum sit quaeritur. et ferunt peritiores

---

1 — 3 *N*

nominis huius sine formidine barbarismi loqui liceat . . rūcum . .
dixeris inobiurgatum est

25 *N* 1 6ᵉ, 1 quia ita

1 qui * nominis ω

---

5 ab *om. N, add.* ω 6 in leuitatem soni corrupta est *Putschius:* correpta *N* 9 diuertunt omnia *Putschius:* diuertunt ea omnia *coniecit Bondamus in notis mss. videntur potius excidisse quaedam, quibus qua ratione et 'senectus' et 'senecta' diceretur explicatum erat: cf. Serv. in Verg. Aen.* XI 165 '*senectae*] *deest aetati. nam senecta aetas dicitur. Sallustius, senecta iam aetate. per se autem plenum est, si senectus dicamus*' 16 κόσσυφος *in marg. add. N* 18 ollim *N* putius *N* 19 coruus gragulus psitacus *N* (ΚΟΛΟΥΟΧC *and* ι *superscr.*) coruus graculus κολοιός, psittacus ω 20 foemī *N* ciconia fulica *N* (ΠCΑΑΡΓΟC ΛΑΡΟC *superscr.*) 21 a *om. N, add.* ω putius *N* 23 foemī *N* 24 foemī *N* 25 adnotatum *Putschius* adnotandum *N: cf. Cledon. p.* 1897 *Cap. p.* 2249 27 an margaretum *N*

huius conchae ipsum corpus quo plena est animale esse, et ideo secundum superius catholicum [canonem] feminino genere margaritam proferendum, quem ad modum ostream. ego de margarito contra sentio. non enim ipsa carnis qua concha praegnans est margaritum est, sed dicitur illi inesse cal|culus hic quem nos margaritum vocamus; sicut in cerebris piscium lapilli quidam sunt, nec ideo animales sunt. quare, cum materia in qua margaritum nascitur animalis, ipse autem calculus qui nascitur inanimalis sit, longe suavius salva | observatione superioris catholici, margaritum neutrali genere dicitur.

Pervigilia neutrali genere plurali numero an pervigiliae feminino genere plurali numero dici debeant quaeritur. et dicendae sunt pervigiliae; nec hoc laboriosa ratione adprobatur. nam cum per se vigiliae dicantur, praepositione adiecta non naturam mutant, sed accipiunt temporis diuturnitatem, et qui vigilant pervigilare dicuntur.

Calumnia prima syllaba correpta effertur. venit enim a verbo calvor, hoc est frustror.

Mensam sine n littera dictam Varro ait, quod media poneretur; sed auctores cum n littera protulerunt, Vergilius saepe. sed et mensam cum n posse dici idem Varro ait, quod et mensa [βρωτά] edulia in ea [escolenta] ponerentur.

Palilia dicuntur. Pales enim dea pastoralis est, cuius dies festus *Palilia;* nisi quod quidam a partu Iliae Parilia dicere maluerunt.

Camara dicitur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per e. sed Lucretius 'cameraeque caminis exterritibus' dicendo etiam cameram dici posse ostendit.

E. neutralia propria in e quae veniunt plura undecim sunt, rete So-

---

2 superioris catholici canonem *Putschius* superiorem catholicum canonem *Lindemannus* foeminino *N* margaretam *N* 4 ipsa caro ω: carnis *defendit R. Ungerus de Valg. p.* 217 8 margaretum *N* 10 foeminino *N* 13 p̄possitione *N* motant *N* 14 ut qui — dicantur *Putschius* 15 caluor *Putschius* calumnior *N*: calumnia a uerbo caluor hoc frusto descendit *p* 17 Varro] *de l. l.* V 118 p. 123 *Sp.* quod medio ponatur *p. fortasse* in medio 18 protullerunt *N* 19 mens ΑΒΡΩΤΑ edulia in | uescolenta (*vel* aescolenta) poneretur *N* mensa ἄβρωτα. Edulia et esculenta poneretur ω mensa edulia, τὰ βρωτά, siue escolenta ponerentur *coniecit Lindemannus* 21 Pales ω palus *N* Palilia *om. N* 22 partu ilye *N* malluerunt *N* 23 camara dicitur *exc. orthogr. p.* 2779 camara dicuntur *N*: Camaram flaccus lucretius cameram dixerunt *p* Verrius Flaccus] *cf. Paul. Fest. p.* 43 *ed. Müll.* non camera per e *codex Montepessulanus exc. orthogr. l. c.* non camarą̄ per e *N* 24 *Lucretii verba ad lacunam libri sexti revocavit Lachmannus in Lucret. p.* 399. *Lucilii esse coniecerat Cramerus comm. vet. in Iuv. p.* 509, *quem secutus est I. Beckerus Philol.* II *p.* 52 *sq.* camarąq̄, caminis (*vel* cuminis) extritibus *N* cameraeque caminis ex eratibus ω cameris ex teretibus *exc. orthogr. l. c.* etiam cameram *exc. orthogr. l. c.* etiam camarū *N* 26 Reate *Fabricius. fortasse* Reate Soracte Caere, appellatiua

racte caepe *κρόμυον*; appellativa talia, monile praesepe mare; facticia plura talia, vitale hostile flebile. facticia dicuntur, quod non ex se sed ex aliis nascuntur. vitale enim a vita, hostile ab hoste, flebile a fletu derivatum est. sed propriorum et appellativorum a fa*cticiis diversae declina*tiones sunt. illa enim ita declinabuntur, hoc rete *retis reti ab hoc rete. simile* est hoc Soracte Soractis Soracti ab hoc Soracte, hoc caepe *caepis caepi ab hoc caepe*, hoc monile monilis monili ab hoc monile, hoc praesepe praesepis praesepi ab hoc praesepe. *facticia autem ab hac declinatione* ablativo singulari differunt. faciunt enim || *ab hoc vitali hostili flebi*li; cuius diversitatis quae ratio sit plenius etiam *infra explicabitur* in his nominibus quae per is exeunt. hoc praesepe neutraliter *dicimus et hoc praesepium*, pluraliter praesepia. sed Plautus in Curculione feminine

. . . . esum ad praesepem suam.

et Varro in Nepote haec praesepes *dixit. sciendum autem est in e* litteram neque masculina neque feminina venire nisi *propria peregrina talia*, Crotale Calpe Ephyre. quae, ut supra dictum est, cum *Graeca sint*,

---

1 — 17 *N*

mare fact . . . a plura talia uitale hostile flenile fa^c^ticia
dūr q ñ ex se . . . ex aliis nascantur uitale ## a uita hostile ab hoste
flenile a fl ..... rinatū est sed propriorū et appellatinorū ā fac
tiones sunt illa ## ita declinabuntur h. rete
est h. soracte soractis soracti ab h. soracte h. cępe
nile. lis. li ab h. monili h. p̄sepe. pis. pi. ab h. p̄sepe
natione ablatiuo singū defferunt faciunt ##
li cuius diuersitatis q̄ ratio sit plenius etiam
his nominibus q̄ per is exeunt h. p̄sepe neutralit̄
sepia sed plautus in curculione foeminine
ad p̄sepen suā et uarro in nepote h̄ p̄sepes
q. masculina neq. foeminina uenire nisi
calpe ephyre q̄ ut supra dictum est cum

Plurimos versus aliquot litteris pleniores legit Pierius 1 factitia ω 2 ex se, sed ex ω 3 a fletu deriuatum ω 6 caepe. hoc monile ω 8 ab hoc praesepe, declinatione ω 10 etiam * In his ω 11 neutraliter Pluraliter praesepia ω 12 foeminine * est cum ω 15 praesepes * litera neque ω 16 nisi a * Crotale, Calpe ω 17 cum * analogia declinanda ω

---

4 factitiis diuersae declinationes *Putschius* a factitiis non aliae declinationes *Fabricius* 5 hoc Reate *Fabricius* 10 plenius etiam supra ostendimus *Fabricius* plenius alio loco explicabitur *Putschius:* infra *scripsi, quod vel ad ea quae de terminatione is p.* 68 *dicta sunt vel ad titulum de analogia p.* 93 *sqq. referri poterit* 11 praesepe et praesepium neutro genere dicimus licet plautus praesepem sua dixerit *p. unde* praesepium *recepi.* praesepiis *dixit Varro r. r.* II 15, 16 12 in Curculione] II 1, 13 quin reciperet se huc esum ad praesepem suam, *quae recepit Fabricius* foeminine *N* 15 sciendum — 60, 1 declinanda sunt *Charis. p.* 39. 46 16 foeminina *N* 17 Ephyre] Eriphyle *Putschius. fortasse in codice scriptum fuit* nisi perigrina talia eriphyle crotale calpe ephyre cum Graeca sint, Graeca analogia *Fabricius*

Graeca analogia declinanda sunt. neutra igitur tantum in e, *hoc torale hoc facile; quorum* genetivus singularis in is exit, velut huius toralis huius fa*cilis; ablativus autem in i cadit*, ut ab hoc torali ab hoc facili. nam si dicemus *ab hoc torale ab hoc facile*, regulam neutrorum corrumpemus, salva manente *tamen ratione supra* scripta. erunt enim casus quattuor similes, | cum traditum *sit ab eruditis* omnia neutra triptota esse, non tetraptota. *ablativus igitur a* neutro nomine i littera terminatus a accipit et *facit ex se nomina*tivum pluralem, ut ab hoc torali haec toralia et ab hoc facili *haec facilia.* unde manifestum fit vetera dici, non veteria, et *maiora*, *non maio*ria, et plura, non pluria; quamvis Terentius in Adel*phis* '*nova hic con*pluria' dixerit. quorum ablativus non in i terminatur, sed *in* e. *dicimus enim ab hoc vetere* maiore plure, non ab hoc veteri maiori pluri. *quare autem horum ablativus* in e terminetur, non in i, conprehendi potest *ita: intellegi sane* potest de genetivo plurali, qui ante um non habet i. *nam* veterum maiorum et plurum dicimus. de maiore tamen vel minore possumus dicere e terminari oportere, quod quae conparativi gradus sunt i finiri non possunt. semper enim e littera ablativo casu finiuntur.

---

1 — 16 *N*

anda sunt neutra igitur tantum in . e.
ñg in is exiit nū huius toralis huius fa
h. torali ab h. faciali nam si dicemus
troꝝ corrumpemus salua maņente
Erunt ħ casus .IIII. similes cum traditum
neutra triptota esse non tetraptota
nomine i littera terminatus a accipit et
ñ ut ab .h. torali ħ toralia et ab h. faciali
anifestum fit uetera dici ñ ueteria et
ria et plura ñ pluria quamuis t̄rentius in adel
ia dixerit quoꝝ ablā ñ in .i. terminatur sed .e.
maiore plure non ab h. ueteri maiori pluri
ablatiuus in.e.terminetur ñ in. i. ꝯprehendi pot÷
e pot÷ de genitiuo plurali qui ante ñ ñ habet .i.
maiorum et plurum dicimus de maįore tñ ł minore
possumus dicere .e. terminari

1 in e * Genitiuus singularis ω 3 huius faecialis * ut ab hoc torali ω 4 dicemus * regulam neutrorum ω 5 manente * scripta. erant ω 6 traditum * omnia neutra ω 7 tetraptota * neutro nomine ω 8 et * trium pluralem ω 9 feciali fecialia. unde manifestum sit ω 11 in Adelphis pluria ω 15 i ut ueterum, maiorum ω

---

1 Torale facile neutraliter et faciunt genitiuo toralis. facialis. plū facialia *p* 7 ablatiuus igitur a neutro *Putschius* 8 facit nominatiuum *Fabricius* 10 maiora non maioria *Fabricius* 11 noua hic conpluria *ex Phormione Terentii* (IIII 3, 6) *adfert Charisius p.* 56. 100 13 quare autem horum ablatiuus *Putschius* 14 non in i deprehendi potest et in nominibus quae comparandi sunt, etiam potest de *Fabricius* non in i comprehendi non potest, intelligi sane potest. potest de *Putschius* 15 ueterum enim *Putschius: fortasse* nam ut ueterum 17 non posunt *N*

Ab hoc mare an ab hoc mari dici debeat quaeritur. quoniam quaecumque neutralia non facticia nominativo casu e littera finiuntur ablativo quoque eandem litteram servabunt, ut hoc rete ab hoc rete, hoc Soracte ab hoc || Soracte, hoc praesepe ab hoc praesepe, hoc ancile ab hoc ancile, ita hoc mare ab hoc mare, non ab hoc mari dici oportet. Romanus ita refert. 'Mare. Varro de gente populi Romani III 'a mare operta oppida', pro a mari, ut refert Plinius. idem, inquit, antiquitatium humanarum XII 'ab Erythro mare orti' et in Fundanio 'in mare aquam frigidam oriri'; Atacinus quoque

cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo'.

consuetudo vero per i locuta est contra definitionem quam sub titulo ruris dixit. Plautus in Cistellaria,

secundo vento vectus est
tranquillo mare.

Rete neutrali genere an retis masculino dicendum sit quaeritur, ut in neutrali quidem plurali numero faciat haec retia, *in* masculino hi retes. feminine enim nullam capit adfirmationem, cum per deminutionem aut masculinum sit, ut hic reticulus, aut neutrum, ut hoc reticulum. nemo autem tam obstinatae inpudentiae est ut dicat feminino genere haec reticula huius reticulae, quem ad modum haec navicula huius naviculae. dicendum est ergo singulari numero hoc rete, plurali haec retia, tam quam hoc altare haec altaria, mare maria, monile monilia. quamquam enim neutralibus *masculina* suavitate enuntiandi similia sint, aliquid tamen auctoritati Vergilii nostri tribuendum est dicentis

retia rara plagae et lato venabula ferro,

et alio loco

ego retia servo;

quippe cum in conparatione certaminis non potest nihil esse quod plus est.

Hoc tapete dicimus, ut hoc facile, et sic similiter per omnes casus huius tapetis huic et ab hoc tapeti, pluraliter haec tapetia tapetium tapetibus; quam declinationem Vergilius sequitur, cum dicit

qui forte tapetibus altis.

---

20 *N* 1 6°, 2 haec nauicula

---

3 ab hoc rete: hoc Cere ab hoc cere, hoc Soracte *Putschius* 5 Romanus — 14 mare *Charis. p.* 111. *cf. Priscian. p.* 759 6 mare ω marei *N* de gente p. r̄ *N* operta *Charisius l. c.* operata *N* separata ω 7 plenius *N* 10 oceano Libyco *Charisius et Priscianus l. c.* ocrano limbeico *N* 11 sub | sub titulo ruris *N: p.* 115 12 dixi *Fabricius in notis mss.* cystellaria *N.* I 1, 115 13 nentu ω 14 mari ω 16 in *om. N, add. Putschius* hii retes foemine *N* 19 foeminino *N* 22 quanquam *N* neutrali suauitate (*om.* masculina) *N* 23 Vergilii] *Aen.* IIII 131 25 lata uenabula *N* 26 alio loco] *bucol.* 3, 75 29 hoc tapete] *exc. orthogr. p.* 2803 *Prob. p.* 218. 343 *sq. ed. Vindob.* ut hoc facile, feciale et sic *Putschius* 30 tapetia *p et exc. orthogr.* tapeta *N* 31 Vergilius] *Aen.* VIIII 325 32 tapetibus *exc. orthogr.* tapitibus *N*

sed et hoc tapetum, ut stragulum, similiterque declinatur, hoc tapetum huius tapeti huic tapeto, pluraliter haec | tapeta horum tapetorum his tapetis. nam et sic quoque Vergilius declinat dicens

instratos ostro alipedes pictisque tapetis.

sed et masculino genere dicit

pictosque tapetas.

cuius nominativum faciunt quidam hic tapes, qui facit hos tapetas; quod ego, quia nusquam scriptum puto, nequaquam probo.

Vectigale ratio poscit, non vectigal. || nominativus enim pluralis a singulari plus una syllaba crescere non debet. qui si incipiat duabus syllabis crescere, vectigal dicemus; quod tamen consuetudini extorqueri non potuit, quin vectigal et cervical et capital *et* tribunal animalque contempta ratione dicamus. Lucretius tamen ait

unde animale genus.

genetivus quoque pluralis cum ratione vectigalium faciat, auctores tamen vectigaliorum dixerunt, ut Asinius 'vectigaliorum rei publicae curam esse habendam', et Horatius

anciliorum et nominis et togae;

ut Bacchanaliorum Sallustius et Volcanaliorum.

Feminina quoque e littera finiuntur, sed, ut supra dictum est, Graeca tantum modo, et quidem e producta, veluti Andromache Helene Agave Circe Danae Crotale Calpe Ephyre; quae quoniam Graeca sunt, Graece declinari debent, huius Andromaches Helenes Agaves Circes Danaes Crotales Calpes Ephyres. sed si Latine quis volet, Graecum e in a nostrum mutare debet dicetque haec Andromacha Helena Agava Circa Danaa Crotala Calpa Ephyra, ut grammatice et rhetorice facit grammatica rhetorica; quae declinantur Latine ex forma a littera terminatorum nominum.

I. masculina in i litteram nulla veniunt Latina; neutrale unum venit, nihili; et commune trium generum unum invenies, hic et haec et hoc frugi, quod omnibus et generibus et numeris monoptoton est, hoc est nulla littera mutata per omnes casus eadem scriptura decurrit, tam quam hic frugi huius frugi et cetera. verum quod ad nihili pertinet, ego in alia opinione sum. non enim illud nomen, sed adverbium quantitatis existimo, quia nec genus ullum nec casum recipit et adverbium potius ex nomine factum est, sicut domus domi, Antium Anti, Karthago Karthagini, nihilum nihili. contra vero hoc nihilum nomen esse arbitror, cum casus quoque admittat, tam quam hoc nihilum huius nihili huic nihilo, sicut hoc mo-

---

3 Vergilius] *Aen.* VII 277 4 instratos *exc. orthogr.* intratos *N* 6 pictosque] *Verg. Aen.* VIIII 358 pulchrosque tapetas 11 extorceri *N* 12 et *post* capital *om. N, add. Fabricius* contempta ....tione *N* contempta ratione ω 13 Lucretius] I 227 15 facit *N* 16 reip. coram esse habendam *N*: curam esse habendum ω 17 Horatius] *carm.* III 5, 10 19 salustius *N*: *cf. Non. p.* 489 20 Foemina *N* supra] *p.* 39. 44 22 dane *N* 26 rethorice facit *N* 29 commone *N* 31 motata *N* 33 exestimo *N* 34 cassum *N* putius *N* 37 admitat *N*

mentum huius momenti huic momento. || nam dicimus 'existimationem tuam nihili duco'. item dicimus 'nihilo minus te habeo tam quam ineptum', atque sic 'nihilum in ea re dicimus'. quibusdam placet frugi et nihili figura proferri nec in declinationem flecti.

Cummi et sinapi Graeca sunt; et Plautus dixit 'teritur sinapi'. cuius genetivus cum s profertur, huius sinapis; ceteri casus similes sunt nominativo.

O littera terminantur tam masculina quam feminina, sed o correpta nominativo, circumducta vero genetivo, veluti Catŏ Catōnis, Cicerŏ Cicerōnis, Nerŏ Nerōnis, Iuuŏ Iunōnis, regiŏ regiōnis: communia, cupŏ cupōnis, fullŏ fullōnis; quamvis Vergilius librum suum Cupam inscripserit. item correpta o *nominativo*, *mutata in i* genetivo, ordo ordinis, cardo cardinis, turbo turbinis, Apollo Apollinis, margo marginis, virgo virginis, harundo harundinis, cupido cupidinis. haec varie declinantur omnia. nam, ut supra memoratum est, aut producunt o in genetivo aut o in i mutant. huic autem formae quod non pareant caro carnis et Anio Anienis, quasi debilia adnotantur. nullum autem nomen o producta finitur nisi peregrinum, veluti Ino Sappho Dido. quae ideo quidam Graece declinare maluerunt, huius Didus Sapphus Inus. sed melius esset secundum Latinam consuetudinem huius Sapphonis Didonis dicere. nam et Pacuvius sic declinat, |

filios sibi procreasse eundem per Calypsonem autumant,

et Accius,

custodem adsiduum Ioni adposuit virgini.

Vergilius autem hanc Dido et Allecto dicere maluit, ut

et nomine Dido
saepe vocaturum,

et

luctificam Allecto dirarum ab sede dearum.

Quare ergo Cicero Ciceronis, turbo turbinis? omnia nomina o littera elata, si quidem propria sint, per onis genetivo efferuntur, ut Zeno Zeno-

---

1 exestimationem *N* 2 nihilominus ω nihili minus *N* 5 Cummi — 7 nominatino *exc. orthogr. p.* 2801 *Charis. p.* 116. 117. 83 Cymmini et sinapi *N* Sinapi et gummi *p* Sinapi sicut et gummi *exc. orthogr.* teritur sinapis scelera *sqq. e Pseudulo Plauti* (III 2, 28 *v.* 817 *R*) *posuit Charisius p.* 117 8 sed correpta o i mutant, circumducta uero genitiuo seruant o, ueluti ω 9 nominatino] ūmā (*h. e.* nomina) *N* 10 commonia *N* 12 nominativo mutata in i *om. N* 15 motant *N* 17 nullum — 25 virgini *Priscian. p.* 684 *sq.* perigrinum *N* 18 ueluti Io *Fabricius* saffo *N* quidam *Fabricius* quidem *N* mallnerunt *N* 19 saffus *N* 20 saffonis *N* 22 filios Tris sibi procreásse eundem pér Calypsonem ấutumant *Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 110. ad niptra *Pacuvii rettulit Delrius synt. p.* 174 eandem ω, *delevit Bothius poet. scen. Lat.* V 1 *p.* 148 24 Accius in Ione *Priscianus* 25 adsiduum Ioni *Priscianus* adsiduū minoi *N* assiduum Iuoni ω adposnit *N* 26 Vergilius — 30 dearum *Charis. p.* 93 mallnit *N* 27 et] *Verg. Aen.* IIII 383 30 luctificam] *Verg. Aen.* VII 324 alecto *N* 31 Quare — 64, 9 caliginis *Charis. p.* 25. 94

nis, Plato Platonis et cetera; exceptis his duobus, Apollo Karthago. nam Apollo, cum sit proprium, non Apollonis facit, sed Apollinis; item Karthago non Karthagonis, ut Iuno Iunonis, sed Karthaginis. si autem appellativa fuerint, duplici genetivo efferuntur. aut enim per || o, ut praeco praeconis, latro latronis, mucro mucronis, aut per i, ut ordo ordinis, cardo cardinis, margo marginis. ergo in femininis, si quando o litteram i littera praecedit, tunc genetivus servat o litteram, velut regio regionis, seditio seditionis, superstitio superstitionis, emptio emptionis; exceptis debilibus supra scriptis Anio et caro. si autem *sine i fuerit*, *tunc* vertit per i, velut consuetudo consuetudinis, caligo caliginis. excipiuntur autem haec quattuor, quae et pluraliter efferuntur et rationem confundunt, octo pondo, quae indeclinabilia sunt et tantum pluraliter efferuntur; item duo et ambo, de quibus infra dicetur, quae declinantur hoc modo, duo duorum duobus, ambo amborum ambobus et deinceps; item caro, quod carnis facit. item excipiuntur et Graeca quae nominativo o efferuntur, ut praedictum est, flexo accentu, non gravi, ut apud Romanos, velut Sappho Erato Dido Manto. nam suo statu permanent et declinantur secundum Graecam definitionem, velut Sappho Sapphus, Dido Didus, Manto Mantus, Erato Eratus, ut apud Vergilium

fatidicae Mantus.

Item quaeritur quare Sino Sinonis, Memno Memnonis. omnia nomina Graeca Graecam rationem et apud Latinos secuntur et tunc producunt o litteram genetivo, cum etiam apud Graecos producunt, velut *Κόνων Κόνωνος* et apud nos Cono Cononis. si autem apud Graecos corripiunt, eadem similiter et apud nos, *Μέμνων Μέμνονος*, nos Memno Memnonis. ubi autem per *τος* efferuntur, et apud nos per tis, velut *Ἱπποκόων Ἱπποκόωντος*, Hippocoon Hippocoontis. Turbo, si sit proprium nomen, Turbonis facit, si appellativum, turbinis. nam sive ventus sive quo ludunt pueri, hic turbo dicitur, non ut quidam stulte hic turben dixerunt puerorum. nam Vergilius dixit

torto sub verbere turbo.

Antipho quoque et Demipho similiter declinantur, huius Antiphonis Demiphonis, non, ut quidam putant, Antiphontis et Demiphontis Graeca de-

---

7 *N* I 7, 1 exceptis

---

1 nam appollo *N* 2 non appollonis 3 apellatiua *N* 5 foemininis *N* 8 si autem sine i fuerit tunc in i conuertit *p* si autem uertit per i *N* sin autem fuerit alia littera coniuncta, tunc utique o in i mutant *Charisius p.* 25 sin autem sine i effertur, tum uertit o per i *Putschius* 12 infra] *p.* 49 duobus *Fabricius* dubitatur *N* 13 caro quod carnis *Fabricius* quod caro carnis *N* 15 saffo aerato *N* 16 permanentes declinantur *N* permanentia declinantur *Putschius* definitionem] declinationem ω 17 saffo saffus *N* 18 Vergilium] *Aen.* X 199: *cf. Charis. p.* 111 22 producant *N* *Κόνων Κόνωνος* et apud nos Conon Cononis *Putschius* ΚΑΝωΝ ΚΑΝωΝΟC et apud nos cano. canonis *N* 24 ΜΕΜΝωΝ ΜΕΜΝωΝΟC *N* 25 *τος*] tos *N* ΙΠΠΟΚΟΟΝΤΟC ippocoon ippocoontis *N* 27 quo ludunt *exc. orthogr. p.* 2803 quod ludunt *N* 29 Vergilius] *Aen.* VII 378

clinatione. omnia enim Graeca quae in on exeunt, ut Antiphon Demiphon || dracon leon, faciunt *genetivum in tis*, *ut Antiphontis Demiphontis dracontis leontis*, Ἀντιφῶντος Δημοφῶντος δράκοντος λέοντος, et amissa n littera Latina redduntur et ut oportet declinantur Latine, ut Antipho Demipho draco leo, et faciunt Antiphonis Demiphonis draconis leonis.

Margo feminino genere, ut virgo imago Karthago et cetera quae ante o habent g; ideoque et Aemilius Macer ait

flumina margine summa,

et Rabirius extulit |

Idaeos summa cum margine colles.

inveniuntur tamen ex eadem forma masculina, uligo et farrago. quare apud auctores margo masculino quoque dicitur genere, ut apud Ovidium

brachia longo
margine;

et frequenter Varro rerum rusticarum sic.

Ambo et duo an ambos et duos? ratione cum s dicimus, quia omnes partes orationis quae casus habent exceptis neutris et monoptotis in s littera accusativo plurali deficiunt. praeterea quaecumque feminina accusativo plurali as litteris terminantur et possunt ad masculina transferri a in o mutant faciuntque masculina, ut has magnas hos magnos et has doctas hos doctos. ita cum dicamus ambas et duas, ni mirum a in o translata ambos duosque dicimus. non nulli tamen Graecos secuti, quia illi τοὺς δύο et τοὺς ἄμφω dicunt, hos duo et hos ambo dixerunt; in quibus Vergilius,

verum ubi ductores acie revocaveris ambo.

ambo autem non est dicendum nisi de his qui uno tempore quid faciunt, ut puta Eteocles et Polynices ambo perierunt, quasi una. Romulus autem et Africanus non ambo triumphaverunt, sed uterque, quia diverso tempore.

V littera neutra tantum terminantur, et fere haec, veru genu gelu cornu tonitru et, *ut* quidam volunt, testu; quod e numero horum separandum est, quia auctores testam potius dixerunt, ut Vergilius

testa cum ardente viderent
scintillare oleum,

---

1 in.on.exeunt (ωn superscr.) *N*: ωn terminata greca nomina ut leon genitiuum faciunt leontos et amissa n littera latina redduntur leo leonis *p* 2 genetiuum — 3 leontis *om. N: cf. Charis. p.* 94. 101 *Priscian. p.* 690 3 ΑΝΤΙΦΩΝΤΟΝ. ΑΝΝΙΦΩΝΤΟϹ ΑΡΑΚΌΝΤΟϹ *N* amisa *N* 6 feminino genere ut *Fabricius* foeminī. genē. et *N* 7 ęmelius *N* 8 flumant minu margine *N:* flumina *coniecit Lindemannus:* fluuiorum ω. *plura temptavit R. Ungerus de Aem. Macro p.* 14 9 extulit *cum versu Rabirii coniunxit C. Barthius in Stat. Theb.* X 454, *quod probavit Weichertus de L. Vario p.* 163. *fortasse* et Rabirius feminine extulit 10 colles ω collos *N* 11 farrago ω largo *N* quare ω. *in codice non satis adparuit utrum* q̄re *an* q̄m *scriptum esset* 12 autores *N* Ovidium] *metam.* I 13 16 Ambo] *Charis. p.* 95 *sq.* 17 cassus *N* 18 accussatiuo *N* foeminina *N* 19 posunt *N* 20 motant *N* 23 Vergilius] *georg.* IIII 88 30 ut *om. N* 31 Vergilius] *georg.* I 391

et Horatius

Spartacum siqua potuit vagacem
fallere testa.

alii autem separantes amphorae quidem testam dicunt, testudinis vero testu, sed frustra. nam et Graeci || *ὄστρακον* sine distinctione dicunt tam amphorae quam testudinis. nomina autem nominativo u littera terminata in singularitate per omnes casus eandem u litteram servant novissimam, in pluralitate tantum declinantur, velut genua genuum genibus, cornua cornuum cornibus. nec tamen dicimus verua, cum sit simile, sed vera et veruum veribus.

As terminata nomina casu nominativo in genetivo crescente is syllaba finiuntur, ut Maecenas Maecenatis, Asprenas Asprenatis; nominativo vocativum similem habent, o Maecenas, o Asprenas. sed si sint peregrina, genetivo casu in ae deficient, ut Aeneas Aeneae, Gyas Gyae, vocativo amissa s producent a, ut

quo fugis Aenea?

quamvis veteres hic Aenea dixerint sine s, ut Varro in Age modo. in hac specie sunt et Amyntas Archytas Menalcas Lycidas, quorum aeque vocativus s amissa a producit. inveniuntur tamen quaedam peregrina quae cum incremento syllabae declinantur, ut Calchas Pallas Atlas gigas. faciunt enim Calchantis Pallantis *Atlantis* gigantis; quamvis antiqui, ut Pacuvius et Plautus, Calcham dicant, non Calchantem. solet venire in quaestionem, quare Aeneas Aeneae, Maecenas Maecenatis, Thoas Thoantis. omnia nomina quae as terminantur syllaba, si quidem Latina sunt masculina, tertii ordinis erunt, velut hic Suffenas Suffenatis, hic Maecenas Maecenatis. item feminina, haec civitas civitatis, exceptis his monosyllabis tribus, quae quidem tertii ordinis *sunt*, sed genetivum diversum faciunt. nam cum omnia Latina per tis efferantur, haec sola diversis genetivis efferuntur. nam mas maris, as assis, vas vadis faciunt. si autem fuerint Graeca, modo ut primi ordinis declinabuntur, modo ut tertii. sed tum primi ordinis, cum genetivum Graecum habuerint per *ου* aut per *α*, *ὁ Αἰνείας τοῦ Αἰνείου* huius Aeneae, *ὁ Ἀγρίππας τοῦ Ἀγρίππου* huius Agrippae,

---

11 *N* 1 7, 2 As termĩ nōā

---

1 Horatius] *carm.* III 14, 9 2 nagantem *Fabricius* 9 sed uera uerum ueribus *p* 11 As — 67, 3 similia *Charis. p.* 15. 97 12 Asprenas, natis ω asperuas asperuatis *N* 13 o asprenas ω o aspernas *N* perigrina *N* 16 quo] *Verg. Aen.* X 649 19 producitur *N* perigrina *N* 20 declinantur ω declinentur *N* athlas *N* 21 calchantis ω calchanti *N* Atlantis *om. N, add. Putschius* 22 Calcham *Ritschelius prol. Plaut. Trin. p.* LXXXVII calchau *N* Calchantem, et Gellius huius Calchae *Putschius* Solet ω Solent *N* 27 sunt *om. N, add. Putschius* 29 mars martis *N* 32 ο ΑΙΝΙΑϹ ΤΟΥ ΑΙΝΙΟΥ *N* huius Agrippae *ὁ ἄντας τοῦ ἄντου*, licet *Putschius:* ut aeneas aeneae similiter agripas antas *p: cf. Charis. p.* 8

licet Attici τοῦ Ἀγρίππα dicant. si autem genetivum per τος, || velut ὁ Θόας τοῦ Θόαντος, Latine *per* tis facient, velut hic Thoas huius Thoantis et similia. |

Es terminantur masculina et feminina *tantum. nam* neutra *non inveniuntur*, sicut in superioribus *quoque de tertio* ordine adnotavimus, discernentes quae per es correptam *veniant et quae per es* productam efferantur, quae etiam in communionem veniant, sed et *pauca quae per* dis syllabam genetivum faciant, cum omnia per tis efferantur. *sunt* quaedam quae nominativo singulari et plurali casu similiter efferuntur *per es productam*, et sunt feminina, ut diminutio quoque manifestat. dicimus enim nubes *nubecula*, spes specula, res recula. nam masculina modo es modo a *nominativo casu veteres* terminaverunt, velut Anchises Anchisa, Chryses Chrysa, Attes Atta; *similiter* Atrides Atrida, ut Propertius

non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho.

Vergilius quoque cum dixisset 'patris Anchisae', item 'satus Anchisa', e contrario intulit 'quae regio Anchisen': item cum dixisset

duri nomen Acestae,

intulit

sed laetum amplexus Acesten;

ut mihi videatur hunc Anchisam et hunc Acestam velut duram declinationem repudiasse. Miltiades autem et Alcibiades, item Diomedes indubitan-

---

1 — 15 *N*

si W genetiuū per τος uū ο θοας του θοαντος latine ...... facient
uū hic thoas h̄ thoantis et similia // sicut in superioribus
Es terminantur masculina et feminina .... neutra
ordine adnotauimus discernentes q̄ per es correptam
productam efferantur q̄ etiam in communionem ueniant se
dis syllabam genetiuū faciant cum omnia per tis efferantur. *s*
tiuo quędam q̄ nominatiuo sinḡ et plū casu simili
et s̄t feminina ut dimiuutio quoque manifestat dm̄s H nubes
spes specula res recula nā masculina mō es mō
terminauerunt uū anchises anchisa chryses chrysa attes
atrides atrida ut propertius non ita dardanio gauisus atrida trium
uergilius

Vix paucos versus pleniores legit Pierius 2 latine tis facient ω 6 per es correptam et per es productam ω 7 sed et * dis ω 8 efferantur * sunt quaedam ω: *in codice* tiuo *in initio novi versus a librario deletum est* 9 similiter efferantur * et ω 10 nubes nubecula, spes ω 11 modo a terminarunt ω 13 Attes Atta, Atrides ω 14 triumpho. Vergilius ω

---

5 in superioribus de tertio ordine *Fabricius: p.* 16 7 sed et pauca per dis syllabam *Fabricius* 8 quaedam quae nominatiuo *bis scriptum fuisse videtur in codice et priore loco a librario deletum. quo factum est ut supplementum quod posui solitum litterarum numerum non aequaret* 13 Propertius] III (II) 14, 1 15 patris] *Verg. Aen.* IIII 351 satus] *Verg. Aen.* VI 331 16 quae] *Verg. Aen.* VI 670 Anchisen ω anchisem *N* 17 duri] *Verg. Aen.* V 106 et clari *ex codicibus Vergilii Fabricius* et Darii ω achestae *N* 19 sed] *Verg. Aen.* V 531

ter nominativo es finiuntur, genetivo is, non ut priora modo Thyestes modo Thyesta et Orontes Oronta. Chremes et Laches apud comicos similiter varie declinantur, modo huius Chremis modo huius Chremetis, Lachis Lachetis; Hermes autem Hermetis tantum, ut Socrates Socratis tantum. nam et Pericles Stratocles Graecae tantum sunt consuetudinis. nullum enim nomen in Latina lingua desinit in flexum e.

Quare Dioscurides Dioscuridae, Demosthenes Demosthenis, Menes Menetis, solet quaeri. omnia igitur nomina in es nominativo casu elata, si quidem Latina sint, genetivum facient per is, velut Hercules Herculis, Verres Verris; sin autem Graeca, tribus modis declinabuntur. aut enim per ae genetivum facient aut per is aut per tis; et haec ita declinabuntur. quae apud Graecos faciunt genetivum per *ου*, haec apud nos || per ae, velut *Διοσκουρίδης Διοσκουρίδου* Dioscuridae; quae vero per *ους*, haec per is, velut *Δημοσθένης Δημοσθένους* Demosthenis. quae autem crescunt et per *τος* enuntiantur, similiter apud nos per tis, velut *Μένης Μένητος* Menetis; ut apud Vergilium.

Belidae nomen Palamedis,

quia *Βηλίδης Βηλίδου* Belidae, *Παλαμήδης Παλαμήδους* Palamedis.

Inveniuntur autem apud veteres quae sine ratione genetivum faciunt per i, ut apud Sallustium in prima historia 'bellum Persi Macedonicum'; item apud Vergilium

atque inmitis Achilli,

et alio loco 'fallacis Vlixi'. nam si esset nominativus Latinus Achilleus, merito faceret Achillei, ut Eurystheus et Mnestheus. sed quia non est Achilleus sed Achilles, Achillis facit, ut Hercules Herculis, non Achillei ut Mnesthei.

Quae vero Graeca flexo accentu proferuntur, haec inconfuso statu permanente secundum Graecam declinationem ordinantur, es syllaba terminata, ut Eumenes Eumenus, Aithales Aithalus, Euprepes Euprepus; quamquam quidam sic declinari maluerint, Eumenetis Euprepetis. excipiuntur autem haec quae genetivo crescunt, velut locuples locupletis, merces mercedis, heres heredis, Ceres Cereris, pubes puberis, pes pedis.

Item ex tertio ordine haec in quaestionem veniunt, velut quare nubes nubis et fides fidei. es litteris productis elata, si quidem i habuerint ante es syllabam, genetivum faciunt per i, velut acies aciei, dies diei, luxuries

---

14 N ı 7, ı q̄ W crescunt

---

3 laches lachetis N (i *supra*) 5 periecles N 13 ΔΙΟϹΚΟΥΡΙΔΕϹ N (n *supra*) dioscoride N 15 per oc enuntiantur N 16 Vergilium] *Aen.* II 82 19 fa..... per i N faciunt per i w 20 salustium N 21 Vergilium] *Aen.* I 30 III 87 23 alio loco] *Aen.* II 90 pellacis *e libris Vergilii Fabricius* nam esset N (si *supra*) 24 eurysteus N 26 mnestei N 27 flexu *corr.* flexo N 34 es — 69, 4 furori *Charis. p.* 103

luxuriei; excepto hoc uno nomine quies, quod facit quietis. quamquam requies ab eo conpositum requiei | faciat secundum rationem a nobis demonstratam, ut apud Vergilium in IIII

requiem spatiumque furori.

quod si esset genetivus requietis, requietem faceret, non requiem. Cicero autem aliter declinavit secutus numerum *syllab*arum, huius pernicies, ratione illa, quod, cum nominativus pluralis a genetivo singulari proficiscatur sitque aut idem aut earundem syllabarum, ut huius scholae || hae scholae, et huius Marci hi Marci, item huius felicis hi felices, et huius domus hae domus, aeque genetivus sequi debet nominativum pluralem; *et* ideo Cicero 'pernicies causa' genetivum extulit. *quae autem* i ante es productam non habent, haec genetivum faciunt per is, veluti nubes nubis, aedes aedis, sedes sedis, exceptis his quae, cum nominativum habeant per es productam, non tamen ante es syllabam i litteram habeant, nihilo minus genetivum faciunt per ei, veluti res rei, spes spei, fides fidei. item excipiuntur haec quae genetivo casu crescunt sine ratione, Ceres merces pubes. nam Cereris mercedis puberis faciunt.

Ergo scire debemus quod fides et pubes duplicem genetivum habeant. fides, cum significat lyram, fidis facit, ut

fidis [se] intendisse Latinae,

---

1 — 15 *N*

excepto h. uno nomine quies quod facit quietis quamquam requies ab eo conposi
faciat secundum rationem a nobis demonstratam ut ap̄
IIII. requiem spatiumq, furori quod si esset genī requietis. re
faceret non requiem cicero W aliter declinauit secutus numer̄
r̄ huius pernicies ratione illa quod cum nominatī plū a genetiuo
ficiscatur sitq, ā idem ā earundem syllabarum ut huius scholę
ę et huius marci hi marci item huius felicis hi felices et huius
ę domus ęque genetiuus sequi debet nominatiuum pluralem
o pernicies causa genetiuum extulit // aedes dis sedes. dis
nte es productam n̄ habent h̄ genē faciunt per is ūnti nubes nubis
ptis his q̄ cum nominatiuum habeant per es productam n̄ tū
nte es syllabam i litteram habent nihilo minus genetī faciunt per ei nū
res

Omnia fere integra legit Pierius 2 compositum requiei faciat ω 3 apud Virgi. in IIII ω 5 requietem faceret ω 6 numerum *arum ω 7 genitiuo singulari proficiscatur ω 8 scholae, hae scholae ω 9 huius domus hae domus ω 10 pluralem. Ideo Cicero ω 11 extulit. I ante ω 12 sedes dis, exceptis ω 14 tamen ante ω

---

3 Vergilium] *Aen.* IIII 433 5 Cicero — 11 extulit *exc. Bob. p.* 96 6 secutus numerum (numerum syllabarum *Putschius*), requietem enim dixit, ad Hostilium. Huius pernities *Fabricius et Putschius*, *supplemento petito ex Charisio p.* 85. 114 10 et ideo cicero pernicies casum genetiuum extulit *B: Cic. p. Rosc. Amer.* 45, 131 quorum nihil pernicii causa, *ubi tamen* pernicii *tuentur Nonius p.* 486 *et Gellius* VIII 14 11 genetiuo extulit. Quae autem I ante es *Putschius* 19 fides facit cum significat lyram fidis ut *N* fides fidis facit cum significat lyra *p* 20 latine *N*

Persius secundum rationem a nobis demonstratam. apud Vergilium inveni 'fidibusque canoris'. sin autem fides *πίστιν* significat, fidei facit genetivo, non ratione sed distantiae causa. similis est ratio et *in* pube. nam pubes est *καὶ ἥβη καὶ νεολαία*, ergo cum pubem *ἥβην* significamus, sic declinamus, haec pubes huius pubis, ut apud Vergilium in III 'pube tenus'. sin autem iuventutem aut aetatem significamus, puberis facit, ut est apud eundem Vergilium in primo

haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum.

Miles militis quare et reses residis? omnia nomina Latina es syllaba correpta elata genetivum faciunt per tis, velut miles militis, comes comitis, seges segetis, teres teretis. excipiuntur haec quae genetivum faciunt per dis, velut reses residis, praeses praesidis, opses opsidis; et ideo genetivum per dis faciunt, quia ex verbis trahuntur. nam reses a residendo, opses ab opsidendo, praeses a praesidendo. cetera vero exceptis his per tis efferuntur, ut supra dictum est.

Fides cum chordam significat, huius fidis facit, cum deam, huius Fidei, quamvis Plautus dixerit

Fidei censebam maximam multo fidem.

Pubes cum in [iuventutis] significatio||ne lanuginis et eius partis in qua puber*tas est ponitur*, *huius* pubis facit; at cum aetatem significat, huius puberis. sed nec adiecta *praepositione* dicimus inpuberis, sed inpubis:

comitemque inpubis Iuli

Vergilius dixit. |

M littera neutra tantum finiuntur, et quidem praeposita u, stagnum telum. aliquando etiam i novissimae syllabae praefertur, ut pallium scrinium dolium alium solium. sic enim dici debent, non, ut alii diserti di-

---

25 *N* I 7ʳ, 2 M littera

---

1 Persius] 6, 4 Vergilium] *Aen.* VI 120 3 similis — 8 tuorum *Charis. p.* 113 et pubes *N* et in pubes *Fabricius* 4 νεολεα *N* 5 uergilium III *N*. *Aen.* III 427 7 Vergilium in primo] *Aen.* I 399 8 pupes^{q:} tuę *N* 9 omnia — 15 dictum est *Charis. p.* 16. 106 *sq.* 11 excipipntur *N* 12 reses. dis p̄ses. dis... es.dis *N* reses residis obses obsidis ω 13 a re..dendo *N* a residendo ω 17 Plautus] *Aulul.* IIII 6, 1 18 Fide censebam *Fabricius, quod tuetur Charisius p.* 40

19 pubes, cum in iuuentutis significatione et lanuginis et eius partis in qua pubertas est ponitur, huius pubis facit; at cum aetatem significat, huius puberis *exc. orthogr. p.* 2796 Pubes quoque cum lanuginem barbae significat pubis facit si autem iuuentutem puberis *p* in qua pub̄.............. pubis *N* 20 *fortasse* at cum iuuentutem aut aetatem, *ut* iuuentutis, *quod alieno loco supra positum est, huc revocetur* 21 sed nec adiectione .... dm̄s inpuberis *N* et negatione adiecta non tantum impuberis ω nec tamen adiecta praepositione dicimus inpuberis *p et exc. orthogr.* adiectione praepositionis *in codice fuisse videtur* 24 Vergilius] *Aen.* V 46 dixit. Sed Cicero ait filium eius impuberem *Putschius et exc. orthogr. l. c.*

27 non ut aliqui uideri uolunt et diserti dicunt *'codex Dousae' apud Bondamum in notis mss., unde is coniecit* non ut alii qui uideri uolunt diserti dicunt

cunt, aleum per e et doleum et palleum. nam et Vergilius 'alia serpyllumque' per i dixit, quod utique in genetivo debet geminari, ut huius pallii scrinii dolii alii solii, quia genetivus numero syllabarum minor esse nominativo non debet. quare magis denotati sunt qui maluerunt per unum i imperi et ingeni dicere quam secundum regulam imperii et ingenii, geminata i littera. invenimus tamen et per unum i a Vergilio dictum 'ille urbem Patavi', pro Patavii. plus in hac observatione geminandi i in masculinis animadvertimus, ut hic Aemilius huius Aemilii, hic Iulius huius Iulii. in vocativo tamen i litteram subtrahimus. nam si o Aemilii et Iulii dixeris, Graece declinaveris, ut Lucilius

tierei leontado et et pumone ethermo pulas.

Contagium veteres magis usurpaverunt; sed Sallustius contagionem maluit dicere, 'post ubi contagio quasi pestilentia invasit, civitas inmutata'. Vergilius autem

nec mala vicini pecoris contagia laedent.

Servitium multitudo est servorum, servitus condicio serviendi; sed veteres indifferenter servitium et pro servitute posuerunt:

servitio enixae tulimus

Vergilius in III.

Tergum dorsum est et declinatur sic, hoc tergum tergi tergo, pluraliter haec terga tergōrum; tergus autem pellis huius tergoris facit, pluraliter tergora et genetivo tergŏrum correpte. sed contrario Vergilius 'terga bovum' dicit et in VIIII

hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergus.

quidam volunt tergum hominis esse, tergus vero pecoris. ||

Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinatum, *vel* cum commercium significamus; et Lucilius 'cum illi fora iraut'. masculine autem tabulata navium, et semper pluraliter, quamvis Gellius fora navium neutraliter dixerit et Lucilius negotiorum forum masculine extulerit libro III,

forus olim ornatus lucernis.

---

1 Vergilius] *bucol.* 2, 11   4 *fortasse* denotandi sunt   per i unum *N*   6 Vergilio] *Aen.* I 247: *cf. Charis. p.* 113   7 geminandis in *N* geminandi in ω geminam i *Putschius*   9 o Aemilie et Iulie *Putschius e 'vetere codice' Dousae Lucil. sat. rel. inc.* 76 *p.* 11   11 Tierei leontado et Pomani et thermo Parnime ω. *corruptam codicis scripturam, in qua utrum* pulas *esset an* palus *mihi non satis constabat, reliqui*   12 Sallustius] *Catil.* 10   13 malluit *N*   14 Vergilius] *bucol.* 1, 51   18 seruitio] *Verg. Aen.* III 327   enixe *N*   20 Tergum] *Charis. p.* 118   22 terga] *Verg. Aen.* V 405   23 in VIIII] *Aen.* VIIII 763   27 uel *om. N, add. p. et exc. orthogr. p.* 2785   28 ut Lucilius *scribendum erat, nisi potius aliorum exempla ante Lucilii versum exciderunt*   quum illa fora itant ω cum illi fora erat *'vetus codex' Dousae Lucil. sat. rel. inc.* 130 *p.* 16, *unde profectus I Dousa* 'Tunc illi fora erant *vel potius* illa Quum fora itant'   32 lacernis *Putschius et I. Dousa Lucil. sat. rel.* III 23 *p.* 30

Callum neutro genere dicitur: Cicero Tusculanarum II 'ipse labor quoddam callum obducit', et Plautus in Milite

magis tabello, quam prunum callum callet.

sed Marsus fabellarum VIIII masculino sic,

callum sibi pectore quendam.

Lignum singulariter dici semper debet in multitudine. Cato Originum I 'vehes' ait 'ligni', sicut et fasces dicuntur asparagi, quamvis asparagos pluraliter dicamus, ut Lucilius III

asparagi nulli.

idem in eodem ligna pluraliter dicit, |

student hi ligna videre.

Caelum hoc, cum sit neutrum, etiam masculine veteres dixerunt; et Ennius

quem Caelus genuit,

item

quamquam caelus profundus.

Ocimum consuetudo neutraliter dicit. sed Aemilius Macer ait

inter praeteritas numerabitur ocimus herbas.

Russeum grammatici non magis dicendum putant quam albeum aut prasineum, sed russum, ut album prasinum.

Septimum decimum antiqui dixerunt, quoniam observabant ut minores numeros prius ponerent; sed iam exoluit.

Mendum neutraliter Varro in Admirandis dixit, 'magnum mendum'; sed Ovidius feminine

nocte latent mendae,

item

eximet ipsa dies omnis e corpore mendas.

ergo mendum in mendacii significatione dicetur, menda in culpa operis vel corporis.

Pistrinum neutraliter dicitur; sed Lucilius XVI feminine extulit 'me-

---

23 *N* 1 8, 1 Mendum

---

1 II *om. N: Cic. Tuscul.* II 15, 36 2 quodam callo *N*: ipse labor callum obduxit *gram. de gener. v. callum* Plautus in Persa ω: *Plaut. Pers.* II 5, 4 (305 *R*) 3 magis calleo quam aprugnum callum callet ω 9 *Lucilii verba cum versu a Nonio p.* 195 *citato ita coniungenda existimavit Vargesius Lucil. sat. quae ex lib.* III *supers. Sedini a.* 1836 *p.* 17 *ut* asparagi molles nulli sed viride cyma *scriberetur,* asparagi nulli molles *sqq. I. Beckerus ephem. antiq. a.* 1846 *p.* 946 11 uidere ω uidete *N* 13 ut Ennius *Fabricius, quod recipiendum erat, nisi potius alia exempla, quae posuit Nonius p.* 197, *exciderunt* 14 quem] *annalium libro primo tribuit Vahlenus Enn. poes. rel. p.* 8 *et* XXVI 16 quamquam] quoque ω: quamquam cauus caelus profundus *Hugius et Ilbergius apud Vahlenum Enn. poes. rel. p.* 79 21 Septem decem *N* septem et decem *p* 25 nocte] *Ovid. a. a.* I 249 27 eximet] *Ovid. a. a.* II 653 ipsa dies ω ipsa die *N* ipse dies *exc. orthogr. p.* 2792 medas (n *supra*) *N* 30 Lucilius in X *'vetus codex' Dousae Lucil. sat. rel.* XVI 10 *p.* 57

dia e pistrina', ad tabernam referens, ut caupona dicitur. nam et Terentius deminutive pistrillam dixit, 'pistrilla erat quaedam'.

Quintum tricensimum annum dici sine coniunctione vult Varro Epistolicarum VII et similia, nec interponendam coniunctionem ipsa re cohaerente: velut || si dixero 'ad quintum et tricensimum praedium habeo', iam duo significabuntur, alterum ad quintum, alterum ad tricensimum.

Pulmentum et pulmentarium dicitur. nam Cato Originum III 'laserpitium pro pulmentario habet', in eodem 'multo pulmento usi'. sed quidam putant pulmentum quasi pulumentum melius dici. Varro autem ad Ciceronem V pulmentum ait, quod id cum pulte essent, et inde pulmentarium dictum.

Plurum Modestus putat esse dicendum, non plurium cum i. ea enim nomina quae conparandi sunt, genetivo i habere non debent, ut fortiores fortiorum, meliores meliorum; sic plures horum plurum. sed consuetudo plurium cum i dicit. unde et Terentius in Phormione 'nova hic conpluria' dixit.

Pulchrum Varro adspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat adspiratio; quod minime rectum antiquis videbatur. unde et sepulchrum hodieque manet, quod sit seorsum a pulchro propter recordationem doloris.

Eboreum ratione dicimus, ut a marmore marmoreum, et *a* pumice pumiceum; sed consuetudo etiam eboratum admisit et eburnum. Vergilius

---

3—8 *N*

Quintum tricensimum annũ dici sine................narro epistolicar̄ VII. et
similia nec interponendam con................coherentem uũ si dixero ad
quintum et tricensimum prędiũ................o significabuntur altũ
ad quintum alterum ad t......... // ....pulmento usi s. quidã
Pulmentum et pulmentarium dicitur nã cato originum III laṡpitiũ pro pulmenta

Quae interierunt integra quidem, sed non satis certo legisse videtur Pierius 3 sine etiam coniunctione uult Varro ω 4 coniunctionem in ipsa re coherentem ω 5 praedium habeo, iam duo ω: *paullo plura capere videtur lacunae spatium* 6 ad tricensimum. Pulmentum ω 8 pulmentàrio habet, In eodem, multo pulmento ω

---

1 media est pistrina '*vetus codex*' *Dousae l. c.* media a pistrina *Scaliger apud Dousam l. c.* Terentius] *Adelph.* IIII 2, 44 apud ipsum lacum Est pistrilla 3 Centesimum tricesimum annum dici sine coniunctione uarroni placuit *p* sine et coniunctione *Fabricius* 4 coniunctionem ipsa re cohaerente *Putschius* 8 pro pulmentario suo habet *Putschius* in eodem] idem *exc. orthogr. p.* 2796, *quod spatio lacunae magis convenire videtur* 9 Varro] *de l. l.* V 108 *p.* 111 *Sp.* quod edebant cum pulte, ab eo pulmentum 10 quod id cum pulte essent *Fabricius* quod id cum pulte esset ω quod id cum plute ēēt *N* quia cum pulte esset *p* 12 Plurum] *Charis. p.* 100 15 in Phormione] IIII 3, 6 19 sepulcrum ω: *cf. Serv. in Verg. georg.* III 223 a pulcro *Fabricius* 20 doloris aliis placet sepulchrum conpositum a semis et pulchro quia pulchrum superficie intus ossibus plenum *p. inde petita sunt quae Putschius addidit*, Sepulchrum ab aduerbio seorsum et pulchrum alius tractum dicit quod in hoc nomine componitur semis et pulchrum, quia pulchrum superficie, et intus plenum ossibus. *ubi Bondamus var. lect. p.* 13 Valgius *pro* alius *scribendum coniecit: de Aelio Gallo cogitavit R. Ungerus de Valg. p.* 39 21 a *ante* pumice *om. N* 22 Vergilius] *georg.* III 7

umeroque Pelops insignis eburno. |

quae ita placuit distingui ut eboreum sit ex solido ebore confectum, eboratum extrinsecus ebore ornatum, eburnum ad similitudinem eboris aptatum, ut Vergilius sensit.

Vs. omnia nomina quae per us syllabam nominativo casu terminantur, haec genetivo aut per i exeunt et sunt secundi ordinis, aut per is et sunt tertii ordinis, aut per us similem nominativo et sunt quarti ordinis. de quibus plenius definitum est in superioribus sub titulo De nominativis ad regulam redactis. quare ergo lupus lupi, lepus autem leporis? omnia nomina quae us nominativo proferuntur, quae quidem masculina aut femi||nina sunt, genetivum faciunt *aut* per *i* aut per us, velut per i hic Marcus Marci, haec laurus lauri; per us autem hic senatus senatus, haec domus domus: si autem fuerint neutralia, per is, velut hoc tempus temporis, hoc munus muneris. excipiuntur autem haec in masculinis, Ligus lepus vetus; faciunt enim genetivo Liguris leporis veteris: in femininis haec, quae item faciunt genetivum per is, salus salutis, iuventus iuventutis, palus paludis, senectus senectutis, virtus virtutis, servitus servitutis, tellus telluris, Venus Veneris, fraus fraudis, laus laudis: in neutralibus haec, pelagus vulgus virus. nam cum omnia neutralia faciant genetivum per ris, sola haec tria genetivum faciunt per i, quamquam de vulgo ambigitur. invenitur enim et masculine elatum, ut apud Vergilium in II

hinc spargere voces
in vulgum ambiguas.

sed idem et neutraliter in I

saevitque animis ignobile vulgus.

meminerimus autem pelagus et vulgus tantum modo singulariter declinari itemque virus.

Penus quo modo debeat declinari incertum est. nam Plautus in Pseudulo eodem fere loco et masculino genere dicit hic penus et neutro hoc penus. Vergilius autem etiam feminino 'longam penum'. igitur cum possimus secundum neutrorum formam huius penoris dicere, vel secundum masculinorum et femininorum huius peni, neutrum dico, quia apud auctores nondum exemplum quod sequar inveni.

Carduus trium syllabarum est, ut arduus fatuus mortuus, ideoque si-

- 34 *N* I 8, 2 Carduus

1 eburno *N* 3 ad similitudinem eboris *p* a similitudine oburis *N* 8 in superioribus] *p.* 30 *cf. p.* 10 9 quare — 15 veteris *Charis. p.* 109 11 faciunt aut per i, aut per us, ueluti per i *Putschius* faciunt | per ā per us iiī per i *N*, *in quo num ā additum esset in extremo versu dispicere non potui,* faciunt per i aut per us aut per is ω: per i uel per us aut per is *Charisius p.* 109 21 Vergilium in II] *Aen.* II 98 24 in I] *Aen.* I 149 26 autem tantum modo pelagus et uulgus singulariter *N* 28 in Pseudulo] I 2, 45 (178 *R*) annuos congeretur penus, I 2, 91 (228 *R*) omne huc penus adferetur 30 Vergilius] *Aen.* I 704 plenam poenum *p*

militer declinandum est, huius cardui et huic carduo, pluraliter hi cardui carduorum carduis. quod siquis huius carduus dicere voluerit, cogit non numquam genetivum singularem u duplici posse finiri.

Servus cervus vulgus a quibusdam per u et o, videlicet quia duae vocales geminari, ut unam syllabam faciant, non possunt. sed per duo u scribi debent, quia et sic sonant et ambiguitas casuum tollitur et unum u loco consonantis accipitur. ||

Assiduus quidam per d scribunt, quasi sit a sedendo figuratum, sed errant. nam cum a Servio Tullio populus in quinque classes esset divisus, ut tributum prout quisque possideret inferret, ditiores, qui asses dabant, assidui dicti sunt. et quoniam soli in negotiis puplicis frequentes aderant, eos qui frequentes adsunt assiduos ab assibus dixerunt.

Tus a tundendo sine adspiratione dicitur, quamvis Iulius Modestus ἀπὸ τοῦ θύειν tractum dicat.

Bovus non nisi singularem numerum capit. nam pluralem nemo dixit.

Podagrosus a podagra bene dicitur, sed et podagricus a pedum aegritudine, cuius exemplum apud Laberium est in aquis . . . . |

Aeditumus dicitur qui aedem servat, quasi aedis intimus, *dicitur etiam aedi*tuus ab aede tuenda.

Lanius dicitur, ut Terentius 'lani coci', et Sallustius 'quin vina-

---

15—20 *N*

Bouus ñ nisi singularem numerũ capit nam plu
Podagros: a podagra bene dicitur sed et podagric: . . . dũ
tudine cuius exemplũ ap̄ laberiũ ē
Aeditumus dicitur qui ędem seruat q̃si ed
tuus ab ęde tuenda :· // ubi illud q̄q̄ notauim: uina
Lanius dicitur ut terentius lani coci et sallust. quin uinari

Primos versus quattuor pleniores legit Pierius; in reliquis vix plura quam nunc restant ei adparuerunt 15 pluralem nemo dixit. Podagrosus ω 16 podagricus a pedum aegritudine ω 17 est in Aquis. Aeditimus ω 18 aedis intimus. Aedituus ω 20 uinarii, ubi ω

---

1 huic carduo hunc carduum *exc. orthogr. p.* 2779 2 huius carduus *Fabricius* huius cardus *N*: facit cardui ut ardui licet cardus legatur *p* *fortasse* cogitur probare non numquam 8 [d] Assiduus *N* quidam ... scribunt *N* quidam per d scribunt ω 10 qui [c] assus *N* 11 quoniam soli in negotiis frequenter aderant eos qui frequenter adsunt assiduos ab assibus dixerunt *p* [b] puplicis frequentes aderunt *N* 15 bovus *quid sit non intellego, cum nec* bova *νόσος βοῶν in glossis Philoxeni, de quo cogitavit Lindemannus, nec* bous, *quod Lachmannus de vers. Sotad. p.* 4 *Varroni de l. l.* VIII 74 *p.* 447 *Sp. restituit, huc pertineat. fortasse* clavus, *quod inter masculina semper singularia positum est p.* 19 17 *lacunam codicis non observato litterarum numero ita supplevit Putschius*, in Aquis calidis, Podagricus non recessit. *in extremo enim versu post* aquis *cum decem fere litterae desint, fortasse nihil scriptum erat nisi hoc*, in aquis caldis. *reliquo spatio vel vacuo relicto vel proximo versu more librarii ibi continuato* 20 Terentius] *Eunuch.* II 2, 26 Lanii coci ω Sallustius] *Non. p.* 264 Sallustius libro I 'quin lenones et vinarii laniique'. *unde* laniique *addidit Putschius.* Sallust. Lanii, uinarii. ubi *Fabricius*

rii *laniique*'; ubi illud quoque notabimus vin*arium dici*. lanio autem quasi deminutio est lanii.

Assarius ab antiquis dicebatur, nunc as dicitur, non assis. *sane assis* genetivus est, ut si*militer etiam* octussis. huius ablativus est ab hoc octusse: ideoque 'octusse *emptum est*' bene dicimus; sed 'da illi octussem' soloecismus est. nam *nominativo hic oc*tus ne dixeris, sed octonarius; subauditur enim nummus, *velut* sestertius nummus et denarius nummus. nam i*d nos num*mum appellamus quod Graeci νόμον. sestertius autem unde *sit ap*pellatus solet quaeri. quod manifestum erit, si sciamus apud *veteres* denarium decem asses habuisse: ideoque in rationibus faciendis denarium, id est decussem, X inducta notamus; cuius quarta pars, dipondius semis, sestertius dicitur, quod de tribus assibus semis deficiat. denique et nota eius nihil aliud quam dipondium et semis ostendit.

Hic locus et hi loci masculino genere ratione dicuntur. sed et haec loca consuetudo quasi localius usurpavit, non tamen et singulariter neutrum genus admisit, quamvis quidam velint neutro genere Sallustium dixisse 'est in carcere locus, quod || Tullianum appellatur'. sed frustra; 'quod' enim a Sallustio absolute Tulliano coniunctum est.

Delirus a lira, aratri ductu, appellatur. potest tamen delerus per e ἀπὸ τοῦ λῆρος conpositum videri.

Cubicularius est custos cubiculi, cubicularis vero lectus cubiculo aptus,

---

1 — 11 *N*

Lanio W q̄si deminutio ē lanii // genē est ut si
Assarius ab antiquis dicebatur nunc as dicitur non as
occusis huius ablā est ab h. occuse ideoq. occus
bene dicimus sed da illi occuse soloecismus ē nā
cus ne dixeris sed quaternarius subauditur ℍ num
sestertius nummus et denarius nummus nam i
mum appellamus quod greci sestertius W unde
pellatur solet qu̧eri quod manifestū erit si sciamus ap̄
denarium decem asses habuisse ideoque in rationib:
faciendis denarium de decus . X̄ . inductum

3 assis * genitiuus est ut sicut occussis ω 5 occusse bene ω 7 nummus. sestertius ω 8 Nam nummum ω 9 unde appellatur ω

---

1 notamus uinarium dici *Putschius* 3 Assarius ab antiquis dicebatur as, non assis *coniecit Th. Mommsenus* non assis. sane assis genetiuus est *exc. orthogr. p.* 2777 nam assis genitiuus est *p* 5 *fortasse* et da illi octusse * soloecismus, *ut exciderit illud quod soloecismus esse dicitur* 6 octonarius *Mommsenus* 8 νόμον *Mommsenus* νόμισμα *Fabricius* 9 Denarius apud antiquos decem asses habebat *p*: ueteres *spatio lacunae magis convenire videtur quam* antiquos 11 denarium decussi X inductum *Fabricius* denarium decussi inducto notamus X̶ *Gronovius de sestert.* I 3 13 dipondium et semis et semis ostendit *N* dipondium et semis HS ostendit ω 15 quasi locali usu usurpauit ω obseruauit *corr.* usurpauit *N* 16 Sallustium] *Catil.* 55 19 delirus a lira aratri deuians dicitur *p* 20 λῆρος *Lindemannus* ΛΗΡΟΣ *N* λήρου ω 21 aptus | Caligarius *N*: ut *add. exc. orthogr. p.* 2779: aptus ut callicarius artifex callicari clauis similiter et similia *p*

ut caligarius artifex, caligaris clavus, similiter ars, fabrica et iulius fabrius. et cellarius servus, turdus cellaris; et balnearius fur, balnearis autem urceus et solea balnearis. unde perspicuum est Calvum ad amicos non recte dixisse 'ne triclinarius', cum triclinaris dicere maluisset.

Balteus masculino genere semper dicitur, ut clipeus:

infelix umero cum apparuit alto [ingens]
balteus

Vergilius dixit. Plinius tamen vult masculino genere vinculum significare, neutro autem lora ad ligandum apta. sed Varro in Scauro baltea dixit et Tuscum vocabulum ait esse. item humanarum XVIII.

Curriculus masculine deminutio est currus, neutraliter autem curriculum spatium ad currendum aptum vel ipsum currendi officium, ut Cicero et Varro locuntur.

Clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait, neutro autem genere imaginem significat. sed Asinius pro Vrbiniae heredibus imaginis clipeum masculine dixit, 'clipeus praetextae imaginis positus'. et Livius in significatione scuti neutraliter saepius et Pomponius in Capella, cum ait

clipeum in medium fixum est.

quare * dubii sermonis II in|distincto genere dici ait, sed littera differre, ut pugnatorium per i clipeum dicamus, quod est clipe*us* ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, id est celare, dictus, imaginem vero per u a cluendo. sed haec

---

2 *N* I 8ᵛ, I balnearis autem

20 — 23 *N* dicam: q̄ ē clipe
..... ē celere .. ic ... imaginem ů per u a cluendo sed haec

Primos versus quattuor pleniores legit Pierius; in reliquis praeter ea quae nunc restant pauca ei adparuerunt 21 quod est clepere id est caelare dictam, imaginem ω

---

1 *u'rum* iulius *an* iulia: *in N esset non adparuit:* Iulius Fabrius et ω et fabrilis et *Putschius. fortasse* et alia fabrilia 2 turdus *Putschius* durdus *N* dardus ω urceus *Putschius* murteus *N* 4 ne triclinéarius *N*: non est triclinarius, cum triclinaris dicere debuisset *Putschius* 6 infelix] *Verg. Aen.* XII 941 apparuit alto ingens *N* apparuit alto ω apparuit ingens *Fabricius, qui secutus est Pierium castigat. in Verg. l. c.* ingens *ex Aen.* X 579 ingens apparuit hasta *profectum esse conicit Wagnerus in Verg. l. c. rectius suspicari possis de clipeo neutraliter dicto etiam hoc loco olim expositum fuisse, ut de versu Vergilii Aen.* VIIII 709, clipeum super intonat ingens, *quem ea de re in exemplo ponit Cledonius p.* 1896, *huc inlatum sit* ingens 9 lora ω locari *N* in scauro *non indicato loco ad quem pertineat in margine adscriptum habet N, om.* ω, *in suum locum revocavit Putschius: cf. Non. p.* 194 12 Cicero et Varro] *cf. Non. p.* 198. 263 *gramm. de gener. v. currus* 15 pro Vrbiniae heredibus *N. Faber in Senec. exc. controv.* IIII *praef.* prouinię heredibus *N* prouinciae haeredibus ω de prouinciae haeredibus *Fabricius* 16 imaginis clipeum ω magni clipeum *N* magni clipei *coniecit Osannus ephem. antiq. a.* 1855 *p.* 322, *ut ea quae secuntur,* clipeus praetextae imaginis positus, *pro novo exemplo essent et vel* item *sive* et *interposito ad eundem Asinium referrentur vel scriptoris nomen ante ea verba excidisset* 17 *Livii exempla indicavit Drakenborchius in Liv.* I 43, 2 19 in medio *gramm. de gener. v. clipeus* 20 quare dubii *N* quare Plinius dubii *Fabricius. diversam tamen sententiam sequitur Plinius N. H.* XXXV 3, 4. Caper *idem Fabricius coniecerat in notis mss. cf. Serv. in Verg. Aen.* VIIII 709 *Cap. de orthogr. p.* 2242 21 quod est a clepere, id est cae-

differentia mihi displicet propter communionem i et u litterarum. nam et maximus et maxumus dicimus et optimus et optumus, nec tamen illa differentia *secerni*mus.

Lucius et Aemilius et cetera nomina quae ante u habent i duplici i genetivo singulari finiri debent, *ne* necesse sit adversus observ*ationem nominum* nominativo minorem fieri genetivum; idque Varro tradens adicit *vocativum quo*que singularem ta|lium nominum per duplex i scribi debere, *sed propter differentiam* casuum corrumpi. *Lucilius tamen et per unum i* genetivum scribi posse existimat. ait enim

servandi Numeri, numerum ut servemus *modumque.*

numquam enim hoc intulisset, nisi et Numerium per i, huius *Numeri*, *faciendum* crederet. denique et in libro VIIII sic ait,

porro hoc, *filius Luci*,
feceris i solum, ut Corneli Cornificique,

et paulo post

N

differentia m .... munionem i et u litterar̄ nam et
et optimus et optumus nec tū illa dif
finiri debent' necesse sit adūsus obserua
nōa q̄ ante u habent i duplici .ii. genetiuo
ominatiuo mi....m fieri genetiuū idq, uarro tradens adicit
singularem taliū nominum per duplex i scribi debere
casuum corrumpi .i. // numeri numerum ut s̄uemus
genetiuū scribi posse existimat ait ꝧ seruandi
nūquā ꝧ hoc intulisset nisi et numerum per .i. huius
ciendū crederet deniq, et in libro IIII sic ad porro hoc
uai fecerit colum ut cornelii cornificiiq, et paulo post

1 mihi displicet propter communionem ω nam et maximus et maxumus dicimus, et optimus ω 2 diff•mus • nomina ω 5 genitiuo singulari finiri debent ω 6 nominatiuo minorem ω adiicit quae singularem ω 8 frequentius casum corrupi • tamen et per i genitiuum ω 10 seruemus • que, numquam ω 11 huius • faciendi ω 13 hoc • lum fecerit ω

---

lare dictum *Fabricius. in codice omisso Graeco verbo. quod addidi, fuisse videtur* quod est clipeus id est celere dictus. *cf. Serv. in Verg. Aen.* II 389 VII 686 VIII 447

2 differentia secernimus *Putschius* differentia dicimus distare *Fabricius* 4 Lucius Aemilius et cetera nomina *Putschius 'ex codice' Dousae Lucil. sat. rel.* VIIII 7 *p.* 45 *et* 123, *quem in reliquis quoque quae adnotata sunt secutus est:* nisi forte regulam Lucilii secuti sunt qui Lucium et Aemilium et cetera nomina quae ante u habent i non solum in vocativo sed etiam in genetivo casu per unum i scribi posse existimant *Beda de metr. p.* 2373 5 genitiuos singulares finire debent, ut necesse sit aduersus obseruationem nominatiuo non minorem *Putschius* 7 uocatiuum quoque *Putschius* 8 sed propter differentiam casuum corripi Lucilius tamen et per unum i in genitiuo scribi posse existimat ait enim (Quare *add. Dousa*) Seruandi numeri et uersus faciendi. Nos Caeli Numeri numerum et (ut *Dousa*) seruemus modumque. Nunquam enim hoc intulisset, nisi et Caelii et Numerii per ii huius Numerii faciendum crederet *Putschius. Lucilii sententiam explicavit Lachmannus in Lucret. p.* 329 12 in libro nono sic ait *Dousa* 13 porro hoc si filius Luci ferit collum ut Corneli, Cornificique *Putschius* 14 feceris i solum *L. F. Schmidtius Lucil. sat. l.* VIIII *p.* 21

pupilli pueri Lucili, hoc unius fiet.

et Plinius quoque dubii sermonis V adicit *esse quid*em rationem per duo i scribendi, sed multa iam consuetudine superari. *sane* opinionem de vocativo casu traditam infirmat, quod hic pius in vocativo pii faciat. adeo enim [non] semper vocativus casus eandem *scrip*turam patitur quam genetivus.

Praefectus fabrum ut dici possit ex antiquitate duravit, sicut tribunus *militum* et praefectus urbis. dicimus quidem et [tribunus et praefectus urbis et] praefectus fabris participialiter, sed elegantius est ab antiquis usurpatum.

Largus nomen facit ex se adverbium large, quod omnia nomina quae in qualitate sunt aut in quantitate, si dativo casu in o exeant, o in e mutant et adverbium faciunt, ut doctus docti docto facit docte. sed veteres hoc non observaverunt. nam et duriter Terentius dixit et Plautus ampliter.

Caseus masculini generis est, ut Vergilius

pinguis et ingratae premeretur caseus urbi, |

et Lucilius XIIII

caseus alia mollit.

sed Pomponius neutraliter dixit in Lenone 'caseum molle'.

Loculos et locellos pluraliter dici multi putant, cum sit hic loculus, cuius hypocorisma est hic locellus. nam Varro rerum rusticarum III loculum dixit et Caesar ad Pisonem 'locellum tibi signatum remisi'.

Catinus masculino genere dicitur, ut || Maecenas in X

1—8 *N* pueri lucii h. unius fieri et unius q̄q dubii sermonis .V. adicit
em rationem per.II.i.scribendi s. multa iā ɔsuetudine superari
opinionem de uocatiuo casu traditam infirmat quod hic pius
uocatiuo pii faciat adeo ++ non semper uocatiu: cas: eandem
turam patitur q genetiuus : // nus et p̄fectus ubi dms quidem et
P̄fectus fabrum ut dici possit ex antiquitate durauit sicut tribu
tribunus et p̄fectus urbis et p̄fectus fabris

2 adiicit * eandem ω 4 pius in uocatiuo ω 5 eandem naturam ω

---

1 pupilli, pueri, Lucili, hoc unius fiet *Putschius ex Velio Longo p.* 2220 2 Plinius ω esse quidem rationem *Putschius* 3 superari. Varro enim opinionem *Putschius* 4 quod hic pius huius pii et uocatiuo pii faciat. ideo enim semper uocatiuus eandem scripturam *Putschius* 6 sicut tribunus et praefectus, ubi dicimus (urbis. dicimus *Putschius*) quidem et tribunus militum, et tribunus militaris per nomen: praefectus urbi, et praefectus fabris participialiter *Fabricius et Putschius* 10 omnia — 13 observaverunt *Charis. p.* 176 11 in..exeant *N* in o exeant ω 13 Terentius] *Adelph.* I 1, 20 ruri agere vitam semper parce ac duriter *Charisius p.* 178 15 Vergilius] *bucol.* 1, 35 18 *utrum* ala mol|lit *an* alumol|liet *esset in N dispicere non potui:* ala molliet ω allia molliet *Fabricius* allia mollibit *vel* mollit *I. Dousa Lucil. sat. rel.* XIIII 18 *p.* 54 ala molis '*vetus codex*' *Dousae l. c.*, *unde* allia oleus *ipse Dousa*, alium, olus *Scaliger*, allium olet *coniecit Lindemannus* 19 in Lenone *Fabricius* in lenonem *N* 21 hypocorisma ω ..pocorisma *N* rerum rusticarum secundo ω: *Varr. r. r.* III 5, 18 tesserulas coicientem in loculum 22 ad Pisonem ω de pisone *N* 23 Catinus masculino genere ω .... genē *N* catinus gen. masc. ut micenas | ingere et fumantes celidum cum ferre catinos *codex Laudunensis de gener.* (*catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départements* I *p.* 664)

ingeritur, ait, fumans calido cum farre catinus.

et hinc deminutive catillus fit, ut Asinius contra maledicta Antonii 'volitantque urbe tota catilli'. sed Varro ad Ciceronem XI catinuli dixit, non catilli.

Galeros Vergilius masculino genere dixit,

fulvosque lupi de pelle galeros,

et Cornelius Severus

flavo protexerat ora galero.

sed C. Gracchus apud censores 'cum galeare ursici' dixit; Varro de actione scenica II haec galearia. unde et galericula dicuntur.

Calamistros Cicero in Oratore masculine dixit, et Varro de scenicis originibus hunc calamistrum; sed idem in Triphallo calamistra; et Plautus in Curculione

pecten, speculum, calamistrum meum.

Secus neutri generis est nomen, unde et Sallustius 'virile secus' dixit, hoc est virilis sexus, quod per omnes casus integra forma declinatur. fit secus et adverbium, quod significat aliter, unde nascitur sequius ἀλλοιοτέρως. ceterum id quod vulgus usurpat, 'secus illum sedi', hoc est secundum illum, et novum et sordidum est.

Alvum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Calvus

partus gravido portabat in alvo,

et Helvius Cinna

---

5 *N* I 8ᵛ, 2 Galeros

13—21 *N*

in curcu
lione pecten speculum.......... .... //nes casus integra forma decli
quod
Secus neutri generis ē m̅m̅................rile secus dx̄ h. ē uirilis sexus per om
ΑΛΛΟΙΟΤΕ
natur fit secus et aduerbiū .... aliter unde nascitur sequius
ceterum id quod uulgus usurp .... illum sedi h. e secundū illū et nouum
et sordidū ē // portabat . . aluo et aelius cinna at scelus incestum
Aluum vergilius femī genere sępe dixit s. masculinė aluus partus grauido

Omnia integra legit Pierius 14 speculum, calamistrum meum. Secus ω 15 nomen, unde et Salustius uirile ω 17 aduerbium quod significat aliter ω 18 usurpat, secus illum ω 21 portabat in aluo ω

---

1 ingeritur] ingeribus *N* gigeriis *C. Barthius advers.* III 7 *p.* 120 2 maledicta Laberii '*codex Dousae*' *apud Bondamum var. lect. p.* 20, *unde* maledicta Labieni *coniecit vir doctus apud Bondamum l. c. p.* 374 3 XI] II *Fabricius* 5 Vergilius] *Aen.* VII 688 8 praetexerat ω 9 cum galere ursici *N* cum galera ursi cum ω cum galera uisi sunt *Fabricius.* galeare *tuetur gloss. Maii class. auct.* VIII *p.* 260 '*hoc galear ris et hic galerus ri, ambo pro galea*'. ursici *quid sit non intellego, nisi scriptum fuit* versicolori 10 haec galera *Lindemannus, qui* galeara *e codice adnotaverat* 11 oratore *Fabricius* oratione *N: Cic. orat.* 22, 79 de calamistri quidem adhibebantur 12 trifallo *N* 13 in Curculione] IIII 4, 21 15 Sallustius] historiarum libro II *Non. p.* 222 17 ἀλλοιότερος ω 20 masculine Caluus *Putschius* Caluus masculino *p* masculine tiuus ω 22 Cinna] in Smyrna *Priscian. p.* 718

at scelus incestum turpi crescebat in alvo,

et Laberius et Accius frequenter; quod magis usus celebravit.

Munificus est tam quam beneficus et maleficus, munifex autem tam quam opifex et artifex. itaque munificus munera largitur, munifex autem munere fungitur.

Sincerus dicitur, non sinceris, ut Vergilius ait

insincerus apes tulerit cruor; |

sed neutraliter hoc sincere dicitur, ut Terentius

si istud crederem
sincere.

Sibilus dici oportet, ut Vergilius

nam neque me tantum venientis sibilus austri;

Cicero de gloria II 'in Tusculanum mihi nuntiabantur gladiatorii sibili'. sed et neutro genere quidam dixerunt, ut Ovidius

sibila dant saniemque vomunt,

Cornelius Severus

et sua concordes dant sibila clara dracones,

et Macer theriacon

longo resonantia sibila collo.

Quinquatrus, sed non quinqua||tria. non enim dictae sunt quinque dies sacrae, sed quod quintus dies Iduum, quas atrus antiqui dicebant; sive a quinquando, id est lustrando, quod eo die arma ancilia lustrari sint solita.

Stomachus etiam in pluribus singulariter dicitur, ut ait Calvus 'quorum praedulcem cibum stomachus ferre non potest'.

Divinitus cum dicimus, ex dei mente factum significamus; divine vero, cum laudamus.

Nudius tertius hoc significat, nunc est dies tertius; item nudius quartus. sed quaeritur de futuro utrum dicendum sit die quarto et die quinto *an diequarte et diequinte*, sic uti perendie cum dicitur. sed quibusdam

---

1 ad scelum ω   incestum turpi ω incesto turpe *Fabricius* incesto cinnae *codices Prisciani, ubi* incesto Cinyrae *editores*   6 Vergilius] *georg.* IIII 285   7 tulerit *Fabricius* tulit *N*   8 Terentius] *Eunuch.* I 2, 96   9 crederem sincere credi ω crederem sincere dici *Fabricius: mihi post* sincere, *quod extremum versus locum occupat, in N nihil deesse videbatur*   11 Vergilius] *bucol.* 5, 82   13 de gloria II *Putschius* de gloria in II *N*: in II *om.* ω   gladiatoris *Putschius*   14 Ovidius] *metam.* IIII 494   17 et sua concordant sibila saeua dracones *exc. orthogr. p.* 2801   18 theriacon longo resonantia sibila collo *exc. orthogr. l. c.* theria otundo resonantia sibila colla *N* theriacon secundo resonantia sibila colla ω   20 Quinquatrus pluraliter, non quinquatria *Putschius*   *N*. dies atries *N*, *quamquam* ri *non satis adparuit*, quinque dies atri *Fabricius* quinque dies atrus *Putschius*: quasi quinque dies atres, sed quasi quintus dies *coniecit Lindemannus*   24 Sthomachus *N*: Stomachus etiam in plurali dicitur *coniecit Lindemannus*   25 praedulces cibos *p*   sthomachus *N*   potest *Fabricius* possunt *Np*   29 utrum diuus s. dicendum sit *N* utrum nudius an dicendum sit ω utrum dies dicendum sit an *Putschius* utrum dies scilicet dicendum sit an *Lindemannus*   30 an diequarte et diequinte *om. N*, *addidi ex Gellio* X 24 *et Macrobio sat.* I 4, 23

displicet, propterea quod cum dicimus perendie, postponimus die; cum vero diequarte, praeponimus. sed veteres non aliter locuti sunt. sunt enim coniuncta et nominatur per ea tempus, non numeratur, ut in illis, nudius tertius et nudius quartus.

Iuris consultus dici debet, non iure consultus; licet Cicero pro Murena ita dixerit, et Lucilius II, ut iure peritus.

Graecus et ortus sine adspiratione dici debere Varro ait; et ortum quidem, quod in eo omnia oriantur, Graecum autem a gerendo, quod mater eius duodecim mensibus utero eum gestaverit, vel a gracilitate corporis, ut quidam volunt. sed consuetudo et Gracchos et hortos cum adspiratione usurpavit.

Conlactaneus dici debet: nam collacteus nemo dicit.

Er. omnia nomina quae nominativo casu in er terminantur aut masculina aut feminina sunt, quae necesse est ut genetivo casu aut per i aut per is litteras exeant, exceptis his, quae utique neutralia sunt, iter cicer papaver cadaver tuber cancer. item omnia quae Graece efferuntur per ρος et ante ρος syllabam consonantem litteram habent, haec Latine in er terminantur, velut Ἀλέξανδρος Alexander, Κλέανδρος Cleander, ὄναγρος onager, ἀγρός ager, et cetera similia. item er syllaba terminata, si in qualitate fuerint, per omnia genera mutari debent, || ut piger pigra pigrum, niger nigra nigrum.

Ideo quaeri solet utrum hic acer an acris dici debeat. sed cum qualitate si dicimus hic acer, necesse est | et haec acra et hoc acrum dicere cogamur. quod quoniam offendit aures, melius communiter hic et haec acris dicemus, ut Horatius

solvitur acris hiems,

et Vergilius

acri quondam regnata Lycurgo.

ex hac enim forma descendit neutrum, quod est acre, ut hic et haec agilis et hoc agile, hic et haec facilis et hoc facile. simili ratione utimur, cum quaeritur utrum hic paluster ager an palustris et alacer an alacris dici debeat. nam et Vergilius

alacris palmas utrasque tetendit

dixit. tamen et hic acer idem Vergilius [acer equis] frequenter, quamvis declinationem formae istius repudiaverit. nam neque huius acri dixit

---

24 N II 1, 1 quod quoniam

---

2 die quarto N 3 et nominantur et n per ea (*deleto* et n) N et nominantur. praeterea te: et nominatum tempus numeratur *Putschius* 5 pro Murena] 11, 25. 12, 26. 13, 28 10 consuetudo graecus et ortus cum adspiratione usurpavit p 13 Er — 19 similia *Charis. p.* 31 14 quae] q̃q (*h. c.* quoque) N quanquam te 16 per os et ante ōc N per ος et ante ρος *Putschius* 25 Horatius] *carm.* I 4, 1 27 Vergilius] *Aen.* III 14 29 discendit N 32 Vergilius] *Aen.* VI 685 34 acer] *Verg. georg.* III 8

neque huic acro vel hunc acrum, sed secundum rationem supra dictam huius acris et huic acri et hunc acrem.

Iter iteris debet facere, non itineris, ne adversus rationem genetivus nominativo maior duabus syllabis inveniatur, praesertim cum itiner quoque dixerint veteres, cuius genetivus itineris erit. plurali tamen numero itinera semper dicemus. non enim, sicut huius iteris Pacuvius dixit, et haec itera potuit dicere.

Pater patris cum faciat et mater matris, cur dissimiliter aper apri et caper capri, solet quaeri. sed Graeca declinatio advertenda est ubi deprehendetur. tunc enim nos s litteram genetivo adicere debemus, cum illi *σίγμα* eidem genetivo adiciunt, et cum illis similiter detrahere, velut *τοῦ πατρός* patris, *τῆς μητρός* matris; porro *τοῦ κάπρου* capri, *τοῦ ἀγροῦ* agri. item caprina et apruna cur dissimiliter derivetur quaeri solet. quibus respondebimus utrumque per i proferri debere, sed in alio usum u litteram celebrasse, quamvis Lucilius viscus aprugnum dixerit.

Heber et hebriacus ne dixeris. bria enim est vas vinarium, unde hebrius et hebria dicitur [hebrius] hebriosusque et hebriosa, sicut a negotio negotiosus et negotiosa. cui contrarium || est sobrius, quod nomen conparari non debet. neque enim sobrior neque sobrissimus dici potest, quamvis Laberius sobrior dixerit.

Celer celerior celerrimus facit, ut asper asperior asperrimus, acer acrior acerrimus, et pulcher pulchrior pulcherrimus. nam quod Ennius ait

equitatus
ut celerissimus,

barbarismus est.

Papaver neutri generis est; sed masculino genere Plautus dixit

quam si tu obicias formicis papaverem,

et Cato Originum secundo 'papaver Gallicanus', et Varro in Admirandis 'infriasse papaverem'.

Alexander et Teucer dici debet; sed et Alexandrus et Teucrus dici

---

3 non iteneris *N* 4 itener *N* 5 genetī iteneris *N* plurali tamen numero itinera *Putschius* plū tñ num^s^eri itenera *N* 8 disimiliter *N* 13 aprugua ω disimiliter dirinetur *N* 15 discus aprugnum *N* uiscus aprinum non aprugnum *Putschius* '*ex veteri codice*' *Dousae Lucil. sat. rel. inc.* 150 *p.* 18 *et* 107 viscus aprignum *L. F. Schmidtius Lucil. sat. lib.* VIIII *p.* 32, *quod defendit I. Beckerus Philol.* VIII *p.* 548. *ad fragmentum libri* XIIII *quod est apud Nonium p.* 134, pane et viscere privo, *rettulit Rothius addend. ad Non. p.* 462 16 Heber et hebriacus *Putschius: cf. Non. p.* 108. Heber et heberiacus *N* ebrius et ebria et ebriosus non ebriacus dicendum. bria enim est uas uinarium unde ista deducuntur *p* bria *Paulus Leopardus emend.* VI 17 (*Grut. lamp.* III *p.* 119) *conl. Arnob.* VII 29, hebria *N*: bria *εἶδος ἀγγείου glossae Philoxeni* 17 hebrius *secundo loco delevit Fabricius* 18 subrius *N* 19 subrior neque subrissimus *N* 20 subrior *N* 21 celerrimus ω celerissimus *N* 22 acerior *N* 23 equitatus utcele^ss^rrimus *N* equitum celerissimus ω 26 Plautus] *Trinum.* II 4, 8 (410 *R*) 27 quasi tu ω 28 originum secuñ *N* 29 infriasse ne papauerem *Nonius p.* 220 30 tiencer *N*

possunt, ut Vergilius Teucrus et Euandrus, secundum illam scilicet rationem, qua nomina Graeca in ος exeuntia Latine in us exire Aurelio placet. contra quam tamen regulam qui a Graecis ἀγρός idem a nobis ager dicitur; ideoque et in his et *in* ceteris ante omnia consuetudo sequenda est.

Puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς, ut in Odyssia vetere, quod est antiquissimum carmen,

mea puer, quid verbi ex tuo ore audio?

et in Nelei carmine

eaque prisco sancia puer filia sumam; |

ubi tamen Varro cum a puera putat dictum, sed Aelius Stilo, magister eius, et Asinius contra.

Quare ager agri, agger autem aggeris? quod omnia nomina quae er nominativo proferuntur, si quidem feminina aut neutralia sunt, genetivum faciunt per is, velut haec mulier mulieris et hoc papaver papaveris. sin autem masculina, dupliciter declinantur. faciunt enim genetivum modo per i, ut niger nigri, modo per is, ut pauper pauperis, et tunc per i, cum ex Graecis deducuntur. omnia enim quae apud Graecos aut per γρος aut per τρος aut per δρος aut per κρος efferuntur, haec omnia amissa Graeca extremitate et per er elata ut secundi ordinis declinantur, velut ἀγρός ager agri, Ἀντίπατρος Antipater Antipatri, Μένανδρος Menander Menandri, Τεῦκρος Teucer Teucri. inveniuntur autem duo nomina quae, cum habeant duas consonantes *ante* us, tamen eundem nominativum Graecum servant. sunt autem haec, Κόδρος et γόγγρος, ‖ Latine Codrus gongrus dicuntur, non Coder et gonger. Vergilius tamen promiscue extulit in III. dixit enim

Teucrus Rhoeteas primum advectus in oras.

item et illa genetivum faciunt per i quae ex conpositione veniunt, velut lucifer signifer armiger; item illa quae feminina per a faciunt, velut niger nigra, alter altera, adulter adultera, ater atra. quae vero neque a Graecis trahuntur, ut Menander, neque ex conpositione veniunt, ut lucifer, neque femininum in a faciunt, ut *prosper* prospera, haec omnia erunt tertii ordinis, velut agger aggeris, sequester sequestris. sic ergo et ager agri,

---

26 *N* II 1, 2 Item et illa

---

2 Aurelio] *cf. Charis. p.* 102   4 ideoque ut in his et ceteris *N*   7 mea puer mea puer quid *Fabricius;* mea puera quid uerbi ex tuo ore supra fugit *codices Prisciani p.* 697. *quae a Charisio adscripta sunt in numeros Saturnios ita revocari potuerunt.* meá puer quid vérbi éx tuo óre audívi   8 nelei *N* menelai *'vetus codex' Merulae Enn. annal. fragm. p.* 53   carmine eoque prisco: Sancia *Putschius.* carmine Ea quaé petisso saúcia, puera filia, súmam *coniecit Lindemannus.* carmine, eo quoque prisco *coniecit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 199: *fortasse* carmine aeque prisco   9 summam ω Summani *Hermannus elem. doctr. metr. p.* 639 Salmonei *Müllerus suppl. Fest. p.* 388   10 Aelius Stilo ω aedilius cilo *N*   17 omnia enim — 85, 5 capri *Charis. p.* 11 *sq.*   17 per γρος *Fabricius* per roc *N*   22 consonantes ante us ω consoñ. in us *N*   23 τροςroc *N*   24 extulit. III *N*: *Aen.* III 108   25 roetheas *N* primum est aduectus ad oras ω   30 prosper *om. N*

quoniam a Graecis venit; item agger aggeris, quoniam Latinum est nec femininum patitur. excipiuntur autem haec quae, cum femininum non faciant per a, nihilo minus genetivo exeunt per i, velut culter cultri, oleaster oleastri, liber libri, puer pueri, catlaster catlastri, socer soceri, gener generi, liber liberi, cancer cancri, auster austri, aper apri, caper capri.

Gibber, ut Verrius ait, ipsum vitium dicitur, ut tuber, gibberosus habens gibberem, ut tuberosus. et sane Lucilius ita loquitur,

gibbere magno.

sed Plinius gibbus vitium ipsum, ut ulcus, maluisse consuetudinem tradit; quod mihi displicet.

Aer aether, hunc aera et aethera masculino genere dicimus. Graeca enim sunt. sed et hunc aerem veteres Latina declinatione dixerunt.

Quotiens sane ex nominibus er terminatis masculinis neutrum in e nominativo terminatur, tunc genetivus tam masculini quam feminini per is terminatur, ut hic silvester silvestris, haec silvestris silvestris, hoc silvestre silvestris, hic campester *haec* campestris hoc campestre.

Ar. nomina in ar terminata masculina tantum et neutralia inveniuntur, de quibus plenissime definitum est sub titulo tertii ordinis. quare ergo lucar lucāris, torcular torculāris? quia omnia ar elata genetivo corripiunt a litteram, velut Caesar Caesaris, par paris, sic et lucar lucaris. ergo qui putaverunt dici oportere hoc torculare et hoc pulvinare, recte putaverunt, idcirco quod genetivo producunt a litteram. ||

Or. omnia nomina quae or syllaba terminantur genetivum faciunt per is. et si quidem mas*culina* seu feminina Lat*ina fuerint*, genetivo circumducuntur et per o litteram productam proferuntur, velut praetor praetoris, honor honoris, splendor splendoris et cetera, exceptis *his* quae non producuntur sed corripiuntur, velut memor memoris, arbor arboris, indecor

21 — 27 *N* lucaris ergo q (i) putaue
runt dici oportere h. torculare et h. puluina
runt idcirco q genetiuū pducunt ā litterā // seu femī lat
Or omnia nōā q̄ or syllā t̄minant̃ genē faciunt per is (et) siquidem mas
genetino circumducuntur et per o litterā productā proferunt
p̄tor p̄toris honor oris splendor doris et cetera exceptis q
ducunt̃ sed corripiunt̃ n̄n̄ memor memoris arbor arboris inde

Paucos versus pleniores quam nunc sunt legit Pierius 21 puluinare recte putauerunt ω 25 proferuntur. ut praetor ω 26 quae non producuntur ω 27 indecor indecoris ω

2 non faciunt *N* 4 liber beri ω laber. bri *N*. *fortasse* faber fabri 6 Verrius *Putschius et I. Dousa Lucil. sat. rel. inc.* 129 *p.* 16 uerḡ *N* 9 gibbus *Fabricius* gibber *N* 11 Aer] *Charis. p.* 97 12 sed et hunc aerum *Putschius* 15 h silnestris (h) siluestris *N* 16 haec *om. N* 18 sub titulo tertii ordinis] *p.* 14 23 Or — 86, 6 adoris *Charis. p.* 29 26 his *addidi ex Charisio l. c.*

indecoris. sed si natura Graeca fuerint, utique corripiuntur, ut Hector Hectoris, Nestor Nestoris, Theomuestor Theomnestoris, Polymestor Polymestoris, *et si*qua sunt similia, quae etiam apud Graecos corripiuntur, *Ἕκτορος καὶ Νέστορος*. praeterea et neutralia siqua sunt, et haec corripiuntur, velut aequor aequoris, marmor marmoris, robor roboris, ador adoris.

Successor cum masculino genere proferatur, Cornelius Severus etiam feminine |

ignea iam caelo ducebat sidera Phoebe,
fraternis successor equis.

Torpor et animi et corporis dicitur debilitatio, scilicet a torpedine *pisce*, cuius contactu corpus habetatur; unde Sallustius hoc idem vitium torpedinem dixit.

Favitor antiqui dixerunt; at fautor nec auctoritate nec ratione deficitur.

Vr masculinum invenies et neutrum, hic turtur turturis, hic fur furis, et hoc femur et iecur. dicitur autem fur et commune esse. et quidam ferunt in quaestionem, quare fur furis et iecur iecineris, non cum ratione. et *qui ra*tionem servare volunt iecoris declinaverunt, ut Persius Flaccus. *ait enim*

---

1 — 12 *N*

indecoris sed si natura greca fuerint utique corripiunt̃
hectoris nestor ris theomnestor ris polymestor
qua sunt similia q̃ etiam ap̄ grecos corripiunt̃ ЄKTOPOC KAI
preterea et neutralia si qua sunt et h̄ corripiunt̃ n̄u ęquor ęquoris
marmor marmoris robor .ris ador adoris : // igueanaco cęlo ducebat
Successor cum mas̄ genere proferatur cornelius seuerus etiam feminī
sidera phdebei pater paternis successor equis. // cuius corpo
Torpor et animi et corporis dicitur debilitatio scilicet a torpedine
ris contactu hebetatur

17 — 19 *N* iecineris n̄ cum ratione et
tionem seruare uolunt iecoris declinauerunt ut persius flaccus

1 corripiuntur, ut Hector ω 2 Polymestor ris. • si qua ω 8 foemininum extulit, Ignea ω. *mihi ut in duobus versibus qui antecedunt ita in hoc nihil deesse videbatur, quamquam in marginibus corrosis satis certo dispici scriptura non potuit*

17 ratione e proportionem ω

---

8 feminine dixit *Putschius* 9 ignea nam coelo ducebat sydera Phoebe, Fraternis successor equis ω 11 a torpendine scilicet pisce cuius contactui corpus ebescit *p*, *unde* pisce *addidi*, *quamvis in codice nihil deesse videatur:* scilicet a torpedine cuius contactu corpus hebetatur ω: cuius piscis contactu *Bondamus 'ex mss.'* 12 sallus h. idem *N* Salustius historiarum idem ω Sallust. histor. lib. I idem *Fabricius: cf. Non. p.* 229. *orat. L. Philippi contra Lepidum* § 19 si tanta torpedo animos oppressit 14 Fautor antiqui *N: cf. Non. p.* 110 at fauitor ω: at fauitor nec auctoritate nec ratione caret *coniecit Lindemannus* dicitur *N* 17 iecinoris *Fabricius* iocineris *Ritschelius Mus. Rhen. noviss.* VII *p.* 316: iecur iecuris et iecineris *p: cf. Charis. p* 18, 34 18 at qui seruare rationem uolunt *Putschius* Persius Flaccus in Sat. I *Putschius*. *Pers.* 1, 25

rupto iecore exierit caprificus.

Hoc femur huius femoris. sed frequenter huius feminis huic femini dictum *est*, *et* pluraliter tam femina quam femora; ideoque *et Tib*ullus hoc ipsum erudite custodit, cum dicit

inplicuitque femur femini,

et Vergilius

eripit a femine.

Vx masculina et feminina invenies, hic Pollux, haec nux et cetera. quaeritur quare nux nucis faciat et coniux coniugis, *cum omnia nomina in* ux terminata || genetivum per cis faciant, velut hic Pollux Pollucis, crux crucis. excipitur hoc solum, quod genetivum per gis facit, coniux coniugis, et idcirco facit, quia ex verbo deducitur, id est a iungendo.

En terminata nomina masculina tantum invenies [sed] et neutralia, et omnia tertii ordinis, sicut in eodem tertio ordine definitum est, velut masculina hic rien' rienis, lien lienis, flamen flaminis, pecten pectinis, fidicen fidicinis, tibicen tibicinis, *tubicen tubicinis ex tuba longa*, *cornicen cornicinis*, liticen liticinis ex lit*uo*, *quod est gen*us tubae m*inoris*. quorum accusativus singularis facit hunc pectinem lienem rienem, et nominativus pluralis hi pectines lienes rienes facit. sunt quaedam et communia, ut cornicen liticen: nam tibicen masculinum est; facit enim feminino genere tibicinam. cetera neutralia sunt, ut hoc certamen.

Gluten Vergilius dixit,

collectumque haec ipsa ad munera gluten.

qua declinatione usus est et Varro de bibliothecis dicens 'glutine et ci-

---

1 — 10 *N*

rupto iecore exierit caprificus // femina quā femora ideoq,.......ullus
Hoc femur h̄ femoris s. frequenter h̄ feminis huic femini dictum.... plū tā
h. ipsum erudite custodit cum dicit implicuitq, femur femini ...... eri
Ux masculina et feminina inuenies hic pollux h̄ nux [pita fem
et cetera quęritur quare nux nucis faciat et coniunx ɔiug
nx ͞tminata genē per cis faciunt ūū hic pollux. cis crux. cis

17 *N* II 1', 1 quorum

3 dictum quam femora. Ideo Tibullus ω 5 femini. et Virgilius eripit a femine. Vx ω 9 coniugis * nx ω

---

3 ideoque et Tibullus *Putschius. Tibulli nomen tuetur Charisius p.* 105, *quamquam ipsa verba non inveniuntur in carminibus Tibulli, qui 'femori conseruisse femur' dixit* I 8, 26 6 Vergilius] *Aen.* X 788 9 coniux coniugis cum omnia nomina in ux terminata *Putschius* 11 coniunx *N* 13 En — 21 certamen *Charis. p.* 16. 24 sed *om.* ω: nomina non masculina tantum inuenies sed et *Putschius* 16 tubicen — cornicinis *om. N*, ex tuba longa tubicen tubicinis, cornicen cornicinis *Putschius ex Charisio l. c.* 17 ex lit...... *us* tubę m.. or.. | quorum *N* ex lituo * quorum ω ex lituo genus tubae minoris *videtur in codice fuisse:* ex lituo genere tubae quorum *Putschius* 19 rienes faciunt quaedam (*om.* sunt) *N* 22 gluten — 88, 4 adolescebant *Charis. p.* 106 Vergilius] *georg.* IIII 40 24 bibliotecis *N* dicens glutine et cinere, est ω

tro reficit.' est enim gluten ut stamen subtemen et facit ab hoc glutine *ut* stamine subtemine. sed et glutinum in Scauro, 'glutinum Daedalum invenisse'. quam declinationem Sallustius sequitur, cum dicit 'quasi glutino adolescebant'.

Ex nomina terminata masculina et feminina inveniuntur, sed diversos genetivos habent. quaedam enim per cis efferuntur, velut vertex verticis, simplex simplicis, | supplex supplicis, silex silicis, pelex pelicis; alia per is, velut senex senis, supellex supellectilis; alia per gis, ut grex gregis, rex regis, remex remigis.

Supellex magis auctoritate dicitur quam ratione. nam non debet duobus syllabis plus crescere a nominativo genetivus. quam rationem ut custodirent veteres, multa dure protulerunt, ut ancipes pro anceps et praecipes pro praeceps. nec tamen quis*quam* haec supellectilis dicere ausus est, et ideo rectius est cum pluribus stare et quod speciosius est in loquendo proferre. ||

Vertex a vertendo dicitur, vortex a vorando, et vult Plinius verticem inmanem vim impetus habere, ut

ingens a vertice pontus;

verticem vero circumactionem undae esse, ut

et rapidus vorat aequore vortex.

neutrum nullum invenies nisi ex communione, hic et haec et hoc simplex.

Horum nominum ablativus diversus. namque et per e effertur, ut a vertice, et per i, ut a simplici; praecipue autem communium per i.

Excipiuntur senex, supellex, quod crescit duabus syllabis; facit *enim* supellectilis, senex autem senis. item excipiuntur haec quae genetivum per gis, non per cis faciunt, velut remex remigis, grex gregis, rex regis. quamquam quibusdam visum est recte efferri regis, idcirco quia ex verbo deducatur, hoc est a regendo, et remex similiter a remo agendo.

Is terminata nomina masculina et feminina inveniuntur. quae omnia nominativo genetivum similem habent, velut hic suavis huius suavis, facilis facilis, agilis agilis et cetera similia. excipiuntur autem quaedam quae in genetivo crescunt, licet per is efferantur, velut cuspis cuspidis, cinis cineris, lapis lapidis, pulvis pulveris et cetera similia, de quibus plenius dictum est in superioribus sub titulo De nominativis. et quidem masculina,

---

2 ut *ante* stamine *om. N* 3 Sallustius] historiarum libro IIII *Serv. in Verg. georg.* III 155 *Aen.* VII 632 *Philarg. in Verg. georg.* IIII 40 7 simplex cis suplex cis *N* 9 remex.gis (26) quamquam — (28) agendo supellex *N* 10 ratione : nam ū *N* 13 nec tamen] *in initio novi versus* pulchre *in margine adscriptum habet N* quisquam *Putschius* quis *N* suppellectilis *N*, *om. Putschius* 18 ingens] *Verg. Aen.* I 114 20 et] *Verg. Aen.* I 117 22 horum — 26 regis *exc. Bob. p.* 89 23 communium per e *N* 24 enim *om. N*, *add. B* 26 quamquam — 28 agendo, *quae hoc loco omissa et post* 9 remigis *conlocata sunt in N*, *huc transposui:* Ex terminata nomina genetiuum in cis mittunt exceptis his tribus remex grex rex et uno monosyllabo lex quae in gis faciunt *p* 29 Is terminata io ...erminata *N* 34 in superioribus] *p.* 27 et quidem — 89, 15 huius vis *exc. Bob. p.* 90

hic funis huius funis; feminina, haec puppis huius puppis; communia utriusque generis, hic et haec suavis. horum ablativus dupliciter effertur et per e et per i, ut ab hac puppe et puppi; sed communium tantum per i, ut ab hoc et ab hac suavi. item accusativus duplex, ut hanc puppem et puppim, turrem et turrim. utique eius modi nominum etiam pluralis genetivus ante um syllabam i habebit, harum turrium puppium. excipiuntur haec tria, quae omnino i litteram neque in genetivo plurali ammittunt neque ablativo nec accusativo singulari; sunt autem haec, panis canis iuvenis. excipiuntur et haec quae genetivo crescunt, cinis lapis pulvis semis sanguis vomis cuspis cucumis pollis lis. faciunt enim genetivo cineris lapidis pulveris semissis sanguinis vomeris cuspidis cucumeris pollinis litis. Graeca vero dupliciter declinantur. aut enim crescunt genetivo, ut Thetis Thetidis, Paris Paridis, aut eundem servant genetivum quem et nomin||ativum, Zeuxis huius Zeuxis, Alexis huius Alexis. vis vero tantum singulariter declinatur, velut haec vis huius vis huic vi hanc vim o vis ab hac vi; item pluraliter tantum hae vires virium viribus vires o vires a viribus.

Quaecumque nomina is litteris terminata communia masculini et feminini generis sunt faciuntque ex se neutra in e terminata, ut hic et haec nobilis et hoc nobile, ablativum habebunt in i, genetivo *plurali i ante um recipient*, *accusativo autem* i ante s, ut ab hoc et ab hac nobili simili, horum et harum nobilium similium, hos et has nobilis similis.

Pulvis masculini generis est, quamvis Propertius dixerit

qui nunc iacet horrida pulvis. |

Sarapis Sarapidis volunt grammatici genetivo casu dici, non Sarapis, quia omnia nomina Graecae figurae is terminata in genetivo syllaba crescere debent, ut Iris Iridis, Isis Isidis, Hymnis Hymnidis, Paris Paridis. sed cum et Latine declinari possint, non est necesse consuetudinem ratione reformare, praesertim cum adsit auctoritas. nam et Varro de vita sua non tantum huius Sarapis declinavit sed et Isis, quod paulo est durius. sed *et* Vergilius Irim dicit et Parim et Tigrim.

---

21 *N* II 1ᵃ, 2 simili

---

6 exceptis his quattuor panis canis iuuenis mensis *p* 7 i litteram neque in accū plū ammittunt neque ablatī nec genē sunt *N* i litteram neque genetiuo pluri neque incusatiuo neque ablatiuo singulari admittunt sunt *B* 9 semis$\overset{s}{.}$anguis *N* 10 genitiuo *ω* genetiuos *N* genetiuo singulari *Lindemannus* cineris. dis. ueris. semilis *N*: semissis *ω* *et Priscianus p.* 708 11 pollitis litis *N*: haec pollis pollinis. sic Charisius *Priscianus p.* 708 19 nobile ÷ habebunt | ÷ ablatiuo in .i. *N* plurali — 20 autem *om.* *N*: genitiuo plurali i ante um, accusatiuo i ante s *Putschius* 21 has nobil$\overset{i}{e}$s *N* 22 Propertius] III (II) 13, 35 23 cui nuntia et horrida *N* cui nunciet horrida *ω* qui nunc iacet arida *Putschius* 27 sed et cum latine *N* 28 reformare *Putschius* deformare *N* et Varro *Fabricius* ut uarro *N* 29 sarapidis *N* Serapis *Putschius: cf. Charis. p.* 106 30 sed uerg *N* et Virgilius *Putschius*: sed uergi tā irim parim tigrin dixit *p* parin et tigrin *N*: *cf. Verg. Aen.* VIIII 2 X 705 *bucol.* 1, 63

Brevis dies dicitur, non pusillus. brevis enim in natura, pusillus in corpore.

Gliris nominativus est hic glis, non glir, ut quidam volunt. nam Varro in Admirandis ait 'in silva mea glis nullus', et Cato in Originibus *

Panis masculino genere dicitur. nam etsi neutro genere Plautus dixit

pane et assa bubula,

tamen vitiose. panis autem genetivum pluralem Caesar de analogia II panium dixit, sed Verrius panum sine i. ego autem neutrum probo nec puto panem plurali numero dici posse, quoniam unica res est et ad pondus redigitur, nec quisquam veterum nisi singulariter dixit. deminutione autem panis pastillus dici||tur, ut hodieque in Italia rusticos dicere animadvertimus.

Anguis cum sit masculini generis, dixerunt tamen et feminini, ut Tibullus

iratae detinet anguis,

et Ovidius

mediae Marsis finduntur cantibus angues,

et Varro Atacinus

cuius ut aspexit torta caput angue revinctum.

Sanguis masculino genere, et facit hunc sanguinem. sed Cato de habitu ait 'sanguen demittatur', et Lucretius

visceribus viscus gigni sanguemque creari;

ubi etiam nominativus singularis viscerum adnotandus est, hoc viscus.

Neptis grammatici nolunt dici, quod nomina in os exeuntia genetivo singulari is finiuntur et non possunt transire in feminina, ut custos custodis, sacerdos sacerdotis, nepos nepotis, et advocant Ennium, quod dixerit ita,

Ilia dia nepos, quas erumnas tetulisti.

sed consuetudo nepotem masculino et neptem feminino genere usurpavit.

Quis cum s littera dici volunt grammatici in quaerendo, ut

quis te, nate dea, per tanta pericula casus
insequitur?

et

---

3 gliris] *Charis. p.* 106 5 Plautus] *Curcul.* II 3, 88 7 panis autem — 10 dixit *Charis. p.* 114 11 ut odieque *p* et hodieque *N* 13 et foeminini ω ut feminini *N* Tibullus] I 8, 20 15 iratae ω rate *N* 16 Ovidius] *medic. fac.* 39 17 findantur ω 20 Sanguis sanguis non sanguis sanguinis ueteres *p* facit hunc sang̃ *N* sed Cato de habitu, ut declinaretur ait, Sanguen, sanguinis. sanguis, sanguis, sangui. id imitatur Lucretius *Putschius. de Catonis fragmento dixit O. Iahnius actt. soc. Sax.* II (*a.* 1850) *p.* 267 21 sanguen demittatur ω sanguẽ demittatur *N* Lucretius] I 837 22 sanguenque ω, *quod ipsum Charisium voluisse probant Servius in Verg. Aen.* I 211 *Probus p.* 1448 *Claudius Sacerdos p.* 51 24 nulunt *N* 25 ut $\overset{\text{s}}{\text{custodis}}$ *N* 28 Ilia] *primo annalium libro tribuit Vahlenus Enn. poes. rel. p.* 11. XXIX tetuli$^{\text{sti}}$ *N* 31 quis te] *Verg. Aen.* I 615

quis procul ille autem ramis insignis olivae?

in inferendo autem qui sine s, ut

ille, vides, pura iuvenem qui nititur hasta,

et

Troiae qui primus ab oris.

est enim praepositivum quis, subiunctivum qui; quod tamen auctores non observaverunt, ut Accius dicens

quinam Tantalidarum internecioni modus sit?

et Vergilius |

qui casus agat res.

sed et plurali nominativo variaverunt qui proferentes vel ques. unde et dativus duplex in usu nobis est; quis enim et quibus dicimus, in alio qui, in alio ques declinantes. nam nominativus pluralis i littera terminatus accipit semper s et facit dativum, ut di dis, coloni colonis, ita et qui quis. si vero es terminetur nominativus, bus syllaba terminari debet dativus, ut duces ducibus, mores moribus, et ques quibus. ques autem dixisse veteres testimonio est Cato, qui ait Originum II 'quescumque Romae regnavissent', et Pacuvius

ques sunt *is?* Ignoti, nescio ques || ignobiles.

quam vocem tametsi novitas abdicavit, declinatio eiusdem tamen manet: quibus crebro dicimus.

Ix terminata masculina et feminina et communia invenies, quorum genetivus *in* cis exit, velut hic calix calicis, haec pix picis, hic et haec et hoc felix felicis. excipitur autem hoc solum, nix, quod contra rationem nivis facit, licet veteres ninguis declinaverint, e quibus est Lucretius.

Pix singulariter dicitur, ut ait Varro de similitudine verborum II, quamvis Vergilius dixerit

Idaeasque pices et pingues unguine ceras.

Huius modi nominum genetivus singularis i litteram et corripit et producit, id est in communibus producit, in ceteris fere corripit.

Os terminata masculina et feminina et communia invenies, velut hic flos, haec arbos, hic et haec et hoc custos et cetera similia; quorum genetivi diverse efferuntur. unde quaeri solet quare nepos nepotis, sacerdos sacerdotis, custos autem custodis faciat. omnia os syllaba terminata gene-

---

1 quis procul] *Verg. Aen.* VI 809 3 ille] *Verg. Aen.* VI 760 5 troie *p* troia *N. Verg. Aen.* I 1 6 est enim *p* etenim *N* 7 Accius] *cf. Cic. de nat. deor.* III 38, 90 8 modus paretur *Cicero l. c.* 9 Vergilius] *Aen.* VIIII 723 18 patulus q̃ s̃t iguoti *N* Pacuuius in Medo ques sunt is iguoti *Charisius p.* 108 Plautus, Quae sunt ignoti ω Pacuuius, Ques sunt ii ignoti *Fabricius* 22 "feminī et ′maš *N*
23 in *om. N, add. p* 24 excipitur autem nix quod contra rationem niuis facit licet lucretius nix niguis declinauerit *p* 25 licet ω linquet *N* declinauerunt *N* lucilius *N*. *Lucretii nomen, quod ex p restitui, verum esse persuadet Servius in Verg. Aen.* IIII 250, *qui 'albas effundere ningues' affert ex Lucretio* VI 736, *ubi 'in campos albos decedere ningues' est in libris* 27 Vergilius] *georg.* III 450 28 ideasq. *N* 29 huius modi — 30 corripit *exc. Bob. p.* 90

tivum faciunt per tis, velut nepos nepotis, sacerdos sacerdotis, dos dotis, cos cotis et cetera similia. excipiuntur autem haec quae genetivum faciunt per ris, velut ros roris, os oris, lepos leporis, flos floris, arbos arboris, item per sis, *velut* os, quod ossis facit, item per dis, velut custos custodis, quod cum ratione profertur, quoniam ex verbo deducitur, quod est custodio, et ideo custodis facit. quaeritur et de Graecis, quorum genetivi diversi sunt. itaque si fuerit nominativus Androgeos, genetivus erit Androgeo, ut apud Vergilium

in foribus letum Androgeo.

sed apud eundem invenimus

Androgei galeam,

sed non ex eodem nominativo. nam si fuerit hic Androgeus, Androgei facit genetivo, ut idem Vergilius in II

Penelei dextra divae armipotentis ad aram
procubuit.

est et neutrum in os, hoc os, haec ora.

Ox terminata masculina et feminina et communia invenies, velut hic ferox ferocis, haec vox vocis, hic et haec et hoc velox velocis. quorum genetivus, ut praedictum est, per cis effertur, ablativus per i in communibus seu neutralibus. excipitur hoc solum, nox, quod genetivum per ctis facit, noctis, || idcirco quia Graece νύξ νυκτός declinatur.

Ax terminata nomina invenies *

Fornax feminino genere dici debet, quod per deminutionem fornacula, non fornaculus facit, et quia omnia nomina inanimalia x littera terminata, genetivum si productum habeant, generis sunt feminini, ut lodix lodicis, radix radicis. Vergilius quoque consentit, cum ait

vulnificusque chalyps vasta fornace liquescit.

thorax autem, cum sit Graecum, his admisceri non debet.

Ceterum feminina omnia monosyllaba sunt excepto grege et rege; quorum alterum ex diverso genere constat. nam Lucretius in II bucerias greges feminino genere dixit. calx igitur, sive qua calcamus sive qua aedificamus, feminini generis est, ut et Vergilius ait

---

2 *N* II 2, 1 excipiuntur

---

4 per sis ut os *p* per . is . os *N* 6 Greca uero si nominatiuo . ys. terminautur ut androgeys genitiuus erit androgeos apud uergilium in foribus letum androgeos *p* 7 erit androgeoś *N* erit Androgeo ω, *quod tuetur Servius in Verg. l. c.* 9 in foribus] *Verg. Aen.* VI 20 letum androgeoś *N* letum Androgeo ω 11 Androgei] *Verg. Aen.* II 392 14 Penelei] *Verg. Aen.* II 425 17 Ox — 21 declinatur *exc. Bob. p.* 91. *cf. Charis. p.* 17 hic et haec et hoc ferox *B* 22 ax terminata aut masculina sunt ut trax aut feminina ut fornax aut omnis generis ut audax *p: cf. Charis. p.* 15. *unde lacunam indicavi* 26 Vergilius] *Aen.* VIII 446 27 calybs *N* 29 ex terminata nomina monosyllaba feminina mās. exceptis grex et rex gregem quoque lucius feminino genere dixit *p* 30 Lucretius in II bucerias greges *Lachmannus in Lucret. p.* 112 (II 662) *coll. Serv. in Verg. georg.* III 287 *et Mai. auct. class.* VIII *p.* 70, lucilius in II ducere has greges *N* Lucilius in secundo duceret has greges ω 32 Vergilius] *Aen.* XI 714

ferrata calce fatigat.

sed et Lucilius in XIIII masculino genere dixit. |

Multa sane inveniuntur quae varia ratione deficiant, quae suo quoque titulo praedicta sunt. alia enim singularitate carent, ut exta arma castra moenia ilia scalae scopae cancelli furfures nuptiae freni, quamvis Vergilius dixerit

ni frenum accipere;

alia pluralitate, ut garum oleum vinum ferrum panis frumentum et cetera quae ad pondus numerum mensuramque rediguntur. nam quod auctores dixerint frumenta hordea mella, non nos moveat. abusi sunt enim licentia vetustatis, et tamen alios casus eorum non protulerunt. sane Vergilius dicit

vere fabis satio;

sed nec ipsum admittitur, quia nec ferrum nec aurum nec oleum, quamvis diversi generis, pluraliter quisquam ausus est pronuntiare. alia sunt quae, quamvis plurali numero per omnes casus declinentur, nominativum tamen singularem vocativumque non habeant, ut dapes preces proceres pecudes fruges fauces vices ceteri plerique verbera. alia autem singulariter quidem per omnes casus declinantur, sed pluraliter nominativo tantum et accusativo et vocativo, ut maria rura aera iura; quamvis Cato Originum VII genetivo casu dixerit 'iurum legumque cultores', et Lucretius secundo

pulsabant aeribus aera. ||

alia nominativum et ablativum habent, ut tabes pluris sireps. faciunt *enim* ab hac tabe plure siremse. Cinna autem in Zmyrna huius tabis dixit nullo auctore. alia unius tantum casus sunt, ut haud secus, adfatim, ad incitas, infitias, suppetias, pessum, sponte, dicis ergo, nequam, nihili, frugi. derivationis vero tanta est inaequalitas ut comprehendi non possit. nam cum sit Agrippa, mulierem Agrippinam dicimus, thermas vero Agrippinianas. item cum sit Nero ut leo, pelles leoninas, thermas Neronianas *dicimus. item cum sint Titus et lupus similia, thermas* Titinas ut pel-

---

2 lucit in XIIII *N* Lucilius XLIIII ω, *unde profectus F. Dousa Lucil. sat. rel. praef. p.* 99 *et* XXIIII 4 *p.* 132 *coniecit* Lucilius XXIIII 3 defficiant *vel* -unt *N* deficiant ω suo quoque titulo] *cf. Charis. p.* 19 7 ni frenum frenũ accipere *N: Verg. Aen.* XII 568 13 vere] *Verg. georg.* I 215 fauis *N* 17 non habent *p* 18 alia — 23 aera *Charis. p.* 97. 109 21 Lucretius] II 637 23 aeribus *N* 24 alia — 26 auctore *Charis. p.* 116. 118 pluris — plure] pluvies — pluvie *coniecit Ritschelius mus. Rhen. noviss.* VIII *p.* 302 siremps *Fabricius* facit ab (*om.* enim) *N* 25 sirempse *Fabricius* 26 *post* auctore *Fabricius addidit haec*, Sirempse legitur in libris Catonis ut haut secus atfatim (d d) *N* ut haud secus ac iussi faciunt, adfatim ω 27 pessum] pedum *Np* nihili ω nihil *N* 29 Termas nerõ agrippininas item cum sit nero ut pina. pelles leoninas termas uero neroninas appellamus. Item cum sint titulus et lupus similia termas dicimus titinianas pellis lupinas *p* 30 nero (ut) leo *N* neronianas titianas ut pelles (*om.* dicimus — thermas, *quae ex p addidi*) *N*

les lupinas non dicimus, sed Titianas. de qua quaestione a Velio Longo libellus scriptus est. item deminutionis inaequalitas dura est, ut iuvenis iuvenculus, canis catulus, pulvis pulvisculus, vinum vinulum, talus taxillus, panis pastillus, homo homunculus *et* homuncio, piscis pisciculus et pisculus. item in coniungendo propria *est* quibusdam potestas, quae ratione excluditur, ut cum dicimus quinquaginta milia nummum, nec statim centiens nummum dicere possumus; et centiens sestertium, nec tamen quinquaginta sestertium, sed quinquaginta sestertia dicimus.

Praetextum quidam dici volunt, quia intellegitur vestimentum; sed consuetudo vicit, quae praetextam dicit, referens scilicet ad togam. nam quaecumque derivantur vel mediae sunt potestatis quovis genere dici possunt. sumunt enim genus ab his quibus coniuncta sunt; ut puta Lucanicum, intellegitur pulmentum vel intestinum, et hic Lucanicus, auditur botulus vel apparatus, et haec Lucanica feminino genere, intellegitur hira, hoc est intestinum, aut aliud quod unus quisque intellegere voluerit. sumptum est enim nomen ab inventoribus Lucanicis. similiter et opus pistorium quod adipe conficitur omni | genere dici potest, et hic adipatus, quo intellegitur panis aut aliud quid, et haec adipata, hoc est pars, et hoc adipatum, opus scilicet. nam et || Lucilius V adipatam dicit feminino genere; sed ibi iungit pultem.

Forfices et forcipes *et forpices* quidam distinguunt, ut forfices sint sarcinatorum a faciendo, *forcipes fabrorum*, quod ferrum calidum capiant, forpices tonsorum, quod pilum secent. sed inepta haec esse Lucilius docet, qui etiam medicorum forcipes dicit libro IX,

scalprorum forcipiumque
milia viginti,

item paulo post

uncis forcipibus dentes
vellere;

---

21 *N* II 2, 2 Forfices

---

3 puluisculus *N* 4 paxillus [sl] *N* homulus [neu] homuncio *N* 5 est *om. N, add. p* 7 sed centies sestertium *Fabricius* nec tamen .L. sestertium s. L. sestertia dicimus *N* 14 bitulus [o] *N* 17 quod adipe conficitur ω q [o] adiis conficitur *N*: similiter et hic adipatus panis quia dipe conficitur *p* 20 sed ubi iungit *N* sed illi iungit *Fabricius* sed illi subiungit *Putschius et I. Dousa Lucil. sat. rel.* V 26 *p.* 38 pultem ω pluten *N* 21 et forpices *om. N*: Forfices filorum forpices pilorum forcipes fabrorum dicuntur *p*: *cf. Serv. in Verg. Aen.* VIII 453 *Vel. Long. p.* 2232 *Cassiod. p.* 2292 distinguunt *Putschius* discidunt *N* 22 a sarciendo ω forcipes fabrorum *om. N* et forcipes fabrorum a ferendo *Putschius* quod ferrum *Putschius* q̄ ferrum *N* *utrum* capiant *an* capiunt *esset in N non adparuit*, capiant ω 23 forpices tonsorum *coniecit Lindemannus* forcipes tonsorum *N* 24 dicit ω dici *N* lib. XIX *N* libri XIX ω: lib. XI *ex 'vetere codice' adnotavit I. Dousa Lucil. rel.* XVIIII 9 *p.* 60 25 scalptor̄ forcipiumque *N* Scalprorum forcipumque ω 28 uncis] ennis *N* quinis ω: et uncis forcipibus dentes euelleret *Putschius et Dousae Lucil. sat. rel.* XVIIII 10 *p.* 60 *et* 131 *'fide vetusti codicis'*

sed et Vergilius in VIII

versatque tenaci forcipe ferrum.

Ad aequas an ad aquas vocare dici debeat quaesitum est. qui aquas dicunt enarrant quod ex luco Camenarum aqua religiosa adferri soleret purificandi causa. sed melius ad aequas, quod olim greges equorum in circum inducebantur ibique per populum cursu aequabantur.

Vinea uvarum et machina *belli dicitur*. *haec* distinguenda quidam existimant, ut aliud per ĕ, aliud per ē proferatur. sed cum auctores id non observaverint, supervacuum est nos observare, praesertim cum in aliis non distinguamus. nam scorpium tam animal appellamus quam militare tormentum; item musclum et arietem.

Barbam singulariter in uno homine recte, pluraliter in pluribus dicas. nam et Vergilius de pluribus ait

stiriaque inpexis induruit horrida barbis.

errant enim qui in hominibus barbam, in hircis barbas dici putaverunt. nam hic de hominibus Vergilius loquitur, quamvis et hircorum dixerit barbas, sed, ut dixi, multorum.

Inberbi autem dicuntur, non inberbes. sic enim et Varro de actionibus scenicis V, 'inberbi iuvenes'; sed et Cicero 'inberbum perduxit', non inberbem, et Kalendis Ianuariis de lege agraria 'inberba iuventute'. Titus Livius autem XVIII inberbis singulariter.

Haec ficus et hae fici et has ficos facit. genetivus enim singularis huius fici, non huius ficus est; et Lucilius

fici inquit comeduntur et uvae,

et

adsiduas ficos. |

sed Varro * 'de ficu se suspendit' dicendo dedit mul||tis licentiam ut hae et has ficus dicerent, quod usurpare maluimus propter cacemphaton; de qua re Martialis elegantissime loquitur. ait enim

cum dixi ficus, rides quasi barbara verba,

---

1 Vergilius] *Aen.* VIII 453   2 uersantque ω   4 luco ^c^amenarum *N*   5 purificandi gratia (causa supra scr.) (*deleto v.* gratia) *N*   7 Uinea uuaF et machina distinguenda *N* Vineas uuarum et machinas distinguendas *Putschius*: uinea uuarum et uinea machina uelli dicitur *p*   10 nam tam scorpium animal *N*: Scorpius animal et scorpius militare tormentum *p*   11 musculum *Fabricius*   13 Vergilius] *georg.* III 366   16 dixerit] *georg.* III 311 nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci   19 imberbum protulit ω inberbum produxit *exc. orthogr. p.* 2788, *ubi* inbium produxit *codex Parisinus*, inberbum dixit *Montepessulanus*   20 Ianuariis ω ianuaris *N*   21 Titus historiarum XVIII ω   inberbis singulariter *exc. orthogr. l. c.* inberbes uulgariter *N* imberbi uulgariter *Putschius*: licet libius inberbis uulgariter dixerit *p*   22 Haec ficus] *Charis. p.* 103   24 uvae] quae ω   26 Asse duas ficos *coniecit F. Dousa Lucil. sat. rel. inc.* 132 *p.* 16 *et* 106   27 Varro] Cicero *Fabricius. lacunam qua Varronis exemplum a Charisio l. c. seruatum cum nomine Ciceronis haustum est indicavi. errorem propagavit Probus de nom. p.* 224 *ed. Vindob.*   de ficubus suspendit *Putschius*   28 hac] haec *N*   cacenfaton *N*   29 Martialis] I 65

et dici ficos, Laetiliane, putas.
dicemus ficus quas scimus in arbore nasci;
dicamus ficos, Laetiliane, tuos.

quae ante maturitatem hae grossi dicuntur feminino genere. et Horatius ['urbem et vicos laudabat' et]

cum duplice ficu.

Inimicitiae et insidiae pluraliter dici debent; sed Sallustius de insidiis prima *inquit*, et Accius inimicitiam dicit.

Alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit, et sic multi dixerunt; *quamvis* Lucilius XV

nemo est halicarius posterior te

cum adspiratione *dixerit*.

Polenta dici debet per o; cuius rei Verrius Flaccus rationem *hanc reddit*, *quod ad* usus hominum poliatur.

Nemo in homine proprium est, quia significat ne homo. antiqui et pro

---

4 — 15 *N*

et *horatius*
uerbem et ficos laudabat et cum duplice ficu // et accius inimicitiam di
Inimicitię et insidię pluraliter dici debem s. sallus̄ de insidiis prima inq
Alicam sine adspiratione dictā uerrius tradit et sic multi dx̄nt
lucil. XU. nemo ē halicaribus posterior te cꝫ adspiratio
Polenta dici debet per o cuius rei uerrius flaccus rationem
usus omniū poliatur // runt ideoq, nemo dicentes quasi minus sig
Nemo in homine proprium ē q significat ne homo antiqui et pro nul

4 Horatius • urbem ω: *mihi de nomine Horatii non satis constabat*, *sed post id nihil scriptum esse videbatur* 10 Lucilius decimoquinto ω: *mihi non adparuit utrum* XU *an* XII *scriptum esset* 12 adspiratione dixit. Polenta ω 13 rationem hanc *in codice manifeste scriptum esse ait Lindemannus* 15 pro nullo posuerunt, *quod dedit Putschius*, *in codice esse ait Lindemannus: mihi plus deesse videbatur*

---

1 Et dici ficos ω: *in codice utrum* ficos *an* ficus *an* ficas *esset non satis adparuit* Caeciliane putas *Fabricius* Caeciliane iubes *Putschius e codicibus Martialis et Prisciani p.* 713 2 dicemus ficus ω dicimus ficos *N* 3 dicamus ficos Laetiliane tuos ω dicamus fic.. (ficos *esse videbatur*) lętilian....s *N* dicemus ficos Caeciliane tuos *Fabricius* 4 hī (*h. e.* haec) grossi *N* hi grossi ω foeminino genere et Horatius (Vernecem et ficos laudabat *add. Putschius*) Dum ficus prima calorque Et Tum nux ornabat mensas cum duplice ficu *Fabricius et Putschius. duos Horatii versus*, *epod.* 16, 46 suamque pulla ficus ornat arborem *et sat.* II 1, 122 et nux ornabat mensas cum duplice ficu *adpositos fuisse credidit Lindemannus. ego quod priore loco scripsi,* urbem et vicos laudabat, *ad Horat. sat.* I 9, 13 vicos urbem laudaret *pertinere volui. alienum autem ab hoc loco exemplum vel inde inferri potuit, quod de differentia vocabulorum 'ficus' et 'vicus' quaedam adscripta fuerunt*, *vel ex titulo vicorum p.* 77 *huc transpositum est* 7 Sallustius] historiarum libro III *Servius in Verg. georg.* II 98 *Aen.* XI 896 de insidia prima *Fabricius* 10 quamvis] nisi quod *Putschius et I. Dousae Lucil. sat. rel.* XV 18 *p.* 56 11 halicarius ω 13 polenta non pulenta dicendum est eo quod usus hominum (omnium *codex Montepessulanus*) poliatur *exc. orthogr. p.* 2795, *itaque* ad *in N quoque omissum fuisse videtur* rationem reddit quod usui omnium *Fabricius* rationem hanc reddit quod usui omnium *Putschius*

nul*lo saepe posue*runt, ideoque nemo dicentes, quasi minus si*gnifica-rent*, et homo addebant, ut Terentius

numquis hic me sequitur? nemo homo est;

et Lucilius XXIX [nemo est] ideo dixit

quis tu homo es? Nemo sum homo.

ar . . . . ut Vergilius VIIII

Turne, quod optanti divom promittere nemo
anderet;

. pro *nullo deorum*.

Hos pugillares et masculino genere et semper pluraliter dicas, sicut Asinius in Valer*ium*, quia pugillus est qui plures tabellas continet in seriem sutas. at tamen haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem | Catullus in hendecasyllabis. item Laber*ius in Piscatore* singulariter hoc pugillar dicit.

Manibias per duo i dicendum, quia sunt a manibus, ut putat Verrius

---

N

et homo addebant ut terentius num quis hic me sequitur nemo homo est
5 et lucil. XXIX nemo est ideo dixit quis tu homo es nemo sum homo ar*quitem*
ut uerḡ VIII turne quod optanti diuom promittere nemo anderet *pm....dr*
10 Hos pugillares et masculino genere et semper plur̄ dicas sicut asinius in ualer
quia pugillus ē qui plures tabellas continet in seriem sutas attn̄ h̄ pu
gillaria sępius neut̄ dicit idem catulus in indecasyllabis. Item laber
singulariter hoc pugillar dī :· // s. et manubię per . u . dici pōsst am
15 Manibias per .II. i dicendum q̄ sī a manib: ut putat uerrius

5 homo Aro..tem deis *ex schedis Niebuhrii adnotavit Lindemannus: mihi paucae litterae etiam post* tem *deesse videbantur;* deis *tamen non adparuit* 9 pro • duinus. Hos ω 11 in ue • quia ω 12 sitas • ac • pugillaria ω: satas *ex schedis Niebuhrii Lindemannus* 13 item • singulariter ω

---

1 significarent *Putschius* 2 Terentius] *Eunuch.* III 5, 1 3 nemo hominum (*om.* est) ω: nemo homo est, i. e. nemo est. ideo dixit Lucilius XIX *coniecit Lindemannus* 6 Ac non solum de homine dicitur, sed de diis, ut Virgil. *Fabricius conl. Priscian. p.* 683. *nisi alio ducere videretur quamvis incerta codicis scriptura, ita fere suppleri lacuna potuit*, usurpatur item de dis; *qua de re Servius dixit in Verg. l. c.* · Vergilius] *Aen.* VIIII 6 11 in Valerium lib. I *Putschius. mihi non plus quam tres vel quattuor litterae in fine versus deesse videbantur. Valerium Catullum ab Asinio Polione reprehensum indicari docuit Hauptius ind. lect. Berol. aestiv. a.* 1855 *p.* 3 *sqq. de Asinio quodam grammatico cogitaverunt Thorbeckius de Asin. Pol. p.* 124 *et Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 499 *ed. sec.* in Labienum *coniecit vir doctus apud Bondamum var. lect. p.* 373, *ut ad orationem Polionis referretur* 12 sitas. At Catullus pugillaria saepius neutrum dicit: Et negat mihi nostra redditurum Pugillaria, si pati potestis. Idem Catull. in Hendecasyl. Item singulariter *Fabricius* sitas. Attamen haec pugillaria saepius neutraliter, idem Catullus in Hendecasyllabis dicit. Et negat mihi nostra redditurum Pugillaria si pati potestis. Item Laberius in Piscatore singulariter *Putschius* item Catullus *citavit Meyerus l. c. ut etiam* Catullus *coniecit Bondamus in notis mss.: Catull.* 42, 4 13 Laberius in Piscatore *exc. orthogr. p.* 2796, *unde cum Putschio praeter fidem codicis, in quo tribus tantum litteris in extremo versu spatium relictum est, titulum addidi* 15 Verrius dictae *Putschius*

Flaccus dictae. sed et manubiae per u dici possunt a *manu*, *quia sunt* virtute contractae.

Vultur dixit Vergilius in VI; sed et vulturius Lucilius in I, ut pavos et pa*vo*. *pavus* Ennius,

memini me fieri pavum;

at Per*sius pavo.* ait enim

postquam destertuit esse
Maeonides quinto pavone ex *Pythagoreo.*

acceptor || quoque et accipiter. Vergilius enim accipiter dicit, Lucilius autem

exta acceptoris et unguis.

Erumnam Ennius ait per e solum scribi posse, quod mentem eruat, et per a *et e*, quod maerorem nutriat.

Ostia exitus fluminum in mare neutro genere semper pluraliter dicuntur. sed *si ur*bem significare v*oles*, singularem potius numerum observabis; quamvis Sallustius frequenter etiam plurali numero urbem significet.

Frena neutraliter frequenter. Vergilius frenos quoque ait in georgicon III,

*et sta*bulo frenos audire sonantes.

sed et singulariter *hoc frenum* dixit in XII,

N

uirtute contractę :· // ennius meminit me fieri pauum ut per
Uultur dixit uerḡ. in . VI . s. et uulturius lucil. in I ut pauos et pa
ait me postquam deseruit ēē meonides quinto pauone ex p
Acceptor quoque et accipiter uerḡ. ++ accipiter dt̄ lucius W exta acceptoris
Erumnam ennius ait per e solū scribi posse quod mentem | et unguis
eruat et per . a . quod merorem nutriat :· // bem significare u
Ostia exitus fluminū in mare neutro genere semper plūt dūr. s.
singū potius numer̄ obseruabis quamuis sallus̄ frequenter etia
mero urbem significet :· // nos audire sonantes . s. et singū ...... dx̄ in . XII.
Frena neutraliter frequenter uerḡ frenos qq̄ ut in georg . III. .....bulo fre

6 at ∗ ait ω 8 exul Pythagoreo. Acceptor ω 9 lucius autem exti ∗ Erumnam ω 15 sed quum urbem significat ∗ singularem ω 16 etiam plurali numero ω

---

1 a manus uirtute *Putschius* 3 Vergilius] *Aen.* VI 597 rostroque inmanis vultur obunco pauus paui dicitur et pauo pauonis *p* ut pauus et pauo Ennius Memini me *Fabricius: in primo annalium libro versum posuit Vahlenus Enn. poes. rel. p.* 6 5 fiere *H. Ilbergius Enn. annal. lib. prim. fragm.* (*Bonnae a.* 1852) *p.* 17 *conl. fragm. de verbo p.* 162 *ed. Vindob.* 6 ut Persius ait Pauus quum destitit esse *Putschius: Pers.* 6, 10 8 quintus *Fabricius* 9 Vergilius] *Aen.* XI 721 quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto Lucilius (lucillus *codices*) autem acceptoris et ungues *exc. orthogr. p.* 2778 11 exta] rostra *coniecit I. Dousa Lucil. sat. rel. inc.* 128 *p.* 16 12 *Ennium grammaticum, de quo dixit Hertzius de Sinn. Cap. p.* 10 *et ephem. antiq. a.* 1845 *p.* 395, *intellegendum existimavit Hesselius in Enn. fragm. p.* 13 13 et per a et e *p* uel per oe *Fabricius* 15 si orbem significare uoles singū dicitur *p*. 18 et in stabulo *Putschius: Verg. georg.* III 184 19 in XII] *Aen.* XII 568

ni frenum accipere et dicto parere fatentur;

quod tamen consuetudo repudiavit.

Balneum veteres dixerunt sive balineum: nihil enim differt, *sed in* privatis; in publicis autem feminini generis, et quidem numero semper plurali frequenter balneas et balineas, nec inmerito. nam parsimoniae causa uno igni duplex balneum calfaciebant pariete interiecto, ut pudor viris mulieribusque constaret.

Olivam grammatici arborem significare volunt, oleam fructum; sed veteres hoc non observaverunt. e contrario enim Vergilius fructum olivam,

nec pingues unam in faciem nascuntur olivae,

arborem autem oleam dixit,

sed truncis oleae melius propagine vites,

et iterum

prolem tarde crescentis olivae.

Olympia feminino genere locus ipse dicitur, certamina | vero neutraliter. nam Varro ait 'Olympia in ludos invitat', item de poematis 'Olympiam non accessit'. sed idem de gente populi Romani III 'ludos Olympia fecerat'.

Rediviva dicimus quae post interitum redeunt, recidiva quae ex suo casu restituuntur. unde Vergilius

recidiva manu posuissem Pergama victis.

Necessitas imperii est, necessitudo sanguinis coniunctio. Sallustius tamen necessitudinem saepe pro necessitate ponit, nec umquam pro necessitudine necessitatem aut ipse aut quisquam veterum. ||

Vici dicuntur humiles domus. nam qua incedimus non vici sed viae sunt vicorum. unde vicinia dicitur loci demonstratio, vicinitas vero vicinorum coniunctio.

Observans participium est, cum habet accusativum casum, ut fugitans, observans illum, fugitans illum, nec umquam conparatur. nam

---

1–4 *N*

ni frenum accipere et dicto parere fatentur quod tā consuetudo repudiauit
Balneum ueteres dixerunt siue balineum nihil H differt .... priuatis in publi
cis autem

8 *N* II 2ᵃ, 1 Oliuam

3 differt * a priuatis ω

---

3 sed in priuatis *p et exc. orthogr. p.* 2779 5 balneas licet et balnea legantur *p* balneas antiqui dixerunt, nunc neutri generis balneum et balnea *gramm. de gener.* 10 nec pingues] *Verg. georg.* II 85 11 arborem — oleae *om. N*: Idem, Sed truncis oleae propagine uites Respondent *Fabricius: Verg. georg.* II 63 14 prolem] *Verg. georg.* II 3 16 invitat] in uitam *N* inuitem *Fabricius*: Olympiam in ludos invitem *Popma Varr. fragm. p.* 340 *ed. Bip.* 17 III] in ω 18 Olympiae fecerat *Popma ib. p.* 235: *an* Olympia fecerant? 20 casu ω usu *N*: recidiva, post casum restituta *Servius in Verg. l. c.* Vergilius] *Aen.* IIII 344 21 possuissem *N* 26 uicinorum coniunctio *p* uicinorum conductio *N*.

si genetivus sequatur, erit nomen, ut observans magistri, fugitans litium, iactans sui, et tunc recipit conparationem, ut

iactantior Ancus.

Longitudo mensurae est, longinquitas regionis vel temporis.

Lora correpta prima syllaba et feminino genere dicenda est, *cum vinum aqua corruptum significat*, producta autem neutraliter e corio vincula, ut et Lucilius in VIIII

ipsa si se corio omnia lōra.

Arabs et Arabus varie dicimus et varie declinamus. nam ab eo quod est Arabs huius Arabis et huic Arabi facimus, pluraliter hi Arabes Arabum Arabibus; Arabus vero huius Arabi facit et huic Arabo, pluraliter hi Arabi Araborum Arabis. unde et Vergilius

Hircanisve Arabisque parant.

Amphora, si declines, amphorarum facit; at ex hoc iunctim X milia amphorum dicimus. item modium sestertium nummum.

Cliens communis *generis* est; invenimus tamen et clientam apud Afranium in Pompa, 'interim tua clienta', et apud Horatium

nec Laconicas mihi
trahunt honestae purpuras clientae.

similiter et hospes cum sit communis generis, hospita quoque dicitur, ut Vergilius

bellum, o terra hospita, portas.

et antistes habet antistitam, ut Varro divinarum IIII et Cicero in Verrem IIII et Polio 'Veneris antistita Cupra'; sed et Cornelius Severus

stabat apud sacras antistita numinis aras.

Intiba neutro genere Vergilius dixit,

et amaris intiba fibris,

et sic multi eruditorum. sed et masculino genere frequenter a veteribus dictum est. nam Lucilius in V deridens rusticam cenam enumeratis multis herbis

intibus praeterea pedibus || perserpsit equinis,

et Aemilius Macer

quales aget intubus herbas.

---

3 iactantior] *Verg. Aen.* VI 816 4 lonquinquitas *N* 5 cum vinum aqua corruptum significat *om. N, addidi ex p, ubi* correptum *scriptum est* 8 ipsa secet corio *coniecit Lindemannus* 9 ab eo quod est araps huius arabis et huic arabi facit *N*: ab eo quod est arabs huius arabis facit plū hi arabes *p* 12 Vergilius] *Aen.* VII 605 13 parant indicere bellum *Fabricius* 14 Anphoram si declines *N* Amfora si diclines *p: cf. Charis. p.* 41 milia anphorum *N* 16 generis *om. N, add. p* 17 Horatius] *carm.* II 18, 7 18 lacunias *N* 21 Vergilius] *Aen.* III 539 23 antistitum (ta) *N* in Verrem IIII] 45, 99 illius fani antistitae 24 Veneris antistita Cypriae *Thorbeckius de Asin. Pol. p.* 128 cuprus et cornelius *N*: cupras ω 26 Vergilius] *georg.* I 120 29 deridens ω derident *N* 31 pedibus praetensus equinis *Nonius p.* 209: perserpit '*vetus codex*' *Dousae Lucil. sat. rel.* V 13 *p.* 37, *ubi* proserpsit *coniecit I. Dousa*, praeserpsit *Scaliger* 33 quale seges intubus *N* quales seges intubus *Fabricius:* Macer mss. protulit o quales reget intubus herbas *p*

Large et largiter. Iulius Modestus utrumque recte dici ait, sed large esse qualitatis, largiter quantitatis. unde | nascitur largitas vel largitio. nam largitudo nusquam invenitur nisi apud Nepotem.

Clunes feminino genere dixit Melissus et habet auctorem Laberium, qui in Ariete sic ait,

vix sustineo clunes *

et Horatius '*pulchrae clunes*', et Scaevola 'lassas clunes'. sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam nis syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, ut panis cinis crinis et similia * quod feminino genere dixit cinerem, ut Calvus in carminibus

cum iam fulva cinis fuero,

item

forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis.

hinc muliebre ministerium cinerarius dicitur. nam Cato in Originibus 'mulieres' inquit 'nostrae capillum cinere unguitabant, ut rutilus esset' [cinis].

Insomnia plurali numero significare volunt grammatici somnia, addita scilicet praepositione, ut Graeci dicunt ἐνύπνια; nam et Vergilius

sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes:

singulari vero numero vigiliam significare, ut Pacuvius in Antiopa dixit

perdita inluvie atque insomnia,

id est vigilia. sed idem Vergilius insomnia etiam pluraliter pro vigiliis posuit,

quae me suspensam insomnia terrent?

quamvis et hic somnia intellegi possint, quibus *Dido* terreri potuerit.

---

4 Clunes melissus femī dixit oratius et lassos culunes et melius maš dicitur *p* clunes generis feminini ut Scaevola lassas clunes *gramm. de gener. v. clunes p.* 74 *H.* 6 uix sustineo clunes scęuola et horatius et lassas clunes sed uerrius *N*: 'vix sustineo lássas clunes, Scaévola' et Horatius 'et pulchrae clunes' *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 238. *ego secutus sum Hauptium in gramm. de gener. l. c. de Q. Scaevola poeta dixit idem act. soc. Saxon.* I *p.* 49 *sqq. Horatii exemplum* (*sat.* 1 2, 89) *adscripsit Nonius p.* 196 8 quoniam in is syllabam *N*: nis syllaba *scripsi ex exc. Bob. p.* 109 *et Servio in Verg. Aen.* II 554 10 *in lacuna ante* quod *indicata quid scriptum esset in codice non satis dispicere potui:* ꝗ *esse videbatur.* Aeque foeminino ω: quid quod aeque feminino genere dixit cinere[m] Calvus *Putschius. scribi poterat* quamquam feminino genere dixerunt cinerem, *nisi potius alia exempla excidisse fidem faceret Nonius p.* 198 feminino apud Caesarem et Catullum et Calvum lectum est, quorum vacillat auctoritas, 'cum iam fulva cinis fueris' 11 fuerit ω 13 forsitam *N*

14 in Catone legitur de matronarum crinibus 'flavo cinere unctitabant, ut rutilae essent' *Servius in Verg. Aen.* IIII 698 15 inungitabant *Putschius* et rutilius esse cinis *N* ut rutilus esset crinis ω 17 significari *N* 18 Vergilius] *Aen.* VI 897 19 ad coelum mittunt insomnia ω ad cęlum . m̄s. *N*: manes *add. Fabricius*

20 uigiliam (i) significare ω uergim (lia) significare *N* 21 perdita illuuie ω perdita in illiuie *N* 22 idē uigilia (r) s. idem uerḡ *N*, *quamquam* idem *non satis mihi adparuit: sed* * Virg. ω. *Verg. Aen.* IIII 9 uigiliis ω uirgiliis *N* 24 quae me suspensam insomnia *p* qua me suspensus (am) insomnia *N* 25 quibus terreri dido potuerit *p* quibus | terreri potuerint *N*

Cilones dicuntur quorum capita oblonga et conpressa sunt, chilones autem cum adspiratione ex Graeco a labris inprobioribus, quae illi vocant χείλη; unde et pisces chilones inprobius labrati.

Lactis nominativum alii volunt lac, alii lact, alii lacte ĕ postrema. omnino enim nullum nomen muta littera finitur alia nisi s. itaque eruditiores adiunxerunt t propter genetivum, quia lactis facit. nam tria praeterea inveniuntur quae littera eadem finiuntur, caput git nepet. sed his occurrit quod nullum omnino nomen duabus mu||tis litteris finiatur. ergo lacte sine vitio dicemus. nam et Cato sic dixit, 'et in Italia atras capras lacte album habere'. sed et Valgius et Verrius et Trogus de animalibus [heres] lacte dicunt. at consuetudo tamen aliud sequitur.

Latera lardi vitiose quis dicit. satis *est* enim lardum dicere. nihil enim aliud intellegi potest. nam latera non sunt nisi capita lardi.

Nihil si dicas, quantitatem notas; si vero nihili adiuncta i, hominis mores. cuius nominis origo haec est: hilum Varro rerum humanarum intestinum dicit tenuissimum, quod alii hillum appellaverunt, ut intellegeretur intestinum propter similitudinem generis. unde antiqui creberrime dempta littera hilum quoque dixerunt; unde intellegimus nihil sine adspiratione vitiose dici.

Heres parens homo, etsi in communi sexu intellegantur, tamen masculino genere semper dicuntur. nemo enim aut secundam heredem dicit aut bonam | parentem aut malam hominem, sed masculine, tametsi de femina sermo habeatur. nam Marcus ait 'heredes ipsus secundus'; et Pacuvius in Medo, cum ostenderet a Medo matrem quaeri, ait

te, Sol, invoco ut mihi potestatem duis inquirendi
mei parentis.

sed Gracchus 'suos parentes amat' cum dicit in significatione matris

4 *N* II 2ᵃ, 2 Lactis

1 compressa ω conprehensa *N* conpresse *p* 3 pisces] per ces *N*, *om.* ω: unde et pisces inprobius labrati chilones dicuntur *p* 4 Lactis nominatiuum alii lac alii lach alii lact propter genitiuum lactis *p* lact ω lahe *N* 6 adiunxerunt .t. et pp genetiuum qualitatis facit *N* 7 nepet *p* nept *N* 9 dicemus *p* dicimus *N* 11 heres *ex titulo heredis, qui mox sequitur, huc inlatum esse videtur. saepe* lacte dicunt *coniecit Lindemannus, alia temptavit R. Ungerus de Valg. p.* 184 *sqq.* dicuntur *N* 12 *fortasse* vitiose vulgus dicit satis est enim *p* satis enim *N* satius enim *Fabricius* 13 non sunt *p* nec sunt *N* lardi *p* lardi *N* 14 homines *N* 16 hilum *N* 18 hilum *N* 23 *Marci nomen quo pertineat non intellego. Ciceronis verba esse credidit Lindemannus, qui* filiam heredem ipsius secundum *coniecit:* haeredes ipsius ω haeres ipsius *Fabricius* 25 Té, Sol, invocó, mi proave, ut mihi potestatém duis Ínquirendi mei parentis *Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 87 Te, Sol, invocó Ínquirendi ut mei parentis mihi potestatém duis *Bothius poet. scen. Lat.* V 1 *p.* 133 27 *post* matris *quaedam excidisse perspicuum est. reliqua quo pertineant aut quem ad modum corrigenda sint non constat. de Corneliae, Gracchorum matris, epistulis cogitavit Lindemannus non addita verborum emendatione; ad Gracchi epistulas rettulit Mercklinus de Cornel. vit. p.* 28: *contra quos dixit Nipperdeius spicil. crit. in Corn. Nep. p.* 86

* et in alia epistula 'tuus parens sum' ait, cum de se loqueretur. et apud Vergilium sic legimus,

ecqua tamen puero est amissae cura parentis?

Labra et labia indistincte dicuntur, et deminutio labella, non labiae, ut quidam volunt. nam Vergilius ait

calamo trivisse labellum.

Verrius autem Flaccus sic distinxit, modica esse labra, labia inmodica, et inde labiones dici. nam et Terentius

labris demissis gemens,

et Plautus

labris dum ductant eum.

Capparim feminino genere dixit Varro de forma philosophiae II. erit ergo haec capparis nominativo. nam et Graece feminine dicitur ἡ κάππαρις.

Cassidem dicimus nos ab eo quod est haec cassis; sed multi cassidam dicunt, ut || Propertius

aurea cui postquam nudavit cassida frontem,

et Vergilius

aurea vati
cassida.

Harena dicitur quod haereat, et arena quod areat; gratius tamen cum adspiratione sonat. et cum pluralem non habeat, Vergilius *tamen* ait

quam multae Zephyro turbantur harenae.

Leaena dicitur, non lea; sed Ovidius

nec lea, cum catulis lactentibus ubera praebet.

Capo dicitur nunc; sed Varro de sermone Latino 'iterum' ait 'ex gallo gallinaceo castrato fit capus'.

Gulam, ut Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quae Graecis vocabulis necessaria est et saepe in u transit, ut in sue mure * ait in nuro 'inter se degularunt omnia'.

---

1 epistula (u supra o) *N* 2 Vergilius] *Aen.* III 341 3 amissi *Fabricius* 4 non labias *N* non labios ω 5 Vergilius] *bucol.* 2, 34 8 Terentius] *Eunuch.* II 3, 45 9 labiis ω 10 Plautus] *Mil.* II 1, 15 (93 *R*) 11 labiis ω. labiis, *quod libri Terentii et Plauti habent, Verrium voluisse adparet; nisi quaedam exciderunt post v.* dici, *quibus Verrii sententia inprobata fuit* ductant eum *Fabricius* ductantem *N* 16 Propertius] IIII (III) 11, 15 18 Vergilius] *Aen.* XI 774 22 tamen *om. N, add. p* 23 quam *p* quū *N. Verg. georg.* II 106 24 Leena *p* Lęna *N* Ovidius] *a. a.* II 375 25 lactantibus *p* 26 iterum *om. exc. orthogr. p.* 2780: *fortasse* per us ait *vel* capum ait 29 uocabulis *Putschius* uocalibus *N* uocibus ω ut insuemur ait in nuro *N* ut in sue mure * ait in Nuru *Hertzius Mus. Rhen. noviss.* VII *p.* 480 *lacuna qua nomen poetae excidisset indicata* ut in sue mure. Att. in Atreo *Lipsius de rect. pronunt. Lat. ling.* X *p.* 43 *ed. Lugd. a.* 1586 ut Titinius usurpat in Varo *Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 27 ut Suecius ait in Mido *Putschius. inter fragmenta palliatarum recepit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 97. Afranius in Brundusinis, Degulasse oportuit *add. Fabricius ex Nonio p.* 97

Leontion et Chrysion et Phanion ex neutris Graecis feminina nostri fecere * et Plautus quod dixit haec Phronesium, et Caecilius Leontium. Varroni autem placet talia nomina dativo tantum casu et ablativo declinari, in ceteris vero sic efferri ut nominativo.

Lingula cum n a linguendo dicta est in argento; in calceis vero ligula a ligando. sed usus ligulam sine n frequentat.

Porros masculine dicimus in pluralitate, ceterum singulariter hoc porrum.

Gausapa Ovidius neutraliter dixit,

gausapa si sumpsit, gausapa sumpta,

et Cassius Severus ad Maecenatem 'gausapo purpureo salutatus'. sed Augustus in testamento 'gausapes, lodices purpureas | et colorias meas'. Varro autem ait vocabula ex Graeco sumpta, si suum genus non retineant, ex masculino in femininum Latine transire et a littera terminari, velut κοχλίας cochlea, Ἑρμῆς herma, χάρτης charta, ergo γαυσάπης gausapa. cui generi elegantiores addiderunt necessitatem, ut dicerent tunicam gausapam, quod quo modo diceretur merito non constitit, quia usus eius apud veteres non fuit. et M. Messala de Antonii statuis 'Armenii regis spolia gausapae'.

Capillum priores singulariter dicebant, || sicut barbam. nam Varro epistulicarum III negabat pluraliter dici debere; sed Vergilius ait

comptos de more capillos,

et Horatius

hunc et incomptis Curium capillis,

item

puer quis ex aula capillis
ad cyathum statuetur unctis.

Bovile vetat dici Varro ad Ciceronem VIII et ipse semper bubile dicit; sed Cato de abrogandis legibus bovile dixit.

---

1 Leontion et thrusion et paunion ex neutris graecis feminina metra facta sunt *p* Chrysion et Phanion *Spengelius Caecil. Stat. fragm. p.* 6 thyrusion et faunion *N* greci *N* nostri] neutra *N: in lacuna quam indicavi excidisse videntur quaedam, quibus et de declinatione nominum Graecorum dictum fuit et alia exempla, qualia praebet Priscianus p.* 688, *posita erant* 2 fronesium *N* haec Leontium *Fabricius* 4 in] de *N*

5 cum non a *N* ligula a lignando *N* lingua a ligando *p* 9 Gausapa] *Priscian. p.* 759 Ovidius] *a. a.* II 300 10 sumpta proba *Fabricius* 11 salutatur *p* 12 Augustus ω angusta *N* gausapas *voluit G. I. Vossius de analog.* I 35 *p.* 536 coloreas ω 13 Varro autem de latina lingua ait *Fabricius ex Prisciano l. c.* 15 ὁ ἕρμας haec herma *Fabricius* hermas herma *N* 16 ὁ γαυσάπης gausapa *Fabricius et Priscianus* gausapes gausapa *N* 17 tunicam *Putschius* unicam *N* 19 spolia ω spullia *N* gausape ω 20 nam̃ uar̃ *N* nam M. Varro ω 21 epistulicarum *Ritschelius Mus. Rhen. noviss.* VI *p.* 537 epistularum *N*, *quod defendit Mercklinus quaest. Varron.* (*ind. schol. Dorp. a.* 1852) *p.* 12: *cf. annal. philol. et paedag. nov.* LXIX *p.* 99 Vergilius] *Aen.* X 832 24 hunc] *Horat. carm.* I 12, 41 26 puer] *Horat. carm.* I 29. 7 27 adscathū *N* 28 Varro] *de l. l.* VIII 54 *p.* 430 *Sp* semper bubile *Müllerus in Varr. l. c. conl. Varr. r. r.* I 13 *in., ubi, 'bubilia' scriptum fuit in codice Florentino.* semper buuile *N* semper bouile ω 29 sed et Cato *Fabricius* bouile ω bunile *N*. *fortasse* sed et Cato — bubile dixit

Bonae frugi sine s veteres dixerunt. sed nunc quidam bonae frugis cum s pronuntiant, cum antiqui ad frugalitatem, non ad frugem hanc elationem referre sint soliti.

Oscinis nominativum Cicero de auguriis o s c e n dixit et ita utitur.

Scriptulum, quod nunc vulgus sine t dicit, Varro in Plutotoryne dixit. idem in annali * 'n u m m u m a r g e n t e u m f l a t u m p r i m u m a S e r v i o T u l l i o d i c u n t. i s IIII s c r i p u l i s m a i o r f u i t q u a m n u n c *est*'.

Paniculae *πρωτότυπον* panus est: Lucilius in VIII 's u b t i m i n i s p a n u s'.

Φυλακτήριον quod Graeci appellant amuletum Latine dicimus. nam et Varro divinarum XIII ita dixit, sive a molliendo, id est infringendo vim mali, sive ab aemulatione.

Scida charta sine adspiratione a scindendo dicta est. sed alii eam cum adspiratione schidam ex Graeco *ἀπὸ τοῦ σχίζειν* dictam putant.

P a l p e t r a s per t Varro ad Ciceronem XIII dixit. sed Fabianus de animalibus primo p a l p e b r a s per b. alii dicunt palpetras genas, palpebras autem ipsos pilos.

Sagum neutro genere dicitur. sed Afranius in Deditione masculine dixit 'q u i a q u a d r a t i s u n t s a g i', et Ennius 's a g u s c a e r u l u s'.

* therua p u r p u r e i s g e m m a v i t p a m p i n u s u v i s; |

cuius moveremur, inquit Plinius, auctoritate, si quicquam eo carmine puerilius dixisset.

---

4 *N* II 3, 1 Oscinis

---

1 frugi sine s *Putschius* fruges in es *N* frugis cum s *Putschius* frugi. cum s *N* frugi sine s *Fabricius* 2 elaitionem *N* 4 Oscinis] *Charis. p.* 112 5 uulgus sine t dicit ω uulgus sine .t. dnt *N* uulgo sine t dicunt *Putschius:* Scritorum narro dicit quod nunc uulgus scripulus appellat *p* Plutotoryne *Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 178 plautorino *N: cf. Arnob. adv. gent.* VI *p.* 128, 4 *ed. Elm.* 6 *post* annali *numerum libri excidisse vidit Ritschelius Mus. Rhen. noviss.* VI *p.* 509. idem 3 Annali *Putschius.* In Annalibus *coniecit Lindemannus: cf. Boeckh quaest. metrol. p.* 347 *Mommsen de re numm. Rom.* (*dissert. soc. Saxon.* I) *p.* 315 argenteum ω*p* urgentum *N* factum *p* conflatum ω a seruilio tullio *p* 7 scriptulis *Putschius* scrupulis ω scripolis *p* quum nunc est *p* quam nunc *N* quam numi ω 8 Panniculae *Fabricius* Panicule a panno deducuntur *p* pannculam *dixit Priscianus p.* 618, pannclam *Nonius p.* 149 ΠΡ$\overset{\omega}{\text{Ο}}$ΤΟΤΥΠΟΝ *N* pannus *exc. orthogr. p.* 2796 Lucilius quarto ω Lucilius lib. VIIII *Nonius* subteminis *Priscianus et Nonius* subtegminis ω *et codex Montepessulanus exc. orthogr.* substernis *codex Parisinus ib.* subtegmine pannst *coniecit I. Dousa Lucil. sat. rel.* VIII 13 *p.* 43 pannus *exc. orthogr.* pannus est *Nonius* 9 graeci *ἀποτρόπαιον* amuletum ω amolitum *N* amulchtrum *p* 10 diuinarum 42 *Fabricius* diuinarum 14 *Putschius* a molendo id est inferendo *p*: ab amoliendo ω 17 Sagum *p* Saga *N* 18 *utrum* quia *an* quod *esset in codice non satis adparuit.* quod ω quia *gramm. de gener. p.* 100 *H.* sagus cerulus therna pueris gemmauit pampinus (*vel* pampinius) uuis *N*, *nisi quod penultima littera in v.* sagus *et* cerulus *non satis adparuit*, sagas coerulas therna purpureis gemauit pampinus uuis ω. Pampinus generis feminini, ut Cornelius 'purpureis geminata pampinus uuis' *gramm. de gener. p.* 94 *H.*, *ubi Hauptius: 'Ennius scripsisse videtur* sagus caerulus: *cf. Non. p.* 223, 29. *tum non nulla exciderunt, in quibus Charisius de* pampini *vocabuli genere dixerat Corneliique Severi mentionem fecerat. eius versiculum sic scribendum suspicatur Godofredus Hermannus* helvola *vel* helvaque purpureis gemmavit p. u. *nam* t *in* therna *ex antecedente aliquo* dixit *vel* ait *residuum videri'* 20 inquit quam eo carmine plinius auctoritate si quicquam eo carmine *N*

Albani dicuntur ab Alba, Albenses autem ab Alba Fucente. cuius rei causam Varro ait esse, quod analogia in naturalibus nominibus tantum servatur, in voluntariis vero neglegitur. nam ut a Roma Romanus dicitur, a Nola Nolanus, ab Atella Atellanus, sic Albanus || ab Alba dici debet. in illa autem Fucente Alba hoc non conservatur, quod alterius nomine cognominatur. quod magis apparet, cum dicimus Hispanos et Sardos, item Hispanienses et Sardinienses. nam cum dicimus Hispanos, nomen nationis ostendimus; cum autem Hispanienses, cognomen eorum qui provinciam Hispanam incolunt, etsi non *sunt* Hispani.

Parobsides feminino genere dicuntur, a pulmentario videlicet, quod Graeci ὄψον appellant.

Sal masculini generis est nec habet pluralem. nam et Sallustius ita usus est, 'neque salem neque alia inritamenta gulae quaerebant'. sed Fabianus causarum naturalium II neutraliter dixit, 'cur sal aliud perlucidum, aliud inquinatum aut nigrum'? 'quia sal ex arido congelatum est'. idem etiam pluraliter dixit 'haerescunt infusi sales', cum pluraliter facetias tantum significari grammatici tradiderint. et Varro de poematis II 'nunc vides in conviviis ita poni sal et mel'. quod genus etiam Verrio placuit.

Nomenclator sine n dicitur, ut Verrius ait, velut nominis calator.

Saturitas in cibo tantum dicitur, in ceteris vero satietas; sed Vergilius

odiis aut exsaturata quievit

dixit.

Palumbes Vergilius feminino genere dixit,

aeriae quo congessere palumbes,

item

raucae, tua cura, palumbes;

sed Lucilius XIIII masculine

macrosque palumbos.

Varro autem in Scauro palumbi dicit, quod consuetudo quoque usurpavit.

Alvaria neutro *genere pluraliter tantum* dicuntur: Vergilius

1 Albani] *cf. Pompei. p.* 108 dicuntur ab albano *N*: cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses *Varro de l. l.* VIII 35 *p.* 418 *Sp.* Fucente *Fabricius* fugente *N* 4 a nolanó nolanus *N* ab ateli atelianus *N* ab Atellis Atellanus ω albanus ab albano *N* 5 fugente *N* cognominetur *N* 6 hispanos et item sardos hispanienses et sardienses *N* Hispanos quoque et hispanienses dicimus et sardos et sardenses *p* 9 etsi non hispani *N* et hispani non sunt *p* 10 nidelicet quod Graeci (grece *p*) *p et exc. orthogr. p.* 2796 quod greci nidelicet *N* 12 Sallustius] *Iug.* 89 14 fauianus *N* 15 aliud perlucidum aliud inquinatūs ā nigrūs *N* aliud perlucidius aliud inquinatius aut nigrius *Putschius*. 'cur sal aliud inquinatius vel nigrius? quia sal e luto congestum est'. idem masculino pluraliter 'protinus crescunt effossi sales' *Probus de nom. p.* 218 *ed. Vindob.* 17 infosis salis ω tradiderunt *N* 20 calator *F. Ursinus in Fest. p.* 354 *ed. Lind. et Putschius* clarator *N* elatator ω, *cf. Paul. Fest. p.* 38 *M.* 22 odiis] *Verg. Aen.* VII 298 aut *p* haut *N* quieui *Fabricius* 25 aeriae] *Verg. bucol.* 3, 69 27 raucae] *Verg. bucol.* 1, 58 28 Lucilius XV ω 29 macrosque palumbes *Nonius p.* 219 macorque palumbes *codex Parisinus exc. orthogr. p.* 2796 31 Aluaria neutro dicuntur *N* Alvearia pluraliter dicuntur ω *et Pierius castigat. Vergil. georg.* IIII 34 Vergilius] *georg.* IIII 34

seu lento fuerint alvaria vimine texta;

quamvis Cicero in Oeconomico singulariter dixerit 'apes in alvarium concesserant'.

Naris singulariter, haec naris, dicimus, ut Aemilius Macer

saucia naris.

Mugil nominativo casu dici debet, ut vigil et pugil, et facit *genetivo plurali* mugilum. si enim esset hic mugilis, etiam mugilium in plurali genetivo faceret, ut sterilis et fertilis faciunt sterilium et fertilium.

Pater familias et mater familias anti||qui magis usurpaverunt, propterea quod nominativo singulari s litteram adiciebant, ut facerent genetivum, haec familia huius familias, haec Maia huius Maias. quam declinationem et Sallustius in III secutus ait 'castella custodias thensaurorum in deditionem acciperentur'. sed emendatius custodiae Maiae et familiae dicimus. quod ne celebraretur Sisenna effecit. ait enim eum qui diceret pater familiae etiam pluraliter dicere debere patres familiarum et matres familiarum. quod quoniam erat durum et longe iucundius patrum familias sonabat, etiam pater familias ut diceretur consuetudo comprobavit. et tamen ratio Sisennae non est valida. nec enim necesse est pluralem numerum rei adiunctae adhibere. nam familia est ut plebs, et posset pater familiae dici ut tribunus plebis. praeterea praefecti alae et alarum dicuntur, urbis et urbium, nec tamen magistri ludorum et praefecti aerariorum, sed tantum | modo singulariter magistri ludi et praefecti aerari. et ideo etiam matres familiae Varro dixit de scaenicis originibus primo et tertio, et Gracchus patres familiae, non familiarum.

Serta neutro genere dicuntur, ut Vergilius

serta procul tantum capiti delapsa iacebant.

sed Propertius feminine extulit sic,

tua praependent demissae in pocula sertae,

et Cornelius Severus

huc ades Aonia crinem circumdata serta.

Sinapi per omnes casus similiter effertur; genetivo tantum s littera adicitur, huius sinapis.

Pecunia per c, non per q scribenda est, *quoniam a pecore dicta est*,

1 aluearia ω 2 aluearium ω 3 congesserant *coniecit P. Victorius var. lect.* XXIII 3 *conl. Xenoph. Oecon.* 7, 33 *vel* 17, 14 6 Mugil] *Charis. p.* 110 genetiuo plurali *om. N, add. p* 9 Pater familias] *Charis. p.* 96 *Serv. in Verg. Aen.* XI 801 12 Salust in III ω: secundum Sallustium lib. IIII historiarum, qui ait 'castella custodias thesaurorum'; pro custodiae. ita enim etiam Asper intellegit, licet alii custodias accusativum velint *Servius* 13 acciperent *Kritzius Sallust. hist. fragm.* III 42 *p.* 225 *conl. Serv. l. c.* 14 Sisenna] *cf. Prob. de nom. p.* 220 *ed. Vindob. Varr. de l. l.* VIII 73 *p.* 446 *Sp.* 19 rei adiunctae *Putschius* rei adunite *p* rei unitate *N* ut plebs *Fabricius* et plebs *N* 22 aerari *p* aerario *N* aerarii ω 24 tertio] et Brutus de officiis *add. Fabricius ex Prisciano p.* 679 gracchus patres famī *N*. 25 Vergilius] *bucol.* 6, 16 27 Propertius] III (II) 33, 37. sed Propertius dicit cum tua *sqq. gramm. de gener. v. serta p.* 99 *H* 28 demissae *gramm. de gener. l. c.* dimissae *N* 31 Sinapi] *Charis. p.* 47. 116. 117 33 quoniam a pecore dicta est *om. N, add. p*

et quoniam q litteram nusquam volunt poni alias nisi ut duae vocales sequantur quarum prior sit u.

Falanx militum dicitur, falanga fustis cui quid deligatur.

Margarita feminini generis est, quia Graeca nomina ης terminata in a transeunt et fiunt feminina, ut ὁ χάρτης haec charta, μαργαρίτης margarita, aut communia, ut ἀθλητής athleta. || ergo neutraliter hoc margaritum dicere vitiosum est; et tamen multi dixerunt, ut Valgius in epigrammate

situ rugosa, rutunda
margarita,

et Varro epistulicarum VIII margaritum unum, margarita plura. sed idem Varro saepe et alii plures margarita feminine dixerunt; in genetivo tamen plurali non nisi feminino genere margaritarum.

Similis sum illius et similis sum illi et genetivo et dativo casu auctores dixerunt; *genetivo* Terentius

haut similis virgo est virginum nostrarum,

dativo Vergilius

omnia Mercurio similis;

sicut Graeci dicunt ὅμοιος ἐκείνῳ. veri simile tamen et sui simile genetivo casu, nec aliter dicitur. nam sibi simile Latinum non est.

Simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius in Temerario

quis hic est simia,
qui me hodie ludificatus est?

Laberius tamen in Cretensi ait

farmacopoles simium
deamare coepit;

et Cicero ad Marcellum simiolum deminutive dixit.

Suovetaurilia quidam putant dicenda a victimis sue ove tauro. sed Valgius de rebus per epistulam quaesitis solitaurilia dicta ait esse a solis maribus * sumptum esse.

---

6 *N* II 3, 2 ergo

---

3 deligatur *exc. orthogr. p.* 2785 delegatur *N* delecatur *p* 5 καρτης *N* 6 athletης athlete *N* 7 epigrammatue *N* 10 epistularum *N*: *cf. p.* 81 *v. capillum* 14 genetivo *om. N, add. Fabricius* terentius ā similis *N. Eunuch.* II 3, 23 16 Vergilius] *Aen.* IIII 558 19 sibi simile] si simile *p* similat *N* uerosimile *Putschius* 23 in creteus. *N extrita ultima littera*, in crenusi *w* 24 Pharmacopolis simium deamare occipit *Putschius* 25 teamare *N* 26 ad Marium *Fabricius coll. Cic. ad fam.* VII 2, 3 hic simiolus animi causa me in quem inveheretur delegerat 27 sue oue et tauro *Fabricius* suoue tauro *N* 28 solitauirilia dicta esse ait a solis maribus, tauri autem nomen maribus sumptum esse *e codice I. Dousae adnotavit Bondamus in notis ms.* solitaurilia dicta ait esse; Tauri autem nomen pro omnibus maribus sumtum esse *Putschius* solitaurilia dicta ait esse a solis maribus; tauri autem nomen a solidis maribus sumptum esse *coniecit R. Ungerus de Valg. p.* 175 *coll. Fest. p.* 293 *M. lacunam, qua ea quae de altera vocis parte dicta fuerunt hausta sunt, indicavi*

Quo loco per o et quo loci per i Varro posse dici in epistulicarum VI scribit, sed ita ut, si de pluribus locis quaeras, velut in Italia quid puta sit an in Graecia, quo loco dicas; respondetur hoc loco: si *autem de unius loci parte quaeras, tunc quo loci* per i; sicut 'quis is est homo?' in multitudine dicitur. cum | autem 'quid hoc est hominis?' quaeritur, inquit, de alicuius quaero hominis qualitate.

* qui necesse sit. hic masculine dicendus est, ut Verrius ait, quoniam neutra in i et us non exeunt.

Spongia sine h dicenda est. nam et Graece ψιλῶς dicitur σπόγγος.

Plure aut minore emptum antiqui dicebant: Cicero 'plure venit', et Lucilius

plure foras vendunt.

sed consuetudo pluris et minoris dicit.

Strigem hanc in significatione avis dicas; striga autem castrense est vocabulum || intervallum turmarum significans, in quo equi stringuntur. unde et strigosi dicuntur corpore macilento.

Stirps in significatione sobolis feminino genere dicitur, ut ait Vergilius

heu stirpem invisam;

sed cum materiam significat, masculino,

imo de stirpe recisum,

item

sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
sustulerunt.

dixerunt tamen etiam *in* significatione sobolis masculino genere, ut Pacuvius

qui stirpem occidit meum.

Stips non dicitur in significatione trunci, sed stipes, et facit stipitis. ceterum in aeris significatione correpte stips dicitur et facit huius stipis.

Pometa dicuntur ubi poma nascuntur, ut oliveta; pomaria autem ubi servantur, ut penaria.

---

1 posse posse dici et epistolicar̄ (u) VI *N* Epistolicarum libro 4 *Putschius* 2 de pluribus locis *p* de pluribus loci *N* de pluribus locum ω 3 hoc loco si autem de unius loci parte quaeras tunc loci per i *p* h. loco. $ per. i. *N reliquis omissis, quae ex p addidit Putschius* 4 quis is est homo *Lindemannus* quis est homo *Putschius* q̊ sis. s. homo *N* 7 qui necesse *sqq., quae ab iis quae antecedunt disiunxi, ad alium titulum pertinere videntur, quo de genere nominis cuiusdam in ius terminati quaerebatur. quare lacunam indicavi* 9 σποηγος *N* 10 Plure] *Charis. p.* 189 12 plure foras uendunt *Charisius l. c.* plura foras neuti *N* 14 Strigem — striga *p et exc. orthogr. p.* 2801, *quod ipse Charisius sequitur p.* 117. Stringem — stringa *N*

16 unde et (etiam *codex Montepessulanus*) strigosi *exc. orthogr.* unde etiam et stringosi *N* unde et stringulos *p* 18 heu] *Verg. Aen.* VII 293 19 significat *exc. orthogr.* significas *N* significamus *p* masculino modo stirpem recisum *N: cf. Verg. Aen.* XII 208 22 sed] *Verg. Aen.* XII 770 23 sustulerant ω 24 in *om. N, add. exc. orthogr.* 25 meum] Rursus in significatione materiae foeminino Horatius Stirpesque raptas et pecus et domos *add. Fabricius; quae adscripsit Cledonius p.* 1895

26 Stips *Fabricius* Strips *N* stipes et facit stipitis *Fabricius* stirpes et facit stirpitis *N* 28 Pometa] *Charis. p.* 113 29 penaria *p* penuria *N* penuaria *Fabricius: fortasse* panaria

Quies facit quietem, requies accusativo non facit requietem, sed requiem, quamvis Cicero dixerit requietem ad Hostilium.

Sibyllam Epicadus de cognominibus ait appellatum qui ex Sibullinis libris primo sacrum fecit, deinde Syllam; qui quod flavo et compto capillo fuit, similes Syllae sunt appellati. inde effeminati hodieque in ludo syllae dicuntur, quos vulgo inprudenter populus appellat. ceterum Psylli sunt in Africa serpentibus medentes, sicut in Italia Marsi.

Dies communis generis est. qui masculino genere dicendum putaverunt has causas reddiderunt, quod dies festos auctores dixerunt, non festas; et quartum et quintum Kalendas, non quartam nec quintam; et cum hodie dicimus, nihil aliud quam hoc die intellegitur. qui vero feminino, catholico utuntur, quod ablativo casu e non nisi producta finiatur, et quod deminutio eius diecula sit, non dieculus, ut ait Terentius

quod tibi addo dieculam.

Varro autem distinxit, ut masculino genere unius diei cursum significaret, feminino autem temporis spatium; quod nemo servavit. nam et secundum distinctionem dixit Vergilius

venit sum||ma dies,

id est tempus, et

ille dies primus leti, |

pro uno die. tamen et feminino genere diei spatium significat, cum ait

exspectata dies aderat.

[de pronomine] Is homo idem conpositum facit * nisi quia Caesar

---

1 Quies] *Charis. p.* 52. 114 2 ad Metellum *coniecit Martyni-Laguna adnot. in Cic. epist.* I *adn.* 2, *ut intellegeretur Lucceii ad Ciceronem epistula, Cic. ad fam.* V 14, 1 3 ex his Sibullinis *N* ex Sibyllinis *Fabricius* 4 fecit *Fabricius* facit *N* Syllam *Fabricius* sylla^bi^bam *N*, *nisi quod non satis adparuit utrum* -am *an* -a *esset*, sibylla ω: *cf. Macrob. Saturn.* I 17, 27 5 fuerint similes *vel* similesq, *N* fuerint consimiles ω: fuerit *Fabricius* in ludo psylli ω: in ludo sylli dicuntur, quos uulgus imprudenter psyllos appellat *Fabricius* 10 et quartum et quintum kalendas non quartam et quintam *p* ut quartum et quintum kalend. non quartam nec quintam *N* 11 intellegitur *p* intellegatur *N* 13 Terentius] *Andr.* IIII 2, 27 14 quid tibi ω quid si tibi *Fabricius* 15 distinxit et mas̄ genē unius diei cursum significare *N* distincxit masculino genere unius diei cursus significaret *p*: ut — significaret *Putschius* et — significare ait *coniecit Lindemannus* 16 secundum hanc definitionem *p* 18 venit] *Verg. Aen.* II 324 20 ille] *Verg. Aen.* IIII 169 legi *N* 21 tamen ..... | genē *N* tamen et foeminino genere ω: tamen et fem gen̄ diei spatium temporis ut exspectata *p* significatum ait *N* 22 exspectata] *Verg. Aen.* V 104: iamque dies infanda aderat ω aderat :· De pro̅ne̅.is homo | Idem conpositum facit nisi quia cęsar *N* aderat. Is. homo idem compositum facit Cesar *p*. De pronomine, *unde novi capituli exordium fecerunt editores, de margine inlatum esse videtur. praeterea pro* is homo *fortasse scribendum fuit* is pronomen. *reliqua ita emendanda existimavit Nipperdeius Caes. fragm. p.* 757, nisi quia Caesar libro secundo idem pluraliter et isdem dicendum confirmat. *intercidisse potius aliquid, quo usus loquendi a Caesaris praecepto diversus indicatus esset, demonstravit Ritschelius de epigrammate Sorano* (*Bonnae* 1852) *p.* 20 *et ind. lect. Bonn. hib. a.* 1853. *lacuna autem quam indicavi ita suppleri probabiliter poterit,* is homo idem compositum facit tam singulariter quam pluraliter, nisi quia Caesar *sqq. nam de distinctione vocabulorum diversa significantium dici certum est*

libro II singulariter idem, pluraliter isdem dicendum confirmat. sed consuetudo hoc non servat.

Se et sese pronomina ita distinguit, ut se dicamus, cum aliquem quid in alium fecisse ostendimus, ut puta 'ille dicit se hoc illi fecisse'; cum autem in se ipsum, tunc dicamus sese, velut 'dixit sese hoc sibi fecisse'.

Nullus nullius facit genetivo casu; sed Terentius ait

iners iam nulli consili sum.

Mi et mihi pronomina sunt; sed mihi dativus casus est, ut

dic mihi, Damoeta, cuium pecus?

mi vocativus, ut o mi puer vel o mi senex. nam venit a nominativo meus, nec aliud significat in masculino o mi quam in feminino o mea. denique in omnibus fere comoediis mi ad masculinum dicitur, ad femininum numquam. quod si interiectio esset, etiam diverso sexui communis esset. dixerunt tamen mi pro mihi.

Intro est in locum; intus in loco dicimus, ut etiam apud Graecos ἔσω *vel* εἴσω καὶ ἔνδον. ideoque Lucilius ait

nam velut intro aliud longe esse atque intus videmus,
sic *et* apud se longe alid est, neque idem valet ad se.
intro nos vocat at sese, tenet int*us apud se.*

'Peregre venit' sine praepositione dicendum. vim enim adverbii habet, cui praepositio non adicitur, ut 'rure venit', non a rure nec a peregre.

Quando particulam pro cum ponere Formianos et Fundanos ait Varro. *sed et alii* faciunt, nec sine exemplo. nam Plautus in Menaechmis ita ait,

non habeo. At tu quando habebis, tum dato.

vitium tamen esse non dubium est.

Quando acuta prima syllaba interrogationem temporis significat; sed

---

19 — 27 *N*

sic ap̄ se longe aliud esse neq. eadem ualet ad te intro nos uocas at sese tenet int
Peregre uenit sine p̄positione dicendum uim ## aduerbii habet cui p̄positio n̄ adicitur ut rure
uenit n̄ a rure nec a peregre :· //faciunt nec sine exemplo nam plautus in mene
Quō particulam pro cum ponere formianus et fundanius ait ut uarro
ita ait n̄ habeo a(t)tu quando habebis tum dabis (to) uitium tn̄ ēē n̄ dubiū ē :· // *sig*
Quō acuta prima syllaba interrogationem temporis significat s. posterior a

24 in Menechmis ita ω 25 *in v.* dabis *deleta est syllaba* bis

---

1 confirmat *p. in N utrum* confirmat *an* confirmare *esset non adparuit:* affirmat ω 3 cesar ita distinguit *p*: *an* ita distingunt? 7 Terentius] *Andr.* III 5, 2 8 inersi ā (*vel* n̄) nulli *N* tam iners tam nulli *Fabricius* consilii *N* 10 dic] *Verg. bucol.* 3, 1 15 pro mi(i)hi] et mi genus ab Ioue summo *add. Fabricius* 17 vel *om. N* 18 uelut intro *N* 19 sic et apud te longe alid est neque idem ualet ad te:. Intro nos uocat ad sese, tenet intus apud se *I. Dousa Lucil. sat. rel.* IX 12 *p.* 46 *et* 123 '*ex vetere codice*': ualet, at tu intro nos uocas et sese tenet. Peregre ω 23 Formianus et Fundanius et Varro aliique multi faciunt *Putschius* 24 in Menaechmis] III 3, 23 (547 *R*)
27 sed posterior acuatur ut *p* sed si posterior grauetur, significat quoniam uel

si posterior ***acuatur***, || ***siquidem*** sig***nificat***, ut Vergilius

quando tot stragis acervos.

si vero producatur, ut puta 'quandoque illud ***faciet***', ***futur***um tempus ***ostendit***.

Sed particula d littera terminanda est. sedum enim antiqui pro sed ponebant, demptaque novissima parte | litteram tamen inmutare non pot***uit usus***, ***sed ut*** sat pro satis, ita ***et sed pro*** sedum cum suis litteris servavit.

Haud similiter d littera terminatur. ***οὐ*** enim Graeca vox d littera terminar***i apud antiquos*** coepit, quibus mos erat d lit***teram omnibus*** paene vocibus vocali littera finitis adiungere, ut

quo ted hoc noctis dicam proficisci foras?

sed et per t scribi sonus vocis admittit.

XVI DE GRADIBVS COMPARATIONIS SIVE CONLATIONIS

Comparationum sunt ordines duo, secundus et tertius. dividuntur autem singuli in tres gradus, et est primus gradus absolutus, quem et primitivum dixerunt, secundus comparativus, tertius superlativus, et declinantur hoc modo. secundi ordinis masculine doctus doctior doctissimus, pluraliter docti doctiores doctissimi; feminine docta doctior doctissima, pluraliter doctae doctiores doctissimae; neutraliter doctum doctius doctissi-

---

1 — 14 *N*

ut uerḡ quando tot stragis acernos si uero producatur ut puta quandoq. illud .... n̄
Sed particula .d. littera terminanda est sedum ⱧⱧ antiqui pro |tempus
sed ponebant demptaq. nouissima parte littam tn̄ inmutare n̄ *pot*
sat pro satis ita sedum cum suis littis s̄uauit//coepit quib: mos erat .d. lit
Haud similiter .d. littera t̄minatur au̅ ⱧⱧ grecẹ (a) uox .d. litta t̄minar
pene uocibus uocali littera finitis adiungere ut quo te de .h. noct. . . . . . . .ficisci
foras s. et per .t. scribi sonus uocis admittit :·
De gradib: comparationis sine cụnlationis (o)

N II 3ᵃ, 1 Comparationum

8 terminatur ✱ caepit quibus mos erat d littera ✱ pene ω 11 quo te hoc noctis dicam proficisci ω

---

quandoquidem ut *Fabricius* sed posteriore acuta quoniam uel quandoquidem ut *Putschius*. siquidem *in explicando v.* quando *interpretes Vergilii ponere consueverunt* 1 Vergilius] *Aen.* XI 384 3 ut quandoque id faciet futurum tempus ostendit *p*: ut puta quando ✱ Sed ω: ut puta quando, additur fere particula si. Virgilius, Iuennt si quando praelia Parthi. Item, Si quando lethum horrificum *Fabricius* 6 litterata inmuta mutari non patitur. similiter sat pro satis *p* litteram tamen immutare non ualuerunt, ueluti sat pro satis *Fabricius:* immutare aetas nostra noluit, quae ut sat *coniecit Lindemannus conl. Mar. Victor. p.* 2458 7 ita sed pro sedum *Putschius* 8 *οὐ* enim *Handius Tursell.* II *p.* 15 aut enim ω *οὐδὲ* enim *Fabricius:* hau enim, Graeca vox *οὐ Ritschelius prol. in Plaut. Trin. p.* CI. *cf. Mar. Victor. p.* 2462 9 terminari apud antiquos *Putschius* litteram omnibus *Putschius* 11 quo ted *Putschius: Plaut. Curc.* I 1, 1 14 Comparationum — 114, 29 satius *exc. Bob. p.* 109 *sqq.*
16 declinantur *B* declina ur *N*

mum, pluraliter docta doctiora doctissima: adverbialiter docte, comparative doctius, superlative doctissime: appellatio haec doctrina. tertii ordinis hoc modo. masculine felix felicior felicissimus, pluraliter felices feliciores felicissimi; feminine felix felicior felicissima, pluraliter felices feliciores felicissimae; neutraliter felix felicius felicissimum, pluraliter felicia feliciora felicissima: adverbialiter feliciter, conparative felicius, superlative felicissime: appellatio haec felicitas. ||

Sunt quaedam quae primum et secundum gradum recipiunt tantum modo, ut iuvenis iuvenior *aut* iunior, senex senior; quaedam *quae* secundum et tertium, ut ulterior ultimus, interior intimus; quaedam quae primum et tertium, ut pius piissimus, fidus fidissimus, cuius secunda elatio est magis pius, magis fidus. quaedam autem nulla declinatione in conlationem veniunt, quibus accidit magis *et maxime*, item minus et minime, velut rudis proprius sobrius. dicimus enim magis rudis magis proprius magis sobrius, item maxime rudis maxime proprius maxime sobrius. sic *et* e contrario minus rudis minus proprius minus sobrius; *item* minime rudis dicitur et minime proprius et minime sobrius. illa autem, quamvis diversa sint, gradus tamen inter se fecerunt, ut bonus melior optimus, malus peior pessimus, magnus maior maximus. observabimus tamen, quod ipsum iam adnotavimus, nomina tantum in comparationibus versari, non etiam participia.

In his comparationibus secundi ordinis in adverbiis primi gradus, quae in e proferuntur, sunt quattuor haec excepta, quae contra regulam proferuntur per r, ut naviter humaniter largiter duriter: quae quamvis antiquitati adsignent grammatici, tamen dicunt etiam secundum suam rectam analogiam proferri posse, ut nave et ignave humane large dure. [sed ex his quae ante us e aut i habent comparationes fieri non possunt. neque enim ab idoneo idoneor fieri potest neque a necessario necessarior et similibus.] non enim sunt quattuor tantum sed et alia conplura, et ex secundo ordine ad tertium derivantur et ex tertio non derivantur. Velius Longus de hac regula dixit in V ea parte,

ergo alacris cunctosque putans excedere palma. |

---

9 iuuenis iuuenior aut iunior *Charisius p.* 130 iuuenis.[ue]nior iunior *N* iuuenis iunior *B* quaedam secundum (*om.* quae) *N* 10 ultimus potior potissimus interior intimus quaedam primum et tertium ut bellus bellissimus fidus fidissimus pius piissimus *B* 13 et maxime *om. N, add. B* 14 subrius *corr.* sobrius *N* 15 magis subrius (*corr.* sob.) *N* maxime subrius (*corr.* sob.) *N* 16 et *om. N, add. B et exc. orthogr. p.* 2795 item *om. N, add. B* 20 adnotavimus] *p.* 77

25 sed ex his — 28 similibus, *quae isdem verbis repetita sunt in secundo libro p.* 167, *aut inde huc translata sunt aut in alieno certe loco conlocata. rectius autem post* sobrius (17) *poni poterant. nam quae secuntur,* non enim *sqq., ad eas adverbiorum formas quas ex nominibus secundi ordinis ad tertium ordinem derivari saepius dictum est spectant* 28 non sunt quattuor tantum sed et alia plura quae ex secundo ordine ad tertium deriuantur ex tertio non deriuantur *B* 29 Velius Longus *B* uergilius *N. de Velii Longi in Aeneidem commentariis dixit Lachmannus in Lucret. p.* 146 30 ea parte *B* ex parte *N* 31 ergo] *Verg. Aen.* V 380 excedere *B* exceudere *N*

Romanus libro de analogia ita inquit, 'Alacris, licet consuetudo, ut ait Plinius libro VI dubii sermonis, alacer dicat, ut equester ordo. nam et haec alacria ut equestria possunt neutro dici. quia tamen superlationem non capit, ut *acer* acerrimus, dici non debet alacer. sed et || Terentius in Eunucho

quidve est alacris?'

sed et omnia nomina quae per er terminantur in superlationibus sic proferuntur, velut pulcher pulcherrimus, non pulcherissimus; item acer acerrimus, non acerissimus, et cetera. item et quae per is terminantur, haec dumtaxat quae subiecimus in superlationibus similiter proferuntur, velut similis simillimus, facilis facillimus, humilis humillimus, agilis agillimus, gracilis gracillimus. reliqua nomina per issimus faciunt. aeque adverbia horum omnium quae adnotavimus similia sunt, ut pulcherrime *acerrime* simillime facillime humillime *agillime* et gracillime. invenimus tamen apud auctores etiam maturrime adverbialiter, cum debeat maturissime.

Observabimus in declinatione comparationum adverbium hoc quod venit ex eo quod est facilis et difficilis. dicimus enim non faciliter nec difficiliter, tametsi veteres dixerunt, sed facile facilius facillime et difficile difficilius difficillime. sic etiam ex eo quod est repens repenter debuit dici, *et* recens recenter; *sed* dicimus repente repentius repentissime. *sed* ex eo quod *est* recens quia malum est dicere recente vel recenter, utimur sic, 'recens venit', quod est pro adverbio nomen, ut 'libens dixit'.

Omnia quae per or terminantur in comparationem non veniunt. memoriter ex eo fit quod est memor: memoriose non dicimus nec memoriosius. non habet enim comparationem. Cicero in Laelio 'Quintus Mucius augur multa narrare de Gaio Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat', et Afranius in Vopisco 'memini memoriter', ut Romanus refert in libro de adverbiis sub eodem titulo. videtur comparationem facere etiam dictio ista, satis satius.

Aliis ita placuit definire. partiones orationis quae appellantur qualitates hoc modo observandum. nam qualitas est et speciei, ut niger taeter, et quantitatis, ut magnus ingens. hae partiones trifariam declinantur, id est absolutive conparative superlative, ex secundo et tertio ordine;

30 *N* II 3*, 2 Aliis

4 acer *om. N* 5 in Eunucho] II 3, 13 10 quae subiecimus *B* subiecimus quae *N* 12 gracilimus *N* 13 acerrime *om. N*, *add. B* 14 agillime *om. N* 16 hoc quod uenit *B* hoc quoque uenire *N* 20 et *om. N* ut *B* sed *post* recenter *om. N*, *add. B* sed ex eo quod est recens *B* ex eo quod recens *N* 22 ut libens *B* uti libens *N* 23 per or terminantur *B* per tor nominantur *N* 24 memoriose *B* memorior *N*: memorior non dicimus nec memorissimus *Lindemannus* 25 in Laelio] 1, 1 28 Romanus] *Charis. p.* 184 *post* titulo *una littera extrita est in N. quae non satis adparuit;* q̄ *esse videbatur. item* uidetur *non prorsus adparuit, ut* uidet qs *super scripto* i, *h. e.* quis, *legi posse videretur.* uidetur *B* quia uidit quare ω 31 ut ÷ niger *N* ut est niger ω

velut ex secundo hic pulcher pulchrior || pulcherrimus, ex tertio fortis fortior fortissimus.

Harum appellationum comparatio ablativum casum accipit, velut doctior illo, superlatio genetivum, velut doctissimus omnium. quamvis autem comparantes utamur et singulari et plurali numero, quoniam uno quis potest melior esse, ceteris peior, tamen, cum superlativum ponimus, non utimur singulari numero, sed aut dicimus omnium aut per se ponimus nihil adicientes. ipsa enim superlatio per se praelationem omnium significat et confirmat neminem prae illo esse doctiorem, ubi doctissimus appellatur. nec ut solemus dicere magis doctus et valde doctus, ita etiam dicimus magis et valde doctior vel doctissimus. illud enim in absolutione solet adici de his qui aliis sunt doctiores et habent alios prae se | doctiores. ubi autem superlatione utimur, non potest adici neque magis neque valde, quoniam ipsa superlatio omnia significat, quamquam ait Cicero v e l p o t e n t i s s i m u s, quod est valde potentissimus.

In primis ergo hoc observare debemus comparantes quod comparatio absolutionis perissosyllabum necesse est ut habeat, velut doctus doctior, facilis facilior. sed si inciderit appellatio quae non potest habere perissosyllabum in comparatione, nec comparari potest; quod possumus ex hac comparatione evidentius videre. velut pius debebat in comparatione pior dici; sed quoniam non habet perissosyllabum, nec comparari potest, sicut nec idoneor dici potest. quae regula de omnibus appellationibus quae non habent in comparatione perissosyllabum observanda est, ut non comparentur. non minus autem excipimus ex comparationibus quaecumque nomina us pure proferuntur, velut strenuus necessarius et similia. comparativa enim non possunt habere, superlativa vero habent ex omnibus quibus veniunt, velut hic piissimus strenuissimus. ex tertia declinatione talia nomina non excipiuntur. his autem quae non recipiunt com||parativa adicimus magis quam ille et proferimus per nominativum, velut 'hic necessarius magis quam ille', 'hic pius magis quam ille'.

Sunt comparativa ex adverbiis prototypis. velut est prope adverbium; ex hoc fit comparativum propior proximus: item intus interior intimus, et siqua alia.

Omnis vero comparatio in tertii ordinis declinationem redigitur, velut hic doctior huius doctioris, superlatio in secundi, velut hic doctissimus huius doctissimi; sed feminina secundum primam declinationem declinantur, ut haec doctissima huius doctissimae.

Adverbia vero quae ex appellationibus veniunt hoc modo sunt observanda. quando appellationis genetivus casus in is syllaba terminatur, et

---

4 quamuis W ƚƚ comparantes *N* 10 Nec ut solemus *N* 11 in absolutionem *N* 14 Cicero] *pro Rosc. Amer.* 2, 6 31 Sunt comparatiua aduerbia ex ΠΡωΤΟΤΥpis *N*: *cf. Priscian. p.* 598 32 comparatiuum propior proxime *N* intus interior intimus (vs, e) *N*

adverbium in er utique facit, velut hic utilis huius utilis utiliter facit adverbium, gravis graviter et omnia cetera similiter. sin autem appellationis genetivus casus in i littera terminatur, et adverbium utique in e litteram productam facit; velut hic purus huius puri pure facit adverbium, apertus aperti aperte et cetera his similia, exceptis his quae extra hanc regulam observantur. ex hoc enim quod est novus novi noviter facit, et sic veteres dixerunt, et hic facilis huius facilis faciliter et facile, et vilis viliter et vile facit, quamquam nove et faciliter *et viliter* debebat esse. sed apud veteres dictum est nove. facile || autem appellatio neutralis videtur esse τὸ εὐχερές et adverbium *faciliter* εὐχερῶς. dixerunt veteres naviter duriter humaniter, quae nos nave dure humane. sed humaniter quidem significat φιλανθρώπως, humane autem ἀνθρωπίνως.

Similiter haec adverbia sunt nobis observanda, quae quamvis ex appellationibus secundae declinationis veniant, tamen regulam quam proposuimus non sequuntur. debentes enim dicere false et prime et tertie secundum appellationes, quae sunt falsus primus tertius, non dicimus, sed falso πλαστῶς, primo πρῶτον, secundo δεύτερον, tertio τρίτον. sed et haec debentes secundum regulam dicere, bene et male per e productam (bonus enim est et malus) [appellationes], non dicimus, sed malĕ et benĕ per e correptam. temere proprium adverbium est. neque enim ex appellatione neque ex verbo venit.

Praecipue et hoc observandum est [in primis] quod numquam adverbium praepositionem recipiat, praeter hoc, adprime ἐν τοῖς πρώτοις et quae dixerunt veteres *a* mane et 'abhinc annos decem natus est', quod est 'ante annos decem natus est'.

Haec sola corrumpunt regulam comparationis quam supra diximus, magnus maior maximus, primus prior primarius, malus peior pessimus, bonus melior optimus. ||

XVII DE ANALOGIA, VT AIT ROMANVS

Analogia est, ut Graecis placet, συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων, eaque generalis est. specialis vero est | quae spectatur nunc in rebus nunc in rationibus occupata; cui Graeci modum istius modi condiderunt, ἀναλογία

---

22 *N* II 4, 1 Praecipue

---

8 quamquam *Lindemannus* tamquam *N* faciliter et uiliter debebat *coniecit Lindemannus* facile debebat *N* 10 aduerbium ευχερες (ω *supra*) *N* nauiter el duriter *N* 17 πλαςτος primo προτων (ω o *supra*) *N* S. et hoc debentes *N* sed et haec debemus ω 19 *fortasse* bonus enim et malus appellationes sunt 22 in primis *ex interpretatione Graecae elocutionis* ἐν τοῖς πρώτοις *ortum esse videtur* 24 a mane *Diomedes p.* 401: a *om. N* 29 XVII *om. N* 30 Analogia — 117, 5 aptemus (d *supra*) *cf. Donatian. fragm. p.* VIII *ed. Gaisf.* eaque *Lindemannus* eaq̄ *N* 32 conciderunt *N* analogia est in symplokn ..... acoloythωn en lexei *N* analogia est ἐν συμπλοκῇ λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει ω: ἀναλογία ἐστὶν συμπλοκὴ *Lerschius Sprachphilos.* I *p.* 7

ἐστὶν συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει. huic Aristophanes quinque rationes dedit vel, ut alii putant, sex; primo ut eiusdem sint generis de quibus quaeritur, dein casus, tum exitus, quarto numeri syllabarum, item soni. sextum Aristarchus, discipulus eius, illud addidit, ne umquam simplicia compositis aptemus. cuius rei rectam ***rationem*** interim differamus, contenti paucis, quae exempli gratia Gaius Iulius Romanus sub eodem titulo exposuit, ut interdum tacente ratione quantum sibi dederit auctoritas colligamus, scilicet tramitibus nominum per litteras stratis.

* ut arbos Athos non potest accusativo rem capere exceptis monosyllabis flos glos ros.

Acer ***Maro***,

acer anhelanti similis;

acrum tamen pro acrem Cn. Matius Iliados XV, ***ut*** Vindex a litterae libro I notat; acris Accius in Epinausimache,

incursio ita erat acris.

Arcuis Cicero de deorum natura libro III, 'cur autem arcuis species non in deorum numero ponatur?'

Animale Lucretius,

unde animale genus;

quod cum ratione dictum inde dispicito, quia nullum nomen est quod nominativo plurali praeter quam nominativus est singularis duabus syllabis crescat. quam rationem si prorsus volueris obtinere, consuetudinis elegantiam relegabis.

Allecto, hanc Allecto Maro,

luctificam Allecto.

nam

et nomine Dido

saepe vocatu‖rum

eiusdem schematis esse grammatici tradiderunt, non per vocativum, o Dido.

---

3 exitus *mentio num genuina sit dubitat A. Nauckius Aristoph. Byz. fragm. p.* 270: *cf. Varr. de l. l.* X § 21 *p.* 556 *Sp.* 4 sextum] VI *N* addidit | .c *N* addidit ne ω 5 cuius rei rectum interim *N* cuius rei rationem interim ω 8 stratis | ut "athos 'arbos non *N: lacunam in initio tituli factam ipsa codicis scriptura indicat. videtur autem iis quae exciderunt et de declinatione v. Athos ad exemplum Vergilii Aen.* XII 701 *quaesitum fuisse et de nominativo arbos, cum ratio exigeret arbor, quoniam os terminata exceptis monosyllabis tribus accusativo rem capere non possent* 10 glos|. . . . . . acer anhelanti *N* glos, ros, ater, acer, anhelanti ω: Maro, *quod omissum esse a grammatico probabile non est, coniectura addidi, nisi potius omisso* ros, *quod ex* ω *recepi coll. Charis. p.* 99 *v. bos, in ipsa lacuna fuisse dicas* Acer Maro 12 acer] *Verg. Aen.* V 254 13 Iliados ω iliado *N* ut *om. N* 14 epinausimachę *N*: Accius *ἐν ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ Fabricius* 16 Arcius *utroque loco* ω Arquus *Fabricius* Cicero] *de nat. deor.* III 20, 51 18 Lucretius] I 227 20 dispicito *coniecit Lindemannus* despicito *N* 25 luctificam] *Verg. Aen.* VII 324 26 nam] item *Fabricius. videntur potius vel a grammatico vel a librario omissa esse quae de ratione declinationis subiecerat Romanus; qua de re haec adnotata sunt p.* 48, nam suo statu permanent et declinantur secundum Graecam definitionem. *unde adparebit quid a reliquis Probus dissentiat* 27 et nomine] *Verg. Aen.* IIII 383

Fl. tamen Caper Allecto monoptoton esse Valerium Probum putare ait [hanc Allecto].

Antiphonem Terentius, quod quidem rectae rationis est,

apud Antiphonem uterque mater et pater,

ut leonis draconis, leonem draconem. nec enim nominativus Graecis par est.

Alcon Alconis adaeque facit. nam et Maro sic declinavit.

Argo, hanc Argo Varro Menippeus in Age modo, 'Argo citiremem'.

Apollo et Carthago genetivi singularis regulam non tenent. Cicero enim et quaecumque o finita nomina propria sunt Ciceronis Catonis Zenonis Iunonis faciunt; appellativa vero dupliciter, ut praeconis cantionis ordinis marginis.

Adam ὁ πρωτόπλαστος monoptoton est, proin Latine ut et Graece.

Abraham adaeque monoptoton esse censeto. |

'Amicities' Plinius Secundus sermonis dubii libro VI 'ut planities' inquit 'luxuries mollities et similia, veteri dignitate. ceterum rationis via debet amicitia dici. omnia enim nomina quae nominativo plurali ae syllaba finiuntur e deposita reddunt nominativo singulari speciem sui iuris ac formae. quod si manus veterum licentiae porrigemus, potest et copies et observanties et benevolenties dici'.

Amazon. 'quamvis nullum nomen Latinum on litteris finiatur et ideo Rhodum et Delum accusativo dicamus, tamen quaedam sunt' inquit Plinius Secundus 'quae ad nos usque proprios gentis suae vultus formamque custodiant, ut Pluton Xenophon'.

Autumnal Varro, 'aequinoctium autumnal', quod idem Plinius eodem libro VI notat. videndum tamen est an reprehensione sit dignum prius illa nobis spectata ratione. nomina quaedam sunt principalia, quae Plinius Secundus eodem libro || facientia appellat, ex quibus possessiva nascuntur, quae patiendi vocat, ut aquale. nam Lucilius libro I saturarum 'arutaenaeque' inquit 'aquales'; non ut autumnal. huius autem principale nomen est aqua. quod vero patitur ac tenet aquam aquale, ut equile sedile monile, ait idem Plinius [aquale].

Aqualium an potius aquarium dici debeat quaerit Plinius Secundus et putat, ut laterale laterarium, scutale scutarium, et manuale saxum, manuarium vas, proin aqualis aquarium dici.

---

1 ait haec huius huic hanc ab hac Allecto *coniecit Lindemannus* 3 Terentius] *Eunuch.* V 2, 1 4 antifonem *N* 7 Maro] *bucol.* 5, 11 aut Alconis habes laudes 8 Menippeasin, Age modo ω Menippea satyra Age modo *Fabricius* 11 cautionis] latronis ω *et Charisius p.* 48 13 et] est *N* 20 dicier *N* 22 q̄dam inquit s̄t plinius *N* 25 Varro] *cf. rer. rust.* III 5, 7 circiter aequinoctium autumnale 28 faciendi appellat ut aqua ex *Fabricius* 29 arutę neq. *N* arutaenaeque et aquales *coniecit F. Dousa Lucil. sat. rel.* I 27 *p.* 112 34 laterale (r *superscr.*) *N*: *cf. Charis. p.* 100 35 aquilis (a *superscr.*) *N*

Arbor ut memor genetivo singulari declinabitur et ut neutralia numero quattuor, aequor *robor* ador marmor, nec ut soror sapor.

Animal animale faciet, ut autumnal autumnale, capital capitale, tribunal tribunale: quae patiendi non sunt, ut supra diximus. Plinius Secundus animal, non animale ait dici debere. G. Caesar, quasi indiscretum hoc sit, ait l littera nominativo singulari neutra finita nomina eandem definitionem capere quam capiunt e littera terminata, huic animali et ab hoc animali, huic puteali et ab hoc puteali.

Ambos Terentius in Adelphis,

usque a pueris curavi ambos sedulo;

Sallustius quoque historiarum libro IIII 'inter me atque Lucullum prope inopia rursus ambos incessit'. idque Helenius Acron sic oportere dici in eadem Terentii fabula disputavit Verriumque dicit errare, qui putat hos ambo dici debere. indifferenter autem locutos veteres, uberiora dabuntur exempla: Afranius in Panteleo

contemnes? inquit liber natus est; ita mater eius dixit,
in Gallia ambos cum emerem,

item idem in eadem

sed eccos ambos.

qui autem cum Helenio faciunt hanc afferunt causam, quia omnis accusativus numeri pluralis exceptis neutralibus et monoptotis s li||ttera finiri debet. *praeterea* quoniam et has ambas ut doctas pictas, hos item ambos ut doctos pictos par erit dicere. ambo Afranius in Panteleo,

revocas nos ambo ad periculum,

Terentius in Andria

hem, Charine: ambo oportune: vos volo,

Maro georgicon IIII

verum ubi ductores acie revocaveris ambo,

idem in bucolicis

---

29 *N* II 4, 2 idem

---

1 Arbor] Ador *N: cf. Charis. p.* 97. *poterat etiam* Actor *scribi, cuius declinationem ex Verg. Aen.* XII 94 *adnotavit Priscianus p.* 700 2 aequor robor ador marmor *Fabricius conl. Charis. p.* 66 aequor arbor marmor *N* 7 capiaut ω 8 puteoli et ab hoc puteoli *N* 9 Ambos] *Charis. p.* 49 Terentius] *Adelph.* V 9, 5 11 Sallustius] *in epistula Mithridatis ad Arsacen* § 15 variis inter me atque Lucullum proeliis inopia rursus ambos incessit 12 Itque *N* 14 hos ambo ω hos ambos *N* 15 Pantaleo ω Pantaleonte *coniecit H. Iunius elench. auct. in Non. p.* 4 *probante Bothio poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 181 Panthialaeo *Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 246 Patelia *Ribbeckius com. Lat. fragm. p.* 165. Panteleum *defendit Lindemannus, ut esset* παντελεῖον 16 contemneus ω 17 ambos cum *vel* cum ambos ego *G. Hermannus opusc.* V *p.* 284 cum ambos *N*: cum ambos emo *Bothius l. c.* 20 afferunt ω sufferunt *N*: suggerunt *coniecit Lindemannus* 21 numeriis *N* 22 praeterea *om. N, addidi ex Charisio p.* 49: *poteram etiam sic*, debet, et quoniam has 23 Pantaleo ω 24 periclum *Ribbeckius l. c.* praelium ω 25 in Andria] II 2, 8 27 geor IIII. *N*: *v.* 88 29 in bocolicis *N*: 6, 18

nam saepe senex spe carminis ambo
luserat.

quod genus Graeca declinatione profertur. illi enim ἄμφω dicunt.

Aestifer an aestiferus? Plinius in eodem libro VI 'ut fatifer et aurifer et armiger lucifer furcifer dici | debet, quia conposita sunt, nec ut quaedam quasi conposita, velut Euander Teucer, dici debent et interdum e littera carere'.

Augustas. cur pridie Kal. Augustas et non Augustarum dicimus? ubi Plinius Secundus eodem libro VI 'a finita nomina singulari nominativo veteres casu genetivo as syllaba declinabant, ut Maia Maias. nam et Sisenna inquit eum qui diceret pater familiae, patrum familiarum oportere dicere. itaque, patrum familiarum *cum* consuetudinis taedium respuerit, et *pater familias* dici perseveratum est'.

Ancipes veteres cum ratione dixerunt, ne genetivus ancipitis duabus videretur syllabis crescere: Plautus in Rudente

post alterinsecus est securicula ancipes.

Aedile, ab hoc aedile, non aedili, P. Rutilius de vita sua V * et Varro de originibus scaenicis II 'a Claudio Pulchro aedile'. quod cum ratione dictum esse monstrabis, ut ait Secundus sermonis dubii libro VI, quod nomina quaecumque genetivo singulari is syllaba finiuntur, exceptis his quae similiter faciunt nominativo, oportet ablativo singulari e littera terminari, a prudente, ab homine. quod si adicias aliquid, *ut* idem in eodem Plinius, per i debet dici, a prudenti consilio.

Avi, *ut* puppi, quoniam genetivus similis est nominativo; et idcirco non potest ad supra dictam regulam pertinere.

Agile, ab *hoc* agile. si de persona dicatur, ita *dici* debet: quod si rem significat, ab hoc || agili dici debet, ut idem Plinius eodem libro.

Annalei Varro epistolicarum quaestionum libro VI, 'eclogas ex annalei descriptas'.

Agreste Sallustius historiarum I; quod idem Plinius eodem libro 'in animali' inquit 'significatione'.

Aenea, hic Aenea sine s Varro dixit in Age modo.

Aeribus Lucretius II,

pulsabant aeribus aera,

---

7 r littera *N* u litera ω: us syllaba *coniecit Lindemannus.* e littera *scripsi. nam nomina quae er finita e litteram in declinatione perdunt, qua de re in eadem quaestione dixit Priscianus p.* 693, *respici certum videbatur. reliqua, in quibus quid librarius peccaverit, quid grammaticus omiserit non constat, reliqui* 10 ut maia. maias *deleta una littera N* Sisenna] *cf. Charis. p.* 83 12 patrum familias consuetudine (*om.* cum) *N* pater familias *om. N* 13 dicere *N* 15 in Rudente] III 4, 114 16 altrinsecus *Fabricius* alterius secus ω 17 *lacunam qua Rutilii verba hausta sunt indicavi* 18 a clau pulchro *N* 19 libro tertio ω 22 ut *om. N* 24 ut *om. N* 26 hoc *om. N* dici *om. N*: dici debet (*om.* ita) *Fabricius* 27 signifi *N* significabis ω 28 eglogas *N* 30 hist. I. *N* 32 in Archemoro *Fabricius* 33 Aeribus] *Charis. p.* 72 Lucretius] II 36

cum in his nominibus hoc quoque nomen esse videatur, quae singulari quidem numero per omnes casus eunt, plurali non nisi per nominativum et accusativum et vocativum tantum, ut iura maria rura aera: Cato, ut plura aera equestria fiant 'aeribus equestribus de duobus milibus a cc'.

Arbor arboris, non ut uxoris et sororis. cum sit feminini generis, subartatur, quasi sit unum ex quattuor *nominibus* supra scriptis.

As finita nomina casu nominativo singulari genetivum varie pronuntiant, ut Asprenatis Thoantis *gigantis* Atlantis. vocativus singularis similis erit nominativo. contra est Aeneas *huius Aeneae* et o Aenea, *item Gyas* Amyntas. nec interest Graeca sint necne.

Aerem veteres dixerunt, non item aetherem, sed aethera, quia utique Graeca sunt.

Aux*iliare per e*, ab hoc auxiliare homine, ut idem Plinius *eodem libro*.

Ablativos casus per omne specimen, et quidem quando i, quando e terminari debeant, coll*ectos exce*pimus.

Astyanacte per e. quamquam enim genetivus singularis | is syllaba finiatur, quod *tamen cum* alio commune non est, e nec i ablativo cludetur.

Aiax. ad eandem rationem id quoque pertinet nomen: Aiace ablativo; hunc tuebitur nec i admittet.

Alacer. er finita numero *singulari* casu nominativo ablativum per

---

2–21 N

plū ñ nisi per nominatiuū et accusatiuū et uocatiuū tantū ut iura maria rura aera cat
plura aera equestria fiat aerib: equestrib: de duob: milib: acc :· // supra scriptis
Arbor arboris ñ ut uxoris et sororis cum sit femī geñ subartatur q̄si sit unū ex
As finita nōa casu nomī sing̃ genetiuū uarie pronuntiant ut asprenatis thoan
atlantis uocatiu: sing̃ similis erit nominatiuo contra ē aeneas et o aenea
amyntas nec interē grçca sint nec ne :· //ab h. auxiliare homine ut idem plin
Aerem ueteres dixerunt ñ item aetherem s. aethera q utraq, grçca st ʃ Aux
Ablatiui casus per omne specimen et quidem qñō i qñō e tminari debeat coll
pimus :· Astyanacte per e quāquā ++ genetiu: sing̃ is syllā finiatur q
alio commū ñ ē e nec i ablā cludetur :· // mittet :· ʃ Alacer. er finita numer
Aiac ad eandem rationem id q̄q pertinet nomen aiace ablatiuo hunc tuebitur nec i ad
casu nomī ablām per uarias uias ducit ut

Vix pleniores quam nunc sunt versus legisse videtur Pierius 3 Cato ut plura ω 7 ex quatuor suprascriptis nominibus. As ω: *mihi post* supra scriptis *nihil deesse videbatur* 9 Thoantis, anhelantis, uocatiuus ω 10 aenea, Marsias, Amyntas ω 14 Auxiliaris homo, ab ω Plinius. Ablatiuus ω 16 colligimus • primus ω 21 numero • casu ω

---

4 fiant ω fierent *Fabricius* de aeribus equestribus de duobus milibus actum *Priscianus p.* 750, *quod recepit Fabricius interposito altero fragmento quod est apud Priscianum l. c.:* milibus ac ducentis *coniecit Lindemannus* 7 supra] *p.* 95 8 As] *Charis. p.* 50 9 gigantis *et* 10 huius Aeneae *et* item Gyas *ex Charisio l. c. addidi* 12 Aerem] *Charis. p.* 65 quia utique] quamquam utraque *coniecit Klotzius archiv. philol.* XII *p.* 637 16 collegimus in superioribus *Fabricius* 21 singulari *add. Lindemannus*

varias vias ducunt, ut acre accipitre * ex quibus siqua solent in nomen hominis transire, non sunt dubia.

Alexander, si ratio placet quam sub Euandri nomine disputavimus. ||

Ager quoque usu, non ratione dicitur. quae mihi ratio vix videtur adhibenda.

Aurelii genetivus non tantum crescit cum nominativo, sed ut par sit dativo casui, ut Plinius eodem libro scribit.

Amans amantium. ns finita nomina singulari nominativo genetivo plurali ium recipiant necesse est. itaque Terentius

amantium irae amoris integratio est.

amantum Caecilius, ut etiam Plinius notat,

quantum amantum in Attica est.

Aplustre. omnium nominum quae sunt neutri generis et in e terminantur ait Plinius Caesarem scisse eosdem esse ablativos quales sunt dativi singulares.

Ar litteris nomina neutralia terminata item non minus ait Caesar, quia dativo et ablativo pari iure funguntur, ut idem Plinius scribit.

Architectonis Titinius in Setina,

incensus architectonis.

Algu Plautus in Rudente,

tu vel suda vel peri algu.

Avi Cicero de auguriis, 'omnibus avi incerta'.

Amni Maro,

secundo defluit amni.

ubi Plinius eodem libro 'ab antiquis' inquit, 'quos Varro reprehendit, observatio omnis illa damnata est, non quidem in totum. dicimus enim, inquit, ab hoc canali siti tussi febri. maiore tamen ex parte forma mutata est. ab hoc enim cane orbe carbone turre falce igne veste fine monte fonte ponte strigile tegete ave asse axe nave classe dicimus. ac ne illa quidem ratio recepta est quam G. Caesar ponit in femininis, ut puppim

---

28 — 30 *N*

carbone turre falce•igne ueste fine monte fonte ponte strigle tegete *aue*
asse axe naue classe dms ac ne illa quidē ratio recepta ē quā G caesar pon*it*
in femininis ut puppim restim puluim h. H modo et ab h. cani dicemus et ab h. iun...*ren*

Versus non pleniores quam nunc sunt legit Pierius 29 strigile, tegete • asse ω 30 ponit in ω: *fortasse et in hoc et in praecedente versu praeter ea quae mihi non satis certo adparuerunt quaedam perierunt* 123, 1 et ab hoc cani, et ab hoc cane. Aenigmatis ω

---

1 *lacunam qua exempla ablativi i littera terminati hausta esse videntur indicavi: cf. Charis. p.* 100 *v. celebre* 9 Terentius] *Andr.* III 3, 23 10 reintegratio ω 12 in Attica *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 65 in natica *N* in riatica ω 16 item *Nipperdeius Caes. fragm. p.* 756 idem *N* 18 titinnius *N* Setina *Fabricius* sentina *N* 19 In census architectonis *Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 134 infensus architectoni *H. Stephanus fragm. poet. Lat. p.* 290 incensus architectoni *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 69 20 in Rudente] II 7, 24 22 omnibus ω omb: *N* 23 Maro] *georg.* III 447 30 puppi resti pelui *Nipperdeius Caes. fragm. p.* 765, *quod*

restim pelvim * hoc enim modo et ab hoc cani dicemus et ab hoc iu*veni* *pani*'.

Aenigmatis Varro de utilitate sermonis IIII. ait enim Plinius 'quamquam ab hoc poemate his poematibus facere debeat, tamen consuetudini et suavitati aurium censet summam esse tribuendam, ut in Aceste et in Anchise Maroni diximus placitum; et quia Graeca nomina non debent Latinis *regulis* alligari'.

Arabis Maro,

Hircanisque Arabisque pa||rant;

ubi Plinius 'es numero plurali finita nomina dativo bus recipiunt, idque commentatores iubent'. quid ergo, si sic declinavit, ut Plautus in Bacchidibus * et in Poenulo 'Arabus murrinus odor' [Arabus] Lucilius XXV, 'Arabus artemo'. denique et G. Cassius in epistula quam ad Dolabellam | scripsit 'Arabi mirifico animo erga nos fuerunt' inquit. Araps Maro,

omnis Araps, omnes vertebant terga Sabaei;

Florus ad divum Hadrianum 'quasi de Arabe aut Sarmata manubias'.

Bos bovis, non ut gloris roris floris, quod haec r consonantem unius temporis habet, ut caput non magis placet, licet apud Graecos phthongos plures habeat haec littera, ut vocalis, bovis vero tametsi brevem tantum vocalem gerat.

1—7 *N*

Aenigmatis uarro de utilitate sermonis .IIII. ait ꝉꝉ plinius quāquā ab h. poemate *his* poematib: facere debeat tñ consuetudini et suauitati auriū censet summā ēē tribuend*am* ut in aceste et in anchise marone dx̄m̄: placitum et ꝗ gręca nōa ñ debent latinis

N II 4ᵃ, 1 Arabis | alligari

5 summam esse tribuendam ω 6 Maroni placitum ω

---

recipiendum fuit, nisi probabilius videretur conplura intercidisse, quibus cum de nominibus 'quae incusativum in im faciunt' tum de iis 'quae similem genetivum nominativo habent' (Charis. p. 33) praeceptum erat 1 et ab hoc cani dicemus et ab hoc cane *Nipperdeius* 6 Maroni] *cf. Charis. p.* 51 7 regulis *add. Fabricius* 8 Maro] *Aen.* VII 605 11 in Bacchidibus Arabus, et in Poenulo, Myrrhinus odor Arabus. Lucilius *Fabricius, quem secutus est Ritschelius mus. Rhen. noviss.* IIII *p.* 585 *et Plaut. Bacch.* 30. *et sane versus Bacchidum vel a librario vel a grammatico omissus est.* Arabus *autem vel priore vel secundo loco e margine inlatum esse videtur* 12 in Poenulo] V 4, 6 myrrinus *N* 13 quam de dolabella *N* 15 Maro] *Aen.* VIII 706 17 Hadrianum ω hadr. *N* 18 Bos, bovis, non ut gloris, roris, floris, quod hoc ante s consonantem, o unius temporis habet, licet apud Graecos phthongos plures habeat; bovis vero brevem tantum vocalem gerit *coniecit Lindemannus. ego corruptam et inperfectam codicis scripturam reliqui. ceterum ad digamma in declinatione bovis interpositum et correptionem o litterae, quibus de rebus dixerunt Priscianus p.* 264 *et Servius in Verg. bucol.* 8, 86, *haec pertinere videntur. eius autem sententiae vestigia ita fere restitui possis*, quod o ante n consonantem unius temporis habet * ut Caper, non magis — littera n vocalis. bovis vero, tametsi brevem tantum vocalem gerat *; *ut et Capri sententia exciderit et in fine de diversa in reliquis casibus quantitate dictum fuerit* 19 habent ut caput *Fabricius* hēt (*h. e.* habet) ut caꝑ *N*, *in quibus* caꝑ *non memini alias pro v.* caput *poni, quamquam* aꝑ *est* aput 19 phthongos] p(h)tongos *N* 20 haec litera, quam uocales *Fabricius*

Biber G. Fannius annalium VIII, 'domina eius, ubi ad villam venerat, iubebat biber dari'; Cato quoque Originum * sed et Titinius in Prilia

date illi biber, iracunda haec est.

Belidis Cinna in Propemptico Polionis,

nec tam donorum ingenteis mirabere acervos
innumerabilibus congestos undique saeclis,
iam inde a Belidis natalique urbis ab anno
Cecropis atque alta Tyriorum ab origine Cadmi.

patronymice dixit Belidis, ut urbis. at vero Maro Belidae Palamedis ait.

Cretum Cicero Tusculanarum libro II, 'Cretum legis'; Cretenses Ennius, ut Varro libro I de sermone Latino scribit.

Contubernale Pomponius in Macco milite,

cum contubernale, inquit, pugnavi, quia meam cenam.

Ceriale ablativo e terminabitur, si homo sit, cereali, si res sit, ut fructus.

Consulari. numquam per e dari ablativus poterit, quod proprium nomen hominis non sit sed aptum homini et negotio.

Coniuge, quod alii rei non possit esse commune, idcirco per e sonabit.

Cicatrice sub eadem ratione censebitur.

Celere, si proprium sit nomen viri. quod si femininum sive id fuerit neutrum communis generis, celeri, id est, ab hoc et ab || hac celeri: Plautus in Sticho

ita celeri, inquit, curriculo fui.

Celebre simile dubiis est, ut sub a littera diximus, quamquam plurali nominativo in res exeunt, ut salubre palustre pedestre terrestre.

Cervicium. ubi Plinius eodem libro 'exceptis monosyllabis cetera x finita nomina seu vocabula absque communibus genetivo plurali quamquam ante um i non recipiunt, ut fruticum paelicum, radix tamen, ut cervix, radicium facit'.

---

1 Biber] *in marg. adscriptum est* το πιειν *in N* 2 titinnius *N* 3 plia (*h. e.* prilia) *N* prelia ω Procilia *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 123: Pyrrhia *coniecit Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 125 5 propemtido pollionis *N* 6 acerbos *N* 7 congestis *N* 9 *utrum* tyriū *an* tyriā *scriptum esset in N non adparuit,* Tyrii ω 10 patronomice *N* urbis] arabis ω Maro] *Aen.* II 82 12 Tusculanarum libro II] I4, 34 14 in Machomilite ω 15 cum cóntubernale égo pugnavi quoád meam Coenám *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 110 cum cóntubernalei pugnavi quód meam cenam ... *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 200 q (*h. e.* quia) *N* quod ω: *fortasse* qui. quo demam cenam *C. Barthius adv.* IIII 5 *p.* 164 16 ut fructus ω et fructus *N* 24 in Sticho] II 2, 13 (337 *R*) 26 sub a littera] *p.* 97 *v. alacer* 27 palustre] pultare *N* 29 absque cognominibus *N: cf. Charis. p.* 103 *v. felicium* 30 fruticum *N* paelicum *N* filicum ω. pulicum *tam quam codicis scripturam dedit Lindemannus*

Cicatricum, non cicatricium Hortensius pro G. Rabirio, 'cicatricum mearum', quod emendate dictum sit.

Compluria Terentius in Phormione, 'nova compluria'; ubi Plinius 'Iulius Modestus' inquit 'ita definiit, quae nomina comparandi fuerint, ea accusativis pluralibus in is exient, id est fortioris, *genetivus* fortiorum facere debet, non fortiorium; id est ante um syllabam i recipere non debent. ita complura et complurum esse dicendum. consuetudo tamen et hos plures dicit et haec pluria'. |

Constante. cum cognomen erit, hoc velut eius modi a praesente innocente sapiente nitente prudente *clem*ente dicemus, ait Plinius, nec interest ens an ans nominativo singulari claudantur. sed enim P. Rutilius de vita sua II 'animo' inquit 'constante'.

Continenti Varro de gente *populi Romani* libro I, 'in terra continenti'.

Candenti Varro rerum rusticarum III, 'candenti ferro'.

Civitatium Annaeus Cornutus ad Italicum de Vergilio libro X, 'iamque exemplo tuo etiam principes civitatium, o poeta, incipient similia fingere'.

Canes Lucilius I,

inritata canes quam homo quam planius dicit,

pro canis. nec enim potest dici ut nubes sedes, sed ut funis turris. canicula enim facit, ut turricula funicula.

Cetariis Pomponius Secundus ad Thraseam, 'cum ratio cetaribus'

---

3 – 16 *N*

C.....ria t̄entius in phormione noua compluria ubi plinius iulius modestus inquit ita de
finiit q̄ nōā comparandi fuerint et accusatiuis plū in is exient id est fortioris
fortiorum facere debet n̄ fortiorium id est ante um syllā i recipere n̄ debent
complura et complurum ēē dicendum consuetudo tn̄ et hos plures dicit et h̄ pluria //dente
stante cum cognomen erit h. ūnt eiusmodi a p̄sente innocente sapiente nitente pru
ente dicemus ait plinius nec intē ens an ans nominatiuo singū claudantur s. ꟊ p.
s de uita sua II animo inquit consta●te // ʃ Candenti uarro rer̄ rustī . III .
nenti uarro de gente lib. I. intea ɔtinenti |candenti ferro:
*Ci*uitatium

3 Compluria ω 6 debet, ita complura ω 9 Constante ω 11 P. Rutilius de ω 13 Continenti ω

---

2 dictum est ω 3 Compluria] *Charis. p.* 56 in Phormione] IIII 3, 6 4 et accusativis pluralibus in is exierint, id est, fortioris, ea genitivo plurali um non ium, id est, fortiorum facere debent non fortiorium *sqq. vel* et accusativis pluralibus in is exierint, ante um syllabam i recipere non debent, id est, fortioris, fortiorum facere debet, non fortiorium, quare complura *sqq. coniecit Lindemannus* 13 de gente P. R. ω in terra ω 15 rerum rusticarum III] 9, 3 17 et poetae incipient ω 19 Lucilius I] *nono libro tribuit L. F. Schmidtius Lucil. sat. quae de lib.* VIIII *supers. p.* 18 20 quā homo q (*h. e.* quam) *N*: quam homo, hoc quod Plinius dicit ω 23 Pomponius Secundus *Fabricius* pomponius. II. *N* Pomponius secundo ω

inquit Plinius 'poscat, ut moenia moenibus, ilia ilibus, || Parilia Parilibus. ea enim nomina quae i ante a habent, ut cetaria, in bus necesse est desinant'.

Clavim Tibullus,

hinc clavim ianua sensit.

strigilim quoque Lucilius. Varro de poematis II lentim, quod eorum nominum ablativus singularis in i exit. avem autem et navem: quoniam ab hac ave et nave faciunt, accusativus per i dari non potest.

Diligente. 'Verrius Flaccus' inquit Plinius, 'eorum nominum quae us finiuntur casu nominativo ablativus in e dirigendus est'. itaque Caesar epistularum ad Ciceronem 'neque' inquit 'pro cauto ac diligente se castris continuit'.

Duo, hos duo Accius in Epinausimache,

Martes armis duo congressos crederes,

Terentius in Adelphis

tu illos duo olim pro re tollebas tua;

ubi Helenius Acron 'pro duos'. duorum Pomponius in Macco Milite,

nam cibaria
vicem duorum solum me comesse condecet.

Dracontem Accius in Philocteta, quod utique venit a nominativo hic dracon.

Domi suae Varro de sermone Latino libro V. nec enim potest adverbium dici cui suae pronomen adest. Cato de multa contra L. Furium 'domi meae saepe fuit', et est genetivus.

Digitum pro digitorum Varro ad Atticum de vita P. R. libro I, 'neque ille Callicles, quaternum digitum tabellis nobilis cum esset factus, tamen in pingendo ascendere potuit ad Euphranoris altitudinem'.

Damnas, ut cuias nostras et cuiatis nostratis, an quid esse dicemus? nam et interpretatio eius damnatus participium facit.

Dii pro die seu diei lucan Paulus enim

libra die somnique pares ubi fecerit horas

---

31 – 32 *N*

Dii pro die siue diei lucan paulus H libra die somniq pares ubi fecer. h. ē

32 fecerit horas. est • ante iis ω

---

1 inquit pliñ dt poscaf *N* 4 Tibullus] II 4, 31 6 Lucilius] *cf. Gell.* III 14, 10 de poematis ω de poematon *N* 7 quoniam ω qñ (*h. e.* quodiam) *N*: *fortasse* quod ablativus — facit 8 faciat *N* 15 in Adelphis] V 3, 23 17 Helenius Acron] *cf. Charis. p.* 95 in Machomilite. Nam si cibaria ω 20 filoctcta *N* 25 uaf ad aticum *N* 27 pinguendo *N* eufranonis *N* 31 lucani, Virgil. enim ω. *Paulus 'in Coeli historia' de versu Vergilii georg.* I 203 *disputans indicari videtur; quamquam de corrupta atque inperfecta codicis scriptura, quam exhibui, nihil certi statui potest* 32 dii *Fabricius*

e . . . . . nte iis arguit diique ut sis p̄ legendum esse definit, idque in Coeli historia libro I . . . . ere deprehendes.

Duum Fronto ad Marcum Antoninum de feriis Alsiensibus, 'duum item vestrum doctum principem et navum modulorum et tibicinum studio fuisse devinctum scimus', | Naevius in Tarentilla

salvi et fortunati || sitis duo, duum nostrum patres.

Dapsile, ab hoc dapsile, si de homine dicas, e littera ablativus est terminandus; dapsili, si rem significabis, ab hoc dapsili.

Decemvirali. ablativus semper hic erit nec in e litteram transiet, ut ab hoc consulari, quod honorum nomina propria hominum esse non possunt.

Duumvirali. id quoque ex supra dicta ratione consistit.

Duplici Bibaculus, 'duplici' inquit 'toga involutus', non duplice. unde quidam errant qui x littera nominativo singulari finita nomina ablativo e tantum modo putant claudi, cum *a* mendaci animo et *ab* artifici ingenio et *a* salaci * et a minaci proposito et ab atroci facto *et* a truci vultu, ait Plinius, recte dicamus.

Didun. Ateius philologus librum suum sic edidit *in*scriptum, 'An amaverit Didun Aeneas', ut refert Plinius, consuetudinem dicens facere hanc Callisto, hanc Calypso, hanc Io, *hanc* Allecto. itaque et L. Annaeus Cornutus in Maronis commentariis Aeneidos X Didus ait, 'hospitio Didus exceptum esse Aenean'.

Elephans. ns litteris nominativo singulari finita nomina genetivo singulari in s litteram necesse est exeant, ut saltantis, ablativus singularis ab hoc saltante, quod in elephanto non cadit. itaque elephantus est vocandus. facit enim huius elephanti et ab hoc elephanto.

Egente, ab hoc egente homine; egenti, ab hac egenti re.

1—5 *N*

*e*nte iis arguit diiq, ut sis p̄ legendum ēē definit it(d)q, in coeli hist' *lib.* I *cumq*. . .ere de p̄hendes :· // principem et nanum modulorum et tibicinum Duū fronto. . .marcum antonin. de feriis colliensib. duū item nestrū doctum ⌊studio fuisse dinino tum scimus

N II 4*, 2 nęuius

1 idque in Caelii historia * ere ω 3 Duum * ad Marcum ω.

---

1 ut si semper ω per ii semper *Fabricius*. *an* ut somni per i? 2 *fortasse* libro I eum disserere deprehendes 3 Fronto] *de fer. Als.* 3, 12 de ferro olliensibus ω avum item vestrum duum doctum *coniecit Heindorfius in Front. l. c. p.* 137 *ed. Niebuhr.* 4 uestrorum ω 5 odio ω devinctum *Heindorfius ex Frontone l. c.* 6 furtunati *N* sitis *om.* ω 12 *Bibaculi versum hendecasyllabis tribuit Lachmannus in Lucret. p.* 199 14 putant ω putent *N* *praepositionem ante* mendaci, artifici, salaci *om. N* 15 *lacunam qua nomen cum* salaci *iunctum excidit indicavi* et a truci vultu *Lindemannus* atroci uultu *N* 17 filologus *N* inscriptum *Fabricius* scriptum *N* 19 hanc *ante* Allecto *om. N*, *add. Fabricius* Itaque (et) l. annęus *N* 20 commentariis ω comm. *N*

Euandrus Maro, quod, ut ait [inquit] Aurelius Opilius, Graeca nomina ος syllaba finita Latine us *debent* terminari; usus tamen Euander. sunt sane quaedam quorum natura consuetudini copulatur, ut Codrus et Hesperus.

Ego pronomen ita declinandum dedit, ego mei mihi vel mi me o ego ab hoc me.

Er syllaba finita nomina masculina genetivum duplicis formae dant, ut Euander Euandri, ager agri, niger nigri. at cum per ris, ut aggeris pauperis anseris sequestris equestris, quoniam quaedam eorum sint com||munis promiscuive generis, feminini etiam, sed et neutri, ut mulieris papaveris sileris.

Es producta finita nomina genetivo diei aciei luxuriei faciei facient, excepto quies: quamquam enim et hoc ante es i litteram habeat, tamen quietis facit, requies vero requiei adeo, ut Maro IIII

requiem, inquit, spatiumque furori,

non requietem: exceptis etiam rei spei fidei.

Exerciti Gn. Naevius belli Punici libro I,

Marcus Valerius consul
partem exerciti in expeditionem ducit.

Ficos vitium esse corporis proinque declinari debere quasi pomum, Martialis in Laetilianum iocantis nobis occurret exemplum. nam ita loquitur,

cum dixi ficus, rides quasi barbara verba,
et dici ficos, Laetiliane, putas.
dicemus ficus quas scimus in arbore nasci;
dicamus ficos, Laetiliane, tuos;

ut sit ἀσύνδετον dictum, quamvis quidam ficus vitium esse velint, ut doloris quasi sonitus audiatur, ficos ut fagos moros ulmos. fagus Varronem dicere sub f littera dedimus exemplum: ficus Cicero de oratore libro II 'de ficu suspendit se'; Varro quoque de scaenicis originibus libro I 'sub Ruminali ficu'. itaque Pli||nius Secundus recte arborem ita dici ait, pomum vero per o litteram dici. fici Ennius,

fici dulciferae lactantes ubere toto;

---

1 Euandrus] *Charis. p.* 64 ut ait in|quit *N*: ait *om.* ω: Maro ait, quod ut inquit Aurelius *Lindemannus. an* quod, ut ait Aurelius Opilius, inquit Plinius, Graeca? 2 latin^e^a. us | terminari (*om.* debent) *N* latine solent us terminari *Fabricius* 5 uel mi] uel mei *N* aut mi *Fabricius* 8 aggeris *hoc loco omissum et post* 11 sileris *conlocatum in N huc revocavi: cf. Charis. p.* 65 10 papaueris] pauperis *N: cf. Charis. p.* 64 12 Es] *Charis. p.* 52 *sq.* facie^n^t *N* faciunt ω 13 ante s *N* 14 Maro] *Aen.* IIII 433 15 inquiat *coniecit Lindemannus* 17 .gñ. *N* genitiuo ω libro I] *libro tertio tribuit Vahlenus Naev. de bell. Pun. rel. p.* 14 18 m. ualerius *N* Manius Valerius *Merula Enn. ann. fragm. p.* 92 *et* 398, *quem secutus est Hermannus elem. doctr. metr. p.* 630 20 Ficos] *Charis. p.* 74 21 Martialis] I 65 Caecilianum *et postea* Caeciliane *Fabricius* 27 quasi ω qsue *N* fagos moros fagos mimos narronem *N*: ulmos *Fabricius* 28 sub f littera] *p.* 104 *v. fagus* de oratore libro II] 69, 278 32 dulciferae fici ω

Lucilius

fici, inquit, comeduntur et uvae.

Felicium. trium generum nomina genetivo plurali ante um i debent recipere, ut pernicium audacium ferocium. alia illa regula est quam sub c littera diximus.

Fretus, huius fretus Porcius Licinus, ut Plinius eodem sermonis dubii libro VI refert, 'salsi fretus', Messala contra Antonii litteras 'angustiae fretus'. fretu Cicero, 'a Gaditano' inquit 'fretu', Augustus ad Antonium 'fretu cessi'.

Fabrum pro fabrorum; ubi Plinius eodem libro VI 'hoc recte' inquit 'usus, et sestertium' inquit 'tot milia: M. Scaurus contra Brutum de pecuniis repetundis 'praefecti fabrum''.

Filiabus in testamentis ob discrimen || sexus ait Plinius dici consuesse, cum his tantum nominibus *bus* adici soleat quae numero plurali es litteris terminantur, ut cupiditates dignitates, vel quae us, ut anus manus senatus fluctus.

Febrim ut tussim sitim, ait Plinius. exceptis his tribus cetera accusativo in em exeunt.

Fonteis. 'quorum nominum genetivi pluralis ante um syllabam i litteram merebuntur, accusativus' inquit Plinius 'per eis loquetur, montium monteis; licet Varro' inquit 'exemplis hanc regulam confutare temptarit istius modi, falcium falces, non falceis facit, nec has merceis, nec hos axeis lintreis ventreis stirpeis urbeis corbeis vecteis inerteis. et tamen manus dat praemissae regulae ridicule, ut exceptis his nominibus valeat regula'.

Funes, licet grammatici velint, genetivis tam singulari quam plurali si i littera intererit, accusativum pluralem in eis exire, ut huius funis horum funium hos funeis. quam regulam negat Plinius vires habere potuisse. errant enim qui putant ea nomina quae nominativo singulari et genetivo per is terminabuntur et genetivos *plurales* per ium loquentur accusativos funeis posse dicere, quod negat Plinius.

Ferocior tam quam peior melior ait Stilo in eis accusativo posse proferri, ferocioreis.

---

31 *N* II 5, 1 Ferocior

---

4 sub c littera] *p.* 100 *v. cervicium* 6 lucinni: *N* Lycinius ω 7 falsi ω: *mihi in ipsa codicis scriptura quamvis non prorsus certa* salsi *esse videbatur* Antonii ω antonini *N* 8 freto cicero *N* 12 praefecti *Fabricius* pf. *N* 14 bus *om. N* 17 tusim *N* 19 Fonteis ω Fontis *N* genē *N*: genitiuus — i littera terminabitur *Fabricius* 20 per.is *N* loq.t'. (*h. e.* loquetur) *N* loquutus ω loquitur *Lindemannus* 23 lyntreis *N* corbeis ω curneis *N* inepteis *N* nepteis ω: *cf. Priscian. p.* 776 25 Funes ω Fures *N* 28 nominatiuo singū egenē *N* 29 genetiuos per ium loq.nt' (*h. e.* loquentur) accusatiuos *N* genitiuo per ium loquuntur, accusatiuo ω *fortasse* accusativos in eis

Ferientium ferienteis idem Stilo putat facere debere, ut docenteis saltanteis, quoniam quaecumque secum verbi iura traxissent, ea accusativis pluralibus, adiuvante [re] dumtaxat genetivo plurali, in eis sonarent.

Facilioreis Caecilius, inquit Plinius. idem et sanctioreis ait.

Fagus Varro de gente P. R. I, 'fagus quas Graece φηγούς vocant'; fagos G. Caesar de analogia II, 'fagos populos ulmos'.

Falaridis Cicero in Pisonem, 'sed dicunt isti ipsi qui mala dolore, bona voluptate definiunt sapientem dicturum, etiamsi in Falaridis tauro succensis ignibus torreatur'. ||

Fructi Terentius in Adelphis,

nunc exacta aetate hoc fructi pro labore fero; |

ubi Helenius Acron 'et huius fructuis ut senatuis veteres extulerunt'.

Facile, ab hoc Facile, si homo vocetur; facili, si de re loquaris.

Familiare, ab hoc Familiare, si de homine; familiari, si de re. familiari pro familiare Brutus ad Caesarem, 'a Scaptio familiari meo'; Cicero quoque de divinatione libro I 'in Aesopo familiari tuo': familiare pro familiari Varro ad Neronem, 'a Lare familiare': Familiare recte P. Rutilius de vita sua libro III, 'pro Lucio Familiare veniebam'.

Forte, ab hoc Forte Tullio oratore; forti, ab hoc forti viro. generaliter enim dicitur.

Pro fragili fragile verti vel dici ablativo dumtaxat casu omnino non potest, quod in [e] proprium hominis nomen omnino non vertitur. ab hoc enim fragili dicimus et homine et negotio.

Felice, a Felice defensus, felici die. Feroce, a Feroce adiutus, a feroci et agresti homine prostratum. nec enim sunt communia, cum aliud sit proprium hominis, aliud generale feritatis.

Face, ab hac face, quia nullo vel tenui vestigio potest esse commune.

Frus, haec frus, quia sic ab Ennio est declinatum annalium libro VII, 'russescunt frundes', non frondes. 'fros sine n littera, ne faciat' inquit Plinius 'frontis', quasi non dicatur nisi frons τὸ μέτωπον, quod se probare dicit, quoniam antea cum u non recipiebat n, sed nec cum *u* vertet in o: Varro rerum rusticarum libro I 'ulmos et populos, unde est fros', idem antiquitatum Romanarum libro XV 'fros faenum messis'.

Femini Tibullus,

---

3 genĕ plū in eis sonare *N* 7 in Pisonem] 18, 42 mala *Fabricius* malo *N* 10 in Adelphis] V 4, 16 11 exacta aetate ω exacta te *N* pro labore ab his fero *Fabricius* 14 familiari pro — 18 veniebam *post* 21 dicitur *conlocata in N huc transposui* 15 a Sceptio ω 16 libro II *N*. *Cic. de div.* I 37, 80 20 Tullius Oratore ω 28 nullo *Fabricius* nulli *N* 29 Frus huius frundis ω 30 ruresceant ω rarescant *Putschius* 32 quod] quotq. *N* qm̄ anticum (*vel* unticum) .v. ñ recipiebat .n. s. nec cum ũ tet in .o. *N* quoniam quum u non recipiebat us, nec cum uertet in o ω nec etiam uertet *Fabricius* nec convertet *Lindemannus* 33 libro I] 24 36 Tibullus] *cf. Charis. p.* 66

implicuit*que* femur femini,

non femori, quasi sit hoc femur huius feminis. femen enim nominativo ut semen necdum legimus a veteribus adsertum.

Fragmine Maro VIIII,

atque ingenti fragmine montis.

Gracile, ab hoc Gracile, si sit hominis nomen; gracili, si de re dicas. ||

Git. Varro ad Ciceronem XI per omnes casus id nomen ire debere conmeminit; vulgo autem hoc gitti dicunt. itaque ut Plinius sermonis dubii libro VI *

'Glossemata ut toreumata enthymemata noemata schemata poemata et his similia omnia Varronis regula' inquit Plinius 'dativo et ablativo plurali in bus dirigit, quia singularis ablativus e littera finiatur'. melior tamen ratio est quam sub a littera dedi; et ideo haec et eius modi ex alia formula genetivum pluralem et ex alia dativum sumunt, horum glossematum his glossematis.

Glis Varro in Admirandis, 'in silva mea est glis nullus'. sed et Cato in Originibus ita est locutus. quidam enim hic *glir huius* gliris putant dici. |

Gluten Maro,

et lentum de cortice gluten,

et

collectumque haec ipsa ad munera gluten.

est autem quasi semen stamen. glutine Varro de bibliothecis, 'glutine' inquit 'et citro refecit', quasi semine stamine. glutinum Varro in Scauro, 'glutinum' inquit 'ferunt Daedalum invenisse', quasi gaudium praemium. itaque Sallustius istius potius declinationis usum secutus 'glutino' inquit 'adolescebant', ut gaudio praemio.

Hector et Mentor genetivo singulari sonare debent ut Nestor et his similia Graeca dumtaxat, nec ut rector rectoris, sed ut rhetor rhetŏris.

Habilis ut agilis. is enim syllaba finita nominativo singulari eundem debent habere genetivum, ut navis auris amnis; exceptis lapis cinis pulvis cucumis cuspis.

Hippocoon, quia istud Graecum merum nomen est, Graeca lege debet genetivi casus servare rationem. nam et Maro noster 'exit' inquit 'locus Hippocoontis'. nam et quia *Μέμνονος* et *Σίνωνος* dicunt, nos quoque eandem n in nominativo litteram reservamus.

---

1 implicuitque *Fabricius ex Charisio l. c.* inplicuit *N* 4 Maro] *Aen.* VIIII 569 8 ita ut et Plinius *Fabricius* itaque et Plinius *Lindemannus. rectius, puto,* inquit Plinius, *nisi potius in fine tituli quaedam exciderunt quibus Plinii sententia continebatur* dubi *N* 10 ΕΝΘΥΜΗΜΑΤΑ ΝΟΗΜΑΤΑ CΚΗΜΑΤΑ *N* 11 Varronis regula] *cf. Charis. p.* 38 12 derigit *N* 13 sub a littera] *p.* 98 *v. aenigmatis* 14 et ex alia *Lindemannus* ex alia ω et .x. alia *N* 15 glossematibus *N* 16 Glis] *Charis. p.* 69 17 glir huius *om. N, addidi ex Charisio l. c.* 19 Gluten] *Charis. p.* 67 20 et lentum] *Verg. georg.* IIII 160 22 collectumque] *Verg. georg.* IIII 40 24 et citro *Charis. l. c.* ecitro *N* et cinere *Fabricius* 28 debet *N* 31 debent *Fabricius* debet *N* 33 Hippocoon] *cf. Charis. p.* 48 34 Maro] *Aen.* V 492 35 quia mem-

Hebes hebetis, ut militis segetis comitis teretis; et omnia quae es correpta terminantur, genetivo tis syllaba finientur, exceptis residis obsidis desidis || nominibus, quia ex verbo generantur.

Hebem Caecilius in Ὑποβολιμαίῳ,

subito res reddent hebem.

Ennius XVI * ubi Fl. Caper 'non ut adiunctivo sed appellativo est locutus'.

Homo hominis et caro carnis et Anio Anienis, quia praeter formam nec ut tiro leno Piso declinantur, debilia nuncupantur.

Heres heredis facit e littera subinflexa, ut Pericletis et Stratocletis. quid igitur est quod grammatici definiunt es finita nomina nominativo singulari, si sint Latina, in genetivo flecti non posse? videre non possum, nisi forte ea tantum putent quae es correpta cluduntur, ut eques pedes obses satelles teres. teres autem teretis debet facere.

Humile de homine aliquo, ut Pomponius Secundus in Aenea 'ex humile rege'; humili ablativo, si res est.

'Herculi pro Herculis et Vlixi pro huius Vlixis dici coeptum est' inquit Plinius eodem libro VI, 'quoniam regula' inquit 'illa, si genetivo singulari *ους* litteris nomina finientur Graeca, velut *τοῦ Εὐμένους τοῦ Διογένους*, nostros quoque huius Eumenis huius Diogenis oportet proferre'; at si *τοῦ Εὐριπίδου τοῦ Χρύσου*, tunc demum nostros s subtrahere debere. itaque huius Euripidi Chrysi debere censeri, ut 'fortis Achati' et 'acris Oronti'. sed nostra, inquit, aetas in totum istam declinationem abolevit. Achillis enim potius et Herculis et his paria per s dicimus.

Hepar hepatis. ἧπαρ ἦμαρ ἔαρ ὕδωρ κρέας δέπας κέρας τέρας ne apud ipsos quidem Graecos rationem declinationis certam tenere potuerunt.

Irim pro Iridem Maro Aeneidos VIIII,

Irim de caelo misit Saturnia Iuno,

cum constet omnia Graecae figurae nominativo singulari is syllaba terminata genetivo singulari syllaba crescere, licet Varro et Tullius et Cincius, ut de consortio casuum diximus, huius Sarapis et huius Isis *dixerint*.

---

20 *N* II 5, 2 nostros quoque

---

nonos et ceινωνoc *N* quia *μέμνων μέμνωνος*, et *σίνων σίνωνος Fabricius. nolui quae ab ipso grammatico decurtata esse videntur mutare, quamquam ita fere in iustam rationem verba revocari poterant*, quia *Μέμνων Μέμνονος* et *Σίνων Σίνωνος* dicunt, nos quoque Memnonis et Sinonis et eandem *sqq. cf. Priscian. p.* 690 1 Hebes] *Charis. p.* 16. 53 quae .s. correpta *N* 5 reste reddent Hebem ω res te reddent hebem *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 138 8 Homo] *cf. Charis. p.* 47 14 satelles] sales *N* 15 in coena ω in Caena *Putschius*, *quod probavit Welckerus de trag. Graec.* III *p.* 1442 17 huius ulixis inquit dici coeptum est plinius *N* 18 quoniam] qño *N* quomodo ω quando *Lindemannus* 21 s] .Y. *N* u ω s *coniecit Lindemannus* 22 censere *N* ut *Fabricius* et *N* fortis] *Verg. Aen.* I 120 iam fortis Achatae acris] *Verg. Aen.* I 220 nunc acris Oronti 25 Hepar hepatis *om. N novo titulo quem distinxi cum superiore continuato* 27 pro iridem ω pro iride *N* aeñ. VIIII. *N. v.* 2 31 de consortio casuum] *p.* 69 dixerint *om. N*

Im pro eum. nam ita Scaurus in arte grammatica disputavit, antiquos im ques hunc eundem significare consuesse et declina||ri ita, is eius ei eum vel im, | numero plurali *is*, ut est locutus Pacuvius in Medo,

ques sunt is? Ignoti nescio ques.

Iuvenale ablativo e littera finietur, si homo sic vocetur; iuvenali, si *res sit*, ut ait Maro

iuvenali in corpore vires.

res etenim, non persona censetur.

Incolume Cicero de gloria II, 'quo stante et incolume'; Pomponius quoque in Synephebis 'incolume illo'.

Ibes, hae ibes Aemilius Macer, [tum sacrae veniunt cultoribus id est]

altis ex urbibus ibes,

item

auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes.

ubi Plinius libro VI sermonis dubii 'antiquorum' inquit 'regula, quoniam quae is nominativo singulari sunt terminata in es plurali nominativo clauduntur'.

Iubare. Plinius ait inter cetera etiam istud G. Caesarem dedisse praeceptum, quod neutra nomina ar nominativo clausa per i dativum ablativumque singulares ostendant; iubar tamen ab hac regula dissidere. nam ut huic iubari dicimus, ab hoc iubare dicendum est, ut huic farri et ab hoc farre.

Innocente Varro de rebus urbanis III, 'Spartaco innocente coniecto ad gl*adiatori*um'.

Inpotente Catullus,

20—25 *N*

is
ostendant iubar tamen ab hac regula desidere nam ut huic iubari dicimus ab h. iubare dicendum est ut huic farri et ab hoc farre :· // inpotente catullus deperi
Innocente narro de rebus urbanis .III. spartaco innocente coniecto

Plurimos versus pleniores quam nunc sunt legit Pierius 23 coniecto ad gl*um. Impotente, Catullus. Deperit impotente ω

---

1 Im. (N supra) pro eum. *N* 2 in. quies (m supra) (*h. e.* in quies *corr.* im ques) *N* 3 is *post* plurali *om. N* ii *Fabricius. cf. Charis. p.* 70. 86. *fortasse tamen tota numeri pluralis declinatio excidit* 4 q. s̄. suntis ignoti *N* Ques sunt ii ignoti ω 5 iuuenali sicut ait *N* Iuuenali, si res: ut ait *Fabricius* 6 Maro] *Aen.* V 475 11 hᵉ ibes (*h. e.* haec *corr.* hae) *N* Macer. Tum sacrae ueniunt cultoribus ibes. Idem. Altis ex urbibus ibes. Item, auxilium sacrae ueniunt cultoribus ibes. ubi ω *et Lindemannus* Macer. Auxilium sacrae ueniunt cultoribus ibes. Idem. Altis ex urbibus ibes. ubi *Fabricius. Macri versus ita constituit R. Ungerus de Aem. Macro p.* 4, tum sacrae veniunt altis ex urbibus ibes *et* Auxilium veniunt sacrae cultoribus ibes. *mihi ex variis emendandi rationibus, de quibus dixi Philol.* II *p.* 193, *tutissima visa est haec, ut de duobus qui adscripti essent versibus alter bis positus esset in scriptura codicis* 18 Iubar *N* 19 quod *Fabricius* q̄r̄ (*h. e.* quorum) *N* quom *Nipperdeius Caes. fragm. p.* 756 21 dicendum est. sicut Maro, It portis iubare exorto. ut *Fabricius: cf. Verg. Aen.* IIII 130 24 ad gladiatorium ludum *Lindemannus ex coniectura Niebuhrii: mihi minus deesse videbatur* 25 Catullus] 35, 12

deperit inpotente amore,

quod ita quoque dictum notat Plinius.

Insequenti Asinius Polio ad Caesarem I, 'insequenti die'.

Iugeris Ateius . . . . . . philologus Pinacon III . . . . . . sed et Cato his iugeris, ut notat Plinius eodem libro VI. 'iugeribus quidam grammatici' inquit Plinius 'ita dicendum putant, quasi sit hoc iuger tam quam hoc tuber, et ab hoc iugere tam quam ab hoc tubere, et ita ut tuberibus iugeribus, et tantum iugerum'. Varro rerum rusticarum III 'iugerum agelli' et 'iugero uno' cum dixerit, idem 'in iugeribus multis'; sed et I rerum rusticarum iugeribus saepe dixit, quod utique descendit *a nominativo* iuger, ut tuber.

Iteris Iulius Hyginus in Cinnae propemptico, 'ab Actio navigantes stadia *circiter* LX veniunt ad Isthmum Leucadiensium. ibi solent iteris minuendi causa remulco, || quem Graece πάκτωνα dicunt, navem traducere'. Pacuvius quoque iteris dixit, quia genetivus plus *quam* una syllaba *non* debet *crescere* quam est nominativus singularis. itiner | idem in eodem, 'quaerunt' inquit 'etiam non nulli quam ob rem *a Cor*cura iubeat Action navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis, et rursus ab Actio circa insulam moneat ire, quam a Corcura rectum iti-

---

1 — 19 *N*

tente amore quod ita quoq, dictū notat plinī :· // filologus πινακων .
Insequenti asinius pollios ad cęsarem .I. Insequenti die: Iugeris ate
s. et cato his iugeris ut notat plinī eodem lib. VI iugerib: quidam inquit grām
plinius ita dicendū putant quasi sit h. iuger tamquam h. tuber et ab h. iuge
ab h. tubere et ita ut tuberibus iugeribus et tantū iugerū uarro reř rus.....III
iugerū agelli et iugero uno cum dixerit idem in iugerib: multis s. et .I. re
iugerib: sępe dixit quod utiq, discendit iuger ut tuber :· // LX ueniunt ad is
Iteris iulius hyginus in cinnę propemptico ab actio nauigantes stad
leucadiensium ibi solent iteris minuendi causa remulco quem gręce πα
dnt nauem traducere pacuuius quoq, iteris dixit q genē plū una syllā debet
q ē nominā singū iteuer idē in eadē q̄runt inquit etiā n̄nulli quā ob r
cura iubeat action nauigare quod est e regione traductionis leucadiensis
rursus

3 pollius *in codice* fuit *corr.* pollio 3 Atteius Philologus πινάκων III * Sed et ω 5 grammatici Plinius ω 7 iugere, tanquam ab hoc tubere ω 8 rerum rusticarum III ω 10 primo rerum rusticarum, iugeribus ω 13 stadia LX ueniunt ad Isthmum Leucadiensium ω 18 quamobrem eius cura ω 19 Leucadiensis, et rursus ω

---

2 ita quoque] antique *Fabricius* 4 Pinacon *Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 244. *ceterum et post* Ateius *et post* Pinacon III *aliquot litterae in codice deesse videntur, ut fortasse scriptum fuerit* Ateius inquit philologus πινάκων III his iugeris 5 quidam grammatici, Plinius inquit *Fabricius* 8 rerum rusticarum III] 12, 1 ut olim in iugero agelli aut duobus, sed etiam cervi aut capreae in iugeribus multis 10 descendit a iuger *Fabricius* 14 πάκτωνα *Fabricius* 16 quod genitiuo plurali una syllaba debet plus crescere quam *Fabricius* 17 in eodem *Fabricius* 18 iubeat Actio ω 20 itener *N*

p. 109 P. p. 78 L.

ner ad Leucatam'. quidam tamen sic istud notant, quasi sit unum ac novum duabus syllabis crescens.

Imber ut september october november december pater mater frater equester, quoniam quae nec conlationem recipiunt nec in neutri generis cadunt formam, ut Plinius eodem libro VI loquitur, non in is casu nominativo numero singulari sed in r debent vocis exitum ducere.

Iurum Cato Originum VII, 'iurum legumque *cultores*', *licet ius* numero plurali tantum modo per nominativum et accusativum et vocativum declinetur, ut maria rura aera iura.

Lepus leporis, lupus lupi, quia us finita nomina masculina et feminina per i vel per us [aut per is] faciunt genetivum, neutra per is. excipiuntur in masculinis Ligus *lepus* vetus.

Laterale an laterare? ubi Plinius eodem libro VI 'si r littera praecesserit in quacumque syllaba, sequi debet l, ut augurale. contra si l praecesserit, sequi debet r, ut molare'. quod περὶ ὀρθογραφίας congruit quaestionibus copulare.

Later an lateris? et huic nominativum singularem ablativus restituet singularis, si e litteram *de*ponat: Varro de sermone Latino V 'later lutum iugmenta'.

Lacer an laceris? ut tener puer. ultimam enim vocalem si ablativus amiserit, dabit scire *qualis* esse debeat nominativus. Ovidius

mille lacer spargere locis,

quod ita dici *debere et* Caesar de analogia libro II nec non et Valgius de rebus per epistulam quaesitis *disp*utant.

Laurus Maro,

inter victrices hederas tibi serpere laurus,

idem

*li*minaque laurusque dei.

---

17 — 28 *N* // litiam ponā
Later an lateris et huic nominatiuum singularem ablā restituet singū *si e*
uarro de sermone latino .V. later lutum iugmenta :· // bit scire ēē debeat
Lacer an laceris ut tener puer ultimā ꟿ uocalē si ablatiuus ami..... da
nominatiuus ouidius mille lacer spargere locis quod ita dici
caesar de analogia lib. II. nec ñ et ualgius de reb: per epistulā q̄s........utant
Laurus maro inter uictrices hederas tibi serpere laurus.....minaq̄
laurusq. dei idem et sacra redimitus tempora lauro...*lauri maro*

Pleraque integra legit Pierius 18 si e literam ponam ω 20 ablatiuus amiserit dabit ω 23 dici solet. Caesar ω 24 per epistolam quaesitis. Laurus ω 26 laurus. Idem. Numinaque ω

---

6 in er debent ω 7 Iurum] *Charis. p.* 72 cultores licet ius *om. N*, *addidi ex Charisio l. c.* 10 Lepus] *Charis. p.* 56 *sq.* 12 lepus *om. N*, *addidi ex Charisio l. c.* 14 in qua tanquam syllaba ω in penultima syllaba *Fabricius* in ultima syllaba *Lindemannus* 15 molare ω bolare *N* 19 agmenta ω 21 qualis *add.* ω Ovidius] *metam.* III 522 26 inter] *Verg. bucol.* 8, 13 28 liminaque] *Verg. Aen.* III 91

sed et lauri Maro,

et vos o lauri carpam,

idem ||

illum etiam lauri etiam flevere myricae,

idem

munera sunt lauri:

lauro Maro,

faciemque simillima lauro,

idem

et sacra redimitus tempora lauro.

sed ablativum singularem dativo non habet similem. ait enim Plinius huic lauro et tamen ab hac lauru et lauruum facere.

Lar, si familiaris erit, genetivo Laris faciet, si Tolumni Porsennae, Lartis.

Meus mei meo meum mi a meo. 'femininum mea ut Helena declinabitur' inquit Scaurus artis grammaticae libris, additque quia vocativus singularis generis masculini multos dissidentes etiam nunc generat, o mi an o meus facere debeat.

Memoris, non ut sororis praetoris doctoris. est enim et neutralis potestatis, cum sit commune generum trium, ut sub a littera plenius diximus.

Mugil an mugilis? Plinius eodem libro VI 'hic mugil' inquit 'ut pugil et vigil. ablativo enim singulari detracta postrema vocali qualem oporteat nominativum singularem esse dinosces, ut ab hoc consule. mugilum an mugilium? ut vigilum et pugilum, mugilum quoque dici putato'. propterea itaque ablativum singularem non i sed e littera terminari.

Molli numquam per e ablativo singulari evadat, quia proprium id nomen hominis esse non potest.

Mars. 'Mars horum Martum' inquit Plinius 'facit, licet sors sortium

1 — 11 *N*

et uos o lauri carpam idem illū etiam lauri etiam fleuere myricę
idem munera s̄t lauri :· Lauro maro faciemq, simillima lauro :·

N II 5ᵛ, 1 s. ablatiuum

1 lauro. Lauri. Maro ω

1 sed et *addidi, ut locum qui superesse in codice videbatur explerem. potuit tamen, praesertim cum reliqua non satis adpareant, eo indicio novi tituli initium significari* 2 et vos] *Verg. bucol.* 2, 54 4 illum] *Verg. bucol.* 10, 13 6 munera] *Verg. bucol.* 3, 63 8 faciemque] *Verg. georg.* II 131 10 et sacra] *Verg. Aen.* III 81, *ubi N. Heinsius* lauru *apud Charisium scribendum esse coniecit. satius visum est versum inter exempla nominativi pluralis in codice conlocatum huc transponere* 13 Tolumnii uel Porsennae *Fabricius* 19 neutr̄ pote *N* neutrali potestate *Lindemannus* neutrum ω 20 sub a littera] *p.* 95. 97 *v. arbor* 21 diximus ω dxt *N* 22 Mugil] *Charis. p.* 82 23 detracta p̊sema uocali *N* 25 p̄p̄.e. itaq, ablā singū *N*: propterea itaque ablatiuus singularis — terminatur *Fabricius*

et nox noctium faciat, quoniam quae | in duas semivocales aut in duplicem *consonantem* monosyllaba nominativo exeunt, haec genetivo plurali ante um i litteram habere debent'.

Murum Cicero de deorum natura libro II, 'nec enim homines murum aut formicarum causa frumentum condunt'. ubi Plinius eodem libro VI 'pro murium' inquit, 'quoniam non ut fures furum et augurum et celerum dicimus, ita quoque murum censere debemus'. quaecumque enim r littera nominativo singulari sunt terminata, [oportet] ea genetivo plurali um non ium recipere debere. itaque Trogum de animalibus libro X 'parium numerorum et imparium' non recte dixisse, sed parum et imparum. ||

Mare Varro de gente populi Romani III, 'a mare operta oppida', pro a mari, ut refert Plinius. idem, inquit, antiquitatium humanarum libro XII, 'ab Erythro mare orti', et in Fundanio 'in mare aquam frigidam oriri'; Atacinus quoque

cingitur oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

consuetudo vero per i locuta est contra finitionem quam sub titulo ruris dixit. Plautus in Cistellaria

secundo vento vectus est
tranquillo mare.

Mysis, o Mysis, Terentius, ut o crinis funis cinis. Graeci demunt s litteram, nostri parem nominativo *vocativum* custodiunt.

Monteis. licet Pomponius Secundus poeta, ut refert Plinius, propter homonymum nominativi accusativo casu omnes non putet dici sed omneis, tamen idem Plinius in eodem permanet dicens omnes tunc demum posse dici accusativo, ut canes, quando genetivus pluralis horum canum ante um i non habet.

Maioreis Cicero, ut Plinius eodem libro notat. maiore, ab hoc *maiore*, si hominis sit proprium nomen; maiori *de* re vel negotio. atqui ferunt quaecumque comparativi gradus sunt ablativo i finiri non posse.

Mantus Maro, 'fatidicae Mantus', ut Didus.

---

27 — 30 *N*

Maioreis cicero ut plinius eodem libro notat maioressiab h.homine*is proprio*nōeminoreị|iñhabet posse e ū negotio atqui ferunt quęcumq, comparatiui gradus sunt ablā i finiri ñ debere Mantus maro fatidicę mantus ut didus :· // cetur ablā per e nobili si res aliqua p̄dicetur

27 maiores, si ab his homineis proprio nomine minoreis re non negotio ω 29 debere *in codice deletum est*

---

2 consonantem *om. N* 4 de deorum natura libro II] 63, 157 7 ita quoque *Lindemannus* itaq, *N* 12 Mare] *Charis. p.* 45 *Priscian. p.* 759 de genē P̄R̄ *N* de gente P. R. ω *et Charisius l. c.* 17 definitionem *Charisius l. c.* sub titulo ruris] *p.* 115 18 pautus in cistellaria *N*: I 1, 15 20 mari ω 22 vocativum *om. N* 24 oēm̄s ñ putent *N*: putet *Lindemannus* 26 quando] quod *N* 30 Mantus] *Charis. p.* 48 Maro] *Aen.* X 199

Natale, ab hoc Natale per e, si homo sit; natali, si dies natalis sit.

Nobile, si homo vocetur, ablativo per e; nobili si res aliqua praedicetur.

Navali per i ablativo, non etiam per e proferri debet. itaque Varro epistolicarum quaestionum libro I 'corona' inquit 'navali', quia et homini et negotio aptari potest nec tamen in proprium hominis nomen cadit.

Neminis Plautus in Captivis,

neminis misereri certum est.

Ns litteris nominativus singularis si terminetur, genetivus pluralis ante um i recipiat necesse est. itaque Cicero rationis memor parentium saepe dicit. *sed et* Fronto pro Ptolemaeensibus 'parentum tuorum', ut ait Plinius; alias poetarum vicem, qui regulam satis idoneam sopierunt.

Nobile Cicero de iure civili, 'aliquo excellente ac nobile viro' . . . . . . id etiam Plinio conserente. ||

Nobiliore. comparativa Plinius e putat ablativo finiri; *antiquos* tamen ait per i locutos, quippe fastos omnes et libros 'a Fulvio Nobiliori' scriptum rettulisse.

Osse. monosyllaba extra analogian esse Plinius eodem libro VI scribit et addit eo magis consuetudinem in eo esse retinendam: Titinius

velim ego osse arare campum cereum; |

Varro quoque 'osse' inquit 'scribebant', non osso. ossum dici non potest, quoniam neutrale nomen quodcumque nominativo singulari m littera

---

1—19 *N*

atale ab hoc natale per e si homo sit natali si dies natalis sit :· Nobile si hō uo
uali per i ablā ñ etiam per e proferri debet itaq, uarro epistolicar̄ quęst. lib. I
Corona inquit nauali q et homini et negotio aptari potē nec tū in propriū hominis n̄m̄ cadunt
Neminis plaū in captiuis neminis mereritū ē :· // rationis memor parentiū sępe dt
nominatiuo singū si terminetur genē plū ante um i recipiat necesse ē itaq, cicero
ronto pro ptolemęnsib, parentum tuorum ut ait plinius alias poetar̄ uicem q regulā satis
cicero de iure ciuili aliquo excellente ac nobile uiro | idoneam sopierunt
id etiam plinio conserente :· Nobiliore comparatiua plinius e putat ablā finiri
stñ ait per i locutos quippe fastos omnes et libros a fuluio nobiliori scripta retulis
Monosyllā extra analogian ēē plinius eodem libro .VI. scribit et addit eo ma [se
gis

1 Natale ω 4 Nauali ω 8 mereritum *corr.* miseritum, *ut videbatur* 11 dicit. Fronto ω 13 Nobile. Cicero ω 18 Os monosyllaba ω

---

7 in Captivis] III 5, 106 8 misereri certum est ω 9 Ns] *cf. Charis. p.* 98 *v. amans* 14 asserente *Fabricius* 15 antiquos] Caelius *Fabricius. de Iunio Gracchano olim cogitabat Hertzius de Cinc. p.* 101 *praeeunte Merkelio proll. in Ovid. fast. p.* LXXV 16 locatos ω publicatos *Fabricius* ...tamen ait per i locatos ab ipso fastos et omnes libros a Fulvio Nobiliori scriptos etulisse *coniecit Mommsenius nunt. societ. Sax. a.* 1854 *p.* 157 *omisso in lacuna, ut existimabat, nomine grammatici, qui fastos a Fulvio Nobiliori in aede Herculis Musarum positos (Macrob. sat.* I 12*) citaret* 18 Osse] *Charis. p.* 40

terminatur in bus syllabam dativo et ablativo plurali dari non potest, ut aptum bonum cavum datum. Gellius tamen libro XXXIII 'calvariaeque eius' inquit 'ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque'.

'Ossu quidam ut veru genu putarunt' inquit Plinius eodem libro VI 'posse censeri'. nam ut veribus genibus, ossibus quoque posse manifestum est.

Os oris. omne enim s littera terminatum nomen neutri generis non potest in declinationem veniens non per r litteram strepere, ut idem Plinius eodem libro scribit, et addidit 'licet os corporis correptius diceretur, os vero faciei productius duceretur'.

Oscen augurum consuetudo dicit; 'Cicero tamen' inquit Plinius 'de auguriis et hic oscinis dixit'.

Omni, ab omni, non etiam ab omne dicemus, quia nec hoc in nomen hominis cadit.

'Oxo Varro ad Ciceronem XIII, 'olivo et oxo putat fieri'', inquit Plinius sermonis dubii libro VI.

Orbi pro orbe Ciceronem de re publica libro V, 'orbi terrarum conprehensos', sed et Puplium Rutilium de vita sua V, 'ex orbi terrarum', et frequenter an*tiquos* ita locutos Plinius eodem libro VI notat: 'quamquam consuetudo melior' inquit 'quae faciat ex orbe, non sine ratione, quam *sub* nomine ruris dixinus'.

Omnes Sallustius in Catilina, 'omnes P. C. qui de rebus dubiis consultant ab odio amicitia i. a. m. u. d.', cum idem in eodem

---

13 — 23 *N*

Om...ab omni ñ etiam ab omē dicemus q nec h. in ññ hominis cadit :· //ronem de rp lib. V. orbi Oxũ uarro ad ciceronē .XIII. odi et oxo putat inqt fieri pliñ s̄monis dubii lib. VI :· Orbi p orbe cice rarum conprehensos s. et puplius rutiliũ de uita sua .V. ex orbi terrarum et frequenter an ita locutos pliũ eod. lib. VI. notat q consuetudo melior inquit q̄ faciat ex orbe ñ sine ra *quũ* nōīē ruri dx̄ī̄m :· // idem in eodem omneis homines qui sese student p̄stare ceteris ani lus. in catilina omnes p. c. qui de rebus dubiis consultant ab odio amicitia .i. anm̄ .d. c

Pauca praeter ea quae nunc restant neque ea satis certa, ut videtur, legit Pierius 13 Omnis ab ω 15 *utrum* Oxũ *an* Oxa *scriptum esset non adparuit.* Osso ω 17 orbi terrarum ω 19 frequenter Santra ita ω 20 sine ratione in nomine iuri dominis. Omnes, Salustius ω

---

1 dare *N* 2 caluariaeque *Charisius l. c.* calueq, *N* 8 veniens] eens *N* censeri ω 9 et addidit *Fabricius* nec addidit *N* 10 faciei *Fabricius* facies *N* 11 Oscen] *Charis. p.* 81 augur̄ (*h. e.* augurum) *N* augurium ω 12 oscen *nominativo dixisse Ciceronem tradit Charisius l. c. quam discrepantiam siquis ita tollat, ut* Oscinum, augurium, (*cf. Fest. p.* 197 *ed. Müll.*) consuetudo dicit; Cicero — hic oscen oscinis dixit *scribat, vereor ne ipsum grammaticum corrigat* 15 oliuo et osso ω 17 apud Ciceronem ω 19 antiquos *Hertzius ephem. lit. Ien. a.* 1844 *p.* 727: *cf. observ. crit. in Cat. et Varr. p.* 95 20 quae facit ω 21 in nomine ruris *Lindemannus: cf. p.* 115 22 in Catilina] 51, 1 omnes homines patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant ab odio amicitia ira atque misericordia vacuos esse decet 23 in eodem] 1, 1

'omneis homines qui sese student praestare ceteris animalibus'; quod ratione potius esse subnixum sub f et sub m littera poterit ostendi. sed Asper, si *gene*tivus, inquit, omnium i litteram natura retinet, et in accusativo esse servandam.

Poematis, quamvis ratio poematibus faciat. nam sic inscribit Varro libro suo de poematis; *et* Annius Florus ad divum Hadrianum 'poematis delector'.

Pecus si neutri sit generis, pecoris dicitur; pecudis, si feminini. pecudem Plautus in *Truculento*,

ob meam scripturam pecudem cepit.

P*enu Pomponius*, '. . . . . e careo tam pulchra penu'. penus peni, si femininum; penoris ut pecoris, si *generis* neutri sit, ut quidam putant.

Palumbes Maro ait. palumbes a quo nominativo veniat quaeri solet.|

Pometa ubi poma gignuntur ut oliveta; pomaria autem quo ponuntur; pomaria in quibus continentur.

Patris matris, non *ut apri* capri, quia pater et mater Gr*aeca* declinatione adtinentur.

Pubes. si verendorum pars vel lanuginis significabitur, genetivus pubis facit; si iuventas aut aetas, puberis. cuius utriusque nominis Maro meminit,

haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum;

et cum in tertio

---

1 — 19 *N*
alib: quod ratione potius ēē subnixū sub f et sub m littera poterit ostendi s. asper si
tiu: inquit omnium i litteram natura retinet et in accusatiuo ēē seruandam :· // tis
matis quāuis ratio poematib: faciat nam sic inscribit uarro libro suo de poema
annius florus ad diuū hadrianū poematis delector :· // scripturam pecudem cepit
P....si neutri sit generis pecoris dicitur pecudis si feminini pecudē plautus in ob. meam
P............. e careo tam pulchra penu penus peni si femininum penoris
ut pecoris si .... neutri sit ut quidā putant :· // poma gignuntur ut olineta poma
Palumbes maro *ait* palumbes a quo nominatiuo ueniat queri solet :· // ∫ Pometa ubi
ria W quo ponuntur *po*maria in quibus continentur
Patris matris ū . . . . apri q pat̄ et mat̄ gr. ... decl*inationes* adtinentur
N II 5ᵃ, 2 Pubes

1 animalibus ω 5 Poematis ω 6 de poematis, Anneus Florus ω 8 Pecus si ω

---

2 sub f et sub m littera] *p.* 104 *v. fonteis et p.* 111 *v. monteis* 3 si genitinus *Fabricius* 5 Poematis] *Charis. p.* 38 8 pecudem Plautus ω 9 Truculento *add. Fabricius*, Trinummo ω. *Plaut. Truc.* I 2, 42 11 Penus. Si masculinum sit, dicitur penus. ut, Careo tam pulchro penu *Fabricius. mihi supplementum lacunae praebuit Cledonius p.* 1896, haec penus; Pomponius 'quo pacto caream tam pulchra penu' 14 Palumbes] *Charis. p.* 82 15 Pometa] *Charis. p.* 85 17 Patris] *Charis. p.* 63 20 Maro] *Aen.* I 399 23 in tertio] *Aen.* III 426

virgo
pube tenus postrema immani corpore pistrix.

conpositio tamen inpubis facit, non inpuberis, ut ait Maro V

comitemque inpubis Iuli
Epytiden vocat.

Patavi Maro, 'ille urbem Patavi', pro Patavii. par enim genetivus esse *debet* nominativo, nec minor, ut huius imperii et ingenii.

Pecu Plautus in Bacchidibus,

pastor harum
dormit, cum haec eunt a pecu halitantes,

idem in Rudente

non vides referre me uvidum rete sine squamoso pecu?

Patruele, ab hoc patruele Cornelius Nepos inlustrium virorum libro XVI, 'a fratre patruele' inquit * rem necessitudinis, sed etiam personam ostendat.

Pacium an pacum et lucium an lucum addubitari etiam nunc ait Plinius, 'quoniam nec finitionem ullam in monosyllabis' || inquit 'grammatici temptaverunt. nam ut fax faex nux crux rex lex sine i genetivo plurali sunt dictitanda, ita contra nox falx calx arx lanx cum i pronuntianda sunt'.

Panium Caesar de analogia libro II dici debere ait. sed Verrius contra. nam i detracta panum ait dici debere. neutrum autem puto posse dici, quia de his est nominibus quae, cum pondere numero mensuraque constent, semper sunt singularia.

Partum. Caesar in analogicis harum partum, Cornelius Nepos inlustrium XV * et Ennius

iamque fere quattor partum,

quoniam ab hac parte facit et has partes. 'sed consuetudo' inquit Plinius 'ut praegnatium optimatium'.

Poematorum et in II et in III idem Varro adsidue dicit et his poematis, tam quam nominativo hoc poematum sit et non hoc poema. nam et ad Ciceronem XI, horum poematorum et his poematis oportere dici. itaque Cicero pro Gallio poematorum et in Oratore poematis dixit. sed et Q. Laelius ex principibus grammaticis librum suum ita inscripsit, 'De vitiis virtutibusque poematorum'. Accius quoque didascalicorum VIIII

3 Maro V] *Aen.* V 546 5 epytiden *N* 6 Maro] *Aen.* I 247 7 debet *om. N, add. Lindemannus: cf. Charis. p.* 54 8 platus *N* in Bacchidibus] V 2, 4 (1123 *R*) 10 h̄ (*h. e.* haec) *N* autem ω hae sic *Fabricius* balitantes *Fabricius* 11 in Rudente] IIII 3, 5 12 me referre ω ubidum *N* auidum ω 15 ostendit *N* ostendens *coniecit Lindemannus. ego lacunam indicavi* 16 adubitari *N* 19 calx] salx *N* 20 Panium] *Charis. p.* 69 23 constant *N* 26 quattor *Ritschelius mus. Rhen. noviss.* VIII *p.* 309, IIII *N: cf. Lachm. in Lucret. p.* 192 28 pregnatium ω regnatium *N* 31 oportere dici ait *Fabricius* 32 in Oratore] 21, 70 et in oratione et in poematis

nam quam varia haec genera poematorum, Baebi,
quamque longe distincta alia ab aliis sint nosce.

Quies quietis facit, cum es *producta* finita nomina genetivum ei soleant terminare, ut dies acies luxuries; quod tamen nomen iuncta praepositione in regulam redit, ut Maro

requiem spatiumque furori,

quamvis Cicero requietem dixisse memoretur.

Rudi. nec hic ablativus in e mutabit, quoniam non capit esse nomen proprium hominis, et quia rei est, ut a rudi animo.

Rude, ab hac rude. 'si de * qua ludimus' ait Plinius, 'merito e littera claudi debet. itaque et ab hac' inquit 'summa rude dici debet'. ||

Retium, non retum, quoniam, ut ait Plinius sermonis dubii libro VI, genetivus numquam pauciores syllabas habet quam nominativus. |

Radicium Varro rerum rusticarum I et III; et Fabianus de animalibus 'radicum genera' inquit. Hyginus quoque de agri cultura II 'ab extremis radicum partibus'; quod magis cum ratione dici leges sub c littera.

Rure Terentius in Eunucho,

ex meo propinquo rure hoc capio commodi.

itaque et Varro ad Ciceronem XXII 'rure veni'. quem Plinius ad eundem XI 'rure ordinatum arbustum' dixisse laudat; sed et Terentium in Adelphis

filium negat esse rure,

sed et Titinium in Hortensio

in foro aut in curia
posita potius quam rure apud te inclusa;

cum nemo dubitet. et tametsi nulla possit esse nominis regula certior, [et] in signis tamen adverbialibus non potest nominibus esse commune. quamquam enim finitio istius sit eius modi, quaecumque nomina genetivo singulari in is venerint, ablativo singulari in e venire, tamen contra

ruri agere vitam, perparce ac duriter
sese habere

Micionem Terentius in Adelphis loquentem de fratre conmeminit, non rure.

---

1 *versus Sotadeos descripsit Lachmannus ind. lect. Berol. hibern. a.* 1849 *p.* 7, *quem secutus sum. trochaicos numeros constituerat G. Hermannus de Attii libr. didasc. p.* 7 uaria sint genera *N* Baebi quamque *w* beb; q q̄ (*h. e.* baebus quam quae) *N* 2 sint *om. N* 3 Quies] *Charis. p.* 52. 85 producta *om. N: cf. Charis. p.* 103 *Es* 5 Maro] *Aen.* IIII 433 8 mutauit *N* 10 *fortasse* si de ea qua ludimus 14 rerum rusticarum I] 45, 3 *ubi* radicum *fuit in codice Florentino. in tertio libro non inveni* 16 sub c littera] *p.* 100 *v. cervicium* 18 in Eunucho] V 5, 1 21 arbustum *w* ambustum *N* 22 in Adelphis] IIII 2, 3 26 inclusa *w* in clausa *N*, *quod tuetur Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 122 27 et *secundo loco delevit Lindemannus* 28 communiũ *N* quamquam] quam *N* 33 mitionem *N* in Adelphis] I 1, 20

Rudis, sive species quam lanista liberandis gladiatoribus gerit sive inperitus, eundem nominativum habent, licet diversos ablativos, summa *rude et ab hoc* rudi. item Plinius eodem libro VI, 'ablativus, ab hac rude summa, *a* rudi homine, a rudi animo, a rudi consilio'.

Salutare, ab hoc Salutare, si homo sic vocetur; salutari, si res sit, ut est medicamentum.

Sodale, si homo sit Sodalis; sodali, si res sit.

Saeculare, si homo sic vocetur; saeculari, si temporis *sit*.

Saguntinorum Coelius, Saguntium Sallustius, ut Paulus in Coelii historia libro I notat.

Suave, a Suave invitatus sum; suavi, a suavi victu. ||

Senatuis ut fluctuis. 'ita genetivum' inquit Plinius 'declinabant, ut G. Fannius Cos. contra G. Gracchum 'senatuis consulta'. senati Sallustius, 'senati decretum fit', ut lauri; Cicero quoque [de] divinatione in Verrem et pro Oppio II senati'.

Supellectilis. genetivus una syllaba crescere debet excepto hoc nomine, et quia dativo minor esse non debet et quia nominativus in x littera, quae duplex est, terminatur.

Saturnalium. a littera finita nominativo plurali *genetivo* alia um, alia rum terminabuntur. inspiciendus itaque nobis est dativus et ablativus pluralis, in is syllabam an in bus exeant. itaque fulmina fulminum, lupanaria lupanarium, Saturnalia Saturnalium. bus enim syllaba dativus et ablativus clauduntur. balneorum vero et ferreorum ideo dicimus, quod eorum dativi et ablativi non bus sed is terminantur. secunda ratio, qua Plinius ait Valgium niti, talis est: nomina semper pluralia, si ante novissimam a litteram i habebunt, deposita a et adsumpta um facere genetivos plurales, velut Liberalia Floralia, Liberalium Floralium; si autem ante a i non habebunt, in rum faciant necesse est genetivum. itaque exta castra extorum castrorumque faciunt.

Senapi huius senapis tantum posse dici aiunt quibus grammatica curae est, ceteros vero casus esse similes singulari nominativo, ut cummi cummis.

Siremps tantum per nominativum et ablativum declinatur, sirempse, ut tabes et pluris, ab hac sirempse plure tabe; Caesar ergo 'sirempse lex

---

1 siue scipio quem *Fabricius* siue species uirgae quam *coniecit idem in notis mss.* 2 rude et ab hoc *om. N* 3 rude summa rude homine *N* 8 sit *om. N* 10 hist. lib̄ I *N* 13 Sallustius] *Catil.* 53, 1 14 Cicero] *div. in Caec.* 5, 19 19 genetivo *om. N* 20 inspiciend: (*h. e.* inspiciendus) *N* inspiciendum *Fabricius* 25 nomina — 29 faciunt *Charis. p.* 37 27 siū *N* 28 facient (a supra e) *N* 29 facit *N* 30 Senapi] *Charis. p.* 47. 83 cura" ē (e supra) 'grammatica *N* 32 Sirempse] *Charis. p.* 73, 118 *tabis* ablatiuum *Charisius l. c.* uocatiuum *N* 33 pluris — plure] pluvies — pluvie *coniecit Ritschelius mus. Rhen. noviss.* VIII *p.* 302 caesare ergo | Sirempse *N* Caesar de analogia sirempse — dixit pro nominativo esse, nisi *Ritschelius l. c. p.* 303 Caesar eius ergo sirempse — dixit pro nominativo, nisi *Huschkius ib. p.* 463. *fortasse* Caesar ergo sirempse — dixit sine e pronuntiandum esse, nisi

esto quasi sacram violaverit' dixisse pronuntiandus est, nisi forte quidam adverbialiter legere maluerint, similiter lex esto. |

Senex senecis facere deberet. ex enim syllaba finita nomina genetivo aut gis aut cis recipiunt, ut vertex verticis simplicis supplicis duplicis. est ergo de exceptis senex. senis namque facit.

Supellex. et hoc inter excepta esse praeter regulam supra scriptam notandum grammatici putaverunt. nam supelle||ctilis facit. gis autem finiuntur ut gregis regis remigis.

Strix avis dicitur et declinatur strix strigis strigi strigem strix a strige.

Sinapis Plautus in Pseudulo,

teritur sinapis scelera, quod illi qui terit,
prius quam contrivit, oculi ut exstillent facit.

Supellex. quosdam nominativo haec supellectilis posse dici temptasse rettulerunt, ne genetivus duabus syllabis cresceret. sed necdum nobis idoneum proin loquentis occurrit exemplum, velut ancipes et praecipes, quod vetustas cum ratione rancidum protulit.

Schema, quasi monoptoton sit, proinde declinasse Caecilius in 'Ἀρπαζομένῳ denotatur, 'utinam' inquit 'te scioli schema sine cruribus videam', pro schemate; Plautus in Amphitryone

huc ego processi cum servili schema.

Spinu, ab hac spinu Varro in Aetiis, 'fax ex spinu alba praefertur, quod purgationis causa adhibetur'. spino, ab hac spino Maro,

eduramque pirum et spinos.

Tristi, ab hoc tristi, nec potest in e moveri, quod id quoque in hominis proprium nomen non potest cadere.

Tus aut lus nominativo singulari producto finita nomina non recipiunt i ante um genetivo plurali, ut virtus salus palus, quoniam nec accusativus is sed es recipit.

Turbo Turbonis, si proprium sit hominis nomen; turbinis, si procellam voluerimus exprimere, aut in eo, inquit Plinius, qui est in lusu pue-

---

17 *N* II 6, 1 Schema

---

1 sacram, *non* sacrum, *quod Lindemannus dedit*, *in N esse videtur*, *quamquam incertam scripturam non satis dispicere potui* 2 adverbialiter intellegere *Ritschelius et Huschkius l. c.* 3 Senex senicis ω: *cf. Charis. p.* 68 4 recipiunt ut | ut uertex *N* 6 Suppellex *N: cf. Charis. l. c.* 7 suplectilis (*h. e.* superlectilis) *N* 10 Sinapis] *Charis. p.* 47. 83. *cf. Priscian. p.* 682 in Pseudulo] III 2, 28 (817 *R*) 11 scelerata ω quod *N* quom *Fabricius* 12 extillent *N* 13 Suppellex *N* suppellectilis *N* 18 utinám te, sciole, istóc schema, sine crúribus Videám *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 37 tescioli schematä *N* te sine schema ω 19 in Amphitryone] *prol.* 117 *cf. Charis. p.* 38 21 in Aetiis fax ex *Ausonius Popma in Varr. fragm. p.* 317 *ed. Bip.* in asia fylaxe ex *N* in Asia fax *Putschius: cf. Non. p.* 112 *et quae conposuit G. Thilo de Varrone Plut. quaest. Rom. auct. Bonnae a.* 1853 *p.* 22 23 Maro] *georg.* IIII 145

rorum. sed Caesar de analogia II turbonem, non turbinem etiam in tempestate dici debere ait, ut Cato Catonis, non ut homo hominis.

'Tanaidis Varro antiquitatum humanarum XIII, non huius Tanais ut Tiberis' inquit Plinius.

Titanas. ubi Plinius 'nec paeanas accusativo' inquit 'recte dicimus. nullum enim nomen accusativo plurali in as venit nisi quod nominativo plurali in ae sonabit'.

Turben Tibullus,

namque agor ut per plana citus sola verbere turben;

quem Maro VII turbonem vocat,

tortus sub ‖ verbere turbo.

et ita putant dici debere, hic turbo, quia et homo et tempestas et buxum eodem possint nominativo perhiberi.

Tu. quidam hunc nominativum non per eandem aliis viam rationemve duxerunt sed ita, tu tis tibi te tu a te; hi vos vestri vobis vos o vos a vobis.

Te ablativo, 'clam te est'. atquin Plautus in Menaechmis 'clam uxorem est'; nisi forte clam et accusativo et ablativo possit aptari.

Torques, hic et haec torques nominativo, ut hic et haec canes a Lucilio libro I dictum legimus; | itaque dixisse veteres Caper his exemplis docet: Laevius Cypriae Iliadis libro I

collum marmoreum torques gemmata coronat.

Testu ut genu Fl. Caper veteres ait uti solitos: Mummius in Atellania riunius

ad spectacula est videre in testu quantum sit caput,

Afranius 'indignum vero dici solet testu'. at Maro testam dixit.

Torcular Afer pro Taurinis. sed torculare dici debet, quia genetivo a littera producitur, non ut iubaris lucaris, sed torcularis.

Tores Servilius, ut etiam Fl. Pomponianus notat, 'aureus tores', pro torques.

Tabis. huius tabis Cinna in Smyrna dixit, nullo ante se usus auctore, quando per nominativum et ablativum tantum modo declinari posse gram-

---

2 Cato Catonis *Fabricius* caro caronis *N* 8 Tibullus] I 5, 3 10 Maro VII] *Aen.* VII 378 11 torto *Charisius p.* 48 12 hic turben ω h̄ (*h. e.* haec) turben *N* 17 maenacchemis *N.* I 2, 46 (154 *R*) 19 canes *N* a Lucilio] *cf. Charis. p.* 100 20 dictum *Lindemannus* dictas *N* 21 Laevius *A. Schottus in Procli chrestom. p.* 419 *ed. Gaisf.* nequius *N* 23 atellaniar iunius *N* Atellana Iunius ω, *quod defendit C. Barthius adv.* IIII 5 *p.* 163, Atellania Rivinus *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 231 *conl. onomast. vet. ap. Labb.* 'riuinus ἀντίζηλος' 26 indignum uelut dici *Putschius:* in signum uelut duci solet testu *C. Barthius l. c.* indignum veluti dicier testu solet *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 199 indignum veru disco olla et testu *Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 276 indignum uéro, Ut dici solét, testu *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 186 Maro] *georg.* I 391 testa cum ardente viderent 29 Tores — 147, 9 Volucris *exc. Paris. f.* 104* pomponitanus *p* aureus ω aureum *N* 30 pro torquis *N* 31 Tabis] *Charis. p.* 73. 116

matici pronuntiant, proin ab hac tabe ut plure sirempse; cum sit eorum nominativus tabes plures siremps.

Tergum dorsum. hoc tergum tergi tergo, pluraliter haec terga tergorum. at vero tergus huius tergoris facit et haec tergora horum tergorum correpte. Vergilius tamen contra 'terga bovum' dicit, et in VIIII

hinc raptas fugientibus ingerit hastas

in tergus.

quibus exemplis inpunitas etiam illis datur qui putant tergum hominis, tergus vero pecoris nominari.

Vera rectius dicimus et testa quam ut genua cornua. nam et tonitrua an tonitra dici debeat dissidetur. ||

Vs litteris finita neutri generis genetivo adaeque singulari ris finiuntur, ut operis oneris; exceptis vulgo et pelago, quod interdum vulgus masculini sit generis, pelagus commune cum Graecis.

Vitale, ab hoc Vitale, si hominis proprium nomen sit, recte dicemus; vitali, si res aliqua dicatur.

Vtile, ab hoc Vtile nomini proprio debetur; utili, si rem aliquam velimus ostendere.

Vestale Nepos exemplorum II, 'a virgine Vestale' inquit pro Vestali, quia non personam sed rem significat.

Venali. 'per i, non etiam per e ablativus est finiendus, quoniam et de homine' inquit Plinius 'dicimus et de negotio'.

Veloce, a Veloce honoratus, a veloci vero equo superatus.

Vas, huius vasis, ut huius vadis. itaque genetivo plurali horum vasum.

Vasi. genetivo singulari i finita nomina genetivo plurali rum syllabam capiunt, vasorum, et nominativus erit hoc vasum. pluralis utrisque communis est, haec vasa.

Volucrium Cicero de finibus bonorum et malorum, nec non et Fabianus causarum libro II et III; volucrum Maecenas in dialogo II et consuetudo, ut idem ait Plinius.

Vectigaliorum Cicero ad Atticum; at enim in ratione consiliorum suorum, sed et de lege agraria | vectigalium. at vero Varro de bibliothecis II vectigaliorum, et Asinius Polio 'vectigaliorum rei publicae curam esse habendam'. vectigalium Messala, 'de vectigalium Asiae constitutione'; P. quoque Rutilius de vita sua libro IIII, Scaurus libro III 'vectigalium se minus fructos'.

---

1 pronunciant *Fabricius* pronuntient *N* 3 Tergum] *Charis. p.* 54 5 terga] *Verg. Aen.* V 405 in VIIII] *Aen.* VIIII 763 8 tergũs hominis tergus *N* 10 Vera ω Uara *N* tonitrua an tonitra dici debeat *p* tonitrua (an tonelrua) dici debeant *N* 19 a uirgine uestali (e) *N* 24 horum uasuum *N* 28 Cicero de finibus] II 33, 110 in quodam volucrium genere Fabianus Naturalium causarum *Fabricius* 31 ait enim in ratione uectigaliorum (h) suorum *Fabricius* 32 bibliotecis *N* 33 pollio *N* 34 habendam ω. *in N utrum* habendum *an* habendam *esset non adparuit*

Volgus, huius volgus Varro antiquitatium divinarum XV, 'volgus rumorem'.

Vulgu, *ab* hoc vulgu Oppius de vita Cassii, idem de vita prioris Africani 'opinante *vulgu*', Varro hebdomadon VIIII 'a vulgu condemnaretur'.

Vetere, 'vetere vino' Varro de actionibus scaenicis III, non veteri. ||

Vngui Licinius Calvus in poemate,

vaga candido nympha quod secet ungui.

Volucris, non volucer [sed] ut equester, ait Plinius dici debere.

Vulturius M. Aemilius Scaurus contra Quintum Caepionem actione II, 'nefarius volturius, patriae parricida', Cicero in Pisonem 'vulturius illius provinciae'; idem in eadem Scaurus 'vulturius rei publicae'.

Vultur Maro Aeneidos VI, 'inmanis vultur obunco rostro', ut turtur; volturus Ennius,

vulturus in spineto supinum mandebat hominem.

XVIII DE ABLATIVO CASV

Ablativus casus singularis, ut ait Cominianus grammaticus, quinque vocalibus terminatur, a e i o u, semivocalibus duabus, m et s, exceptis pronominibus, ut ab eodem et ab hoc, et nominibus appellativis monoptotis, ut nequam nugas.

Quaecumque nomina a vel o productam habuerint, ea genetivo plurali rum syllabam adsumunt, dativo et ablativo is, ut ab hoc Catilina horum Catilinarum his et ab his Catilinis, item ab hoc docto horum doctorum his et ab his doctis.

Quae e finientur, ea producentur aut corripientur. quae producentur, ea genetivo plurali rum syllabam adsumunt, dativo et ablativo bus, ut ab hac re harum rerum his et ab his rebus. quae corripientur, ea amissa

---

24 *N* II 6, 2 Item

---

3 Uulgu h. uulgu (*om.* ab) *N* Vulgu huius uulgu ω 4 opinante | uarro [h]ebdomadon *N*: uulgu *addidit Bondamus var. lect. p.* 233 a uulgu ω a uulgo *N* 6 vetere vino] *cf. Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 321 7 Licinius ω*p* licinnius *N* 8 lilium vaga *coniecit Brouckhusius in Prop.* I 20, 39 candida [o] *N* 11 nefarius [v] uolturius *N* Cicero in Pisonem] 16, 38 12 idem — rei publicae *ante* 11 Cicero — provinciae *posuit Lindemannus e coniectura Niebuhrii: cf. Meyer. fragm. orat. Rom. p.* 259 *ed. sec.* 14 Aeneidos VI] 597: rostroque inmanis voltur adunco *Fabricius* rostro [i] *N* 15 Ennius] *cf. Priscian. p.* 683 *Serv. in Verg. Aen.* VI 695 16 vulturus in spinis miserum mandebat homonem *A. Kochius exerc. crit. in priscos poetas Romanos Bonnae a.* 1851 *p.* 13 *conl. Verg. Aen.* VIII 645: vulturis in sylvis miserum *Fabricius* homonem ω: hominem :· Explicitus lib de analogia: | Incip de abla casu. | Ablatiuus *N* 19 semivocalibus duabus m et s *om. Diomedes p.* 279 *et exc. Bob. p.* 108 *ed. Vindob.* 28 corripiuntur *N*

e ultima genetivo plurali um syllabam adsumunt, dativo et ablativo bus, ut ab hoc pariete horum parietum his et ab his parietibus. sunt autem quae commutant declinationem praedictam et genetivum pluralem in ium faciunt, ut ab hoc fonte horum fontium his et ab his fontibus.

Quae i finientur, ea genetivo plurali um adsumunt, dativo et ablativo bus, ut ab || hoc agili horum agilium | his et ab his agilibus. accusativus quoque in is syllabam exibit, qui detracta s littera et adposita a neutrum genus ex se faciet, ut haec agilia.

Quae u finientur, ea ad integram formam genetivo plurali um syllabam adsumunt, dativo et ablativo bus, ut ab hoc versu horum versuum his et ab his versibus.

Quae m et s habuerint, ea et in plurali numero monoptota erunt, ut nequam nugas.

Aliis de ablativo casu et catholicis eius observationibus ita placuit definire. ablativus casus numeri singularis observata novissima syllaba litterave facile monstrabit quo modo declinare pluralem numerum debeamus.

Nomina quae ablativo casu numero singulari a littera finiuntur adiecta e littera faciunt nominativum et vocativum pluralem, ut ab hac Musa hae Musae et o Musae. remota autem e littera et adposita s faciunt accusativum pluralem, ut ab hac Musa has Musas. si removeas s litteram et adponas rum syllabam, fiet genetivus pluralis, ut ab hac Musa harum Musarum. sublata autem de ablativo singulari a novissima littera et adposita is syllaba, fiet dativus et ablativus pluralis, ut ab hac Musa his et ab his Musis. nam deabus et filiabus et quidquid huius modi est discernendi sexus gratia contra rationem receptum est.

Nomina quae ablativo casu numero singulari e littera producta finiuntur, adiecta s littera faciunt similiter producta novissima syllaba nominativum et accusativum et vocativum pluralem, ut ab hoc vel ab hac die hi vel hae dies hos vel has dies et o dies. remota s littera appositaque rum syllaba, fiet genetivus pluralis, ut ab hoc vel ab hac die horum vel harum dierum. si removeas rum et apponas bus syllabam, dativum et ablativum pluralem facies, ut ab hoc vel ab hac die his et ab his diebus.

Nomina quae ablativo casu numero singulari e littera correpta finiuntur tam genere masculino quam feminino adiecta s littera nominativum et accusativum et vocativum pluralem faciunt, interdum producta ultima syllaba, ut ab hoc et ab hac divite hi et hae divites hos || et has divites et o divites. interdum correpta ultima syllaba nominativum et vocativum pluralem faciunt, ut ab hoc Daphnide et ab hac Bacchide hi Daphnides et

---

5 Quae i — 8 agilia *post* 9 Quae u — 11 versibus *posita signis* /· *et* //· *adscriptis in suum locum revocata sunt in N* 7 qui] q N 8 facit (e) N 14 Aliis — 150, 20 cornibus *Diom. p.* 279 *sqq.* 15 diffinire *corr.* definire N

hae Bacchides o Daphnides et o Bacchides. nam accusativus hos Daphnidas et has Bacchidas facit. sed haec in Graecis tantum nominibus observari necesse est. in neutrali vero genere ablativi singularis ultimam e litteram in a litteram verte et fiet nominativus accusativus vocativus pluralis, ut ab hoc ore haec ora et o ora. genetivum *autem* pluralem in omni genere ablativus singularis correpta e littera finitus pari modo faciet, *si aut remo*ta e littera aut in i conversa adieceris um syllabam, ut ab hoc et ab hac paupere horum et harum pauperum, ab hoc et ab hac dite horum et harum ditium. ex hac eadem specie ablativi singularis, si e litteram in i vertas et adicias bus syllabam, pari modo in omni genere fiet dativus et ablativus pluralis, ut ab hoc hospite et ab hac matre et ab hoc ore, his et ab his hospitibus matribus oribus.

Nomina quae ablativo casu numero singulari i littera finiuntur genere masculino et feminino sublata i ultima et adposita es syllaba producta faciunt nominativum et vocativum pluralem, ut ab hoc et ab hac agili hi et hae agiles et o agiles. nam accusativus iuxta regulam manente i littera debet enuntiari, hos et has agilis, ut est 'omnis homines'; sed eum ad nominativi et vocativi formam consuetudo transduxit. in neutrali autem genere ad singularem ablativum adiecta a littera fiet nominativus, accusativus et vocativus pluralis, ut ab hoc agili haec agilia et o agilia. genetivum vero pluralem in omni genere pari modo facies, si adicias um syllabam ablativo singulari, ut ab hoc et ab hac agili horum et harum agilium. item in omni genere dativum et ablativum pluralem facies, si singulari ablativo adicias bus syllabam, ut ab hoc et ab || hac agili his et ab his agilibus.

Nomina quae numero singulari casu ablativo o littera finiuntur genere masculino sublata o et adposita i nominativum et vocativum pluralem facient, ut ab hoc Scauro hi Scauri et o Scauri. accusativum autem pluralem facies, si ablativo singulari adieceris s litteram, ut ab hoc Scauro hos Scauros. in neutrali vero genere, si ablativo singulari sublata o no-

---

1 — 10 *N* a a
hos daphnides et has bacchides facit s. h̄ in grecis tantum nominib: obsu......... e ē
In neutrali uero genere ablatiui singularis ultimam e littam in a littam uerte et
fiet nominā accusatī uocatī plū ut ab h. ore h̄ ora et o ora :· g
plū in omni genere ablatī singū correpta e litta finitus pari modo fac
ta .e. litta ā in .i. conuersa adieceris um syllā ut ab h. et ab hac paupre
harum pauperum ab h. et ab hac dite horum et harum ditium ex hac ead
ablatiui singū si .e. littam in i uertas et adicias bus syllā pari modo in omni genere fiet

2 obseruari necesse est ω 5 genitiuum pluralem ω 6 faciet mutata e ω 8 paupere horum et harum ω 9 eadem specie ablatiui ω

---

6 faciet si aut remota e littera *Diomedes p.* 282 17 omnis homines] *Sallust. Catil.* 1: *cf. Charis. p.* 113

vissima a litteram ponas, fiet nominativus accusativus vocativus pluralis, ut ab hoc templo haec templa o templa. pari autem modo et | masculino et neutrali genere fiet genetivus pluralis, si ablativo singulari adicias rum syllabam, ut ab hoc Scauro horum Scaurorum, ab hoc templo horum templorum. dativus quoque et ablativus pluralis et masculino et neutro genere pari modo fiet, si ablativo singulari sublata o littera is syllabam ponas, ut ab hoc Scauro et ab hoc templo, his et ab his Scauris et his et ab his templis.

Nomina quae ablativo casu numero singulari u littera finiuntur masculino et feminino genere adiecta s littera faciunt nominativum et accusativum et vocativum pluralem, ut ab hoc versu et ab hac manu, hi versus hos versus o versus, et hae manus has manus o manus. in neutrali autem genere adiecta a littera faciunt nominativum et accusativum et vocativum pluralem, ut ab hoc cornu haec cornua et haec cornua et o cornua. genetivum vero pluralem in omni genere pari modo facies, si adicias ablativo singulari um syllabam, ut ab hoc versu et ab hac manu et ab hoc cornu, horum versuum harum manuum horum cornuum. dativus quoque et ablativus pluralis in omni genere pari modo fiet, si ablativo singulari u litteram in i commutes et adicias bus syllabam, ut ab hoc versu et ab hac manu *et* ab hoc cornu, his et ab his versibus manibus cornibus.

XVIIII DE FORMIS CASVALIBVS

Formae casuales sunt sex, senaria quinaria quaternaria ternaria bipertita simplex vel unita. senaria forma est cum in omnibus sex casibus varia forma in declinationibus effertur, ut est unus et solus et nullus. nam declinamus hic unus unius uni unum o une ab hoc uno. quinaria forma est, cum dativus et ablativus sociantur in declinationibus, ut est doctus et probus et cetera. quaternaria forma est, cum invenitur nominativus idem qui et vocativus et genetivus idem qui et dativus, ut res spes et reliqua huius ordinis. ternaria forma est quae in neutralibus nominibus invenitur, in quibus nominativus accusativus vocativus sociantur, ut scamnum scrinium, dativus et ablativus, huic scamno ab hoc scamno et cetera. non minus haec forma etiam in communibus nominibus invenitur is litteris finitis, in quibus nominativus genetivus et vocativus sociantur, ut facilis agilis, dativus et ablativus huic facili ab hoc facili. bipertita forma est quae in neutralibus nominibus u littera finitis est, *in* quibus nominativus et accusativus et vocativus sociantur, ut genu veru, genetivum dativum ablativum segregat ab his productio. dicimus enim huius genu huic genu

21 N II 6v, 1 De formis casualibus

20 et *ante* ab hoc cornu *om.* N cornibus :· explicit de ablatiuo casu :· | De N 23 cum] quę N 32 is *Putschius* his N 35 in *ante* quibus *om.* N 36 genetiuus N 37 producet N huius genu] hoc genu N

et ab hoc genu. unita vel simplex forma est quae in monoptotis nominibus invenitur, ut nequam. dicimus enim in omnibus casibus similiter hic nequam huius nequam huic nequam hunc nequam o nequam ab hoc nequam. pluralis vero numerus quaternariam habet, cum invenitur nominativus idem qui et vocativus et dativus idem qui et ablativus, ut sunt docti et probi. ternaria forma est in quibus nominativus accusativus vocativus pluralis sociantur, et dativus et ablativus, ut sunt scrinia et parietes. || |

---

2 hic] hi *N*

LIBER SECVNDVS.

I DE DEFINITIONE

Definitio est oratio quae id de quo quaeritur aperte describit et determinat.

II DE GENERE

Genus est dictio qua plures continentur species, ut animale et inanimale.

III DE SPECIE

Species est dictio originem trahens a genere, paucioribus confusa significationibus quam genus, ut homo arbor.

IIII DE ORATIONE

Oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronuntiatio, ut oris ratio.

V DE PARTIBVS ORATIONIS

Orationis partes sunt octo, nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctio praepositio interiectio.

VI DE NOMINE

Nomen est pars orationis cum casu sine tempore significans rem corporalem aut incorporalem proprie communiterve, proprie, ut Roma Tiberis, communiter, ut urbs civitas flumen.

Nomina aut propria sunt aut appellativa. propria hominum tantum modo, quae in species quattuor dividuntur, praenomen nomen cognomen agnomen, ut Puplius Cornelius Scipio Africanus. nam agnomina cognominibus ex aliqua ratione aut virtute adduntur, velut Africa||nus Creticus Asiaticus Numantinus et his similia. praenomen ergo est quod nomini praeponitur, ut Publius, nomen quod familiae originem declarat, ut Cornelius, cognomen quod nomini subiungitur, ut Scipio, agnomen quod extrin-

---

1 finit lib. I. inc lib. II. De definitione *N*, *numero tituli ut in hoc ita in reliquis omisso* De definitione] *Diom. p.* 414 *Max. Victorin. p.* 1938 5 Genus — 9 arbor *Diom. p.* 313 11 Oratio — 157, 22 iustissimus omnium *Diom. p.* 275 *sqq. et p.* 305 *sqq. exc. Bob. p.* 77 *sqq.* 18 communiterve *B et Diomedes p.* 305 communiterque *N* 25 p̌blius *N*

secus adici solet, ut Africanus. appellativa autem quae generaliter communiterque dicuntur quaeque in duas species dividuntur, quarum altera significat res corporales, quae videri tangique possunt, ut est homo terra mare, altera incorporales, ut est pietas iustitia dignitas, quae intellectu tantum modo percipiuntur, verum neque videri nec tangi possunt.

Nomini accidunt qualitas genus figura numerus casus. qualitas est qua intellegitur proprium sit an appellativum.

Genera nominum *sunt tria* vel, ut quibusdam placet, quinque, masculinum femininum neutrum commune promiscuum. masculinum est cui numero singulari casu nominativo pronomen praeponitur hic, ut hic praeceptor. femininum est cui numero singulari casu nominativo pronomen praeponitur haec, ut haec schola. neutrum est cui numero singulari casu nominativo *pronomen* praeponitur hoc, ut hoc scrinium. commune *autem ex his fit* duobus modis. sunt communia aut ex genere masculino et feminino, ut hic et haec canis, aut ex genere masculino feminino et neutro, ut hic et haec et hoc felix. promiscua || etiam sunt nomina, quae Graeci *ἐπίκοινα* appellant, velut passer aquila mustela. haec enim sub uno genere duorum habent intellectum. nam passerem feminam accipimus et aquilam et mu|stelam [quae] masculino quoque genere intellegimus, quamvis feminino genere tantum dicantur.

Figura in nominibus aut simplex est, ut felix, aut conposita, ut infelix. conponuntur autem nomina modis quattuor, ex duobus integris, ut suburbanum; ex duobus corruptis, ut opifex artifex; ex integro et corrupto, ut ineptus; ex corrupto et integro, ut omnipotens; aliquando ex compluribus, ut inexpugnabilis.

Numeri sunt duo, singularis, ut hic praeceptor, pluralis, ut hi praeceptores. dualis enim apud Romanos non est. sunt quaedam semper sin-

---

4 — 17 *N* digni
tasq:........tu tm̄ mō percipiunt̃ uer̄ neq: uideri nec tangi posst̄ :·//appellatiuū :·ſ Genera nomiū
N......aciduut qualitas genus figura numerus casus qualitas ē qua intellegitur proprium sit an
ū ut quibusdam placet .V. mascuł femī neut̄ commune promiscuū :·//casū nomī pronū
cui nū sing̃ casu nomī pronū p̄ponitur hic ut hic p̄ceptor femininū ē cui numero singū
ut h̄ schola neutrū ē cui numero singū casu nomī p̄ponitur h. ut h. scriniū :· Commune
duob: modis s̄t commū ā ex geñ mas̄ et femī ut hic et h̄ canis ā ex geñ mas̄ femī et neutro
et h. felix promiscua etiā s̄t nōā q̄ greci ΕΠΙΚΟΙΝΑ appellant uū passer aquila
mustela hęc

Non nullos versus integros legisse videtur Pierius, reliquos coniectura supplevit 4 dignitas, quae intellectu ω 6 Nomiui accidunt ω 8 nominum sunt quatuor, aut, ut quibusdam ω 9 Promiscuum. Masculinum est, cui ω 10 pronomen praeponitur haec. ut haec ω 13 Commune enim fit duobus ω 15 neutro, ut hic et haec et hoc felix ω

---

8 Genera — 20 dicantur *Charis. p.* 6 *sq.* sunt tria *ex Diomede p.* 275 *et Charisio l. c. restitui* 13 commune *sqq.*] *cf. Diom. p.* 276 ex his quartum genus commune nascitur, quod fit duobus modis 20 dicantur *Fabricius* dicatur *N*

gularia, ut aurum oleum; quaedam semper pluralia, ut sordes moenia; quaedam singularem pluralemque numerum communiter significantia, ut dies nubes; quaedam positione singularia intellectu pluralia, ut populus contio; quaedam positione pluralia intellectu singularia, ut Mycenae Cymae Thebae Athenae.

Casus sunt, ut quidam volunt, sex; ratione tamen sunt quinque, genetivus dativus accusativus vocativus ablativus. nominativum enim optime casum esse noluerunt, quoniam quidem sit positio *nominis* vel recta nominatio vel declinationis regula. quem nominativum Graeci non *πτῶσιν* sed *ὀρθήν* vel *εὐθεῖαν* vocant. *καταχρηστικῶς* tamen nominativum casum dicimus. adicitur a diligentioribus etiam septimus casus. ubi enim a re aut loco dicimus, ablativo utimur; ubi autem *in re aut loco dicimus*, septimo magis casu utimur, ut est illud 'et ignem fomite capit' 'spe posse configere' et 'ducente deo'. et ut generaliter dicam, interdum per passivum modum ablativo utimur, septimo casu activo modo.|| sed quaedam nomina per omnes figuras variantur: quaedam nomina inveniuntur quae flecti non possunt, ut frugi nequam nihili: quaedam duobus aut tribus casibus tantum flectuntur, ut Iuppiter nominativo et vocativo casu et opes; nam in singulari genetivum et accusativum et ablativum invenimus.

Sunt quae gentem significant, ut Afer Dacus Hispanus; alia numerum, ut unus duo; alia ordinem, ut primus secundus; alia qualitatem, ut bonus malus albus niger; alia quantitatem, ut procerus altus magnus sublimis humilis: alia ab accidentibus vel consequentibus trahuntur, ut beatus dives pauper.

Sunt quaedam etiam nomina quae sicut nata sunt efferuntur, ut mons schola: sunt quaedam derivativa quae ab aliqua persona propter coniunc-

---

10—19 *N* n uocant
xrECTIKWC tam̄ nominatiuum casum dicimus :· // nihili adicitur a diligentio
Sed......per omnes figuras uariantur q̄dā nōā inueniuntur q̄ flecti n̄ psst ut frugi nequam
etiam .VII. cas: ubi H in reā loco dicimus ablā utimur ubi W septimo magis casu utimur
ut est illud et ignem fomite capit spe posse configere et ducente deo et ut generaliter dicam
*intd*ū per passiuū modū ablatiuo utimur septimo casu actiuo m̄o :· // et accusatiuū et ablatiuū
Quędā IIII ā III casib: tm̄ flectunt ut iuppit nominā et uocā casu et opes uā in singū genetiuū

10 uocant. *καταχρηστικῶς* ω 16 Sed quaedam nomina per ω 11 diligentioribus etiam ω

---

8 positio ū recta nominis n̄ declinationis *N* positio nominis uel rectas nominibus uel declinationis *codices Diomedis p.* 277 11 adicitur *sqq.*] *ordinem verborum in codicis scriptura iis quae postea* 16 *conlocavi,* sed — 17 nihili, *interpositis perturbatum restitui ex B. eodem duce* ubi enim a re *scripsi et* 12 in re aut loco dicimus *addidi* 14 confugere ω confidere *Lindemannus* ducente] *Verg. Aen.* II 632 17 duobus aut tribus *B* 23 malus nigrus albus niger *N* procerus ω proculus *N* 26 sunt quaedam — 27 schola *hoc loco omissa infra* 156, 34 *post* novissimus *leguntur in N: rectum ordinem indicat B*

tionem generis declinantur, ut Pelides Aeacides, quae Graeci patronymica appellant: quaedam possessiva, ut Peleius Aeneius; ex hac specie

Aeneia puppis
prima tenet

et

Romuleo*que* recens horrebat regia culmo

et

Phineia postquam
clausa domus.

haec Graeci κτητικά appellant. sunt deminutiva quae in absolutis nominibus adiecta in novissima parte aut littera aut syllaba capiunt deminutionem sine ulla comparatione, ut montanus montaniculus, scholasticus scholasticulus, parvus parvulus, adulescens adulescentulus. illud vero meminerimus quod semper deminutiones generibus suis unde oriuntur consonant, pauca dissonant, ut rana ranunculus, unguis ungula, glandium glandula, beta betaceus, malva malvaceus, pistrinum pistrilla, ut Terentius in Adelphis, ensis ensicula et ensiculus: Plautus [ensiculum] in Rudente. | monoptota vero nomina et haec quae natura singularia sunt, item elementa, item fluminum et montium nomina et urbium, item deorum et hominum nomina propria, item dies festi, item litterarum elementa, item numeri deminutionem, quam Graeci hypocorismon appellant, non recipiunt.

Sunt etiam quae ab his ῥηματικά dicuntur, nos non absurde verbalia dixerimus, ut a verbo lego lectio et dico dictio et oro oratio et raptor et percussor ex eo quod est rapio et percutio. quaedam genera||lia sunt quibus multa continentur dissimilia, ut animal arbor. ex his nascuntur specialia, quae tamen insunt originibus suis generalibus, velut homo equus taurus laurus pinus fraxinus. quaedam ficta sunt a sono vel vocibus, ut stridor clangor hinnitus ululatus fremitus mugitus. quaedam descendunt ab adverbiis, ut hesternus hodiernus crastinus serus nimius citus. alia a participiis, ut ludibundus et laudabundus. sunt etiam quae a Graecis ἐπιθετικά dicuntur, quae quibuscumque personis adiciuntur laudandi gratia vel vituperandi; laudandi, velut

Lausus equum domitor debellatorque ferarum;

---

13 *N* II 6*, 2 illud

---

1 patronomyca *N* 2 pelius *N* 3 Aeneia] *Verg. Aen.* X 156 6 Romuleoque *B et Diomedes p.* 310 romyleo *N. Verg. Aen.* VIII 654 8 fineia *N. Verg. Aen.* III 212 13 illud — 21 recipiunt *Charis. p.* 24 15 ranunculus *Charisius l. c. Diomedes p.* 313 rauiculus *N* gladius *corr.* glandium *N* 16 in Adelphis] IIII 2, 45 est pistrilla et exadversum fabrica 17 ensiculum *delevit Fabricius* in Rudente *B* in prudente *N. Plaut. Rud.* IIII 4, 112 ensiculust aureolus 18 id est elementa *N* 21 quod *corr.* quam *N* 22 uerbalia w uerbialia *N* 23 dixerimus *Diomedes p.* 310 diximus *N* 24 percusor *N* 31 επιτητικα *B* epitheta *Diomedes p.* 309 επικτητικα *N* quibuscumque *Fabricius* quibusque *N* 33 Lausus] *Verg. Aen.* VII 651

vituperandi,

et ipse doli fabricator Epios.

sed haec omnia, quamquam species sunt nominum, absolute tamen nomina dicuntur et singulis rebus personisve apposita sunt sunt quaedam nomina quae per se sine alterius partis orationis adminiculo intellegi non possunt, quae Graeci dicunt τῶν πρός τι, id est ad aliquid, quae non possunt intellegi sola, ut pater mater. iungunt enim sibi et illa per quae intelleguntur. sunt his similia quae Graeci dicunt τῶν πρός τί πως ἔχοντα, id est ad aliquid quodam modo *se* habentia, ut dexterior sinisterior. sunt quoque quaedam homonyma, quae una loquella plura significant, ut nepos acies. significat enim nepos et certum cognationis gradum et rei avitae consumptorem. similiter acies *et* oculorum dicitur et ferri et exercitus. quaedam synonyma, quae pluribus loquellis idem tamen significant, tam quam terra humus, ensis mucro gladius. quaedam mediae potestatis, quae significationem a coniunctis sumunt, ut magnus fortis. haec enim per se nullum habent intellectum et ideo a quibusdam adiectiones vocantur, ut magnus vir, fortis exercitus. his et comparatio accidit, quoniam aut in qualitate sunt aut *in* quantitate, ut magnus maior maximus, fortis fortior fortissimus.

Non omnia nomina gradus comparationis recipiunt, sed sola quae in qualitate sunt aut in quantitate; cetera au||tem non habent conlationem, velut quae corpus significant, ut homo arbor; vel quae gentem, ut Graecus Hispanus; vel quae numerum, ut unus duo; vel quae ordinem, ut secundus tertius; vel quae ad aliquid referuntur, ut pater frater. quaedam nomina quamvis qualitatem significent, gradus tamen collationis non recipiunt, ut mediocris sobrius rudis grandis. non enim fit mediocrior sobrior rudior grandior. sed cum sint comparationis gradus tres, positivus, ut fortis, comparativus, ut fortior, superlativus, ut fortissimus, de quibus iam suo loco exposuimus, invenimus non in omnibus nominibus tres gradus perseverare. aliquando enim primus tantum gradus invenitur, ut mediocris; aliquando primus et secundus, ut senex senior, iuvenis iuvenior aut iunior; aliquando primus et tertius, ut pius piissimus (nam pro secundo gradu magis adverbium ponimus, ut magis pius); aliquando secundus et tertius, ut ulterior ultimus; aliquando tertius tantum, ut novissimus. sunt item nomina superlativa quae absolutum non habent, sed ab adverbio *veniunt*, ut citerior citimus a citra, inferior infimus ab infra; superior supremus a

---

2 et] *Verg. Aen.* II 264 3 haec omnia *B et Diomedes p.* 309 haec omnia nomina *Diomedes p.* 308 haec nomina *N* 7 per quae *B et Diomedes p.* 309 propter quae *N* 9 se *om. N*: quodam modo adtendentia uel taliter qualiter se habentia *Diomedes p.* 309 12 et *ante* oculorum *om. N, add. B et Diomedes p.* 309 13 pluribus *B et Diomedes p.* 309 plurimis *N* 18 in *om. N* 22 gentes *N* 26 subrius *corr.* sobrius *N* 28 suo loco] *p.* 87 *sqq.* 34 nouissimus | Sunt quaedam etiam nomina quae sicut nata sunt efferuntur ut mons schola. sunt item *N*: *cf. supra p.* 154, 26 35 nomina superlatiua *B* noua superlatiua *N* ueniunt *om. N, add. B* 36 citimus *B* citissimus *N* superior superrimus *N*

supra, prior etiam et primus ab adverbio prius et peior pessimus ab adverbio peius. quaedam sunt quae diversis figuris in conla|tionem veniunt, ut malus peior pessimus, bonus melior optimus. his enim per omnes tres gradus comparatio processit, nec tamen unam formam nominis tenuit. sunt alia absoluta quae nullo quidem gradu comparationis figurantur, recipiunt tamen conlationem, si illis magis adverbium iungatur, sicut superius dictum est, ut magis rudis, magis pius, *et* maxime similiter. sic et e contrario minus et minime adduntur. utimur autem gradu comparativorum in uno et altero prope aequalibus ac similibus (nam dissimilium comparatio nulla est), ut 'hi duo viri fortes, sed hic al||tero fortior'. item comparativus et his qui sui generis sunt et his qui alterius sunt comparatur, ut equus velocior equo dicitur, qui eiusdem generis est, item velocior cane, qui alterius generis est. superlativus vero gradus omnibus his tantum qui sui generis sunt praeponitur; nam velocissimus equus non dicitur nisi equis conparatus. itaque superlativus gradus aut omnibus sui generis praeponitur, ut

o D a n a u m f o r t i s s i m e g e n t i s
T y d i d e,

aut nullis. scito autem comparativum gradum ablativum casum trahere numeri tam singularis quam pluralis, ut doctior illo, doctior illis, superlativum vero genetivum trahere casum et tantum plurali numero iungi, ut iustissimus omnium.

VII DE PRONOMINE

Pronomen est pars orationis quae posita pro nomine minus quidem, paene idem tamen significat. pronomini accidunt qualitas genus figura numerus casus persona. qualitas pronominum *aut* finita est aut infinita. finita est quae notat certam personam, ut ego tu ille. infinita est quae cuilibet personae potest aptari, ut quis quantus qualis. genera pronominum sunt quattuor, masculinum ut hic, femininum ut haec, neutrum ut hoc, commune ut ego. figura in pronominibus aut simplex est ut quis, aut conposita ut quisquis. numeri sunt duo, singularis ut qualis, pluralis ut quales. communis quoque numerus invenitur, ut qui; dicimus enim qui vir et qui viri. casus pronominum totidem sunt quot et nominum. personae pronominum sunt tres, prima ut ego, secunda ut tu, tertia ut ille.

---

24 *N* II 7, 1 Pronomen

---

7 et *ante* maxime *om. N*, *add. B* 17 o Danaum] *Verg. Aen.* I 96 24 Pronomen — 159, 34 neminem *Diom. p.* 316 *sqq. exc. Bob. p.* 111 *sqq.* 25 plene idem *N* (pene *superscr.*) plene *B et Probus p.* 345 *ed. Vindob.* paene *Diomedes.* item Cominianus et Flavianus pronomen definiunt ita, pronomen est pars orationis quae pro nomine posita minus quidem, paene idem tamen significat *excerpta codicis Bernensis* 123 26 aut *ante* finita *om. N*, *add. B* 32 numerus *B* numē *N* numeri ω

Sunt pronomina ad aliquid, ut meus tuus. nam et haec sine aliquo non possunt sola intellegi.

Pronominum declinationes finitae sive absolutae, hic huius huic et cetera. sed vocativum habere non potest, quia nemo dicit o ego, nisi exclamatio sit, ut apud Horatium

o ego infelix, quem tu fugis.

nec pluralis habet vocativum, nisi si aeque exclamatio sit, ut cum || dicimus o nos felices. pronomen hoc, id est nos, trium generum est commune. non est tamen repudianda illorum sententia qui dixerunt in quibusdam pronominibus vocativum non posse cadere, cum etiam paene in omnibus pronominibus non debeat esse vocativus. sed nos nondum refragamur rationi vocativum adicientes, sed quoniam contextum declinationis habere volumus, instruendi gratia fecimus mentionem, quamquam vocativum non solum non invenimus verum etiam in quibusdam casibus deficere videmus ea. tu et cetera. hoc quoque pronomen omnium generum est commune, velut dicimus * hic huius, haec huius, hoc huius. iste istius, ista istius, istud istius istuc. ipsum. quare non ipsud ut illud et istud? quoniam veteres nominativum *masculini* non ipse dicebant sed ipsus, quod etiam in comoediis veteribus invenimus. ille illius, illa illae et illius, illud et illuc illius.

Infinitiva. quis et qui cuius, quae cuius, quod cuius. sed veteres nominativum pluralem quis dixerunt regulam secuti: unde etiam dativus mansit in consuetudine. nam dicimus quibus pro quis; *et quis* non numquam dicimus. quisque cuiusque, quaeque cuiusque, quodque cuiusque. * cumque in omnibus casibus indeclinabile manet postremum. alius alius, alia alius, aliud alius; sed veteres alia aliae aliae. alter alterius, altera alterius, alterum alterius. neuter neutrius, neutra neutrius, neutrum neutrius; sed veteres neutra neutrae neutrae. uter utrius πότερος, utra utrius, utrum utrius; sed | veteres utra utrae utrae. uterque utriusque, utraque utriusque, utrumque utriusque; sed veteres utraque utraeque utraeque: que per omnem declinationem postremum aeque manet. alteruter alter-

---

3 *declinationes pronominum cum a grammatico tum a librario decurtatas integras servaverunt B et Diomedes. unde quae quoque loco omissa sunt restituere longum erat: lacunas ubi ratio verborum postulabat indicavi. itaque* hic huius huic, *quae ex declinatione pronominis primae personae relicta sunt, non mutavi* 4 nisi o exclamatio sit *B et Diomedes* 5 apud Horatium] *epod.* 12, 25 13 uoluimus *B et Diomedes* uolumus *N* 14 in quibusdam casus deficere nidemus *B et Diomedes* 16 *lacunam qua exempla pronominis tu ad tria genera adcommodati hausta sunt indicavi. reliqua enim ad pronomina tertiae personae et pronomina minus quam finita pertinent* 18 masculini *om. N, add. B et excerpta orthographica p.* 2787 19 illud illuc et illius *N.* ille illius — illa illaec illius — illud illuc illius *B: unde Charisio quoque restituendum videtur* ille illius, illa et illaec illius, illud et illuc illius 21 quis et quis cuius *N* 22 quis dixerunt *B* $\overset{\text{i}}{\text{q}}$ dixerunt *N* ques dixerunt ω 23 et quis *om. N:* nam dicimus quibus pro quis et pro quibus non numquam dicimus *B* 24 cuiusque cum q̄ue *N: lacunam qua pronominis* quicumque *declinatio hausta est indicavi* 31 que] q̄ (*h. e.* quae) *N*

utrius, alterutra alterutrius, alterutrum alterutrius; sed veteres alterutra alterutrae alterutrae. unus unius, una unius, unum unius; sed veteres una unae unae. unusquisque uniuscuiusque, unaquaeque uniuscuiusque, unumquodque uniuscuiusque; sed veteres unaquae||que unaecuiusque unaecuique. quidam cuiusdam, quaedam cuiusdam, quoddam cuiusdam: postrema syllaba manet in omnibus casibus indeclinabilis. aliquis alicuius, aliqua alicuius, aliquid alicuius; antiqui aliques dicebant, unde mansit aliquibus: sed veteres aliqua aliquae aliquae. ullus ullius, ulla ullius, ullum ullius; sed veteres ulla ullae ullae. nullus nullius, nulla nullius, nullum nullius; sed veteres nulla nullae nullae. totus totius, tota totius, totum totius; sed veteres similiter superioribus. hic qualis qualis, haec qualis qualis, hoc quale qualis. hoc pronomen quod est qualis, item quod sequitur talis, communia sunt masculino et feminino generi. hic talis talis, haec talis talis, *hoc* tale talis. item quantus quanti, quanta quantae, quantum quanti. tantus tanti, tanta tantae, tantum tanti. quotus quoti, quota quotae, quotum quoti.

Possessiva. meus mei, mea meae, meum mei. sed veteres mius dicebant, ut merito et vocativus secundum regulam manserit, ut sit *o mi. nam* omnia quae nominativo ante us novissimam syllabam i habent vocativo i terminantur, velut hic Sallustius o Sallusti, hic Horatius o Horati, hic Lucilius o Lucili: sic et mius o mi; et iam ordine suo hanc quoque regulam adnotavimus. tuus tui, tua tuae, tuum tui.

Ex his pronominibus aliquot sunt quae adverbialiter quodam modo intelleguntur. sed et siqua alia pronomina incident, adnotare non pigebit. idem eiusdem, eadem eiusdem, idem eiusdem. quispiam cuiuspiam, quaepiam cuiuspiam, quodpiam cuiuspiam. nostras vestras. nemo pronomen non habet genetivum, ut *dicamus* neminis, ut quibusdam videtur; sicut et alius pronomen genetivum non habet, ut dicamus alius, tametsi antiqui genetivum alius producta *i ante* us dixerunt, quorum auctoritatem secuti et nos adiecimus. cuius nominativum veteres non tantum alius dixerunt sed etiam alis, sicut et Sallustius 'alis alibi stantes ceciderunt, omnes tamen advorsis vulneribus conciderunt'. convincitur vero haec opinio auctoritate Plauti, qui ita dixit in || Captivis,

neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem.

---

4 unaecuique] unecuiusque *N* 11 hic qualis qualis h qualis *N* 13 hic talis talis h talis talis tale *N* 17 mius (pro meus) dicebant *N: Charisii auctoritate in hoc nominativo utitur Priscianus p.* 962 18 ut sit o mi nam omnia nomina *B* ut sic sit omnia *N* 20 oratius o orati *N* 21 ordine suo] *p.* 11 24 intelleguntur *B* intellegentur *N* 27 dicamus *om. N, add. B et Diomedes* 29 producta us dixerunt *N* producta dixerunt *B* 30 adiecimus *Diomedes* adiecerimus *NB* 31 Sallustius] *Catil.* 61 pauci autem, quos cohors praetoria disiecerat medios, paullo diversius, sed omnes tamen adversis vulneribus conciderunt 33 in Captivis] IIII 5, 106 34 miseret nemine *N*

Aliis ita placuit de pronominibus disserere. pronomina sunt quae et ipsum et quod eius est singulariter indicant. sunt quae e contrario utrumque pluraliter et ipsos et quod eorum est significant, quae exemplis manifestiora erunt. utrumque igitur singulariter, et quod est et cuius quod est, in his intellegitur, meus tuus, mea tua, meum tuum; utrumque pluraliter, nostros vestros, nostras vestras. nam velut in istis ipsis cuius quod est unum significatur; ea autem quae subiecta sunt pluraliter, meos tuos, meorum tuorum. horum animadversio a Graecis notata est. neque enim cum his solis communis est nobis loquella sed etiam cum plurimis nationibus. pronomina quaedam, sicut nomina et participia, referuntur ad aliquid, ut meus tuus noster illius illorum. nam et in his ut in illis bina intellegimus.

Pronominum alia sunt simplicia, alia composita, ut haec, ecquis quemnam meapte suapte quispiam quippiam quoipiam haecine. etiam eorum quorundam dispar *a* praecedentibus natura est, ut tute temet semet nosmet. nam his non pars orationis sed adiectamentum quoddam accedit. qua ex causa numquam hae voces his pronominibus separari possunt, aut si separantur, nusquam utiles esse possunt, sicut praepositiones et coniunctiones ceteraeque lexis; ideoque nova vocabula quidem propria habent omnes partes orationis; nec ipsae ullis quam pronominibus accedunt. nec enim significatio earum legitima magis quam symbolica est. | in his illud quoque observandum est quod ista omnia quae quasi adiectamenta diximus tam singulari numero quam plurali accedunt. unum autem adest quam semper singulare. non enim ut quisquam quemquam, sic utique quiquam quosquam dicimus.

Pronomina a nominibus et participiis ita discernimus, si omni percunctationi responsionem suam exhibebimus. nam hoc quasi proprium

---

14 *N* II 7, 2 quippiam

---

2 et cuius quod est *N*: et cuius quid est *coniecit Lindemannus* e contrario *coniecit Lindemannus* et contrario *N* 13 ecquis] etquis *N* 14 haecine et etiam eorumdem (n supra) quorundam *N*. Comminianus dicit quod ista sunt additamenta et non partes orationis, ita dicens, Pronominum quorundam dispar a praecedentibus natura est, ut tute temet semet. nam his non pars orationis sed additamentum iungitur *excerpta Bernensia*. Et sunt alia additamenta quae pronominibus ut nominibus interrogativis iunguntur, ut dam quam piam libet, ut quisquam quidam quislibet quispiam hiccine haeccine hoccine. sed in his non pars orationis Cominiano testante, sed additamentum quoddam accidit. si enim haec additamenta ab his pronominibus separarentur, nil significare posse per se. et hoc sciendum est quod alia de istis additamentis omnibus iunguntur casibus singularis et pluralis numeri, ut quisdam quibusdam quislibet quibuslibet. quam vero non saepe invenimus plurali numero (pluralis numeri *cod.*) iunctum. et hoc sciendum quod, licet alia ex istis additamentis naturam (litteratura *cod.*) partium orationis habent, quoniam additamenta sunt, partes (partis *cod.*) Comminiano (communiano *cod.*) testante esse non possunt (posse *cod.*) *excerpta codicis Reginensis* 1442 15 a *om. N* 22 adiectamenta *Fabricius* obiectamenta (d supra) *N* 23 abest quam per singulare *N* est quam singulare *Fabricius* 24 utique quiquam quosquam *Fabricius* utique quidquam quippiam *N*

pronominum est, || ut cum dictum sit quis, subiungas hic vel ille, aut cum quas, has vel *illas*, *sic* qualis talis, deinde quantus tantus, mox quot tot.

Quaedam pronomina ad aliquid pronuntiantur et utraque significatione singularia sunt, ut meus tuus; aut utraque pluralia, ut nostri vestri; aut intrinsecus pluralia extrinsecus singularia, ut noster vester; aut intrinsecus singularia extrinsecus pluralia, ut mei tui.

Per casus pronomina ita ut nomina declinantur, carentia scilicet vocativo casu. nam alia sunt quae ad vocativum casum referuntur neque sunt ex declinatione, ut tu vos; alia accusativo vocativoque, ut te; alia per singulares casus declinantur neque sunt casualia, ut ego. *masculina singulariter ego* tu hic, mei tui huius, mi tibi huic, me te hunc; et pluraliter nos vos hi, nostrum vestrum horum, nobis vobis his. item feminina singulariter ego tu haec, meae tuae huius, mi tibi huic, me te hanc; pluraliter nos vos hae, nostrum vestrum harum, nobis vobis his. neutralia singulariter ego tu hoc, mei tui huius, mi tibi huic, me te hoc; pluraliter nos vos haec, nostrum vestrum horum, nobis vobis his, nos vos haec, nobis vobis his.

Aliis ita placuit declinare, persona prima singulariter ego mei mihi me o a me, pluraliter nos nostrum nobis nos o a nobis: secunda persona singulariter tu tui vel tis tibi te tu a te, pluraliter vos vestrum vobis vos o a vobis: tertia persona *masculina* singulariter ille illius illi illum ille ab illo, pluraliter illi illorum illis illos illi ab illis; feminina singulariter illa illius illi illam illa ab illa, pluraliter illae illarum illis illas illae ab illis; neutralia singulariter illud illius illi illud illud ab illo, pluraliter illa illorum illis illa illa ab illis.

Et alia pronomina simili modo. masculina singulariter iste istius isti istum iste isto, pluraliter isti istorum istis istos isti istis; feminina singulariter ista istius vel istae isti vel istae istam ista ab ista, pluraliter istae istarum istis istas istae ab istis; neutra singulariter istud istius isti istud istud ab isto, pluraliter ista istorum istis ista ista ab istis. ||

Minus quam finita masculina singulariter ipse vel ipsus ipsius vel ipsi ipsi vel ipso ipsum o ipse ab ipso, pluraliter ipsi ipsorum ipsis ipsos ipsi ab ipsis; feminina singulariter ipsa ipsius vel ipsae ipsi vel ipsae ipsam ipsa ab ipsa, pluraliter ipsae ipsarum ipsis ipsas ipsae ab ipsis; neutra singulariter ipsum ipsius ipsi ipsum ipsum ab ipso, pluraliter ipsa ipsorum ipsis ipsa ipsa ab ipsis.

---

2 illas sic *om. N* 6 extrinsecus pluralia intrinsecus singularia ut noster *N* 7 mei tui *Fabricius* meus tuus *N: cf. Diom. p.* 317 10 ex declinato *N* accusatiuo ablatiuoque ω 11 masculina singulariter ego *om. N* 12 hic ille. mei tui illius mei tui huius mi *N* 13 nos uos hos nostrorum uestrorum *N* 15 nostrarum uestrarum *N* (ã tis.) 17 nostrorum uestrorum *N* 20 nostrorum *N* 21 tui tibi *N* 23 masculina *om. N* 32 uel ipsum ipsius *N* (s)

Infinita masculina singulariter quis cuius cui quem qui a quo, pluraliter ques cuium quis ques ques a quis.

Minus quam finita masculina singulariter qui cuius cui quem qui a qui, pluraliter qui quorum quibus quos *qui* a quibus; feminina singulariter quae cuius | cui quam quae a qua, pluraliter quae quarum quis quas quae a quis; neutra singulariter quod vel quid cuius cui quod vel quid *quod vel quid* a quo vel a qui, et pluraliter quae quorum vel cuium quis vel quibus quae quae a quis vel a quibus.

Minus quam finita masculina singulariter is eius ei eum is ab eo, pluraliter ii eorum iis eos ii ab iis; feminina singulariter ea *eius vel eae* ei vel *eae eam* ea ab ea, pluraliter eae earum iis eas eae ab iis; neutra singulariter id eius ei id id ab eo, pluraliter ea eorum iis ea *ea* ab iis.

Possessiva ad aliquid masculina singulariter meus mei meo meum meus a meo, pluraliter nostri nostrorum nostris nostros nostri a nostris; feminina *singulariter* mea meae meae meam mea a mea, pluraliter [meae mearum meis meas meae a meis] nostrae nostrarum nostris nostras nostrae a nostris; neutra singulariter meum mei meo meum meum a meo, pluraliter nostra nostrorum nostris nostra nostra a nostris: masculina singulariter tuus tui tuo tuum tuus a tuo, pluraliter vestri vestrorum vestris vestros vestri a vestris; feminina singulariter tua tuae tuae tuam tua a tua, pluraliter vestrae vestrarum vestris vestras vestrae a vestris; neutra singulariter tuum tui tuo tuum tuum a tuo, pluraliter vestra vestrorum vestris vestra vestra a vestris. intrinsecus singularia extrinsecus pluralia, masculina mei meorum meis meos mei a meis, feminina meae mearum meis meas meae a meis, neutra mea meorum meis mea mea a meis; masculina tui tuorum tuis tuos tui a tuis, feminina tuae tuarum tuis tuas tuae a tuis, neu||tra tua tuorum tuis tua tua a tuis. intrinsecus pluralia extrinsecus singularia, masculina noster nostri nostro nostrum noster a nostro, feminina nostra nostrae nostrae nostram nostra a nostra, neutra nostrum nostri nostro nostrum nostrum a nostro; masculina vester vestri vestro vestrum vester a vestro, feminina vestra vestrae vestrae vestram vestra a vestra, neutra vestrum vestri vestro vestrum vestrum a vestro.

---

4 — 15 *N* quos a quibus f̄. sing̃ q̄.us.i.am.ae.aqua.pl̄ quę.r̄.quis quas quę a quis. n̄ sing̃ q ū q̄d. us. i. od. ū aquo ū aqui et pl̄ quę. r̄. ū. cuium quis ū quib: q̄.q̄.a quis ū a quibus :· // ei ū

Minus q̄ fini m̄ sing̃ is.us.i.eū.is.ab eo.pl̄ ii.eor̄.iis. eos. ii. ab iis. f̄ sing̃ ea ea ab ea pl̄ eę. r̄. iis eas eę ab iis. n̄ sing̃ id. us. i. id. id ab eo pl̄ ea. r̄. iis e

Possessiua ad aliquid m̄ sing̃. meus. i. o. m. s. ā. o. pl̄ nostri r̄. is. os. ri. a ris. f̄ mea meę

6 Quod aut quid us i od aut id o od aut id a quo ω 10 Foeminina singularia. Ea eius ei eam ea ab ea ω 12 ea rum iis ea ab iis. Possessiua ω

---

23 intrinsecus singularia et extrinsecus *N*

intrinsecus singulare et extrinsecus singulare in tertia persona, masculina singulariter suus sui suo suum suus a suo, pluraliter sui suorum suis suos sui a suis; feminina singulariter sua suae suae suam sua a sua, pluraliter suae suarum suis suas suae a suis; neutra ***singulariter*** suum sui suo suum suum a suo, pluraliter sua suorum suis sua sua a suis. item masculina singulariter uter utrius utri utrum uter ab utro, pluraliter utri utrorum utris utros utri ab utris; feminina singulariter utra utrius vel utrae utri vel utrae utram utra ab utra, pluraliter utrae utrarum utris utras utrae ab utris; neutra singulariter utrum utri utro utrum utrum ab utro, pluraliter utra utrorum utris utra utra ab utris. item masculina singulariter alter alterius alteri alterum alter ab altero, pluraliter alteri alterorum alteris alteros alteri ab alteris; feminina singulariter altera alterius ***vel alterae alteri vel alterae*** alteram altera ab altera, pluraliter alterae alterarum alteris alteras alterae ab alteris; neutra singulariter alterum alteri altero alterum ***alterum*** ab altero, pluraliter altera alterorum alteris altera altera ab alteris. item masculina singulariter alius alii alius alio alii alium alius ab alio, pluraliter alii aliorum aliis alios alii ab aliis; feminina singulariter alia aliae alius aliae alii aliam alia ab alia, pluraliter aliae aliarum aliis alias aliae ab aliis; neutra singulariter aliud alii alius alio alii aliud aliud ab alio, pluraliter alia aliorum aliis alia alia ab aliis.

Praepositiva masculina singulariter quantus quanti quanto quantum quantus a quanto, feminina singulariter quanta quantae quantae quantam quanta quanta a quanta, neutra singulariter quantum quanti quanto quantum quantum a quanto; pluraliter masculina quanti quantorum quantis quantos quanti a quantis, pluraliter feminina quantae quantarum quantis quantas quantae a quantis, pluraliter neutra quanta quantorum quantis quanta quanta a quantis.

Subiunctiva masculina singulariter tantus tanti tanto tantum tantus a

---

10 — 28 *N*

Item m̄ sing̃. alter ius i ũ r ab o pl alteri r̄ is os i ab ris f̄ sing̃ altera ius
am a ab altera pl alterę r̄ is as rę ab alteris ñ sing̃ alterũ ri ro um ab al
altera r̄ is a a ab alteris. itē m̄ sing̃ alius alii alius alio alii alium us ab
alii r̄ aliis os lii ab aliis. f̄. sing̃ alia ę alius alię alii.am.a.ab alia pl alię
ę ab aliis ñ sing̃ aliud alii alius alio alii aliud aliud ab alio pl alia. r̄ iis
P̄positiua m̄. sing. quantus . ti . to.ũ.us. a quanto f̄ sing̃ quanta ę
ñ sing̃ quantum.i.o.um um . a . to . pl.m̄.quanti r̄ is.os.ti a tis pl
r̄ . is . as . ę . ā tis pl ñ. quanta . r̄ . is ta ta a tis :· // ũ tm̄ . ti t
Subiunctiua m̄ sing̃ tantus ti to . tum . tus . ato. f̄ siñ tanta t

12 Altera us rae ram a ab altera ω: *mihi quinque vel sex fere litterae in fine versus deesse videbantur. reliquorum versuum lacunas vel coniectura vel pleniore codicis scriptura adiutus recte supplevit Pierius*

---

4 singulariter *om.* *N* 5 sua.rum.is.os.a.a, a suis

tanto, feminina || singulariter tanta tantae tantae tantam tanta a tanta, singulariter neutra tantum tanti tanto tantum tantum a tanto; pluraliter masculini generis tanti tantorum tantis tantos tanti a tantis, pluraliter feminina tantae tantarum tantis tantas tantae a tantis, pluraliter neutra tanta tantorum tantis tanta tanta a tantis.

Communia subiunctiva masculina et feminina singulariter talis talis tali talem talis a tali, pluraliter tales talium talibus tales tales a talibus; neutra singulariter tale talis tali tale tale *a* tali, pluraliter talia talium talibus talia talia a talibus.

Sunt et alia pronomina quae simili modo declinantur, quisque quicumque quiscumque .... |

VIII DE VERBO

Verbum est pars orationis administrationem rei significans cum tempore et persona numerisque carens casu. verbo accidunt qualitas genus figura numerus modus tempus persona coniugatio.

Qualitas verborum *aut* finita est aut infinita. qualitas verborum finita est quae notat certum numerum, certum modum, certum tempus, certam personam, ut lego scribo. infinita est quae nihil certum habet, ut legere scribere. haec enim in omnibus numeris temporibus personis *in*finita sunt. ceterum legisse scripsisse dicuntur quidem finita, sed tempore solo finita sunt.

Verborum genera sunt quinque, activum, ut lego scribo, passivum, ut legor scribor, neutrum, ut sedeo curro, commune, ut adulor, criminor, deponens, ut luctor convivor. praeterea sunt et inpersonalia, ut sedetur itur videtur. non minus et illa inpersonalia dicuntur, ut taedet pudet paenitet.

Quibusdam placuit verborum genera esse quattuor, agens patiens commune neutrum. agens verbum intellegitur quod o littera terminatur et adsumpta r littera *facit* patiens, ut moneo scribo: participia habet duo, instantis temporis et futuri, ut monens scribens, monitu||rus scripturus.

1 — 12 *N*

pt m.geñ tanti . r̄ is os ti a tis pt f̄ tantę . r̄ . tis as ę atis
tis ta ta a tis :· // tale . lis . li . le . le . li . pt talia . iñ . b: a . a
Communia subiunctiva m̄ et f̄ sing̃ talis . lis . li . lem . is a(i)le ptu
St̄ et alia pnōā q̄ simili modo declinant̆ quisq̃, quicumq. quiscumq.

N II 7ᵃ, 1 De uerbo

10 Sunt — quiscumque *om.* ω 14 verbo — 20 finita sunt *exc. Bob. p.* 118: *cf. Max. Victorin. p.* 1946 *sq.* 16 aut *ante* finita *om. N, add. B* 18 nihil certi habet *B* nihil horum certum habet *Max. Victorinus* 19 infinita *Fabricius* finita *N* incerta *Max. Victorinus* 29 littera | patiens *N* littera fit patiens *Fabricius*

adsumpta r littera facit passivum, ut moneor scribor: participia habet duo, praeteriti temporis et futuri, ut monitus monendus, scriptus scribendus. ergo neque activum sine passivo est neque passivum sine activo. nam ubi est qui facit, necesse est ut sit qui patitur. commune verbum intellegitur quod r littera terminatur et eandem numquam amittit et in duas cadit potestates, agentis et patientis, ut consolor criminor. dicimus enim consolor illum et ab illo. non enim facit consolo et crimino. participia habet quattuor, secundum formam quidem activam praesentis temporis et futuri, ut consolans consolaturus, criminans criminaturus; secundum formam autem passivam praeteriti temporis et futuri, ut consolatus consolandus, criminatus criminandus et similia, ut osculor ludificor depopulor blandior. neutrum verbum intellegitur quod habitum significat o littera terminatum et non accipit r litteram, ut faciat patiens, ut sedeo ambulo. non enim facit sedeor ambulor. participia habet duo, instantis temporis et futuri, ut ambulans ambulaturus, sedens sessurus. ideo autem neutralia dicuntur, quod neque adficiunt neque patiuntur, ut sto iaceo algeo sitio esurio curro venio.

Etiam quintum genus verborum alii dixerunt, simplex vel deponens, de quo dicendum est. simplex vel deponens verbum intellegitur quod r littera terminatur et eandem ***numquam amittit et*** habet potestatem agentis, ut luctor irascor. non enim facit lucto irasco. participia habet tria, praesentis praeteriti futuri, ut luctans luctatus luctaturus et similia, ***ut*** sequor conor. luctandus non dicimus; luctandum tamen dicimus figura illa qua in omnibus verbis utimur, velut luctandum mihi est, eundum est, gaudendum mihi est, standum mihi est, veniendum est. item e contrario quod forma agendi significat patientiam, ut veneo vapulo ardeo flagro, quae verba in neutrorum spe||cie quidam posuerunt, alii supina dixerunt. participia habet duo, praesentis et futuri, praesentis, ut vapulans, futuri, ut vapulaturus. erraverunt qui in neutrorum specie ista verba posuerunt. nam in neutris verbis vel aliquot partibus r littera admittitur vel significationem quodam modo passivam exprimunt, velut in inpersonalibus sedetur ambulatur. etiam ambulatum est, in infinitivis quoque ambulari dicimus.

Aliis placuit omnium omnino verborum genera esse tria, activum passivum habitivum, et ita distingunt. activum est quod facere quid significabit, ut lego, ***vel*** corporis motum significans, ***ut salio***, ***vel*** animi, ***ut***

---

35 *N* ut lego corporis motum significans .... animi prouideo passiuum ē actiuo contrariū quod pati quid significat ut uror h̄ q̄q̄

35 significans ut uro * animi *N* 166, 2 quoque ut superius ω

---

1 scribor [quod] participia *N* 6 consulor *N* consulor *N* 7 consulo *N* 9 consulans consulaturus *N* 10 consulatus consulandus *N* 18 simplex — 27 supina dixerunt *exc. Bob. p.* 119 20 numquam amittit et *om. N*, *add. B* 22 ut *ante* sequor *om. N* 25 ueniundum [e] *N* 26 quae uerba *B* utraque uerba *N*

provideo. passivum est activo contrarium, quod pati quid significat, ut uror. haec quoque, *sicut* superius dictum est, habent *corporis vel* animi motum significantia. nam et facit, namque cogitur cor*pus*, *ut dicimus* salior. habitiva quae per se quid fieri aut esse significant, ut nascitur crescit ori|tur. haec *etenim* quasi indifferentia passivis repugnant [et passiva] et activa tantum modo sunt.

Activorum autem species sunt duae, quarum una passivum non habet, ut ambulat currit, altera habet, ut iubet docet. passivorum quoque species sunt totidem, quarum una est quae natura pati quid significat, ut moritur senescit, quibus etiam illa adnumerantur quae per se quid venire significant, ut cadit labitur tremit. altera exstat, cum illi qui patitur accidere quid significatur, ut verberatur uritur.

Est aliud genus quod commune vocatur, ut vador ulciscor. communiter enim tam agit quam patitur. quaedam et tempus et personam et numerum significant, velut lego scribo. est enim et instantis temporis et personae primae et numeri singularis significatio. quaedam vero sine persona solam rem per tempora ostendunt, ut curritur currebatur curretur. *haec enim nec* pluralia fieri neque ad personam referri possunt. at eadem conposita habent in eadem forma (nam significant quasi percurritur inambulatur) et || in passivam personam referuntur et numerum. dicimus enim percurritur campus, perambulatur forum, circuitur civitas, aditur magistratus.

Similiter haec sive simplicia sive composita sine numero personaque cum tempore tamen ostenduntur, ut decet decuit decebit oportet licet taedet pudet piget. his enim cum adicitur nomen aut pronomen, personam designant, quasi decet illum, *p*udet Gaium. eadem ad praeteritum tempus

---

1 — 8 *N*

perius dictũ ē habent animi motũ significantia nam et facit namq, cogitur cor
salior habitina q̃ per se quid fieri ā ēē significant ut nascitur crescit oritur hęc
q̃si indifferentia a passiuis repugnant et passiua et actiua tm̃ mō st :· // ut iubet docet
rũ W species s̃t .II. quar̃ una passiuũ ñ hēt ut ambulat currit altera hēt
passiuorum

23 — 26 *N* // duntur ut decuit decet decebit oportet licet
..militer h̄ siue simplicia siue composita sine numero personaq, cum tempore tñ osten
edet pudet piget his ⱡⱡ cum adicitur nomen ā pronomen personā designant q̃si decet illum
udet gaium eadē ad p̃teritũ tempus relata tribus modis intellegutur nam par

3 Actiuorum autem ω

23 *Primos versus integros legisse videtur Pierius: reliquos coniectura supplevit* Similiter ω   24 licet, taedet ω   26 illum, taedet Caium ω   167, 1 partim duplican-

---

5 haec autem cum sint indifferentia, passivis repugnant, et aut activa aut passiva tantummodo sunt *coniecit Lindemannus*   10 quidē ueuire *N*   11 alterũ exstat *N*   17 ut currebatur curretur curritur | ...... et pluralia *N*: Item et pluralia ω   20 refferuntur *N*

relata tribus modis intelleguntur. nam partim duplicantur addito aliquo verbo, ut taedet, *per*taesum est, partim sine adiectione, ut decet decuit. nec enim aut taeditum aut taesum est nec rursus taeduit ut decuit dici potest. ***tertia*** species est eorum quae in utramque formam cadunt, ut licuit licitum est, puduit puditum est. ***quaedam sunt*** activa passivorum figura enuntiata, ut testificatur exsecratur. me***lius tamen*** erat dicere testificat, quasi testem facit, ut amplificat, quasi amplum facit, ***item ex***secrat, ut obsecrat, quam testificatur exsecratur, quasi ipse ab alio. ***quaedam sunt e con***trario passiva quae speciem activorum optinent, ut veneo per praeconem, ***ardeo amore***, fio magistratus, vapulo pendens. ***quaedam sunt neu***tra, ut tepescit frigescit calescit, ex quibus habitiva fiunt, cum in coeptionem transierint, ***ut tepescit tepet***, ***pallescit*** pallet.

Cum omnia verba aut actione activa aut passione passiva aut habitu habitiva dicantur, non inmerito habitiva cum activis adnumerantur quae habent *ἐνέργειαν*, ut cernit videt aspicit. at contraria eorum *καταχρηστικῶς* nominantur passiva. nullum enim *πάθος* habet qui cernitur ab aliis sive videtur, amatur ***dil***igitur et suspicitur, auditur et excusatur, defenditur, quoniam non minus haec in praesentis quam in absentis cadunt, qui illa etiam ignorare possunt.

Sunt verba quaedam sine dubio activa, ut scio volo, quibus cum accesserint adverbia, fiunt habitiva, ut nolo nescio. || talis etenim adverbii natura ut additum verbo contrariam significationem faciat.

Figura verborum aut simplex est, ut scribo, aut conposita, ut in-

---

1 — 13 *N*

duplicantur addito aliquo uerbo ut tędet tęsum ē partim sine adiectione
et decuit nec ⱶ ā tędium ā tęsum ē nec rursus tęduit ut decuit dici potest
species ē eor̄ q̄ in utrāq. formā cadunt ut licuit licitū ē puduit puditū ē
actiua passiuorum figura enuntiata ut testificatur exsecratur me
erat dicere testificat quasi testem facit ut amplificat q̄si amplū facit
ecrat ut obsecrat quam testificatur exsecratur quasi ipse ab alio :·
trario passiua q̄ speciem actiuorum optinent ut ueneo per p̄conem
e fio magistratus uapulo pendens :· // in coeptionem transierint
tra ut tepescit frigescit calescit ex quibus habitiua fiunt cum
pallet :·

N II 7ᵃ, 2 Cum omnia uerba ā actione

tur ω 2 adiectione, ut decet ω 4 potest. Quaedam species ὼ 5 est. Quaedam sunt actiua ω 6 melius autem erat 7 facit, atque execrat ω 8 alio. Quaedam sunt e contrario ω 9 preconem, ardeo amore, fio ω 12 transierint, ut tepet, friget, callet, pallet ω

---

2 pertaesum est] *cf. Diom. p.* 393 *Charis. p.* 224 *Consent. p.* 2060 15 ΕΝΕΡΓΙΑΝ *N* ΚΑΤΑΧΡΕϹΤΙΚΩϹ (ω *superscr.*) *N* 16 q̄ cernitur *N* 17 diligitur] igitur *N*: amatur item et suspicitur *Fabricius* 18 qui illa *Fabricius* q̄ (o *superscr.*) illa *N* 20 accesserit (n *superscr.*) *N* 21 talis et haec aduerbii *N* talis est haec aduerbii ω *an* talis est huius adverbii? 22 addito *N*

scribo. numeri sunt duo, singularis, ut scribo, pluralis, ut scribimus. modi sunt septem, indicativus imperativus promissivus optativus coniunctivus perpetuus impersonalis. tempora sunt tria, praesens, ut lego, praeteritum, ut legi, futurum, ut legam. |

Aliis ita disserere placuit. tempus est diuturnitatis spatium aut ipsius spatii intervallum aut rei administrativae mora. tempora sunt tria, instans praeteritum futurum; instans, cum in praesenti quid fieri ostendit, ut limo scribo; praeteritum, cum transactum quid significat, ut limavi scribsi; futurum, cum facturum aliquem demonstrat, ut limabo scribam. praeteriti tamen differentiae sunt quattuor, incohativae sive inperfectae, ut legebam limabam, praeteritae, ut limavi legi, oblitteratae, ut limaveram legeram, recordativae, ut limaverim legerim. persona est substantia nominis ad propriam significationem dicendi relata. personarum notitia est triplex, primae secundae tertiae. prima est quae loquitur, id est a qua dicitur, ut lego legimus; secunda est de qua dicitur et ad quam personam dicitur, ut dicis dicitis; tertia *est* de qua dicitur [et ad quam personam dicitur], ut dixit dixerunt. quaedam verba semel quid factum significant, ut lego, quaedam saepe, ut lecto, quaedam saepius, ut lectito.

Breviter autem et apertius ab aliis significatio verborum definita est, qui in species quinque eam diviserunt hoc modo: activa est, ut lego, passiva, ut legor, neutra, ut sto, deponens, ut nascor, communis, ut populor. ergo hae significationes sic facillime intellegi poterunt. activum erit verbum quod pronuntia||tivo modo praesenti tempore persona prima o littera finitum accipere poterit r litteram et facere verbum passivum, ut scribo scribor, lego legor. passivum erit quod r littera finitum amittere eam poterit et facere verbum activum, ut ducor trahor. sublata enim r fiet activum, duco traho. neutrum erit quod o littera finitum r litteram non recipit, et cum sit activa specie, passivam non habebit, ut curro. non enim dicimus curror. deponens per antiphrasin dicitur, id est e contrario, quia verbum r littera finitum deponere eam non potest, et cum sit passiva specie, activam non habebit, ut nascor. non enim dicimus nasco. commune est verbum quod specie passivae declinationis et passivam et activam continet significationem, ut populor te, populor a te.

VIIII DE ORDINIBVS VERBORVM

Ordines verborum sunt quattuor, qui verba dispertiunt. primi ordinis est verbum cuius secunda persona as litteris terminatur, velut amo amas. secundi ordinis est verbum cuius secunda persona es terminatur, velut

10 incohatiuae *Lindemannus* incubatiuę *N* inchoatiuae *w* 15 secunda est a qua *N: cf. Priscian. p.* 840 16 dicis dicitis dnt tertia de *N* 17 quaędam — 18 lectito *exc. Bob. p.* 120 29 deponens — 31 nasco *Diom. p.* 327 antifrasin *N* 31 actiuam *Diomedes* actiuum *N* 36 amo amas amas *N*

teneo tenes: tertii ordinis est verbum cuius secunda persona per is correptam terminatur, ut ago agis: quarti ordinis est verbum cuius secunda persona productis is litteris terminatur, velut munio munis. itaque omnia verba quae eiusdem ordinis erunt similem etiam declinationem habent, et ideo satis est ex quoque ordine cuiuscumque verbi tam activi quam passivi declinationem per omnia tempora et modos exempli gratia perscribere. nam modi verborum sive qualitates sunt quinque, pronuntiativus seu finitivus, imperativus, optativus, subiunctivus seu coniunctivus, infinitivus. declinantur autem hoc modo.

X

DECLINATIO VERBI ORDINIS PRIMI

Verbum finitivum ordinis primi activum [et passivum] temporis in||stantis numeri singularis amo amas amat et pluraliter amamus amatis amant, praeteriti inperfecti amabam amabas amabat, perfecti amavi, plusquamperfecti amaveram, futuri amabo. imperativa instantis ama amet, futuri amato tu amato ille. optativa *instantis et* praeteriti inperfecti ut amarem, perfecti ut amaverim, plusquamperfecti ut amavissem, futuri ut amem. subiunctiva instantis cum amem, praeteriti *inperfecti* cum amarem, praeteriti perfecti cum amaverim, plusquamperfecti cum amavissem, futuri cum amavero. | infinita instantis temporis amare, praeteriti amasse, futuri amatum ire, *amaturum esse.* participia instantis amans, futuri amaturus. supina vel adverbia amandi amando amandum. passiva instantis temporis amor amaris amatur pluraliter amamur amamini amantur, passiva inperfecti amabar amabaris amabatur, passiva perfecti amatus sum *fui*, passiva plusquamperfecti amatus eram *fueram*, passiva futuri amabor. passiva imperativa instantis amare ametur, futuri amator [ametur]. optativa instantis et inperfecti ut amarer, perfecti ut amatus sim [et] fuerim, plusquamperfecti ut amatus essem fuissem, futuri ut amer. subiunctiva instantis passiva cum amer, praeteriti inperfecti cum amarer, perfecti cum amatus sim fuerim, || plusquamperfecti cum amatus essem fuissem, futuri cum amatus ero fuero. passiva infinita instantis amari, praeteriti amatum esse, futuri amatum iri. participia praeteriti passivi amatus, futuri amandus. passiva inpersonalia amatum amatu. appellatio amatio; nomen amator; adverbium amabiliter.

Ergo in primo ordine, ita ut praedictum est, secundam personam per as observabis finitam, ut amo amas, quae a littera per totam declinationem media invenitur, futuri primam personam per bo, ut amabo, optativa em, coniunctiva ro. imperativus modus a litteram habet subtracta s, ut ama; cui inpones re litteras et facies infinitivum, ut amare.

---

1 *utrum* correptum *an* correptam *esset in N non adparuit* 4 eiusmodi ordinis *N* 5 cuiusque *N* 16 instantis et *om. N* 18 inperfecti *om. N* 20 infinita — 22 amandum *suo loco omissa in margine add. N* 21 amaturum esse *om. N* 22 aduerbialiter *N* 24 fui *om. N* 25 fueram *om. N* 39 amare. explicit declinatio uerbi primi ordinis *N*

DECLINATIO VERBI ORDINIS SECVNDI

Verbum *finitivum* ordinis secundi activum temporis instantis numeri singularis exerceo exerces exercet et pluraliter exercemus exercetis exercent; praeteriti inperfecti exercebam, perfecti exercui, plusquamperfecti exercueram, futuri exercebo. imperativa instantis exerce, futuri exerceto. optativa instantis et inperfecti ut exercerem, perfecti utinam exercuerim, plusquamperfecti ut exercuissem, futuri utinam exerceam. subiunctiva instantis temporis cum exerceam, praeteriti *inperfecti* cum exercerem, perfecti cum exercuerim, plusquamperfecti cum exercuissem, futuri cum exercuero. infinita instantis activa exercere, praeteriti exercuisse, futuri exercitum ire exerciturum esse. participia instantis exercens, futuri exerciturus. || supina vel adverbia exercendi exercendo exercendum exercitum exercitu. passiva instantis temporis indicativo modo exerceor exerceris exercetur pluraliter exercemur exercemini exercentur, passiva inperfecti exercebar, perfecti exercitus sum, plusquamperfecti exercitus eram fueram, futuri exercebor. imperativa passiva temporis instantis exercere exerceatur, futuri exercetor tu exercetor ille. | optativa passiva instantis et inperfecti ut exercerer, perfecti ut exercitus sim fuerim, plusquamperfecti ut exercitus essem fuissem; futuri ut exercear. subiunctiva passiva temporis instantis cum exercear, praeteriti inperfecti cum exercerer, perfecti cum exercitus sim fuerim, plusquamperfecti cum exercitus essem fuissem, futuri cum exercitus ero fuero. infinita instantis passiva exerceri, praeteriti exercitum esse, futuri exercitum iri. participia praeteriti passivi exercitus, futuri exercendus. appellatio exercitatio; nomen exercitator.

In secundo ordine observandum est quod secunda persona instantis per es facit, ut exerceo exerces, quae e littera per totam declinationem media invenitur, futuri prima persona aeque ut in primo ordine per bo, ut exercebo, optativa eam, subiunctiva ro. imperativus modus e litteram habet sublata s, ut exerce; cui inpones re litteras et facies infinitivum, ut exercere. ||

DECLINATIO VERBI ORDINIS TERTII

Verbum finitivum ordinis tertii activum temporis instantis numeri singularis premo premis premit et pluraliter premimus premitis premunt, inperfecti premebam, perfecti pressi, plusquamperfecti presseram, futuri premam. imperativa instantis preme premat, futuri premito. optativa instantis et praeteriti inperfecti ut premerem, perfecti ut presserim, plusquamperfecti *ut* pressissem, futuri *ut* premam. subiunctiva instantis cum premam, praeteriti inperfecti cum premerem, perfecti cum presserim, plusquamperfecti cum pressissem, futuri cum pressero. infinita instantis tem-

1 *N* II 8, 1 Declinatio

2 finitivum *om. N* 8 inperfecti *om. N* 10 exercitum ire exercitum esse *N*
32 actiuum et passiuum *deleto v.* passiuum *N* 37 ut *om. N* ut *om. N*

poris premere, praeteriti pressisse, futuri pressum ire [aut] pressurum esse. participia instantis premens, futuri pressurus. supina premendi premendo premendum pressum pressu. passiva instantis temporis indicativi modi premor premeris premitur et pluraliter premimur premimini premuntur, passiva praeteriti inperfecti premebar, perfecti pressus sum fui, plusquamperfecti pressus eram fueram, futuri premar. imperativa instantis premere prematur, futuri premitor. optativa temporis instantis et praeteriti inperfecti ut premerer, perfecti ut pressus sim fuerim, plusquamperfecti *ut* pressus essem fuissem, futuri *ut* premar. subiunctiva instantis cum premar, praeteriti inperfecti cum premerer, perfecti cum pressus sim fuerim, || plusquamperfecti cum pressus essem fuissem, futuri cum pressus ero fuero. infinita instantis premi, praeteriti pressum esse, futuri pressum iri [aut pressurum esse]. participia praeteriti pressus, futuri premendus. appellatio pressio; nomen pressor.

Ergo tertius ordo est qui per is correptam exit, ut premo premis, dico dicis, ago agis. huius futurum | tempus finitivi in am exit, ut premam. imperativus in e litteram [et] facit, ut preme; cui adpones re litteras et facies infinitivum, ut premere. rursus in tertii ordinis verbo futurum finitivi hoc differt, quod in primo et secundo ordine *per* bo facit, in tertio vero per am, item optativa per am, subiunctiva vero per ro; velut finitiva premam agam dicam, optativa ut premam agam dicam, subiunctiva cum pressero egero dixero. meminisse autem debemus eorum verborum quae sunt tertii ordinis duo genera esse, unum eorum quorum secunda persona finitivi per is litteras correptas terminatur, velut ago agis; alterum eorum quorum per is litteras productas terminatur, ut servio servis. sed excepto tempore et productione litterarum per totam declinationem isdem litteris terminantur. quare in uno ordine ea copulare non dubitabimus. praeterea animadvertendum est praeteritum inperfectum eorum verborum quae sunt tertii ordinis ex prima persona finitivi quae per io litteras terminantur semper per ie litteras medias terminari, velut facio faciebam et similia; et ideo summo errore aguntur qui servibam et servibo dicunt, quod observatur in his verbis quae quarti ordinis esse definimus. sed eos fallit secunda persona finitivi simili tempore et productione isdem is litteris terminata, videlicet non perspicientes primam personam quarti ordinis ubique per io terminatam ordinis distinctionem declinationisque differentiam facere.||

DECLINATIO VERBI ORDINIS QVARTI

Verbum ordinis quarti activum et passivum finitum temporis instantis numeri singularis et pluralis. activa instantis audio audis audit et pluraliter audimus auditis audiunt, praeteriti inperfecti audiebam, perfecti au-

---

2 p̄mendi.do.dū p̄ssum praessu (part) *N* 4 p̄mo.ris.mitur *N* 8 ut *om. N* 9 ut *om. N* 19 per *om. N* 26 hisdem *N* 32 diffiuimus *N*

divi, plusquamperfecti audiveram, futuri audiam; et passiva audior audiris auditur audimur audimini audiuntur, passiva inperfecti audiebar, passiva perfecti auditus sum fui, plusquamperfecti auditus eram fueram, futuri audiar. imperativa instantis activi audi, futuri audito tu ille. optativa instantis et praeteriti inperfecti ut audirem, perfecti ut audierim, plusquamperfecti ut audissem, futuri ut audiam. subiunctiva instantis cum audiam, praeteriti inperfecti cum audirem, perfecti cum audierim, plusquamperfecti cum audissem, futuri cum audiero. imperativa passiva instantis audire, futuri auditor tu ille. optativa instantis et praeteriti inperfecti ut audirer, perfecti ut auditus sim fuerim, plusquamperfecti *ut* auditus essem fuissem, futuri ut audiar. subiunctiva instantis temporis cum audiar, praeteriti inperfecti cum audirer, perfecti cum auditus sim fuerim, plusquamperfecti cum auditus essem fuissem, futuri cum auditus ero fuero. infinita instantis activa audire, praeteriti audisse, futuri auditum ire [aut] auditurum esse. infinita passiva temporis instantis audiri, praeteriti auditum esse, || futuri auditum iri. participia passiva praeteriti auditus, futuri audiendus. appellatio auditio; nomen auditor. participia activa instantis audiens, futuri auditurus. supina vel adverbia audiendi audiendo audiendum, auditum auditu. |

Quartus ergo est ordo ubi secunda persona finitivi per is syllabam terminatur, ut audio audis, haurio hauris. cuius futurum tempus bo et am terminatur. sed ista differentia est, si prima persona finitivi eo terminatum verbum invenies huius ordinis, futurum tempus per bo efferes, ut transeo transis transibo, redeo redis redibo; cetera am finies, ut haurio hauris hauriam, munio munis muniam. imperativa facies sublata s littera de secunda persona finitivi, ut audio audi; cui adpones re et facies infinitivum, ut audire. alii dixerunt in quarti ordinis verbo futura finitivi *et optativi et subiunctivi* tantundem inter se differre quantum in verbo secundi ordinis. nam dicimus adibo et utinam adeam et cum adiero. sed in hoc amplius observatur praeteritum inperfectum media e littera tantum modo detracta i litteram recipere, velut adibam praeteribam. nam ut detrahatur e littera tempore inperfecto et futuro finitivo b addatur prima persona eius praebet observationem, quae per eo terminatur, quamvis secunda persona is litteris similiter productis terminetur. cuius autem ordinis sit verbum facile intellegi poterit ex infinitivorum observatione. primi enim ordinis verbum ante novissimam syllabam a accipit, velut amare, secundi e productam, velut habere, tertii e correptam, velut scribere, quarti i, velut munire. potest et alias. si enim secundae personae abicias novissimam

---

1 *N* II 8, 2 fut. audiam

---

10 ut *om. N* 11 fut. uti audiar *N* 18 supina uel aduerb. *N* *ante* auditum *in marg. adscriptum est* passiuo (actiua) *in N* 28 et optativi et subiunctivi *om. N* 38 abicias] accipias *N* auferas *Fabricius*

litteram et adicias re, facis infinitiva, velut amo amas amare, habeo habes habere.

Eo verbum quarti ordinis est et quae || ex eo conposita sunt, velut exeo transeo praetereo adeo abeo veneo ineo prodeo. haec quamvis sint quarti ordinis, tamen inperfecto tempore e non admittunt, ut ibam ibamus, exibam exibamus et cetera. item eadem futuro finitivi per bo declinantur, ut ibo ibis ibit et cetera similiter. item participium exiens, et genetivus exeuntis. in *verbis* quarti ordinis futurum in am est; sed tum in bo effertur, quotiens est ex eo quod est eo πορεύομαι et quae ex ipso derivantur, veneo πιπράσκομαι, transeo παρέρχομαι, circumeo περιέρχομαι, exeo ἐξέρχομαι, praetereo διαβαίνω, adeo προσέρχομαι, abeo ἀπέρχομαι, ineo εἰσέρχομαι, prodeo προέρχομαι.

Igitur ex quattuor ordinibus verborum declinationem bifariam activorum et passivorum plenam per species digessimus ex discrimine eius. in ceteris omnibus verbis *eadem regula est*, ne sit opus pluribus instrui quod satis ex ista *declinatione* cognoscetur. sed tamen quaedam de differentia observati*one collegimus*. respeximus simul cuinsque *declinationis vel* ordinis verbum, quibus *modis quibus*que temporibus et quales brevitates recipiant iuxta veteres auctores.

PRIMI ORDINIS

Ergo primi ordinis activum tempore finitivo perfecto hoc recipit et peragit, quod frequenter in usu dicitur pro paravisti parasti, item parare pro paravere, pararunt pro paraverunt; item plusquamperfecto pararam pararas pararat pararamus pararatis pararant pro paraveram paraveras paraverat paraveramus paraveratis paraverant; item optativo perfecti utinam pararim pro paraverim et cetera; item subiunctivo futuri pararo pro paravero. praeterea in passivo eiusdem ordinis finitivo inperfecto parabare pro parabaris, item futuro parabere pro paraberis, item optativo praesentis et in-

---

14 — 18 *N*

15 ex discrimine eius in ceteris omnibus uerb
ne sit opus plurib: instrui q̄ satis ex ista
cognoscetur :· // respeximus simul cu
Sed tū q̄dā de differentia obseruati
ordinis uerbum quibusq. temporibus et quales bre
uitates

Declinatione verborum tribus versuum columnis perscripta in universa pagina breviores quam esse solent extiterunt versus 15 uerbis • ue ω 16 ex istis cognoscetur ω 17 obseruatio • respeximus ω cuiusque ordinis ω

---

6 futura finitī r̄ per bo *N* 8 verbis *om. N* tum] cum *N* 11 ΔΙΑΒΕΝω *N* 12 ΠΡΟΕΡΧΟΜΑΙ finit declinatio uerbi .IIII. ordinis *N* 16 de differentiarum obseruatione collegimus, et respeximus *Fabricius* 18 quibus modis quibusque temporibus *Fabricius* 19 iuxta ω iuta *N* auctores Et est primi ordinis actiuum *N*: Ordinis primi. Primi ordinis actiuum *Fabricius*

perfecti utinam pararere pro parareris, et *coniunctivo* inperfecti *cum pararere pro parareris; item* | in optativo futuri et in coniunctivo praesentis, velut amere pro ameris, || parere pro pareris.

ORDINIS SECVNDI

In secundi ordinis *verbo activo* haec reperiuntur *in finitivo perfecto* habuere pro habuerun*t*, in passivo autem eiusdem inperfecto finitivo habebare pro habebaris, futuro habebere pro habeberis, optativo praesentis et inperfecti utinam haberere pro habereris, subiunctivo inperfecti cum haberere pro habereris, futuro optativo et subiunctivo instantis habeare pro habearis.

ORDINIS TERTII

Rursus in tertio ordine in finitivo perfecto scripsere pro scripserunt, item consuestis pro consuevistis, consuerunt pro consueverunt, peti petisti pro petivi petivisti; at in passivo eiusdem inperfecto finitivo scribebare pro scribebaris, et in futuro scribere pro scriberis, et in optativo praesenti et inperfecto et in coniunctivo inperfecto scriberere ἀντὶ τοῦ scribereris, item optativo futuri et coniunctivo praesentis revertare pro revertaris.

ORDINIS QVARTI

Amplius in quarto ordine finitivo perfecto veni venisti venit ἀντὶ τοῦ venivi venivisti venivit, item adiere pro adierunt; in passivo autem eiusdem inperfecto adibare pro adibaris, futuro adibere ἀντὶ τοῦ adiberis, optativo praesenti et inperfecto et coniunctivo inperfecto adirere pro adireris, item optativo futuro et coniunctivo praesenti audiare pro audiaris.

Praeterea apud auctores historicos, velut Sallustium Livium, parare arcere facere adire pro parabant arcebant faciebant adibant, ut ex ipsis lectionibus cognosci poterit. item quasi infinitum in verbis reperitur, ado-

1 — 6 *N*

utinam pararere pro parareris ;· / pfti
Et imperã in optatiuo fut. et in coniunc̃
uñ amare pro amaris parare pro pararis
Ordinis .II. in secundi or
h̃ repperiuntur
habuere pro habuerun

N 11 8ᵃ, 1 In pass.

5 secundi ordinis ω

12 ordinis *N* 22 antitoi adiberis *N* 23 adirere pro adireris ω adiberere pro adibereris *N* 24 audiare pro audiaris praeterea *in margine add. N* 25 hoc sciendum, quod veteres infinitivum ponebant pro indicativo inperfecto, ut Com̃. dicit. praeterea dicebatur infinito apud veteres auctores, praesertim historicos, velut apud Salustium Livium, parare et arcere facere adire pro parabant arcebant faciebant adibant, ut ex ipsis lectionibus cognosci potest *excerpta Bernensia* 27 repperitur *N*

ratum eo, pransum eo, perditum aliquem *eo*, lotum eo, auditum eo, venum eo. item confitendum est, agendum est, adeundum est. ut autem omissa ordinum observatione generaliter absolvam, admonendi sumus infinitiva passiva verba ita solitos veteres terminare, ut agitarier docerier legier audirier, posteriores i littera, ut agitari doceri legi au||diri. in secunda persona passivorum numero singulari finitivo modo veteres ita declinabant, amare pro amaris, velut amor amare amatur, docere pro doceris, ut doceor docere docetur, munire pro muniris, et similiter per tempora instantis et praeteriti inperfecti et futuri in optativis et subiunctivis efferebant: tantum absunt haec perfecto et plusquamperfecto. in tertia persona activorum numeri pluralis finitivi modi temporis perfecti dumtaxat figura haec observatur, ut iam adnotavimus, amavere pro amaverunt, docuere pro docuerunt, dixere pro dixerunt, muniere pro munierunt; quam figuram alii duplicem existimant, de qua etiam Velius Longus in II Aeneidos satis commentatus est,

conticuere omnes intentique ora tenebant.

Quidam grammatici dicunt in passivorum imperativis non esse coniungenda tempora praesentis et futuri, sed ita distingunt ut id quod pro utroque notavimus esset praesentis tantum, futuri autem in hunc modum declinari, amator ametur pluraliter amemur amemini amentur, movetor moveatur pluraliter moveamur moveamini mo|veantur, vincitor vincatur pluraliter vincamur vincamini vincantur, munitor muniatur pluraliter muniamur muniamini muniantur et similia. sed tota ista declinatio adeo absurda videtur ut etiam apud auctores rarissima sit.

Verba supina sunt haec, docendi docendo docendum doctum doctu. quae quidam declinant post finitiva adiungentes non similia; quidam putant verba infinitiva; alii inter adverbia qualitatis posuerunt.

XI

De coniugationibus, quas nos ordines praediximus, Cominianus disertissimus grammaticus ita disseruit. coniugationes, quas Graeci *συζυγίας* appellant, sunt apud nos tres, prima secunda tertia. hae dinoscuntur in verbis activis et neutralibus sic. || primae coniugationis verba indicativo modo tempore praesenti persona secunda as litteris productis terminantur, ut amo amas, canto cantas. secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praesenti persona secunda es litteris productis terminantur, ut video vides, moneo mones, sedeo sedes. tertiae coniugationis verba indicativo modo tempore praesenti persona secunda is litteris interdum cor-

36. 37 *N*
Tertie coniugatī ūba indicati m̄o temp̄s. p̄sō. II. is litteris in̄tdū correpte in̄tdū producte

1 perditum aliquem locum eo auditum eo *N* perditum eo, locutum eo, auditum eo *u* 30 CYNZYΓIAC *N*

repte interdum producte terminantur; correpte, ut lego legis, producte, ut audio audis, nutrio nutris.

Primae coniugationis verba indicativo modo tempore praesenti persona prima aut o littera nulla alia praecedente vocali terminantur, ut amo amas, canto cantas, aut e et o, ut commeo commeas, calceo calceas, aut i et o, ut lanio lanias, satio satias, aut vo, ut adiuvo adiuvas, sublevo sublevas. primae coniugationis verba imperativo modo tempore praesenti ad secundam personam a littera terminantur, ut amo ama, canto canta. primae coniugationis verba promissivo modo adiecta ad imperativum modum bo syllaba terminantur, ut ama amabo, canta cantabo. primae coniugationis verba infinito modo adiecta ad imperativum modum re syllaba terminantur, ut ama amare, canta cantare. primae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito specie perfecta adiecta ad imperativum modum vi syllaba terminantur, ut ama amavi, canta cantavi. sed consuetudo saepe brevitatem appetens a litteram subtrahit et i ab u disiungit, ut tona tonui, intona intonui, ut apud Vergilium

intonuit laevum.

primae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito specie incohativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur, ut ama amabam, canta cantabam. primae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito specie recordativa adiectis ad imperativum modum veram syllabis terminantur, ut ama amaveram, canta cantaveram.

Secundae coniugationis verba indicati||vo modo tempore praesenti prima persona eo litteris terminantur, video vides, moneo mones. secundae coniugationis verba imperativo modo tempore praesenti ad secundam personam per e litteram exeunt, ut video vide, moneo mone. secundae coniugationis verba promissivo modo adiecta ad imperativum modum bo syllaba terminantur, ut vide videbo. secundae coniugationis verba infinito modo adiecta ad imperativum modum re syllaba manente productione terminantur, ut vide videre, mone monere. secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito specie absoluta et exacta formam regulae non servant,

---

1 — 9 *N*

correpte ut lego legis producte ut audio.dis nutrio.tris :· //li terminantur
iugatī ūba indicatī m̄o temp. p̄sti persona .I. ā o littā nulla alia p̄cedente uoca
canto.tas ā .e. et o ut commeo commeas.calceo calceas aut .i. et o ut la
satio satias ā uo ut adiuuo.uas subleuo.uas :· //Canto canta.primę coniug̃
Prime coniug̃ ūba imperā m̄o temp̄ p̄sti ad secundā p̄sonā a littā tminant ut amo ama

1 terminantur. Correpte ω 3 Primae coniugationis ω 4 ut amo amas, canto ω 6 lanio lanias, satio ω

---

3 Primae coniugationis — 178, 33 nutrieram *Diom. p.* 339 *sqq.* 16 apud Vergilium] *Aen.* II 693 31 formam regulae non servant *Diomedes p.* 339 forma regulae non seruiunt *N: cf. Consent. p.* 2072

sed potius consuetudine declinantur. interdum enim resolvuntur et in formam passivorum et deponentium sic. fit enim ut ab eo quod est audeo ausus sum es est et in exacta specie ausus eram eras erat, *ita gaudeo* gavisus sum es est et in exacta specie gavisus eram eras erat. interdum retinentia formam generis sui euphoniae potius quam rationi succumbunt, ut video vidi, moneo monui, augeo auxi. secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito specie incohativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur, ut vide videbam, mone monebam.

Tertiae coniugationis correptae verba indicativo modo tempore praesenti persona prima aut o littera nulla alia praecedente vocali terminantur, ut lego legis, peto petis, aut io, ut rapio rapis, facio facis, aut uo, ut induo induis, inruo inruis. tertiae coniugationis correptae verba quae indicativo modo tempore praesenti de prima persona aut o littera nulla alia prae|cedente vocali terminantur *aut i habent ante o*, *ead*em imperativo modo e correpta praecedente consonante terminantur, ut lego lege, peto pete, *rapio rape*, *facio face*. quae vero u, eadem imperativo modo *suam formam* retinebunt, ut induo indue, inruo inrue. *tertiae coniugationis correptae* verba promissivo modo am syllaba terminantur praecedente aut consonante primae positionis *aut vocali*, *ut lego legam*, ‖ peto petam, rapio rapiam, facio faciam, induo induam, inruo inruam. tertiae coniugationis correptae verba infinito modo adiecta ad imperativum modum re syllaba manente correptione terminantur, ut lege legere, pete petere, rape rapere, face facere, indue induere, inrue inruere. tertiae coniugationis correptae verba indicativo *modo* tempore praeterito specie absoluta *et* exacta formam regulae non servant, sed potius consuetudine declinantur. fit enim ab eo quod est lego legi legeram, rego rexi rexeram, pungo pupugi pupugeram, expungo expunxi expunxeram, induo indui indueram, inruo inrui inrueram. tertiae coniugationis correptae verba indicativo modo

---

11 — 22 *N*

ut lego . gis peto . tis ā io ut rapio . pis facio . cis ā uo ut induo . uis inruo . ruis
correptę ūba q̄ indicatī mō temp̄ p̄s. de prima p̄sō ā o litīa nulla alia p̄cedeñ uocali t̄minť
em imperā m̄o .e. correpta p̄cedeñ consonanti t̄minanť ut lego lege peto pete
q̄ uero u eadem imperā m̄o retinebunt ut induo indue inruo inrue :· // uis
ūba promissiuo m̄o am syllā t̄minanť p̄cedente ā consonante primę positio
peto petum rapio rapiam facio faciam induo induam inruo
N II 8ᵃ, 2 Tertię coniuḡ | inruam

12 Tertiae coniugationis correptae ω 17 Tertiae coniugationis correptae uerba ω

---

3 ita gaudeo *om. N* 17 suam formam *add. Diomedes p.* 340 22 e syllaba manente correpta re *N* 24 modo *om. N* specie absoluta et exacta formam regulae non seruant *Diomedes p.* 341 specie absoluta exacta forma regulae non seruiunt *N* 26 pupungi pupugeram *N*

tempore praeterito specie incohativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur praecedente aut consonante primae positionis aut vocali, ut lege legebam, pete petebam, rape rapiebam, face faciebam, indue induebam, inrue inruebam.

De tertia coniugatione producta. tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praesenti de prima persona aut eo litteris terminantur, ut adeo adis, prodeo prodis, aut io, ut audio audis, nutrio nutris. tertiae coniugationis productae verba imperativo modo tempore praesenti ad secundam personam i producta terminantur, ut audio audi, prodeo prodi, adeo adi, exeo exi. tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praesenti de prima persona si e habuerint ante o, eadem promissivo modo adiecta ad imperativum modum bo syllaba terminantur, ut adeo adi adibo, prodeo prodi prodibo: quae vero io, eadem promissivo modo am syllaba terminantur, ut audio audiam, nutrio nutriam. tertiae coniugationis productae verba infinito modo adiecta ad imperativum modum re syllaba manente productione terminantur, ut audi audire, nutri nutrire. tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praeterito specie absoluta adiecta ad imperativum modum vi syllaba terminantur, ut audi audivi, nutri nutrivi. sed tamen in omnibus consuetudo brevitatem appetens u litteram subtrahit et i litteram geminat, ut audii prodii nutrii. tertiae coniugationis productae verba quae indicativo modo tempore praesenti de prima persona eo litteris terminantur, eadem indicativo modo tempore praeterito specie inchoativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur, ut adeo adi adibam, prodeo prodi prodibam: quae vero io, eadem iniciunt e prope ultimam syllabam, ut audio audi audiebam, nutrio nutri nutriebam. sed haec veteres sine e littera pronuntiabant audibam et nutribam dicentes, ut apud Vergilium

n u t r i b a t T u r r u s q u e p a t e r,

pro nutriebat. tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praeterito specie exacta adiectis ad imperativum modum veram syllabis terminantur, ut adeo adi adiveram, nutrio nutri nutriveram. sed tamen in omnibus consuetudo brevitatem appetens u litteram subtrahit et i litteram corripit, ut audieram prodieram nutrieram.

Sunt et alia verborum seu coniugationum observationes diversae, quas completis ordine partibus octo orationis deinceps adiungemus. |

XII DE PARTICIPIO

Participium est pars orationis cum tempore et casu sine persona active vel passive aliquid significans, ut limans legens. in participiis eadem plerumque omnia observabimus quae in appellationibus verbisque.

---

1 incohā *corr.* inchoā *N* 11 si e *Fabricius* si eo *N* an.. | eadem *N* ante eadem *w* 18 praeterito] p̄sti *N* 19 audio audiui nutrio nutriui *N* 26 litterę *N* 27 apud Vergilium] *Aen.* VII 584 30 adiecta *N* 37 actiua uel passiua *N*

Participiorum alia ad praeteritum tempus referuntur, ut limatus scriptus, alia ad instans, ut limans scribens, alia ad futurum, ut limaturus scripturus. praeteriti temporis quaedam sunt activa tantum modo, quaedam passiva, ***quaedam neutra:*** activa luctatus secutus, passiva fugatus ablatus, neutra natus ortus. neque enim ut ducit fugat facit ductus fugatus, eandem etiam in natus et ortus formam verborum possumus exprimere. sunt alia tam activa quam passiva, vadatus criminatus: tam enim egisse quid quam passum esse significant. itaque instanti futuroque fiunt activa, ut va||dans criminans, vadaturus criminaturus. participia quae um exeunt fiunt etiam verba infinitiva, ut scriptum lectum. sunt participia quorum declinatio in praeteritum non venit. partim enim activa partim neutra sunt, et quidem activa ea quibus contraria non exstant, ut ambulans currens, neutra, ut videns dormiens. participia quaedam activa vel passiva sunt, ut amans amatus, dolens dicens. participia praeteriti et futuri temporis genera distingunt, ***praeteriti*** ut doctus docta doctum, futuri ***ut*** docturus doctura docturum, praesentis confundunt, ut docens. his tamen pauca discrepant, quae non Latine sed consuetudine pronuntiantur, ut pudibundus ludibundus, quorum et feminina habent suam formam cum neutralibus. nam et pudibunda ludibunda et pudibundum ludibundum dicimus. participia semper generaliter, non specialiter feruntur. numquam enim certam personam notant, ut pulsus pulsurus. participia sicut verba interdum semel, interdum saepius agere quid significant, et quidem praeteriti temporis lectitatus, praesentis lectitans, futuri lectitaturus. nec tamen omnia in eandem formam cadunt, sicut criminans rubens cadens. quaedam participia sunt inceptiva, ut calescens tepescens, a quibus neutra nascuntur finita non habentia, ut rubens calens, nec tamen in praeteritum exeunt tempus, sicut secans sectus. omnia participia praeteriti temporis perfectae rei habent significationem, ut emptus captus, praesentis interdum inperfectae rei, ut lucens tepens. videndum erit ne appellationes quae in formam participiorum incidunt participia putentur, ut recens frequens decrepitus hastatus togatus palliatus barbatus. haec enim et similia speciem habent participiorum, sunt tamen appellationes, quia nullius in se verbi vim continent. at in femininis quaedam speciem participiorum habent, quaedam etiam ipsam vim, ut pictura litura scriptura. sunt enim appellationes et participia futuri temporis in masculinis liturus scripturus picturus. at || cum dico 'in verbo litura est' et 'bona scriptura' 'pictura mirabilis', fiunt appellationes binasque habent significationes. nam ***et*** ars ipsa pictura

4 quaedam neutra *om. N* luctatus secutus] limatus scriptus *N* 6 exprimere tam actiua quam passiua. | Sunt alia uadatus *N* 9 actiua] aequa *N* 12 contraria ω contra *N* 14 dolens, dicens, dolendus dicendus *Fabricius. fortasse* docens doctus 15 praeteriti *om. N* 16 ut *ante* docturus *om. N* 20 participia — 180, 10 ad[n]mittit *exc. Paris. f.* 121* 23 lectitatus] lectitans *N* 24 eadem *N* cadens] candens ω 26 finita non] feminina *N* 37 et *om. N*

appellatur et opus quod pictum est. item cum dicimus 'nullus animatus' 'bene animatus est', utrumque in appellationem cadit. etenim homo est tantum animatus et [est tamen] bene animatus. fiunt tamen participia. item doctus et sapiens. nam doctum ita ut peritum declinamus et sa*pientem ut prudentem.* utrumque tamen appellationis vim optinet, et nihilo minus in participia *cadunt. dicitur enim sapiens* a verbo quod est sapit. sunt quaedam participia praesentis temporis quae nec in praeteritum nec in futurum tempus cadunt, ut potens pollens. quaedam praeterito carent, ut volens *ambula*ns. quaedam praeteritum habent solum, ut fretus. neque enim praesens aut futurum admittit.

Cominianus grammaticus ita de participio breviter refert. participium est pars orationis cum tempore et casu. participium autem dictum videtur, quod partem capiat nominis partemque verbi. trahit enim casum a no|mine, tempus a verbo. participia autem trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, ut scribens scripturus, a passivo duo, praeteriti temporis et futuri, ut scriptus scribendus, a neutrali duo, praesentis temporis et futuri, ut sedens sessurus, a communi quattuor, praesens et praeteritum et duo futura, ut vadans vadaturus vadatus vadandus, a deponenti tria, praesens, praeteritum et futurum, ut luctans luctatus luctaturus. sunt multa nomina quae speciem participiorum habeant, ut tunicatus galeatus. quae cum partem verbi non habeant, non recte participia dicuntur. neque enim dici potest tunico aut galeo. quaedam participia similia sunt appellationibus, ut passus visus cultus, sed in declinationibus deprehenduntur. nam quae participia sunt genetivo casu in i exeunt, ut huius passi visi culti; quae vero appellationes, in us, ut huius passus visus cultus. participiis ac||cidunt genus figura numerus casus tempus qualitas.

XIII DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis quae adiecta verbo significationem eius implet atque explanat. adverbia aut suae sunt positionis aut ab aliis

---

4 — 9 *N*

III 1, 1 ltem doctus et sapiens nam doctū ita ut peritū declinamus et sa
utrumq, tū appellationis uim optinet et nihilo minus in participia 5
a ūbo q̄ ē sapit :· // tens pollens q̄dam p̄terito carent ut nolens ns
St̄q̄dam participia p̄sentis temporis q̄ nec in p̄teritū nec in futurū tempus cadunt ut po

---

2 homo est tū animatus et ē tū ani bene animatus *deletis litteris* ani *N* homo est tantum animatus, et est tantum bene animatus *w* 14 participia — 19 luctaturus *Diom. p.* 396 20 Sunt — 25 cultus *Diom. p.* 397: *cf. Max. Victor. p.* 1949

de a nomine ab utroque ab utroque a nomine a uerbo a uerbo
23 rep̄henduntur .*N* 26 genus figura num̄ cas: temp: qualitas *N*

27 De adverbio] *excerpta Parisina f.* 119 *sqq. praeterea praeposito nomine Cominiani conplura hinc excepta sunt in excerptis Bernensibus, quibuscum faciunt codex Leidensis Voss.* 33. 4 *et Sanctamandinus M.* 7. 3; *quorum librorum discrepantia, siquid interesse videbatur, adscripta est* 29 adverbia — 181, 15 debet *Diom. p.* 398 *sqq.*

transeunt. a se nascuntur, ut heri nuper; ab aliis transeunt, ut doctus docte, sapiens sapienter. adverbiis accidunt significatio figura conparatio. significationes adverbiorum sunt plurimae. significant enim tempus, ut heri nuper; locum, ut hic; numerum, ut semel; negationem, ut non; adfirmationem, ut etiam; demonstrationem, ut ecce; hortationem, ut heia; optationem, ut utinam; ordinationem, ut deinde; interrogationem, ut cur; similitudinem, ut quasi; dubitationem, ut fortasse; invocationem, ut heus; responsionem, ut heu; probibitionem, ut ne; communicationem, ut pariter simul; separationem, ut seorsum; comparationem, ut magis potius; eventum, ut forte; qualitatem, ut bene; quantitatem, ut nimium. figura in adverbiis sicut in omnibus partibus orationis aut simplex est, ut iuste, aut conposita, ut iniuste. comparationem recipiunt adverbia, quotiens appellationes unde transeunt comparantur, ut docte doctius doctissime, quia *est* doctus doctior doctissimus. adverbiis omnibus praepositio separatim adici non debet. et haec quidem breviter Cominianus grammaticus disseruit. alii autem per eadem aut eo amplius processerunt sic.

Adverbium est pars orationis quae praeposita verbo significationem eius inplet atque explanat. adverbio accidunt significatio conparatio figura. * quae sunt loci, ut hic illic ibi; temporis, hodie cras heri nuper; numeri, semel bis centies; negandi, haud non; monstrandi, ecce eccum eccere; hortandi, heia age agite, quamvis age et agite vim obtineant verbi activi im||perativi modi; optandi, utinam velim; ordinis, deinceps deinde; percontandi, cur, quid ita, quapropter, quare, quamvis quapropter et quare impleant aliquando et confirmandi vicem; similitudinis, ut ceu quasi velut; dubitandi, forsitan fortasse fortassis fors; personative, mecum tecum; vocative, heus, quid est, ioe, heia; respondendi, heu; adfirmandi, etiam; prohibendi, ne; communicative, pariter simul; separandi, seorsum; conparandi, magis potius; eventus, forte; qualitatis, bene; quantitatis, nimium.

Adverbia non omnia ex praepositis partibus orationis proficiscuntur, ut sunt quae aut tempus significant, ut heri cras postea, aut locum, ut hic illic ibi; et quae trahuntur ex nominibus tamen *non* ex omni genere vocabulorum figurantur. statim enim a littera terminata nomina Latina nulla ex se adverbia faciunt Latina. nam neque a Catilina Sisennaque Catiliniter aut Sisenniter recte dicimus. hoc idcirco introduximus ut sciant, siqui inveniunt, non nisi Graeca se inventuros, quae scilicet in usum veniunt Latinitatis. nam et a poeta et pirata, quae sunt Graeca, | poetice

---

8 eu *Lindemannus* hem *Fabricius* 13 est *om. N, add. Diomedes p.* 400 15 non potest *corr.* non debet *N* 18 figura | Quae sunt *N* figura. Quaedam sunt ω. *excidisse videntur quaedam eius fere sententiae quam indicat Donatus p.* 1750 adverbio accidunt tria, significatio conparatio figura. significatio adverbiorum in hoc secernitur, quia sunt adverbia loci, ut hic *sqq.* 25 forsitam *N* 26 heus. ioe *N* heus ecquis est ohe ω: oiei eia *coniecit Lindemannus conl. Bentl. in Ter. Eun.* IIII 4, 47 31 et quamuis praecipue trahuntur ex nominibus, non tamen ex omni *Fabricius* nominibus] omnibus *N* non *om. N* 35 si qua *Fabricius*

et piratice dicimus. e littera terminata nomina *καθολικῶς* nulla ex se adverbia faciunt, quae non sunt nisi Graeca, ut Agave Telete: sed neque ex his Agavice aut Teletice recte pronuntiabitur. fuerunt autem qui ex his quae o terminantur putarent adverbia trahi posse, ut est ordo mucro, diversis tamen figuris. ab ordine enim ordinate et a mucrone mucronatim dicimus. sed mihi non videtur hoc quod est ordinate ab ordine tractum sed ab ordinato, nec minus a mucrone mucronatim sed a mucronato. ac ne singula persequamur unde non proficiscantur adverbia, ad ea veniamus quae canonis ratione subnixa videntur.

R littera terminata nomina, hanc litteram quotiens e antecedit, quattuor modis faciunt adverbia. aut enim e finiuntur et totidem syllabas servant, ut piger aeger pigre aegre faciunt; aut in eandem litte||ram desinunt et syllaba crescunt. nam et liber miserque libere misere faciunt. tertia *est* species eorum quae ter syllaba faciunt, celer acer celeriter acriter. sed circa hoc nomen utique sistit quaestio, quia quidam non putant ab eo quod est acer acriter recte factum sed ab acris, quod refellitur. nam huius adverbii superlationes cuius is litteris nomina terminantur, ut agilis docilis, et superlativo litteram s geminant efficiuntque agilissimus docilissimus, agilissime docilissime dicuntur. at cum non aliter dicamus acerrime quam celerrime, manifestum est acriter factum ab eo quod est acer, ut celer. quarta species est eorum quae per im litteras terminantur, ut passer anser, passeratim anseratim. tenere an teneriter dici debeat quaesitum est. nam quidam teneriter efferunt ut celeriter, alii vero tenere ut libere. sed inspiciendum est unde potissimum adverbia figurari debeant. nam cum sit et tener et celer et liber eiusdem terminationis, necessario ambigitur in adverbii figuratione. nominativus casus nullum discrimen ostendit. sequitur itaque ut obliquis casibus formam adverbiorum intueamur. ea itaque quae genetivo casu i littera terminantur i in e mutant et faciunt adverbia, ut ex eo quod est pigri pigre et nigri nigre. nec minus etiam quae crescunt obliquis casibus, ut liberi libere, miseri misere. ergo cum per omnes casus tener non aliter declinetur quam liber, sequitur ut tenere proportione dicatur ut libere. nam ea quae ter syllaba finiuntur in adverbiis utique in nomine genetivum habent is litteris terminatum, ut celeris celeriter, acris acriter, alacris alacriter.

---

12 — 15 *N*

III 1, 2 ā in eandem littam..... unt et syllaba crescunt nam et liber miserq, libere misere faciunt. T̄ .... species eor̄ q̄ er syllaba faciunt celer acer celeriter acriter s. circa h. n̄n.....sistit q̄stio

12 literam desinunt ω 13 Tertia species ω 15 nomen utique sistit ω

---

7 ordinationec (*expuncta* i *littera*) *N* 11 fiunt aduerbia *N*: aduerbia a nominibus r littera terminatis quattuor modis fiunt *p* 13 et una syllaba crescunt *p* 14 in ter syllabam faciunt *p* 19 dicamus] dm̄s *N* 20 cellerrime *N* 23 efferunt ω egerunt *N* 27 intueamur *Fabricius* intuemur *N*

Or litteris terminata nominà, ut quidam putant, duabus sed diversis ex se figuris adverbia faciunt, ut orator oratorie, memor memoriter. sed animadvertendum est num oratorie non ab oratore sed ab oratorio trahatur. nam ut est alicuius vis oratoria et oratorius modus, sic forsitan figurari possit oratorium, un||de proficiscatur hoc adverbium quod oratorie dicitur.

Vr litteris terminata nomina faciunt ex se adverbia duobus modis figurata, ut satur sature, fur furtim. notabimus autem satur nomen inter ea esse quae ad analogiam non pertinent, cum cetera ur litteris terminata in genetivo casu is finiantur, ut turtur turturis, murmur murmuris.

Es terminata nomina videntur ex se duobus modis adverbia figurare, ut quadrupes quadrupedatim, miles militariter. sed, ut in superioribus dictum est, militariter ab eo venit quod est militaris.

Is terminata in adverbiis ter finiuntur, ut docilis dociliter, agilis agiliter. atque *de his* quidem consentiunt. aiunt etiam viliter dici oportere et faciliter, quoniam quidem ea antiqui usurpaverint. non nulli etiam faculter aiunt oportere dici, cuius compositum hodieque in usu est, quoniam quidam dicunt difficulter. sed ridiculum est legem adversus consuetudinem ferre, quae sola in nostro sermone dominatur. d*icimus enim* usu pronuntiativo magis *vile* et facile; *quamvis et faciliter* me legisse audaciter dixerim, ut *viliter* emisse. nec verebor ne quis me putet vocabulum pro adverbio posuisse, si quidem multa sunt alia quae vocabulorum speciem in adverbiis teneant. nam et Romae sum et ruri fui quid aliud est, quam adverbium loci? nec dubitari tamen potest non in his apparere et casus et vocabuli speciem.

Vs terminata nomina quinque modis adverbia faciunt, aut e correpta, ut malus male, aut e pro|ducta, ut doctus docte, aut o producta, ut falsus falso, aut o correpta, ut citus cito, aut im, ut strictus strictim. nec tamen his omnibus legibus accessit consuetudo. nam ut a superioribus

---

12 — 20 *N*

15 quod est militaris :· //quidam consentiunt aiunt etiam utiliter dici oportere et faciliter Is terminata in adūbiis ter fininntur ut docilis dociliter agilis agiliter atq, qm̄ quidam ea antiquius obseruauerint (usurp) ñulli etiam faculter aiunt oportere dici cuius compositū hodieq, in usu ē qm̄ quidem dicunt difficulter s. ridiculu legem adūsus consuetudinem ferre q̄ sola in nostro sermone dominatur d

20 usu pronuntiatiuo magis et facile me egisse audaciter dixerim ut ui*riliter* emisse

17 ridiculum est legem ω 18 de * usu ω 19 ut uiriliter emisse ω

---

3 sed ab oratione *N*: licet oratorie, ut quibusdam placet, ab eo quod est oratorius figuretur *p* 4 forsitam *N* 11 quadrupes quadrupedatim *N* quadripes quadripedatim *p* 13 is terminata faciunt aduerbia in ter, ut docilis dociliter utilis utiliter, licet legam utile et facile *p* 15 quoniam quidem ea antiqui *Fabricius* 19 ut uiliter emisse *coniecit Lindemannus* 28 accessit *Fabricius* recessit *N*

recedamus, qui ab eo quod est humanus humaniter dixerunt et multa similia, usque ad nos certe consuetudo permansit ut ab eo || quod est divinus divinitus dicatur et ab eo quod est antiquus antiquitus, cum interim in his maneant etiam prioris legis adverbia. nam non minus per hanc significationem divine et antique dicimus. item ab eo quod est largus remansit in consuetudine ut largiter diceremus, si quidem in differentiam venit large ab eo quod est largiter, quod large quidem significat effuse et abundanter, ut dicimus 'large et liberaliter patrimonio usus est', et largiter multum, 'largiter pecuniae habuit'.

Ns litteris terminata uno modo ex se faciunt adverbia ter terminata, ut decens decenter. non nulli etiam ex participiis putaverunt talia figurari, ut Verrius Flaccus, qui ab eo quod est audens audenter *dicit:* aut certe superiores dixerunt, quatenus in recenti consuetudine ***non per***inde usitatum est. ***sed tamen*** audens t*am vocabuli quam* particip*ii* ***significationem habet;*** et cum ex se adverbium facit, vocabuli vicem obtinet, tam he*rcule* quam cum recipit comparationem. nam sicut comparationem non recipiunt participia, ita ne ***in*** adverbia quidem transeunt. alioquin si ab eo ***quod*** est audens significatione participii audenter diceretur, procul dubio et ex eo quod est faciens et scribens similiter quiddam exprimeremus. at si dicemus audenter tam quam sapienter, fateor, si quidem sapiens non qua participium sed qua vocabulum est, quo quis etiam sapientior dicitur, in adverbium transit, sapienter, ut cum sapientia, audenter, qua*si cum* audentia. et ne nos fallat figura quorundam vocabulorum, quae eadem est participiorum, hanc legem advertimus non aliubi inventuros nos adverbia

---

10 — 18 *N*

NS litteris terminata uno modo ex se faciunt aduerbia ter........
ut decens decenter n̄nulli etiam ex participiis putaue
talia figurari ut uerrius flaccus qui ab eo quod ē aud*ens* au
ā c̄te superiores dixerunt quatenus in recenti *consuetudine*
inde usitatum ē .. *dt* .. audens t*e* ... *abulis* .. particip
III 1*, 1 et cum ex se aduerbium facit uocabuli uicem obtinet tam he...*re* quā cum recipit
comparationem nam sicut compara*tionem* *n̄n* recipi . . . participia Itene ad
uerbia quidem transeunt alioquin (si) ab eo ē audens sig....catione participii au
denter diceretur

10 ter terminata ut ω 11 putauerunt talia ω. *et in hoc et in duobus versibus qui proxime secuntur propter vitium quoddam membranarum lacuna a librario sub finem versus reiicta erat. quae lacuna num ad ultimum quoque paginae versum pertineret perspicere non potui* 12 audens audenter, aut certe ω 13 in recenti • inde usitatum est, at audens • participium et cum ω 15 tam haec quam ille, quam cum ω 16 comparationes non recipiunt participia, ita ne ω 18 significatione ω

---

7 ueniat *N* large qui.. significat *N*: quidem *e codice Lindemannus, om.* ω 17 quod *add.* ω 19 at] aut *N*: at si dicemus audenter tamquam sapienter, fatebor recte dici, siquidem — in adverbium transit *coniecit Lindemannus* 20 *fortasse* tamquam sapienter faciet 22 transit] tamen non *N* quasi cum] qua *N* 23 et] aut *N* quorumdam *N*

ab his partibus orationis terminata quam in quibus comparatio potest inveniri, ut est elegans elegantior eleganter, decens decentior decenter, pudens pudentior pudenter: sic ergo audens audentior audenter qua vocabulum, non qua participium, in adverbium transfiguratur.

Rs terminata duplici modo ex || se adverbia faciunt in ter decurrentia. quorum unus est qui i litteram servat ante novissimam syllabam, ut vecors vecorditer, alter qui sine i littera effertur, ut sollers sollerter. neque omnia tamen quae rs litteris terminantur in adverbia transeunt, sicut concors. iners quoque habuit dubitationem an omnino in adverbium transire possit, quamvis in vulgari consuetudine sit inerter. non statim tamen adnuere debemus, nisi auctoritas eruditi alicuius accesserit. nam inertissime quin recte dicatur dubitare non possumus, cum ab eo quod est inertissimus veniat. fors quoque variarum figurarum adverbia facit. dicimus enim *forsan* forsitan fortasse fortassis; et consuetudine quidem obtinuit ut fortasse libentius diceretur quam fortassis, quoniam fortassis auribus nostris absurdius videtur. at forsan et forsitan poetis relinquemus, quae Latina esse nemo dubitabit, cum et Vergilius dicat

forsan et haec olim meminisse iuvabit,
forsitan et Priami fuerint quae fata requires.

nec minus fors pro adverbio ponitur, ut

fors aequatis cepissent praemia rostris.

X littera terminata duobus modis in adverbia transeunt. aut enim im litteris terminantur, ut grex gre|gatim; aut per r, ut audax audaciter, loquax loquaciter. sed meminerimus eruditorum consuetudine *audacter* sine i littera elatum, non ut procaciter aut loquaciter.

A femininis quoque nominibus a littera terminatis nascuntur adverbia im litteris finita, ut fascia fasciatim, centuria centuriatim, decuria decuriatim. non nulli autem decuriatim et centuriatim non a decuria et centuria sed a decurione et centurione tracta putant, sic uti ab ordine ordinatim [vel ab ordinato], non intellegentes similia nomina non esse ordinem et centurionem. nam ut ordo et centurio ea figura qua utrumque o terminatur similia sunt, ita qua||litate et significatione disparia. fasciatim quoque non a fascia putant tractum sed a fasce, si quidem fasciatim [tractum] non per fascias sed per fasces, ut centuriatim non per centuriones sed per centurias. a neutris quoque nominibus trahuntur adverbia im litteris terminata, ut membrum membratim, uber ubertim.

Non nullis grammaticis placet ut a nominibus sic etiam a participiis et pronominibus et verbis adverbia figurari, ut ab eo quod est iustus iuste

5 in er *N* 14 forsan *om. N, add. p* 15 libenter *N* 16 forsam et forsitan *N* poetis relinquemus *Fabricius* potius reliquemus *N* 18 forsan] *Verg. Aen.* I 203 19 forsitan] *Verg. Aen.* II 506 21 fors] *Verg. Aen.* V 232 24 consuetudinem per .i. litteram (*om.* audacter) *N*: audax audaciter, licet audacter legamus *p*: sed meminerimus audacter eruditorum consuetudine sine i littera elatum *w* 38 ut uerbis *N* et a uerbis *Fabricius*

fiat, ab eo quod est sapiens sapienter dicatur, nec minus a pronomine me meatim, te tuatim, denique ab eo quod est curro cursim, pungo punctim. mihi videntur errare, quod adverbium sapienter putant a participio descendere, cum sapiens tam nomen sit quam participium. verum participium indiget tempore, comparationem cum hac ipsa figurandi ex se adverbia fac*ultate non recipit*, si quidem legens vocans nequaquam transeant in adverbia. at an evidenter dicamus sapienter audenter quis dubitat? sed non eá lege qua participia sunt sed qua etiam comparationem recipiunt, quod est nominum proprium. nam si ab eo quod est *consto* constans adverbium diceretur constanter, et si ab eo quod est sapio sapiens sapienter, quis dubitabit et ab eo quod est aedifico aedificans aedificanter dici? quod cum omnino regula Latini sermonis non admittat, procul dubio remota participia sunt ab hac figurandorum ex se adverbiorum facultate. et siqua videntur a pronominibus trahi adverbia, tantum in grammaticorum commentariis animadvertimus, in consuetudine non videmus; quae ut fuerint, tamen consensu publici usus antiquata sunt. et si non nullis placet a verbis fieri adverbia, ut ab eo quod est curro cursim, pungo punctim, ego tamen quaero quid ita non potius adverbia a vocabu||lis tracta sint, ab eo quod est punctum punctim et ab eo quod est cursus cursim. sic enim in superioribus diximus, nomina us terminata non numquam ex se adverbia facere in im exeuntia. animadvertimus enim omnia verba quae non possunt etiam ad nomina transire nulla ex se adverbia facere.

Adverbia localia significant aut in loco, ut Romae, aut in locum, ut Romam, aut per locum, ut hac illac. adverbia quae a nominibus trahuntur aut integram figuram nominum servant, ut Romae Puteolis, aut inminuunt vel inmutant, ut domi noctu. sicut in nominibus diximus quaedam aut conparationem non recipere aut superlationem aut utrumque aut prima positione carere * ita enim etiam in adverbiis hanc m finiuntur sententiae, ab eisdem initium et saepe faciunt sequentes.

Aliis de adverbiis longius disserere ita placuit. adverbium est pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque inplet. ita

12 *N* III 1ᵃ, 2 ......bio remota

2 te ω et *N* 3 putent *N* descendere ω defendere *N* 5 comparatio ĩñ hac ipsa figurandi ex se aduerbia faciat siquidem *N* comparatione nomen, ut haec ipsa figurando ex se aduerbio faciat *Fabricius*. *fortasse* comparationem non recipit, ut hanc ipsam figurando ex se aduerbia faciat 8 recipiant *N* 9 consto *om. N* 10 constanter qui dubitabit *omissis iis quae post* 11 dici *conlocata huc transposui N* 11 dici et si ab eo quod est sapiens sapienter | ..... o sapiens sapienter quod *N*: sapienter item sapio sapiens ω . 12 procul dubio ω 25 inminuent uel inmutent (a) *N* 28 *lacunam indicavi, qua hausta esse videntur quae de comparatione adverbiorum dicta fuerunt, quamquam ea ipsa quae secuntur quo pertineant non intellego.* ita etiam in aduerbiis hac finiantur sententia, ab eisdem initium ut saepe faciant sequentes *Fabricius* 30 de aduerbiis (longius) disserere *N* adverbium — 187, 2 male *Diom. p.* 398

nam cum dico, Palaemon docet, nondum significo satis vim plenam verbi, nisi adiecero bene aut male. sed quoniam multae species sunt adverbiorum, singulas adiecimus. qualitatis et quantitatis sunt quae ex secundo ordine derivantur in e, velut doctus docte, item lepidus lepide. excipiuntur autem ex secundo ordine duo quae in e brevem veniunt, velut bene male. sunt quae a tertio ordine derivantur in ter, velut fortis fortiter, felix feliciter. excipiuntur ex tertio ordine, ut facilis facile, vilis vile; sed in conpositione facilis, quod est difficilis, difficulter facit.

Ex omnibus *nominibus* quae us terminantur veniunt comparationes et superlationes, praeterquam ex bene et male, quae corrupta sunt. sed ex his quae e ante us habent | et i ante us comparationes fieri non possunt. neque enim ab idoneo idoneor fieri potest neque a necessario necessarior et similibus.

Sed qualitatis adverbia etiam aliis lit||teris terminantur, in us, velut funditus radicitus divinitus humanitus antiquitus caelitus publicitus; item in im, velut caesim viritim alternatim vicatim partim cursim gradatim separatim paulatim minutatim sensim furtim deditim carptim vicissim; item in o, velut consulto tuto falso supervacuo cito secreto bipertito tripertito quadripertito fortuito continuo opinato clandestino matutino; item in am, velut clam nequiquam palam obviam bifariam trifariam quadrifariam. Plinius Secundus inter adverbia qualitatis posuit dicendo legendo dicendi legendi, quae quidam amplius verba putant infinitiva vel usurpativa, de quibus et supra notavimus.

Numeri adverbia sunt, velut totiens quotiens aliquotiens saepe saepius saepissime semel bis ter quater deinceps primum iterum tertium quartum.

Temporis adverbia sunt infinitiva, velut olim aliquando quondam nuper [tantidem sed est numeri] etiamnum, id est adhuc, tandem iam tum inde iamdudum umquam numquam mox interim cottidie interea interdum subinde cummaxime nunc confestim actutum evestigio ilico statim continuo subito repente et repentino extemplo recens frequenter semper tantisper paulisper parumper postea ante antea postquam antequam dum donec donicum simul simulatque vix vixdum. item temporis finitiva adverbia, hodie cras perendie diequarto heri nudiustertius nudiusquartus nudiusquintus mane vesperi noctu interdiu pridie postridie postmeridiem antemeridiem.

---

9 nominibus *om.* *N* Com. ex omnibus nominibus quae is aut us terminantur ueniunt conparationes et superlationes praeterquam ea, bene et male, quae corrupta sunt *excerpta Bernensia* 10 corrupta *N* 19 furtuito *N* 21 discendo *N* 23 supra] *p.* 153 27 tantidem sed est numeri *ex adnotatione de differentia adverbiorum* tandem *et* tantidem *inlata esse videntur*. temporis aduerbia sunt infinita, ueluti olim aliquando quondam nuper tandem. sed et numerus est etiamnum, id est adhuc tandem iam tandem tum *p*: temporis infinita ueluti olim aliquando quondam nuper tantidem etiamnum id est adhuc tandem iam tum inde iamdudum umquam nonnumquam *excerpta Bernensia* 33 perendie ω repente *N* 34 postridie *excerpta Bernensia* ppridie *N*

Loci adverbia sunt sic, primum in loco, ubi ibi hic illic ibidem istic intus foris comminus; in locum, velut quo hoc illo utro utroque neutro huc illuc istuc isto eodem intro foras introrsum extrorsum sinistrorsum retrorsum: eadem et per s litteram extremam efferuntur, velut extrorsus sinistrorsus et cetera: e loco, velut unde hinc illinc utrimque inde in||didem istinc intrinsecus. sunt etiam quae et in locum et in loco *et e loco* significant infinita, velut susum deorsum supra infra ultra citra extra intra super subter ante post. per locum, velut hac illac istac recta qua.

Sunt etiam adverbia quaedam in loco, quaedam e loco, quaedam in locum; et primum in loco, velut ubi eras? Romae; e loco, unde venis? Roma; in locum, ubi is? Romam. est ergo in loco per genetivum, cum ex primo et secundo ordine veniunt, ut Romae sum, Beryti sum, domi sum, secundum veteres, qui ita declinaverunt haec domus huius domi. cum vero tertii ordinis sunt, ablativo casu utimur, velut Carthagine *sum*, Sidone *sum;* quamquam recentiores Carthagini et Sidoni sum per dativum voluerunt: etenim dicimus ruri sum. at cum e loco dicimus, ablativo ex omni nomine civitatis utimur, velut Roma venio, Carthagine venio, et utique sine praepositione. quamquam cum de praepositionibus dicere coeperimus, etiam de hoc plenius adnotari necesse est.

Negandi adverbia sunt, velut non nequaquam haudquaquam parum; adfirmandi adverbia sunt, velut scilicet etiam quidni nimirum ilicet profecto plane; percontandi, velut cur, quare, quid ita, ecquid, num, nonne, utrum, utrumne, an, annon; demonstrandi adverbia sunt, velut en ecce; optandi, velut utinam velim; ordinis, deinde deinceps tunc ante post; similitudinis, ita, perinde ac si, prout, item, adeo: videntur et haec *quae* inter comparativas coniunctiones alii posuerunt, tam quam, ut tam quam bonus amicus, tam ille quam hic: dubitandi, fors forsitan forsan fortassis fortasse fortassan; congregandi, velut una simul pariter; personalia, ut mecum tecum secum nobiscum vobiscum mea tua *sua* nostra vestra; hortandi, heia age agedum; conpellandi, ut heus; respondendi, ut heu; pro|hi-

8 *N* III 2, 1 Per locum

5 inde indidem ω inde indiem *N* inde itidem *excerpta Bernensia* 6 et e loco *om. N*: Sunt aduerbia quae in locum et de loco et in loco signifant *p* 7 sursum *p et excerpta Bernensia* 8 illac istac *p et excerpta Bernensia* illac ista *N et codex Leidensis* 10 et primum *p* ut primum *N* 11 quo is ω ubi nadis *p* 14 neluti cartagine sidones sunt quamquam *p* nelut carthagine sidone quamquam *N* 15 sidoni sunt *N* 21 adfirmandi, ut etiam quidem quippe quin immo scilicet licet nimirum dumtaxat sane profecto proculdubio plane utique certe nempe prorsus ilicet uidelicet. demonstrandi, en ecce eccum eccere. percunctandi, neluti cur quare quid ita quiduam nonne utrum utrumne nutnne (numni *cod. Bern. et Sanctam.*) numquid (quippeni *add. cod. Sanctam.*) anne *excerpta Bernensia* 22 quid ita etquidnam nonne *N* quidita ecquidnam nonne *Lindemannus* 25 quae *om. N* 26 posuerunt tam quam *N* 27 forsitam *N* 28 fortassan *cod. Leid.* fortaūsan *N* fortansan *cod. Bern.*: fortassis fortansisan *cod. Sanctam.* 29 sua *om. N*, *add. excerpta Bernensia*
30 age agendum *N*: ortandi age eia agedum agite *excerpta Bernensia* prohibendi — 189, 2 esses *Diom. p.* 399

bendi, ut ne, *ne* feceris, negandi modo, ne id facias, adfirmandi modo, 'ne tu, Eruci, accusator ridiculus esses'.

In adverbio numquam quaestio ori||tur negationis sit an temporis. utrumque videtur in se habere, et negationem et tempus. neque enim aliud est numquam quam non.

Inter adverbia numeri haec quoque alii adiecerunt, quot tot quotquot aliquot; quae ita posita inter adverbia non est nostrae aestimationis reprobare. certe inter aptota nomina pluralia posuimus, secuti praecepta magistri nostri. alii inter pronomina posuerunt.

Item ex praepositionibus quae mutato accentu in adverbia accedunt haec: infra, infra stat; supra, supra stat; extra, extra stat; intra, intra sedebat; ultra, ultra non faciam; citra, citra discurrit; circa, circa equitat; iuxta, iuxta facit, id est similiter; contra, contra tendit; subtus, subtus erat; coram, coram stetit, id est palam; ante, ante venit; post, post sedet; prope, prope cecidit, hoc est paene; usque, usque illum mulcavit, hoc est valde, item illo usque cum venisset; subter, super. et quam diu sine casibus enuntiantur, adverbialiter eunt; receptis casibus praepositiones sunt.

Inter adverbia quidam haec posuerunt, quae etiam apud veteres observata sunt, velut translatui dimissui receptui ostentui, et siqua eius modi sunt alia quae casui dativo dantur, in quibus observabimus ita dicere, translatui est et translatui facit, mittit translatum; *translatui* non dicimus, et cetera similiter. quidam tamen dicunt similia his esse decori usui et cetera.

Conlata sunt adverbia. Varro sic ait in III περὶ χαρακτήρων, propius proxime. in his extra consuetudinem communem frequenter perfectis uti solet Plautus, ut in Aulularia

ea sublevit os mihi penissime,

et in Mostellaria *

1 ut ne feceris *N*   2 ne tu] *Cic. pro Rosc. Amer.* 18, 50   3 in aduerbio numquam *p* in aduerbio nonnumquam *N*   10 Item — 17 praepositiones sunt *Charis. p.* 206 *Diom. p.* 403   accedunt *Charisius l. c.* recedunt[e] *codices Diomedis* recidunt *N*   12 equitat *Fabricius* equitatum *N*   13 fecit *Diomedes et Charisius l. c.*   contra contra condit *N* contra contra contendit *Fabricius*   14 uenit *Diomedes et Charisius l. c.* ueni *N*   15 sedit *Diomedes et Charisius l. c.*   multauit *N*   16 subter[p] super *N*   17 sub[sine] casibus *N*   enuntiantur aduerbialiter eunt *Diomedes* enumerantur aduerbia erunt *N*   18 erunt[s] *N*   19 Inter — 24 cetera *Diom. p.* 403. translatui dimissui receptui ostentui aduerbia sunt, cum ita loquimur translatui fac et receptui canit ostentui habet. decori quoque et usui, cum dicimus, decori mihi est. usui tradidit, sine dubio aduerbia sunt *p*   22 translatui *ultimo loco om. N*: mittit translatui non dicimus *Fabricius*   25 Conlatia *N*   ait] esse *N*: esse refert *vel* posuit *coniecit Lindemannus*   proprius *N*   27 in Aulularia] IIII 6, 2   28 plenissime[v] *N*   29 mostellaria *N*. *excidit Mostellariae versus* IIII 1, 127 (656 *R*) ita mea consilia perturbat paenissume, *quem in eadem re adscripsit Priscianus p.* 608 *et* 1008. *sequitur exemplum Cistellariae* I 1, 65

quid faciam? in latebras condas pectori penitissimo,

et in Curculione

salve oculissime homo.

sed num oculissime βραχέως legendum?

Inter adverbia a pronominibus deducta aliquid ex eo quod est aliquis, quippiam ex eo quod est quispiam, quicque ex eo quod est quisque, quid, numquid.

G. Iulius Romanus ita refert de adverbio || sub titulo ἀφορμῶν. adverbium est pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque inplet. est enim verbum scribo, cui si adiciatur bene sive male, quod est adverbium, faciet bene scribo, male scribo. eadem est et in Graecis adverbiis cum partibus constitutio, ἐπίρρημά ἐστιν μέρος λόγου ἄκλιτον ἐπὶ τὸ ῥῆμα τὴν ἀναφορὰν ἔχον. qua ratione igitur σχετλιασμοῦ δηλωτικὰ ἐπιρρήματα dixerint parum specto. quam partem orationis nostri, non ut numerum octo partium | articulo, id est τῷ ἄρθρῳ, deficiente supplerent, sed quia videbant adverbium esse non posse, segregaverunt. non quia nesciam quaedam aliis partibus orationis adverbia esse communia et velut nominis iuncta consortiis, ut gratis falso vero subito, 'domi est' 'domo venit'; nec minus verbo, ut consulto; item coniunctionum nexibus strictiora, ut cum dicimus, inquit Vmbrius Primus, ubi si ut ergo; aut praepositionibus similia, ut pro sub prae propter. et Vmbrius tamen interiectionibus locum non dedit, cum velut extrema linea duci postremo vel ab his posset qui eam orationis partem adverbii totam esse voluerunt. quorum siquis defensionis ineat tramitem, quod idcirco πανδέκτης a Stoicis ea pars orationis habeatur, eodem illo summoveri se posse respiciet unde confidit. nam cum πανδέκτης iure dicatur, cur non alligit consortium sui? eam quoque interiectionis partem vocave secretius, nisi quia rideri metu............... etsi nec nostra ratio temere se deliberationi suae sententiisque permisit, qui............ propriae virtutis cum orationem istam

---

26—29 *N* III 2, 2

nam cum ΠΑΝΔΕΚΤΗϹ iure dicatur cur non alligit consortium sui eam quoq. intiectionis partem nocauē secretius nisi q rideri metu*ere* et in *lalu* tn etsi nec nā ratio temere se deliberatio ni suę sententiisq, permisit qui proprię uirtutis c' orationem istam uinclis aliene

28 metuerunt * tametsi, etsi, nec ω

---

1 laтbras *N* penitissime ω 2 in Curculione] I 2, 28 4 legendum inter aduerbia *N*. *fortasse* item adverbia 12 eum partibus *Putschius* eum artibus *N*: eadem est in Graecis artibus adverbii constitutio *coniecit Lindemannus* ΕΠΙΡΗΜΑ ΕϹΤΙΝ *N* 13 ΑΚΛΕΙΤΟΝ *N* 14 ΕΠΙΡΗΜΑΤΑ dixerunt *N* 15 deficiente ω deficienti *N* 19 consulto] subito *N* occulto subito *Fabricius*, *qui supra* subito *delevit* 20 inquid (t) *N* 22 interiectionibus *Fabricius* interiectib. *N* cum uel extrema *N* 23 uelabis (h) posset *N* 24 defensionem ω tramitem] tamen *N* 26 alligat ω alliget *Fabricius* 27 iam quoque interiectionis expertem nocauit secretius ω: *an* vocavere rectius?

vinclis alienae servitutis eximeret non etiam tim............ exitus Graeciae, qui tamen nulli sunt. itaque nomen ei parti tum acriter reddiderunt. interiectionem vero ..... cachinnum gemitumve dici media pergentes aestimaverunt, ut inter adverbia quoque pergere si iuberet adfectus vel, ut id multis solet, casus adferret, esset inpunitas. et quid ego de meris interiectionis viribus per||timesco, cum etiam quae omnium confessione putantur adverbia ratio subtilior eius partis esse noluerit sed interiectionis sensibus reservarit? quis enim vocandi respondendive heus vel ohe non potius nominibus adiunxit? nec verbis potuit, licet mallet. omnes etenim adverbiorum cernimus semitas ire cum verbis sive per verba, nec potest ulla qualitas nisi verbo subsequente sonare. loci namque si fuerit adverbium, velut illic istic hoc huc illoc illuc istoc istuc, per se nihil faciet nec ullam poterit significationis expedire caliginem, nisi coniunctum verbo velut quaedam in tenebris lux clarior et facies antevertat. itaque 'illic sto' 'illic ero' 'illic abeo' 'illicve luctabor', verborum accessu fit adverbium multi luminis ac potestatis. temporis non minus fiet adverbium, 'nunc veni' 'modo fecit' 'cras abibo'. sed et numeri par causa rationis est. 'semel' etenim 'feci' dicimus 'bis dixi' 'ter ante praeceperam'. negandi quoque similis inceptio est, 'minime dixeram' 'non putavi'; adfirmandi, ut 'quidni putaveram' 'quippe respondit' 'utique certavit' 'nempe dicebam' 'prorsus extinxit'; demonstrandi 'en abit', 'ecce venit currit adsistit'; hortandi, 'age propera' 'macte nitier',

heia age, rumpe moras;

optandi 'utinam veniat' 'velim currat'. quam voluntatem dubio proximam esse cum dicimus, ut

seque ortum antiqua Teucrorum a stirpe volebat,

votis esse comparem credimus. itaque nec fidei commissorum voluntas sequius accessit, ut nos in ea parere iudicium, quamvis tacitum nec adscriptum, votorum solis nisibus et indiciis crederemus. ordinis item produntur adverbia, ut 'dein dixit' 'denique subsecuta ratio est'. non | mi-

---

1—4 *N*

s̄uitutis eximeret n̄ etiam tim*ore* *tio* exitus graeciȩ qui tū̃ nulli sunt itaq, n̄n ei partitū acriter reddiderunt int̄iectionē ue cachinnum gemitumue dici media pergentes aestima uerunt

3 uero * cachinnum ω

---

4 ut in multis solet *Fabricius* 8 uocandi. hēs. ū. ohe. respondendine (n̄) potius *N* heus enim uocandi habet uim, ohe respondendi, ea non potius *Fabricius* 9 mallet ω malet *N* 11 subsequenter sonare (*expuncta* r *littera*) *N* subseqnente resonare ω 12 istic hic huc ω 13 significantis adhibere caliginem nisi causa cum uerbo *N* 14 lux clarior et fax ω 15 illic reluctabor *Fabricius* 22 macte uirtute ω 23 heia] *Verg. Aen.* IIII 569 24 uolumptatem *N* dubio *Lachmannus in Lucret. p.* 265 gaudio *N* 26 seque] *Verg. Aen.* I 626 28 ut nos in ea parere iudicium *Lachmannus* ut non in ea praeter indicium *N* 29 iudiciis *Lachmannus* beneficiis *N*

nus expedit qualitatis, 'strenue versatus' 'fortiter restitit' 'segniter subremansit'; interrogandi, 'cur reliquisti?'

quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?

comparandi quoque ita est: dicimus et*enim*

sic pater ille deum faciat, sic sanctus Apollo,

et

quasi cum ludas tesseris,

'tam quam currat'; praeferendi, 'magis potest' 'potius est credere';|| dubitandi, num fortasse an, 'aut fecit aut facturus est'; adnuendi, scilicet plane vero, 'vero dicit' 'licet facias'; causalis, 'ideoque feci' 'idcirco dixi'; personalis etiam: vis enim adverbiorum per eandem viam tenoremque rationis incedit, 'mecum it' 'tecum est' 'secum duxit' 'vobiscum putavit' 'nobiscum fuit': vocandi respondendive, qui videri potest similis incessus vel ordo sermonis, 'heus curro' 'heu veniebant'. absurdum utique nec socium isti πανδέκτῃ dignumque quod interiectionis propria vis et potestas adgnoscat. sed collatio quamque conparationem Vmbrius Primus [ita] nominat defensionis aliquid possit adferre, quantitatis vix posse fatearis, quando propemodum solis qualitatis adverbiis nec aliis obsecundet. iustus etenim facit iuste, dein iustius; superlativo iustissime factum esse profitebitur. item docte doctius doctissime * ut tam ea quae qualitatis quam quae quantitatis habentur adverbia collatione priventur. quorum ratio cum in e litteram dirigatur, ut rare rarius rarissime et manifeste manifestius manifestissime, Cicero tamen ad Atticum libro VIII 'ubi tutissimo' inquit 'essent'. ferendum etenim est illud ad eundem Atticum 'rhetoris tu convivis tuis arcano legis'; immo vero cum ratione prolatum. etenim hoc non capit collationis officia, ut arcane arcanius arcanissimeque dicamus aut false falsius falsissime, sed ut sedulo, nec *ut* consulto, vel tuto. haec enim duo possunt ordines ducere et per augmenta venire sublimius. itaque clanculo, non item dicere raro sed rare dumtaxat cum ratione poterimus. viderit etenim Helenius Acron commentariis, quos Adelphis Terenti non indiligentes attulit, quid altioris causae reive perspexerit. nam ita disserit: 'ut falso' inquit 'et consulto, ita sedulo dictitatum', nisi forte sine dolo putat esse sedulo nec cum industria, vel ideo cum industria, cum sit utique diversum. nec enim convenit ei cui puero-

3 quianam] *Verg. Aen.* V 13 4 dicimus et *N* dicimus enim *Fabricius* 5 sic] *Verg. Aen.* X 875 sanctus] magnus *p* 7 quasi] *Ter. Adelph.* IIII 7, 21 10 uerum dicit *p* 16 quamq. *N* quamquam ω 17 nominat defensionis aliquid ω nomi..... | fensionis aliquit *N* 18 propemodum solis ω propem.....| solis *N* 19 superlatiuo *Fabricius* superlatio *N* 20 *lacunam indicavi, qua exempla adverbiorum qualitatis quae in comparationem non cadunt excidisse videntur* 21 quam quae] ā *N* quam *Fabricius* 23 lib. VII *N*. *Cic. ad Att.* VIII 1, 2 ubi tutissimo essem: *cf. Charis. p.* 193 *v. rarissime* 24 rhetoris] *Cic. ad Att.* XVI 3, 2 hunc (Erotem) tu tralatum in macrocollum lege arcano convivis tuis. *cf. Charis. p.* 179 *v. falso* 27 ut *ante* consulto *om. N*: Sedulo eo consulto tuto similiter qualitatis sunt *p* 30 Helenius Acron] *cf. Charis. p.* 194 *v. sedulo* 31 quid altioris ω qui altioris *N*

rum ineunte vita salus credita est retexenti curam sollicitudinemve quam ceperat

ego vos usque a pueris curavi ambos se||dulo,

quasi ei de satisfactione criminis dolique certandum esset ac non prae se ferendum de ostentatione meritorum. sed quidam non ea contenti ratione consortii iure putant e et o inter se litteras expedire, quod ego vix adducor ut credam, non quia negem Voturios pro Veturios et vorsus et olli et contra dictum esse reperiri. in mediis haec est verborum partibus lepidi pictura sermonis u .... e littera terminatur aiunt, quia succedens ei o vel ei contra e littera, ***modo vincit*** modo vincitur modo alternat, modo par est. vincit, cum dicimus | liquido vel raro, non ***rare***, et vero, non vere; vincitur, cum rarissime dicimus, non rarissimo, et condigne et indigne, cum possumus dicere digno te et indigno te fecisti * et cum coditiano, non coditiane disserimus; par est, ut in multis generibus istius modi dictionis, commodo commodeque, ut Plautus in Frivolaria 'commodo dictitemus'. non quia negem ultra Sassinum inter quaestion. os Teatinis et Marucinis esse moris e litteram relegare, o videlicet pro eadem littera claudentibus dictionem. itaque veteres nec haec seu facultas sive ratio seu quidquid est elegantiarum potuit evadere. denique Q. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia 'cum ab isto viderem' inquit 'cotidie hostis adiuvari'. quae quidem ego reprehendenda non iudico, siqua ratio fortasse non firma nec in legibus suis durans interdumve succumbit alienis elegantiarum remediis adquiescens fidemque proclamat, auctoritatis videlicet nec adeo sanctionis, alienis viribus manus tradens. nam cum dialecticae statum non eadem via nec substantia terminarint * [et cetera quae Graece sequuntur] multo

---

8 — 15 *N*

repperiri in mediis h̄ ē uerborum actiuns lepidi pictura sermonis.*u*
e litta terminatur aiunt q succedens ei o ū ei contra e littera *r iō*
mō uincit mō alternat mō par est uincit cum dicimus liquido *iu* rare ū
et uero ū uere uincitur cum rarissime dicimus ū rarissimo et condigne et ind...e
cum possumus dicere digno te et indiguo te fecisti et cum cotidiano n.. cotidiane
disserim: par est ut in multis generibus istius modi dictionis commod..commodeq:
N III 2*, 1 ut plautus

11 liquido seu raro ω 12 condigne et indigne ω 13 cotidiane non cotidiano ω

---

3 ego nobis a pueris usque *Fabricius. Ter. Adelph.* V 9, 5 4 certandum esset, ac ω certandum ... ac *N* 5 ostentatione ω ostentione *N* ratione consortii ω ratio.. consortii *N* 10 modo vincit modo vincitur *Charis. p.* 179 *v. falso* 13 *lacunam qua alternantium litterarum e et o exemplum excidit indicavi* 16 Sassinum *vel* Sassinam *Ritschelius parerg. Plaut.* 1 *p.* 6 Sarsinum *Fabricius* safinum *N* Sabinum *R. Merkelius* inter question. osteatinis ut marucinis *N* inter quaestionem Osceatinis et Marrhucinis *Fabricius:* inter Vestinos Teatinis *R. Merkelius. fortasse* interque Vestinos sed et Teatinis 18 natio *N* 20 inquid *corr.* inquit *N* adiuvari *N*: cotidio consiliis hostis adiuuari *Charisius p.* 177 *v. cotidie* 21 ego ū reprehendenda ū *N* 24 dialecticae ω dialecce *N* 25 et cetera quae Graece sequuntur *a librario qui Graeca verba omisisset interposita esse vidit O. Iahnius nunt. societat. litter. Saxon. a.* 1851 *p.* 329

magis ego cui danda quidem est, sed tamen cautio inpunitas differendi, differentia morabor ingenia loquellarum, quod adeo iudico moderatius exsequendum, ut exemplis idem istud bonorum sit nobis ratio subrogata. de||nique Sisenna Milesiarum libro XIII, velut sciens regulae, quia solis qualitatibus et quantitatibus o littera clauderetur, ita protulit, 'nisi comminus excidisset, quanti dantur? tanti, inquit Olumpias; simul hoc dicens suavium dedit'; ut scilicet subsonaret quanti preti. tametsi mox idem 'proin dato aliquid quod domi habebis' inquit 'quod tibi non magno stabit'. et tamen passim magni te facit dicimus et multi, et quia saepenumero contendere a nobis non desinitis, licet Statilius Maximus de singularibus apud Ciceronem quoque positis saepenumero notet, ut in ceteris an ratio teneat examen, per easdem vias pedetemptim subire conabimur, quidve sit cum officiis rectae constitutaeque rationis quidve licentius proditum requiramus. et prius illud praeverbium an adverbium dici debeat disputemus. Suetonius etenim Tranquillus praeverbium putat dici debere, quod ante, vel adverbium, quod post verbum, appellationem etiam nomenque ponatur. sed ut facilitas legentibus adsit non requisita, placeat non per sapores specimenque partis istius et enumerata membra regulis alligata sed ire per litteras maxime, cum adverbium Stoici, ut alias diximus, pandecten vocent. nam omnia in se capit quasi collata per saturam concessa sibi rerum varia potestate.

Aliter pro alias Sallustius historia I, 'sanctus alias et ingenio validus', item in eadem 'insanum aliter sua sententia atque aliarum mulierum' * |

Actutum *pro* cito Maro VIIII,

tum cetera reddent
actutum pius Aeneas atque integer aevi
Ascanius.

Alias pro aliter Terentius in Andria,

quid alias malim quam hodie istas fieri nuptias?

ubi Fl. Caper de Latinitate 'non ausim adfirmare pro aliter dici. nam neque pronomen est neque adverbium temporis'. sed proximum vero est ut pro aliter dictum esse fateamur.

---

1 *fortasse* inpunitas, sed tamen cautio disserendi 5 *fortasse* nisi comminus excipis. set quanti 12 ante ratio tenebat *coniecit Iahnius l. c.*, cum añ, *non* an *in codice esse falso adnotasset Lindemannus:* antiqua ratio teneat *ipse Lindemannus* 17 appellatio *Fabricius* 20 dxiii: pandecten nocent *N*, *ubi in marg. adscriptum est* pandectes est|. omnia in se capit 22 Com. alia adverbia ab eisdem litteris incipientia glomeravit, sicuti sunt aliter pro alias, alias pro aliter, actutum pro cito, abhinc *excerpta Bernensia, quae fidem faciunt iustum verborum ordinem interposito adverbio* actutum *cum suo exemplo turbatum esse in N* salustius histor. I *N* sanctus aliter ω. Sallustius sanctus alia *Servius in Verg. Aen.* III 594 24 *transpositione titulorum de qua dixi factum esse videtur ut in altero Sallustii fragmento quaedam perirent. interpretatione mancam orationem sublevare studuit Kritzius Sall. histor. fragm. p.* 34 25 pro *om. N* 26 Tum etera *N: Verg. Aen.* VIIII 254 29 in Andria] III 2, 49 31 Fl. Caper ω pl. caper *N*

Abhinc Pacuvius in Armorum iudicio, 'seque ad ludos iam inde abhinc exerceant', Plautus in Mustellaria

qui abhinc sexaginta || annis occisus foret;

ubi Caper 'utroque casu recte dicimus, quamvis ut sordidum et vulgare' inquit 'quidam improbent'.

Amplius Lucilius saturarum I,

quo pacto populum atque urbem servare potis sit
amplius Romanam.

quod adeo prolixum temporis spatium significat, ut iudices, quotienscumque significabant adhuc se audire velle, 'amplius' dicebant itaque negotium differebant; unde hodieque ampliari iudicium differri dicitur.

Ampliter Plautus in * pro ample. omnia enim nomina quae in qualitate sunt aut in quantitate, si dativo casu in o exeant, adverbia per e litteram faciunt, ut doctus docte, amplus ample. sed veteres non observaverunt.

Artificiose P. Rutilius Rufus de vita sua libro I, 'Pompeius elaboravit uti populum Romanum nosset eumque artificiose salutaret'; Asellio quoque rerum Romanarum XL 'tam pulchrum opus tamque artificiose factum passus est dirui'; ubi Fl. Caper 'quamvis artificiosus dici non possit, ut malitiosus'.

Acriter Crispus III, 'non tu scis, siquas aedes ignis cepit acriter, haud faciles sunt defensu quin conburantur proxumae'.

* 'aegre faciam filiis'. idem in eadem * subaudiri debet verbum, ut sit aegre. aliter Plautus in Bacchidibus 'aegre impetravi'. item Caesellius Vindex libro L aegre ut docte ait posse dici.

Brevi pro breviter M. Tullius de oratore * ad Quintum fratrem, 'ac ne plura' inquit, 'quae sunt innumerabilia, consecter, conprehendam brevi'.

Confidenter pro audacter Terentius in Eunucho,

quae eius confidentia est?

---

1 seseque *coniecit Hermannus opusc.* VII *p.* 366 2 in Mustellaria] II 2, 64 (494 *R*) 3 LX annis *N* quadraginta annis *Fabricius* 6 saturā .I. quo pactum *N*: quo populum adque urbem pacto seruare potisset *codex Veronensis interpretum Vergilii Aen.* X 680 9 spatium *Putschius* spatius *N* 10 signifī. adh. [if] (*i. e.* adhoc) *N* significarent adhuc ω dicerent *coniecit Lindemannus* 11 deferebant *N* 12 Ampliter] *Charis. p.* 60 Plautus pro ample in Bacchis *Putschius* 13 datī casui *N* 14 faciunt *Charisius l. c.* fleiunt [n] *N* 18 *de numero* XL *dubitat Nipperdeius Philol.* VI *p.* 136. *undecimo libro fragmentum tribuit Cortius fragm. histor. vet. p.* 45 20 quamuis artificiosius dici non posset ut malitiosius ω 21 ñ tuscis si q [a] ędes *N*: quas ω 22 faciles *G. Wagnerus ephem. gymnas. a.* 1855 *p.* 192 facile *N* qui ne *N* quin et ω 24 *lacunas indicavi, quibus et nomen et versus poetae cuius verba priore loco relicta sunt exciderunt* 25 in Bacchidibus] IIII 4, 40 (691 *R*) 26 Caesellius *Fabricius* cascellus *corr.* cassellius *N* libro L litterae *Fabricius* 27 de oratore] I 8, 34 28 inquit] quidem *N* 30 in Eunucho] V 1, 23

Confestim velut conpetenti festinatione Si|senna Milesiarum XIII, 'confestim secuta est'. confestim pro continuo et sine intervallo sed iugi festinationis studio pergentis Sallustius libro * 'fessit ut nuntiis confestim lugubribus'; ubi Statilius Maximus 'ordine' inquit 'et sine intermissione': [Sisenna Milesiarum XIII 'confestim secuta est':]|| Naevius in Tarentilla et in Corollaria.

Cotidio ut falso pro cotidie Q. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia, 'cum ab isto viderem cotidio consiliis hosteis adiuvari'. similiter et commodo dixerunt, ut Plautus in Frivolaria. commode Titinius in Iurisperita,

nunc adeo visam: rem magnam aibat velle se[se] mecum loqui:
et commode eccum exit;

id est in tempore: Sisenna Milesiarum XIII 'eamus ad ipsum. atque ipse commode de parte superiore descendebat'.

Concorditer Ennius Annalium libro I,

aeternum seritote diem concorditer ambo.

Ceterum Sallustius historiarum IIII, 'scio equidem tibi magnas opes virorum armorum et auri esse, et ea re ab nobis ad societatem, ab illis ad praedam peteris. ceterum consilium est Tigranis regno integro meis militibus belli prudentibus procul a domo per nostra corpora bellum conficere'. ubi Asper 'ceterum quo modo positum est? pro alioquin? *alioquin* consilium est; an pro relicum, ut sit nomen? relicum consilium est'.

Communiter G. Gracchus ut lex Papiria accipiatur, 'qui sapientem cum faciet, qui et vobis et rei puplicae et sibi communiter prospiciat, non qui pro sylla humanum trucidet'.

Cotidiano Afranius in Vopisco,

etenim cottidiano in rebus maximis

---

18 *N* III 2ᵃ, 2 Ceterum

---

3 fecit ut ω. *cum numero libri ex verbis Sallustii quaedam periisse videntur* 4 Statilius Maximus] *de singularibus apud Ciceronem. cf. Cic. de invent.* II 12, 42 *Philipp.* V 12, 31. *e quibus exemplis alterum post Sallustii verba a Romano adscriptum fuisse videtur* 7 Cotidio — 9 Frivolaria *Charis. p.* 174 8 consilio *Fabricius* osteis *N* 9 pro commode *Fabricius* 11 nunc adeo visam: velle rem magnam loqui Aibat se mecum et exit eccum commodo *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 64. *bacchiacos tetrametros constituerat Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 118: *iambos revocavit Hermannus opusc.* V *p.* 271, *quem secutus sum cum Ribbeckio com. Lat. rel. p.* 122 aiebat *N* velle *om.* ω: uelle rem magnam aiebat sese *Putschius* uelle rem magnam aibat se *Hermannus l. c.* 13 commodo et cum ω 16 annā lib. I *N* 17 alternum *edidit H. Columna Enn. fragm. p.* 34, *unde* alternos seritote dies *coniecit P. Merula Enn. annal. fragm. p.* 237, alterno (*h. e.* alterno sermone) seritote diem *Wakefieldius in Lucret.* I 1065 18 sall. hist. IIII. *N: in epistula Mithridatis ad Arsacen* § 16 20 peteris *Putschius et codex Vaticanus Sallustii* petieris *N* 23 alioquin *semel scriptum in N bis posuit Lachmannus in Lucret. p.* 306 26 cum faciet qui ut nobis ω reipup. *N* 27 pro Sylla hominem trucidet ω

qui propositis nunc potest, qui meo sit nixus nomine;

Fronto quoque ad Marcum invicem IIII 'satis abundeque honorum est, quos mihi cottidiano tribuis'.

Conpecto Afranius in Emancipato,

te facere conpecto omnia.

verbum enim quaero an possit esse impersonale, quamvis primae positionis ei status desit. nemo enim etiam nunc dixit conpaciscor.

Dedita opera declinari quidem ut nomen potest, sed tamen vim adverbii retinet: Naevius in Agitatoria

quasi dedita opera quae ego volo, ea tu non vis, quae ego nolo, ea cupis.

De conpecto Plautus in Captivis,

rem de compecto gero. ||

Donicum pro donec. ita Livius, inquit, usurpat,

ibi manens sedeto, donicum videbis
me carpento vehentem domum venisse; |

Plautus quoque

inimicus esto, donicum ego revenero;

sed et Cato 'tu otiosus ambulas, qui apud regem fuisti, donicum ille tibi interdixit rem capitalem'.

Duriter Terentius in Adelphis,

ruri agere vitam, semper parce ac duriter
[se]se habere;

ubi Acron 'secundum antiquorum' inquit 'consuetudinem'. nam et Ennius in Phoenice

quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.

Doctus lautus docte laute facit. cur bonus et malus non item producunt in adverbio e litteram? aiunt quidam, quoniam et in comparatione dissimiles sunt. doctus enim et lautus doctior lautior facit, malus ac bonus non item.

---

1 qui praepositis ω qui praepositus *Fabricius* quis praepositus *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 196: Qui própositis noenúm potest quin meó *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 180 *auctoritate usus Lindemanni, qui* non nunc *in codice esse adnotaverat, cum scriptum sit* nc̄ *h. e.* nunc 3 ad Marcum innicem mi satis ω ad Marcum Imp. Mihi satis *Fabricius* 4 tribuis ω trib: (*h. e.* tribus) *N* 5 Conpacto *excerpta Bernensia* 6 conpecto omnia *N*: *cf. Charis. p.* 193 *v. rite* 11 tu nenis *Fabricius* quae ego nolo ω q (*h. e.* quod) ego nolo *N* 13 in Captivis] III 1, 24 14 spem *N*: rem de compacto geri *Fabricius* 15 Livius in quinto usurpat, *coniecit Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 27 *not. conl. Hom. Odyss.* Z 296, *ut quintum Odysseae librum pro sexto errore posuisset grammaticus* 17 uehentem *Fabricius* nehementem *N* domum venisse parentis *Ritschelius l. c.* in domum venisse, *Hermannus epit. doctr. metr. p.* 222 *ed. sec.* 19 inibi intus esto *Bothius poet. scen. Lat.* II *p.* 446 20 *Catonis fragmentum orationi de Ptolemaeo contra Thermum tribuit Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 110 *ed. sec.* 22 in Adelphis] I 1, 20 26 Phoenice *Fabricius* poenice *N, quod defendit Th. Hugius Enn. annal. lib. VII — IX fragm. Bonnae a.* 1852 *p.* 16

Defricate Naevius in Tarentilla, 'facete et defricate'.

Decolorem pro sine colore Cicero Tusculanarum II, cum Herculem daret ingemescentem,

iam decolorem sanguinem omnem exorbuit.

Dapsiliter Naevius in Corollaria,

ultro meretur, quam ob rem ametur:
ita dapsiliter suos amicos alit.

Dis pro valde Plautus in Bacchidibus,

nam illa memorare, quae illum facere vidi, dispudet,

Terentius in Phormione . . .

cum hoc ipso distaedet loqui.

Efflictim Naevius in Corollaria,

nolo ego
hanc adeo efflictim amare: diu vivat volo,
ut mihi prodesse possit;

ubi Probus 'usque donicum effligatur'.

Edio fidio, per Iovem vel fidem filiumve Iovis Herculem. quae iuratio propria virorum est, ut feminarum edepol ecastor eiuno. denique Titinius in Setina, molliculum adulescentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis vellet,

an, inquit, quia 'pol edepol' fabulare? edimedi [emini].

edi Titinius in baratto, 'id necessest'? respondetur 'edi'; pro edius fidius.

Examussim Plautus in Amphitryone,

examussim est optima;

ubi Sisenna 'pro examinato' inquit. amussis autem est tabula rubricata, quae dimittitur examinandi operis gratia an rectum opus surgat.

Eruditius Cicero de senectute, 'qui si eruditius videbitur disputare quam consuevit ipse in suis libris'.

Effrenate Cicero de senectute, 'avidae libidines temere et effrenate ad potiendum incitarentur'. ||

2 Tusculanarum II] 8, 20   8 in Bacchidibus] III 3, 77 (481 *R*)   9 Nam alia *Fabricius*   10 in Phormione] V 9, 22   11 cum h. po disis tędet loqui *N*: terentius posuit hoc ipsum dis stetit loqui *p*. cum ha pol distaedet loqui ω cum hac pol distaedet loqui *Fabricius*   13 *in numeris versuum describendis secutus sum Ribbeckium com. Lat. rel. p.* 10   14 diuiuat *N* (v superscr.)   17 Medio fidio *N* Edio fidio per iouem filiumque iouis herculem quae iuratio proprię uirorum est *p* edio fidio per Iovem et rel. *et paulo post* Com. edio fidio per Iovem vel fidem filiumque Iovis Herculem, quae iuratio propria virorum est, ut feminarum edepol ecastor eiuno et rel. *excerpta Bernensia. in m litteram post v.* largiter *p.* 183 *servata codicis scriptura* medio fidio *titulum transposuit* ω   18 ecastore eiuno *N*   19 effeminate ω feminu *N*. feminate *coniecit Lindemannus*   21 inquid *corr.* inquit *N*   edi medi ω edime diemini *N*   22 in Baratro ω. in Barbato *et hic et in reliquis Charisii locis voluit Mercerus in Non. p.* 3   id necesses R edi *N* id necesse respondet edi ω: id necessest? *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 116   24 in Amphitryone] II 2, 213   25 examusim *N*   26 amusis *N*   28 Cicero de senectute] I, 3   30 Cicero de senectute] 12, 39   auidae libidines temere ω auide alibi nestemere *N*   31 ab rotiendum *N* ad potinndum ω

p. 179 P. p. 117. 18 L.

Emendate Cicero de optimo genere oratorum, 'nam quoniam eloquentia constat ex verbis et ex sententiis, perficiundum est ut pure et emendate loquentes, quod est Latine, verborum praeterea et propriorum et tralatorum elegantiam persequamur'. |

Elate Cicero de optimo genere oratorum, 'ita fit ut Demosthenes certe possit summisse dicere et elate Lusias fortasse non possit', idem in Bruto 'nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quicquam esset elatius', ut etiam Fl. Caper refert.

Ferme, ut apud Terentium lectum ferunt

ferme in diebus paucis, quibus haec acta sunt,
Chrusis vicina haec moritur.

at qui detracta m littera legerunt fere, producere solent. quae diversitas vix distingui potest. siquis tamen illam non inutilem tueri velit regulam, facile defendet adverbiorum quaedam suae positionis esse, ut heri nuper, alia ex aliis, ut doctus docte, bonus bene.

Furax furaciter facere debet, fur furtim, furtivus furtive, furans furanter, facilis facile; sed contra similis similiter, docilis dociliter, agilis agiliter, fortis fortiter.

Falso Naevius in Acontizomeno,

huius autem gnatus dicitur geminum alterum
falso occidisse.

si subauditur iudicio, nomen est. Sallustius tamen adverbialiter dixit 'falso queritur de natura sua genus humanum'. sed et Cicero ad Atticum 'tu convivis tuis arcano legis'. o littera cum est in novissima parte vocis, ut supra diximus, modo vincit, modo vincitur, modo alternat, modo par est. M. Cato dierum dictarum de consulatu suo 'ei rei da operam ut mihi falso maledicatur'. false Sisenna libro * 'q. iudicium false factum'.

Fabre Plautus in Caeco vel in praedonibus,

'nihil quicquam factum nisi fabre, nec quicquam positum sine loco:
auro ebore argento purpura picturis spoliis tum statuis.

17 *N* III 3, 1 Alias ex

1 Cic. de opt. gen. orat.] 2, 4 6 Cic. de opt. gen. orat.] 4, 10 8 in Bruto] 8, 35 nihil oratum *N* nihil tam ornatum *Fabricius* 9 quiquam *N* 11 apud Terentium] *Andr.* 1 1, 77 15 non inutilem *Fabricius* non utilem *N* 17 Alias ex aliis *N* bonus bone *N* 18 furtiuus *Fabricius* furtinū *N* 22 alterum ω altrum (*h. e.* alterrum) *N* 24 Sallustius] *Iug.* 1 25 ad Atticum] XVI 3, 1 *cf. Charis. p.* 173 27 supra] *p.* 174 28 dam *N* da ω dant *Putschius:* do operam *vel* danda opera *coniecit Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 36 *ed. sec. fortasse* dandum operam 29 lib. q. (*h. e.* que) *N*, *ut et numerus et prima verba lacuna hausta esse videantur.* libro quarto ω 33 sine loco *N* sine luxu *Bothius poet. scen. Lat.* II *p.* 436, *qui tetrametros trochaicos descripsit*

Firme ab eo quod est firmus, ut docte laute; firmiter ab eo quod est firmis, ut agiliter dociliter. ||

Festivissime *

diem hunc decorare festum festivissime.

uam et nomina interdum accidunt quae nec absolutum nec comparativum, sed tantum superlativum ferunt.

Gratiis Plautus in Bacchidibus,

sin lenocinium forte collibitum est tibi,
videas mercedis quid tibi est aecum dari,
ne istac aetate me sectere gratiis.

Heri Terentius in Phormione * Cicero quoque Tusculanarum libro II 'et heri feci'. quidam here putant dici debere. here quandiu, heri quando. Afranius tamen in Emancipato

quod heri valetudo, inquit, obstitit.

Hilariter ab eo quod est hilaris, hilare autem ab hilarus, ut Helenius Acron in Terenti Adelphis, ubi Terentius

hilarem hunc sumamus, inquit, diem;

sed et Afranius in Sororibus

nunc se obsequentem atque hilarem dixi praebeat.

Hesterno Sisenna Milesiarum XIII, 'te istic hesterno quid haesisse oportuerat Aristaee?'

Hispane Ennius Annalium libro *

Hispane, non Romane memoretis loqui me.

Isto vilius. rex qui vocabat ad caenam, si sibi ea res exhibenda indiceretur quam exhibere non posset, respondit, ut Tranquillus refert, 'isto vilius hominis erit caena'. |

Ilicet Maro XI *; ubi Celsus 'nunc pro ilico, id est statim; antiqui pro eas licet'. ilicet pro nunc Afranius in Materteris, cum quis balbum

---

3 Festissime uenit ab eo quod est festum et est tantum superlatiui gradus *p. lacunam qua nomen poetae haustum est indicavi. versum inter incerta tragicorum fragmenta posuit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 229 7 in Bacchidibus] 13 *R.* 9 quid tibi ω q t *N*: quid tibi est pactum dari Ne istac me aetate sectarere gratiis *coniecit Ritschelius Mus. Rhenan. noviss.* IIII *p.* 572 11 in formĩ *N. excidit Terentii versus Phorm.* I 1, 2 heri ad me venit Tusculanarum libro II] 5, 15 14 obstetit *N* 17 hilarem] *Ter. Adelph.* II 4, 23, *ubi* hilare *post Palmerium spicil.* (*Grut. lamp.* IIII) *p.* 853 *restituit Bentleius* suọmamus *N* 19 Nunc te obsequentem, atque hilarem ut dixi praebeas *Fabricius* hilaram *Bentleius in Ter. l. c.*, hilarum *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 190 hilare *Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 253 praebeat *Lindemannus* praebeas *N* 20 milesiarem *N* istuc *N* hesternoq. hesisse *N* hesterno quoque haesisse *Putschius* 21 Aristaee *Putschius* ariste *N* 22 annâ lib hispane *N. ad undecimum annalium librum rettulit Hugius apud Vahlenium Enn. poes. rel. p.* LXXI 25 respondit] R *N* isto vilius nobis coena erit *coniecit Casaubonus in Sueton.* II *p.* 419 *ed. Burm.* isto vilius erit hodie coena *Palmerius spicil.* (*Grut. lamp.* IIII) *p.* 793 isto vilius domini erit coena *Scriverius apud Burmannum in Suet. l. c.* isto vilius; hoc est, erit coena *Bentleius in Ter. Adelph.* V 9, 24 27 *excidit Vergilii versus Aen.* XI 468, *quem addidit Fabricius*, ilicet in muros tota discurritur urbe 28 cum quis *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 178 cum is *N*

supra modum disserere conantem laudaret, 'an tu eloquens ilicet?' id est subito vel extemplo.

Interea loci Terentius in Eunucho, 'interea loci'; ubi Acron 'quaeritur' inquit 'quo accentu dici debeat interea loci'.

Intus Plautus in Menaechmis,

evocate intus mihi cocum Cilyndrum actutum foras.

praepositiones etenim adverbiis denegantur. idem in Bacchidibus

ego tibi argentum iubebo iam intus ecferri foras;

in Amphitryone non minus.

In mundo pro palam et in expedito ac cito: Plautus in *Pseudulo*

quia sciebam, inquit, [in] pi||strinum in mundo fore.

Caecilius quoque, ut Annaeus Cornutus libro tab. castarum patris sui,

profecto qui nobis in mundo futurum
lectum;

item idem 'namque malum in mundo is ire'; Ennius 'tibi vita seu mors in mundo est'.

Ilico pro in loco Plautus in Bacchidibus,

Vlixem audivi fuisse aerumnosissimum,
qui viginti annis errans a patria afuit:
verum hic adulescens multo Vlixem *iam* antidit,
qui *hic* ilico errat intra muros civicos.

idem 'insta ilico'.

Ibidem Plautus in Bacchidibus,

ibidem ego meam operam perdidi, ubi tu tuam.

Immane pro immaniter Maro VII, 'spirans immane' et 'immane sonat per saxa'.

---

1 ah *coniecit Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 227: ah tu eloquens es: ilicet *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 163 3 in Eunucho] I 2, 46 5 in menechimis *N*. I 3, 34 (217 *R*) 7 p̄positiones enim *N* (el *supra*) in Bacchidibus] I 1, 62 (95 *R*) 8 iam intus ecferri foras *Fabricius* tam intus et ceteri foras *N* 9 in ampitryone *N*: in Amphitryone, Tu Thessala intus pateram proferto foras *Fabricius: Plaut. Amph.* II 2, 138 10 In mundo pro palam Plautus sciebam in pristino in mundo fore *p* Pseudulo *om. N. fortasse* Plautus inquit *voluit librarius. cf. Plaut. Pseud.* I 5, 84 (499 *R*) 12 ut anneus cornutus lib̄ tab castar̄ *N* ut L. Annaeus Cornutus libro tabernariarum *coniecit Iahnius proll. in Pers. p.* VIII. XXI, *ita ut in vv.* patris sui *titulum tabernariae Cornuti, cuius versus citarentur, latere, Caecilii autem verba periisse suspicaretur.* libro tabernariarum Afranii *Prellerus ephem. litt. Hal. a.* 1845 I *p.* 1139. libro fabularum castarum patris sui *coniecerat Lindemannus. librum quendam Cornuti patris a filio vulgatum significari putat Osannus in Cornut. de nat. deor. p.* XXIII 13 *numeros versuum bacchiacos descripsit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 67 15 num qui malum in mundo sciret *coniecit Lindemannus* . . . nám qui mulum in mundo sciret *Ribbeckius. fortasse* nam quia malum in mundo esse sciret *Ennii fragmentum ita dispositum*, tibi vita Seú mors in mundo est *inter incerta annalium fragmenta recepit Vahlenius Enn. poes. rel. p.* 68 *praeeunte Hermanno in Eurip. Alcest. p.* XX seu ibi uita seu mors *Putschius* 17 in Bacchidibus] 5 *sqq. R* 19 qui viginti annis *Bothius* q ann̄ XX *N* 20 verum hic Ulixem multo adulescens antidit *Bothius* ulixem anteit (*om.* iam) *N* 21 hic *om. N, add. Ritschelius Mus. Rhenan. noviss.* IIII *p.* 571 23 in Bacchidibus] I 2, 26 (134 *R*) 25 spirans] *Verg. Aen.* VII 510 immane] *Verg. georg.* III 239

* ilicet obruimur numero;

ubi Marcius Salutaris interiectionem ait esse graviter ingemescentis. nam et Terentius in Eunucho

infecta pace, inquit, ultro ad eam veniens, indicans
te amare, ferre non posse actum est, ilicet
peristi.

nam et hic non est in loco vel statim continuo, sed pro eo quod est hem, ut sit hem peristi.

Iniuriose G. Gracchus uti lex Papiria accipiatur, 'nequaquam iniuriose nobis contumeliam imponi sinatis'.

Imperabiliter Cato senex; ubi Maximus 'pro nimis imperiose dure'.

Inimiciter Tubero historiarum IIII, 'inimiciter irascendum non est'.

Inridenter Laberius in Tusca, 'inridenter petit'. |

Inaurate pro non aurate Titinius in barrato,

inauratae atque inlautae mulieris.

Inopinans rectius dicitur quam necopinans.

Integriter vitiose putant dici, sed integre ut impigre.

Industriosissime M. Cato Originum II, 'pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem et argute loqui'.

Industrie M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'ego quae iam pridem cognovi || atque intellexi atque arbitror, rem publicam curare industrie summum periculum esse'.

Impariter Horatius epistolarum,

versibus impariter iunctis;

ubi Q. Terentius Scaurus in commentariis in artem poeticam libro X 'adverbium' inquit 'figuravit'.

Invito ut falso Plautus in Caeco vel in praedonibus,

neque eam invito a me umquam abduces;

quod idcirco putavi tractandum, quia numero plurali adverbialiter invitis video dictum, et apud eos forsitan cum continua voce laetentur.

Inlecebrosius Plautus in Bacchidibus,

---

26 *N* III 3, 2 Impariter

---

1 ilicet] *Verg. Aen.* II 424 2 interiectionem ω iniectionem *N* 3 Terentius *Lindemannus* terentium *N*. *Eunuch.* I 1, 8 4 uenies *Fabricius* 11 imperiabiliter inimiciter inridenter inaurate antiqui aduerbiis usi sunt *p*: imperiabiliter *excerpta Bernensia* imperabiliter *cod. Leid.* inp̃eabiliter *cod. Sanctam.* 13 hist. IIII. *N* 16 Inauratę (*corr.* -te) pro non auratę (*corr.* -te) *N* inaurate pro non aurate *excerpta Bernensia* 20 origĩ II *N* 23 ego q̃ (*h. e.* quae) *N* egoque *Fabricius*. *fortasse* ego quoque (*h. e.* q̃q̃) 26 Horatius] persius *N* Horat. ω. *Horat. de a. p.* 75 28 ubiq. terentius sc......... | mentariis *N* ubique Terentius Scaurus in commentariis ω lib. X *N* 33 *fortasse* non continua voce laetetur 34 in Bacchidibus] I 1, 54 (87 *R*)

istoc inlecebrosius
fieri nil potest.

Inpendio Afranius in Vopisco,

... casu cecidit spes reducendi domum,
quam cupio, cuius ego in dies impendio
ex desiderio magis magisque maceror.

Ignave M. Tullius Tusculanarum II, 'providendum est ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus'.

Indecorabiliter Accius in Bacchis,

indecorabiliter alienos alunt.

Localibus adverbiis praepositiones hae serviunt, a ad ex in, ut a foro ad forum ex arce in arcem; duplicis casus sub super et subter, ut tamen super et subter adverbiales sint.

Localibus adverbiis gratia dictionis inest multa, siquis eam cautius diligens producat in medium.

Longe pro praecipue maxime, ut

Tiberinaque longe
ostia.

longe pro longitudine Lucilius saturarum III,

longe tria milia passum,

Coelius historiarum I 'duodeciens C milia passuum longe'.

Lautus laute, pius pie. cur et malus et bonus non producuntur velut male bene? quia in comparatione dissimiles sunt. facit enim lautus lautior lautissimus, laute *lautius* lautissime, malus autem nequior, bonus melior.

Luci Plautus in Amphitryone, 'hoc luci'; ubi Sisenna 'quaecumque nomina e littera ablativo singulari terminantur i littera finita adverbia fiunt, ut mani'.

Libere Cicero pro Sexto Roscio, 'ego omnia quae dicenda sunt libere dixero'. ||

Lilybaeo Coelius historiarum I, 'Sempronius Lilybaeo celocem in Africam mittit, visere locum ubi exercitum exponat'. praepositiones etenim civitatibus denegantur, gentibus serviunt.

Lente Afranius in Consobrinis,

---

1 istoc il[n]le[e]cbrosius fieri n[l] potest *N* Nihil isthoc inlecebrosius fieri potest *Fabricius* 3 in uopisc.... cas[u] cecidit *N* in Vopisco, Cecidit ω in Vopisco, Quo casu cecidit *Putschius* 5 impendio ω impedio *N* 7 Tusculanarum II] 23, 35 18 Tiberinaque] *Verg. Aen.* I 13 20 lucit satū III. longe III mil. passuum *N*. *de Lucilii fragmento dixit I. Beckerus Philol.* IIII *p.* 82 *sqq.* 22 hist. I. duodeciens. C. mil. *N* 25 laute. tissime (*om.* lautius) *N* 27 plaū in amfitryone *N*. *Amphitr.* I 1, 13 30 ego omā *N* ego etiamsi omnia *Fabricius: Cic. pro Rosc. Amer.* 1, 3 32 hist. I. *N* 35 consubrinis *N*

non sum apud me. respondetur em lentus lente quae rogabo, |

idem in Emancipato

quam lente tractat me atque inludit.

Longum clamet Horatius epistularum,

licet 'succurrite' longum clamet;

ut Maro quoque

et longum formose 'vale vale', inquit, Iolla.

Longe optimum esse Cicero Tusculanarum II, 'volo autem dicere illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit optandum per se a virtute profectum vel in ipsa virtute situm sua sponte laudabile'.

Longiter Lucretius III,

non, ut opinor, id a leto iam longiter errat.

Lasciviter Laevius Ἐρωτοπαιγνίων VI,

lasciviterque ludunt.

Lepide Plautus in Bacchidibus,

quid, si hoc potis est ut tu taceas, ego loquar? Lepide: *licet;*

pro recte.

Large Iulius Modestus ait qualitatis hoc esse; largiter idem Modestus ait quantitatis. denique Laberius in Augure 'largiter' inquit 'lucri feci'.

Mature duo significat, et cito et tarde: Plautus in Curculione

qui homo mature quaesivit pecuniam,
nisi eam mature parsit, mature esurit.

est enim sensus, qui homo vix et aegre quaesiit pecuniam.

Munde Titinius in Setina,

verrite aedis, spargite, munde facite in suo quique loco ut sita sint. ||

Mox Maro georgicon I,

tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum
concilia incertum est;

---

1 respondetur] R N   lentus lenteque rogabo N (te supra) lentus lenteque te rogabo ω: lentus lente te rogabo *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 163 *et Hermannus opusc.* V *p.* 279 lentus lente quae rogabo *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 145   5 Horatius epist.] *de a. p.* 459   8 Maro] *bucol.* 3, 79   10 Tusculanarum II] 20, 64   14 Lucretius III] 676   18 in Bacchidibus] I 1, 1 (35 *R*)   19 ut tu taceas *Putschius* ut tuta cras N   20 licet *om.* N: lascibiliter lepede licet large largiter *excerpta Bernensia*   22 largiter idem Modestus ait ω largiter .... ait N   23 lucri ω luti N   25 in corcutio N *Curcul.* III 10   27 parsit mature ω par.......re N   28 uix et aegre *Fabricius* uixit egre N   29 Munde pro munditer tinnius posuit munde facit p   30 mude N   quique *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 130 *cont. Lachmann. in Lucret. p.* 94 qsq. N quaeque ω   32 georg. I N: *v.* 24

ubi Gnifo pro cito significare ait. alii paulo post, ut Terentius

nam aut mox revertere.

aliud est

mox Italus Mnestheus.

Meditate Plautus in Bacchidibus,

edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes.

* in quibusdam non ferunt.

Mordicus Afranius in Consobrinis,

vaha retinet nunc linguam mordicus,

Naevius in Corollaria

utinam nasum abstulisset mordicus.

Maturissime M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'item ubi ab Thermopulis atque ex Asia maximos tumultus maturissime disieci atque consedavi'.

Mutuo, ut Varro de sermone Latino libro V loquitur, in consuetudine est; mutue vero ut docte sic putant, nec non et illi qui de differentiis scribunt.

Maturrime. M. Cato dierum dictarum de consulatu suo 'laudant me maximis laudibus, tantum navium, tantum exercitum, tantum *com*meatum non opinatum esse quemquam hominem comparare potuisse; idem tam maturo me comparavisse'. Sallustius historiarum I | 'uti Lepidus et Catulus decretis exercitibus maturrime proficiscerentur'.

Memoriter Afranius in Vopisco,

memini memoriter,

Cicero in Laelio vel de amicitia 'Q. Mucius augur multa narrare de C. Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat'.

---

22 — 26 *N*

proficiscerentur :· // qiię mucius augur multa narrare de c. lęlio socero suo
Memoriter afranius in uopisco memini memoriter cicero in lęlio ū de amic
memoriter et iucunde solebat :· // tę uitę meę pęnitet ceterū

25 de Amicitia * Q. Mutius ω 206, 2 caeterum * certum est ω

---

1 Terentius] *Eunuch.* II 1, 13 nam aut iam revertere, aut mox noctu te adiget horsum insomnia 4 mox] *Verg. Aen.* V 117 5 in Bacchidibus] III 6, 16 (545 *R*) 7 feruntur *coniecit Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 418, *quod ita intellegi voluit, ut versus Plauti in quibusdam exemplaribus non legi dicerentur. de lacuna quam indicavi cum dubitari vix possit, fuit fortasse adnotatio de participiis subiecta, quorum quaedam in adverbia cadere, in quibusdam non ferri adverbia dicere potuit grammaticus* 8 consubrinis *N* 9 nunc] homo ω 12 uti athermopolieis (b b) *N* uti a Thermopylis ω 15 lib. V. loqr̄ in cognōē (*h. e.* cognomine) ē mutuę uero *N*: in cognitione ω 16 ut docti sic putant ω. *fortasse* ut docte dicendum putat 17 Maturrime ω Maturo me *N* maturime *excerpta Bernensia* matturrime *cod. Leid.* matū me *cod. Sanctam. duas observationes, quarum altera ad adverbium maturo a Catone usurpatum, altera ad superlativum maturrime, quo Sallustius usus est, pertinebat, in unum titulum coniunxisse videtur grammaticus* 18 tantum nauium exercitum ω 19 commeatum ω meatum *N* hominem maturrime comparare *Fabricius* 20 potuisse. Idem. Tam maturrime ω 21 sall. hist. I. *N* 22 maturime *N* 23 Memoriter] *Charis. p.* 89 25 de amicitia] 1, 1 *cf. Charis. p.* 209

Male pro valde Fronto ad Antoninum invicem libro II, 'male me, Marce, praeteritae vitae meae paenitet'. ceterum *inept*um est 'male paenitet'.

Multo Cicero pro Sexto Roscio, 'multo plura dixisse putaretur'.

Misere *pro male* vel ut sit miseratione dignum Terentius in Eunucho,

quam oculos terendo misere.

Mauricatim Laberius in Caeculis, 'non int*ellexi* te Mauricatim scire'.

Malitiose Cato senex, 'malitiose istorum iuratorum ...... verto ut ... quod ......'

Modice Tullius de senectute, 'etsi te || quidem id modice ac sapienter, sic*ut* omnia, et ferre et laturum esse certo scio', Plautus in Bacchidibus

quibus ingenium in animo utibile et modicum est,

idem in Persa

modice et mo*deste est melius* vitam vi*vere*.

Muliebriter Cicero Tusculanarum II, 'si se lamentis muliebriter lacrimisque dedecoret'.

Minime pro non Cicero Tusculanarum II, 'venit Epicurus, homo minime malus vel potius vir optimus; tantum monet, quantum intellegit'.

---

1 — 20 *N*

Male pro ualde fronto ad antoninū inuicē libro .II. male me marce p̄t
tum ē male pęnitet :· // uū sit miseratione dignum terentius in eunucho
Multo cicero pro sexto roscio multo plura dixisse putaretur :· Mis
quam oculos terendo misere :· Mauricatim laberius in cęculis ū *int*
te mauricatim scire :· Malitiose cato senex maletiose istor̄ iurator*um*
Modice tullius de senectute etsi te quidem id modice |uerto *ut* ... *q*
ac sapienter sic omnia et ferre et laturum ēē certo scio plaū in b
ingenium in animo utile (bi) et modicum est idem in persa modice et mo
Muliebrit̄ cicē tusculaū .II. si se lamentis muliebrit̄ lacrimisq, |uitā ui
|dedecoret :·

N III 3*, 1 usculaū ... enit epicurus hō minime malus ū potius uir optimus

5 Misere autem sit ω 10 uertoue *ex codice edidit Lindemannus* 13 in Bacchidibus ω 19 Minime pro non. Cicero Tusculanarum primo, Venit ω

---

1 ad Antoninum Imp. libro *Fabricius* 2 ineptum *Putschius* 4 pro Sexto Roscio] 1, 2 dixisse quam dixisset putaretur *Fabricius* 5 misere pro male *excerpta Bernensia, quod recepi, quamquam de lacuna membranarum non satis constat num huic supplemento sufficiat.* misere male vel ut sit *Putschius* in Eunucho] I 1, 23 7 non intellexi *Putschius. versus ita disposuit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 239 non intellexi | Te Maúricatim scire, *addita coniectura* non intellexi Maúricatim scire te 9 malitiose istorum iura. iuratorque eo uerbo ut maximus '*ex Dousae codice*' *adfert Bondamus var. lect. p.* 234. *unde* utiturque eo verbo et Maximus *coniecit Vulcanius*, utiturque eo Cicero, ut Maximus *ipse Bondamus* 11 de senectute] I, 2 13 in Bacchidibus] 1 *R. Non. p.* 342. *cf. Ritschel. Mus. Rhen. noviss.* IIII *p.* 578 15 in Persa] III 1, 18 (344 *R*) 17 Tusculanarum II] 21, 48 19 Tusculanarum II] 19, 44

Naviter Terentius in Eunucho,

neque pertendes naviter;

Lucretius quoque de *rerum* natura libro III, et Sisenna Milesiarum XIII 'quid nunc ostium scalpis, quid tergiversaris, nec bene naviter is?' pro recta via.

Nauci pro nihili te duco. est autem fabae granum, cum se aperit.

Nullus et adverbium est et nomen, nemo autem nomen. adverbium hoc exemplo dabis: Terentius 'nullus' inquit 'dixeris' pro non.

Nimie melius dicitur quam nimis. venit enim ab eo quod est nimius, ut doctus rectus. nimium Afranius in Emancipato;

cur nimium adpetimus? respondetur nemini nimium bene est.

nimium quantum Terentius in Phormione; ubi Celsus 'pro nimium, ut immane quantum, incredibile quantum, | licet quidam sic legant' inquit 'ut nimium servus dicat, quantum vero senex; sed sequentia intelleguntur'.

Noctu diuque Sallustius historiarum II, 'noctu diuque stationes et vigilias temptare. at vero Titinius in barrato 'noctu diusque' ait. Naevius in Acontizomeno 'sulpicii noctu interfecit'.

Nudius tertius Caecilius in Hymnide; Cicero vero Philippicarum 'nudius tertius decimus'; Afranius in Emancipato

nudius tertius
tute advenisti.

significat autem 'nunc est dies tertius'. item nudius quartus.

Nocte M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'deinde postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert; mare velis florere videres. ultra || angulum Gallicum ad Illiberim adque Ruscinonem deferimur: inde nocte aura profecti sumus'.

Novissime Tiro in Pandecte non recte ait dici adicitque quod sua coeperit aetate id adverbium. ubi Fl. Caper de Latinitate 'miror' inquit 'id

---

1 in Eunucho] I 1, 6 2 portendes *N* pol tendes ω pertentes *Putschius* 3 luc̄ q̄q̄ de re.. naturalib: III. *N* Lucretius quoque de rebus naturalibus III ω. *ad Lucret.* I 525 distinctum quoniam nec plenum naviter extat *rettulit Lachmannus. in tertio libro* naviter *non extat* 4 os tuum ω 6 Nusci pro n *N*: Nauci pro nil, ut nihili te duco *p* 8 Terentius] *Hecyr.* I 2, 4 9 dici *N* 10 rectus] pictus *N* 11 respondetur] ℞ *N* 13 in formione *N. Phorm.* IIII 3, 38 quid? nimium quantum. — quantum? dic 14 imane *N* inquid *N* 15 sed sequentia non intelligunt *Putschius* sed sententiam non intelligunt *Bentleius in Terent. l. c.* 17 sall. hist. II *N*

19 in acotizomenos *N* supplicio *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 5. *Sulpicii nomen ita defendit Hermannus opusc.* V *p.* 262, *ut cum Sallustii fragmento coniungeretur,* vigilias temptare Sulpicii, *Naevii autem haec tantum essent*, noctu interfecit 20 Philippicarum] V 1, 3 21 decimus ω deci: *N* Afranius] *cf. Charis. p.* 192 26 omnem ω oīn *N* 28 ad Illiberim atque Ruscinonem *coniecit Lindemannus*, qui ad Illimerim atque Ruscinonen *edidit.* ad illi meuim adque rusci nonen *N* ut illic memini, at quaeras cum nomen ω

dixisse Tironem', cum Valerius Antias libro II 'mater cum novissime aegrotasset', inquit 'vovisse fertur', idem XXII 'quod novissime nobiscum foedus fecissent'.

Nocte vagatrix, non noctu Sisenna Milesiarum XIII.

Nimio pro nimis Naevius in Agitatoria,

nimio arte colligor. cur re inquaesita colligor?

Plautus in Bacchidibus 'nimio dociliter'. nimis Naevius in Tarentilla,

numquam quisquam amico amanti amica nimis fiet fidelis,
nec nimis erit morigera et nota quisquam,

idem in Corollaria

nimis homo formidulosus est,

idem in Figulo 'nimis avarus'.

Neutiquam Cicero de senectute, 'mihi vero neutiquam probari potuit tam flagitiosa et tam perdita libido', idem *in* commentario de virtutibus 'illud neutiquam probantes'.

Nequaquam *idem* de senectute, 'est istud quidem, Laeli, aliquid, sed nequaquam tibi concedendum fuit'.

Necessario M. Cato in L. Furium de multa, 'necessario faciendum fuit', G. Gracchus in rogatione Cn. Marci Censorini 'si vobis probati essent homines | adulescentes, tamen necessario vobis tribuni militares veteres faciundi essent'.

Necessum M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'eas res non posse sustineri, nisi eo praesidia magna frumentumque * nam ita dicunt palam necesse esse obcuratum * positio sermonis. necessum Afranius in Vopisco,

praefestinamus quae sit causa sciscere,
quod sit necessum scire, praesertim in brevi.

* nem portusque tenebunt
Ausonios olim.

---

1 nul. antias lib. II *N* 2 aegrotasset ω ęgrotasse *N* 3 foedus ω foedis *N* 6 colligôbcurre inq̄sita colligor *N*: colligo cur ω colligor! cur *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 11 7 in baccli̅ *N*. *Bacch.* II 1, 56 (164 *R*) nimio es tu ad istas res discipulus docilior docili̅t *N* docilior *Fabricius* 8 siet *Fabricius* 10 néc erit nimis morigera et nota quisquam *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 19 morigera et nota *Lindemannus* morigeret nota *N* morigera nota ω quisque ω 11 in corollā *N* 12 nimis homo formidulosust *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 11 14 de senectute] 12, 42 mihi quomodo neutiquam ω mihi uero et Flacco neutiquam *Fabricius* 15 in *om. N, add.* ω 17 Nequaquam ..... de senectute *N*. idem de senectute *in codice esse testatur Lindemannus:* Cicero de senectute ω, *in quo haec*, Nequaquam — fuit, *ante* 14 Neutiquam — 16 probantes *conlocata sunt. Cic. de senect.* 3, 8 19 Necessario. M. Cato in ω Necess......... in *N* necessario faciendum ω necessario ..ciendum *N* 20 Marii ω 21 essent ω esse *N* 22 tr. mil. ueteres *N* 24 frumentumque mitterentur *coniecit Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 33 *ed. sec. lacuna indicata est in* ω 25 obturata * ω: obcursatum *coniecit Meyerus l. c. deinde quaedam excidisse videntur, quibus* necessum *a positione* necessus *duci dictum fuit:* necessario necessus necessum occulto *excerpta Bernensia* 28 breui nem *N* bre*uimen ω breui. Olim. Maro 9. fluem portusque *Fabricius: Verg. Aen.* VIIII 98

Occulto ut falso Afranius in Repudiato,

age curre cursim ad Numisium
occulto. ||

Ostiatim vicatim Cicero, quod Statilius Maximus notat nesciens, quia ut continuo statim est, continuatim frequentativum.

Obviam pro obvius Sallustius historiarum II; ubi Asper ait 'vetuste 'obviam fuere', adverbio maluit uti quam nomine': Sisenna Milesiarum XIII 'obviam venit', M. Cato dierum dictarum de consulatu suo 'mihi atque classi obviam fiunt', Plautus in Bacchidibus 'oho oportune mihi est obviam'.

Οὐδὲν ἧττον nihilo setius, nihilo deterius, nihilo minus.

Obiter divus Hadrianus sermonum I quaerit an Latinum sit: 'quamquam' inquit 'apud Laberium haec vox esse dicatur', et cum Scaurus Latinum esse neget, addit quia veteres eadem soliti sint dicere, non addentes via, ut sit *κατὰ ἔλλειψιν*, ut Plautus, inquit, 'eadem bibes, eadem tibi dedero savium'. quamquam divus Augustus reprehendens Ti. Claudium ita loquitur, 'scribis enim perviam *ἀντὶ τοῦ* obiter'. sed divus Hadrianus 'tametsi' inquit 'Augustus non pereruditus homo fuerit, ut id adverbium non usu potius quam lectione protulerit'. * rationem paenitus invisere, de consortio praepositionum, quem adaeque sub titulo *ἀφορμῶν* dedimus, legere non gravetur.

Odiose Plautus in Bacchidibus, 'odiose facis, cape vero'.

Opulenter Plautus in Caeco vel in praedonibus,

spectavi ludos magnifice atque opulenter.

Oppido pro vero vel statim Plautus in Bacchidibus, 'reddidi aurum omne oppido'.

---

21 — 27 *N*
25 legere ū grauetur :· // in p̄donibus spectaui ludos magnifice atq, opulent̄ plaū in bachī odiose facis care uero. Opuleut̄ plaū in cęco ū ppido p ū ū statim plaū in bacchī reddidi aurū omne oppido

23 Odiose. Plautus ω 26 Oppido ω

---

4 ostiatim *dixit Cicero in Verr. act. sec.* IIII 22, 48 *et* 24, 53, vicatim *pro Sest.* 15, 34 notaūt *N* 6 satt. hist. II. *N* 9 plaut. in baccħ *N*: *Plaut. Bacch.* IIII 4, 16 (667 *R*) set quem quaero, optume ecce obuiam mihist 10 m ē obuia *N*: obuiam ω 11 nihil ostetius *N* nihilo secius ω 12 hadria. *N* 13 inquid *N* dicatur, tamen — negat *coniecit Niebuhrius* 15 ελλιψιν *N* Plautus] *Bacch.* I 1, 15 (49 *R*) eadem biberis, eadem dedero tibi ubi biberis suauium 16 diuus aug̃ *N* 17 t. claudium *N* Tib. Claudium *Fabricius* antitoy obiter *N* 18 adrian: *N* aug̃ *N* 19 aduerbium ex usu potius quam ratione *Putschius* 20 *lacunam quam indicavi ita supplevit Putschius*, si quis autem eius rei rationem uelit penitus inuestigare poenitus *N* 21 αφορμων *N* 23 in Bacchidibus] IIII 9, 139 (1062 *R*) cape vero odiose facis caue uero *Fabricius* 26 in Bacchidibus] IIII 4, 30 (681 *R*) reddidisti? — reddidi. — omnene? — oppido. — occisi sumus

Officiose Afranius in Repudiato,

te istuc facere officiose scio,

M. Scaurus de pecuniis repetundis *contra* M. Brutum 'ita officiose atque observanter .... milites triumphavere'. |

Primum Lucretius,

primum animum dico, mentem quam saepe vocamus;

ubi Velius Longus 'primum' inquit 'adverbialiter audiendum est'.

Primiter Pomponius in Maccis Ge||minis prioribus, 'bono animo es, eripis primiter'.

Prima pro primo Terentius in Adelphis, 'in prima fabula'; ubi Helenius Acron 'pro in primo': et Maro

vidimus obscuris primam sub vallibus urbem.

Prius pro melius, utilius, antiquius Terentius in Eunucho,

nil prius neque fortius;

nisi Helenium Acronem errasse dicendum est, qui prius [non] sic intellexit, non fortius, id est gloriosius, quamquam iuxta sit summum et egregium excellentemque esse laude virtutis. itaque Plautus in Bacchidibus

fortasse iam opus est. Immo etiam prius.

Primus pro in primis, ut Maro

Troiae qui primus ab oris;

ubi Q. Terentius Scaurus commentariis in artem poeticam libro X 'non qui ante omnes' inquit 'sed ante quem nemo est', et addit 'quo genere plures primi accipi possunt'.

Pluris Naevius in Agitatoria,

ego semper pluris feci
potioremque habui libertatem multo quam pecuniam.

---

1 — 8 *N*

ciose afrā in repudiato te istuc face officiose scio m. scaur:
cuniis repetundis m. brutum ita officiose atq, obs̄uant
milites triumphauere :· // ubi uelius longus pmū inqt adūbia
m lucr̄ primū animum dico mentem quam sępe uocamus
| lit andiendum ē :·

N III 3ᵃ, 2 Primiter

1 Officiose ω 3 M. Scaurus de pecuniis ω, *quae sufficiunt ad lacunam explendam, quamquam fortasse tribus vel quattuor litteris praeterea locus relictus fuit* 4 obseruanter ∗ triumphauere ω 5 Primum. Lucretius ω

---

2 facere ω 3 contra M. Brutum *Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 258 *ed. sec.* M. Brutum ita officiose atque obseruanter tractauere *Fabricius* 5 Lucretius] III 94 7 Velius Longus] *in Verg. Aen.* II 79: *cf. Lachmann. in Lucret. l. c.* 8 primiter pro primo — Pomponius accius geminis quin bono animo est, video eripis primiter de pannibus *Nonius p.* 151: *cf. Non. p.* 488. 506 quin bóno animo es! vídeo érepisti prímiter de pánnibus *Ribbeckius com. Lat. fragm. p.* 199 10 in Adelphis] *prol.* 9 11 elenius *N* Maro] *Aen.* VIIII 244 13 in Eunucho] I 1, 5 14 nil prius neque fortius *p*; nihil prius neq: fortn̄si helenium *N* 16 neque fortius *Fabricius. fortasse* ut fortius summum et *Putschius* summ et *N* summa ω 17 in Bacchidibus] II 2, 43 (221 *R* 19 pro iniprimis *N* Maro] *Aen.* I 1

Perinde pro proinde Plautus in Sticho,

ut proinde homini res parata est, perinde amicis utitur.

Paenitus pro valde Maro VIIII,

penitus modo non genus omne perosus femineum.

Prime Naevius in Acontizomeno,

Acontizomenus fabula est prime proba.

Protinus trium temporum significationem capit, instantis, ut Maro III Aeneidos

protinus aerias Phaeacum abscondimus arces;

praeteriti, ut idem eodem libro

cum protinus utraque tellus
una foret;

futuri, ut Terentius in Phormione

aliquid convasassem atque hinc me conicerem protinam in pedes.

Per pro perquam, valde, ut perduellio perquam duellio, et ***perduellis*** plusquam hostis, ut Rabirius, qui perduellionem fecisse dicebatur, id est contra rem publicam sensisse. quod iudicii genus Sacer in eandem orationem M. Tullii ab Horatio sumptum ait dictumque quod per tempus belli sit factum, cum is in sororem suam gladio usus esset. ||

Prorsus Sallustius in Catilina, 'prorsus in facie vultuque vecordia inerat', Cicero Tusculanarum II 'non | ultro adpetendus, sed subeundus et excipiendus dolor est. ita prorsus existimo'.

Plure Plautus in Caeco vel in praedonibus,

plure altero tanto quanto eius fundus est velim;

Cicero quoque 'plure venit', Lucilius

plure foras vendunt quod pro minore emptum,

antique.

Prorsum Plautus in Caeco vel in praedonibus,

ita sunt praedones, prorsum parcunt nemini,

1 in Sticho] IIII 1, 16 (520 *R*) ut cuique homini res parata est 2 ut perinde homini ω 4 Maro VIIII] *Aen.* VIIII 141 7 Naeuius ω plautus *N* 8 Acontizomenos *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 5 *secutus Ritschelium Mus. Rhen. noviss.* VIIII *p.* 17 11 protinus] *Verg. Aen.* III 291 faeacum *N* 13 cum] *Verg. Aen.* III 416 15 formione *N.* I 4, 13 16 ɔuasem (.sa.) *N* protinum̃ *N* protinus ω. protinam *ex Donato in Ter. l. c. et Paul. Fest. p.* 226 *ed. Müll. Terentio restituit Bentleius* 18 *ante* Per *in margine* R, *quod respondendi signum esse solet, adscriptum habet N* ut perduellio *Fabricius* ut perduellionem *N* perduellis *om. N* 19 *fortasse* perquam hostis dicebatur ω ducebatur *N* 23 in Catilina] *c.* 15 uercordia *N*: uecordia inerat. Idem de Sempronia Prorsus multae facetiae, multusque lepos inerat *Putschius ex Sall. Catil.* 25 24 Tusculanarum II] 5, 14 25 expiendus *N* 27 Plure] *Charis. p.* 84 30 pro minore coemptum *coniecit Lindemannus* 32 Prosum plaũ *N*: prorsum *excerpta Bernensia, ubi* prossum *cod. Leid.*

M. Cato in L. Furium de multa 'prorsum quodcumque iubebat fecisse neque quemquam observavisse'.

Plurimum Terentius in Phormione, 'ibi plurimum est'; ubi Celsus 'nunc adverbium est pro ibi saepe, ibi frequenter est': Cicero pro Sexto Roscio 'a me id contenderunt qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum possunt'.

Parcissime. Probus de inaequalitate consuetudinis quaerit an quis hoc extulerit, quod et ipsum credo non parcissime factum.

Praefiscini Titinius in Setina,

Paula mea, amabo. Pol tu ad laudem addito
praefiscini,

ne puella fascinetur.

Praefiscine Afranius in Consobrinis,

scis habitum ita ut nunc obtinet. Praefiscine,

per e non per i.

Placate Cicero, ut Maximus quoque notat, 'placate et moderate feramus'.

Peregre cum abit quis dicimus in locum, ut Titinius in Tibicina

ut hic legatus abiit peregre publice;

Plautus quoque in praedonibus vel in Caeco 'in peregre est', idem in Bacchidibus 'caenam * peregre advenienti'. peregri autem, cum in loco est: Plautus in Persa 'qui erus peregri est', Naevius in Tarentilla

primum ad virtutem ut redeatis, abeatis ab ignavia,
domos patres patriam ut colatis potius quam peregri probra.

peregre pro peregri Naevius in Tarentilla,

---

1 uidebat ω: *fortasse* lubebat 3 in Phormione] I 4, 17 4 ibi saepe ibi frequenter est ω ibis sępe ibi frequentem rest *N* pro sex. ros. *N. Cic. pro Rosc. Amer.* 1, 4 7 qr an quis bus extulerit *N* quaeritur an quibus extulerit ω 9 sentina *N* 10 Paulla, amabo, mea *coniecit Hermannus opusc.* V *p.* 274, *ut trochaicum versum efficeret. iambicos numeros descripsit Scaliger castig. ad Fest. v. prospera p.* 571 *ed. Lindem. personas distinxit Turnebus advers.* XXVII 23 pollulam laudem addito *Scaliger l. c.*

11 p̄fisciinine puella *N* 12 ne puella fascinetur *cum Titinii versu coniunxerat Turnebus; grammatici interpretationem esse viderunt Scaliger l. c. I. Gulielmius verisim.* II 14 (*Grut. lamp.* III) *p.* 290. *G. I. Vossius etymol. v. fascinum* 13 afrā in consubrinis *N* 14 p̄ficiscine *N* 16 Cicero] *ad famil.* VI 1, 4 18 Peregre — 21 advenienti *post* 21 peregri — 26 probra *conlocata et novi tituli indicio ab illis disiuncta sunt in N: rectum ordinem secuntur excerpta Bernensia*, placate peregre (perigre *codices*) peregri (perigri *cod. Sanctam. et Leid.*) porro 19 hinc *coniecit Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 70 abiit *Bothius l. c.* abit *N* 20 in *ante* peregre *om. Putschius*, iam peregre est *coniecit Lindemannus. fortasse* peregre iit: *nisi potius in his quoque ordo verborum perturbatus est* in bacch *N: Plaut. Bacchid.* II 2, 8 (185 *R*) cenam pollicere ut convenit Peregre advenienti 22 in Persa] I 1, 30 (29 *R*)

quis herus ω quia herus *Fabricius* peregri est. Naeuius ω peregri näe naeuius *N* 24 redeatis *Fabricius* reductis *N* redactis ω 25 domo praesens patriam ω: domo *defendit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 19 *conl. Varr. r. r.* I 8, 2 26 probra *Ribbeckius l. c.* probro *N*

ubi isti duo adulescentes habent,
qui hic ante parta patria peregre prodigunt? ||

Porro M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'inde pergo porro ire in Turtam', idem supra 'itaque porro in Turtam proficiscor servatum illos'; pro longius: Afranius in Vopisco

sinunt di et porro passuros scio.

Porro pro in futurum M. Cato in eodem, 'me sollicitum atque exercitum habitum esse atque porro fore', | Afranius in Emancipato

post narravero:
nunc est distentus animus ut negotiis,
porro autem propero.

Pudenter Cicero, ut etiam Maximus notat, et Afranius in Emancipato

malo pudenter metientem.

Perdite pro valde,

eam amare coepit perdite.

nam ita Arruntius Celsus et addit 'antiqui enim dicebant ardere pro amare'.

Propere produci debet, ut abunde honeste. quod an possit esse rationis vix specto, quoniam nec abunde, ut nec propere, putant quidam dici debere; quamvis Maro VI propere dixerit pro properanter et abunde pro abundanter. abundans enim abundanter facit, ut properans properanter, elegans eleganter, prudens prudenter; honestus autem honeste, ut doctus docte, pius pie, castus caste.

Perplexim Plautus in Sticho,

utrum ego perplexim lacessam orationem;

idem in eadem *

26 N III 4, 1 Perplexim

4 ire in turtum N ire Turtam ω Turtam ω turtum N 5 *Afranii versum in finem sequentis tituli transponendum et quae ibi ex Emancipato citata sunt huc revocanda coniecit Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 197 6 sinunt di et *om.* ω fiunt dii et *Putschius* 8 exercitum ω excitum N 11 animus meus negotiis *coniecit Hermannus opusc.* V *p.* 280 animus vi negotii *Vulcanius apud Bondamum var. lect. p.* 236 13 notat et] notatum N notat tum ω: Maximo notatum *Lindemannus* 15 mentientem *Fabricius* 17 eam] *Ter. Phorm.* I 2, 32 22 propere] *Verg. Aen.* VI 236 his actis propere exsequitur praecepta Sibyllae abunde] *Verg. Aen.* VII 552 terrarum et fraudis abunde 26 in Sticho] I 2, 18 (76 *R*) 27 orationem | Publicitus idem in eadem nonne hoc publicitus ubi celsus et claritus inquit dicunt nos publice clareque dicimus titinius in setina statui statuam publicitus terentius quoque in formione sed et plautus in bacch N oratione. Publicitus. Plautus in eadem *sqq. Fabricius.* idem in eadem *post Amphitruonis versum* 214, 7 *conlocandum coniecit Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 370, *ut excidisset aliud adverbii* '*publicitus*' *exemplum, Plaut. Amphitr.* IIII 2, 7 an foris censebas nobis publicitus praeberier. *ego quod huc transposui, intellegi volui de Stichi versu* I 2, 28 (85 *R*) perplexabiliter earum hodie perpavefaciam pectora. *videtur enim Romanus ut* propere *et* properanter *ita* perplexim *et* perplexabiliter *adverbia conposuisse*

Publicitus Titinius in Setina, 'statui statuam publicitus'; Terentius quoque in Phormione

nonne hoc publicitus;

ubi Celsus '*antiqui et publicitus* et claritus' inquit 'dicunt, nos publice clareque dicimus'. sed et Plautus in Bacchidibus 'in aede Dianae publicitus aurum servant', idem in Amphitryone

ita peregre adveniens hospitio publicitus.

Pedetemptim Lucilius,

pedetemptim huc ire salutem,

Tullius Tusculanarum II 'pedetemptim ac sedato nisu', Cato dierum dictarum de consulatu suo 'eam ego vim pedetemptim temptabam'.

Piger pigre, pulcher pulchre. celer nescio an celere produci possit, nisi forte illud dicat Terentius, 'celere consilium' * ut non sit adverbium sed nomen. ||

Pauxillo prius Afranius in Repudiato, 'pauxillo prius me convenit'.

Pariter pro pariliter Cicero, ut Maximus notat. similiter et Maro XI; ubi Celsus 'pro aequaliter': idem georgicon

pariter frumenta sequentur,

et

pariter puero donisque movetur.

Posterius Terentius in Adelphis,

posterius nolo in illum gravius dicere,

item idem

tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
factam esse.

Pone versus M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'nostros pone versus hosteis esse ab dextra parte', item idem 'postquam auspicavi atque exercitum adduxi pone *versus* castra hostium'. * 'villa est patrui, hic ager est ubi stas; pone versum illac mare est'. |

---

1 Titinius — 2 in Phormione *huc revocavit Ritschelius l. c.* 2 in Phormione] V 8, 85 3 pollicitus ω 4 Celsus, Publicitus et claritus, inquit, dicunt *Fabricius* Celsus, publicitus et claritus, inquit, antiqui dicunt *Ritschelius l. c.* 5 in Bacchidibus] II 3, 78 (312 *R*) quin in eapse aede deae Dianae conditumst: Ibidem publicitus servant 6 in Amphitryone] I 1, 9 7 adueniens ω aduenies *N* ÷publicitus ÷hospitio *N* publicitus hospitio accipiar *Fabricius* 9 huc ire salutem *Lachmannus in Lucret. p.* 296 hunc resalutem *N* 10 Tusculanarum II] 21, 48 11 vim] niam *Fabricius* 12 *fortasse* celer celere. nescio an celere 13 Terentius] *Phorm.* I 4, 1. *lacuna quam indicavi exciderunt quaedam quibus* celere *neutraliter intellegi posse adnotatum erat* 17 Maro XI] *Aen.* XI 673 praecipites pariterque ruunt 592 Tros Italusve mihi pariter det sanguine poenas 18 geor̄ *N.* I 189 21 pariter puero] *Verg. Aen.* I 714 22 in Adelphis] I 2, 60 24 item] *Ter. Adelph.* II 1, 8 28 ÷Pone uersus m. cato dier. dict. de ɔs̄ suo *N* 29 dextera ω 30 versus *om. N, add. Putschius* 31 hostium (h *supra*) *N* villa — 32 mare est *hoc loco omissa post* 215, 14 acce-

Perditim Afranius in Vopisco,

quia scit me illam amare perditim.

Paulo prius Afranius in Emancipato, 'paulo prius hinc abiit'. nos paulo ante dicimus.

Procul Sallustius historiarum II, 'nam procul et diversis ex regionibus'; ubi Asper 'ergo procul e loco est'.

Prope *pro* iuxta Plautus in Persa,

prope me hic nescio qui loquitur.

Proxime Cicero de senectute, 'Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit, quem cum iudices a re familiari ut desipientem removissent filiis eius arguentibus, cum senex *Οἰδίπουν ἐπὶ Κολωνῷ*, quam proxime scripserat, recitasset, liberatus est', idem in eodem 'et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere'.

Perendie, quasi perea die, quod notaverunt grammatici, quia cum de futuro dicimus, diem novissimo loco damus, non ut die quarto.

Principio Tullius Tusculanarum II, 'G. Marius, rusticanus vir, cum secaretur, principio vetuit se alligari', et Maro

principio arboribus varia est natura creandis.

Primo pedatu Cato senex, 'in his duobus bellis alteras stipendio agrique parte multati, alteras oppidum || vi captum, alteras primo pedatu et secundo', ut Maximus notat; hodieque nostri per Campaniam sic locuntur.

Pedibus adverbialiter Cicero de senectute, 'ingressus iter pedibus', et Sallustius 'pedibus in sententiam'.

Quippiam Naevius in Corollaria, 'num quippiam'.

Quaquam Sallustius, 'tametsi haut quaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum'; Pomponius quoque in * 'negas nuptam quaquam'.

---

dere *posita sunt in N, signis quae suo loco exhibui in margine adscriptis, quibus perturbatus verborum ordo corrigeretur: huc transposita sunt in* ω *indicata lacuna, qua nomen scriptoris haustum est* 214, 31 age est ω 5 satt hist. II *N* 7 pro *om. N, add. Fabricius* in Persa] I 3, 19 (99 *R*) 8 loquitur. Idem in Rudente *Fabricius* 9 Proximo *excerpta Bernensia*, *quod et hic et in Ciceronis verbis recepit Putschius* de senectute] 7, 22 sofocles *N* 10 quem comoediare (iud. *superscr.*) *N* quem cum (ω *superscr.*) a re ω 12 ΟΕΛΙΠΥΝΕΠΙΚΟΛΟΝѠΝ *N* 13 in eadem *N*. *Cic. de senect.* 15, 51 14 accedere uilla est patrui hic ager | ÷ est ubi stas pone ñsum illac mare ē | Perendie *N: cf. p.* 214, 31 15 quasi per adie *p* quasi perempta die ω quasi per eam diem *coniecit Lindemannus:* perendie id est per ante diem *Isidorus* V 30, 22 16 damus *p* demus *N* dicemus ω 17 tuscul... g. marius *N*: Tusculanarum secundo ω. *Cic. Tuscul.* II 22, 53 18 Maro] *georg.* II 9 20 pedato *Nonius p.* 64, *quod recepit Putschius* in his ω in is *N* 24 de senectute] 10, 34 25 et ad satt pedib: insent. *N*: et apud Sallust. *Fabricius*. *Sallust. Catil.* 50 pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum se dixerat 26 in Tarentilla ω nam quippiam ω Num non uis te moneam unum, si uidetur, quippiam *Putschius* 27 Quaquam ω Quamq *N* Sallustius] *Catil.* 3 haud quaquam ω ā qq *N* 28 Pomponius, quaquam negas nuptam ω: Pomponius quoque in ergastulo *coniecit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 214 29 quamquā *N*

Quo procul *

quo te, Moeri, pedes? an quo via ducit?

vel cui rei, ut *si* dicas 'quo prodest?' ut eadem gratia Titinius in Setina locutus esse videatur,

de aedi summa, quo avolavit gallus gallinaceus;

non ex qua, nec quo sedit.

Quod poteris Terentius in Eunucho,

munus nostrum ornato verbis quod poteris;

ubi Helenius Acron 'pro in quantum poteris'.

Quanti, cum interrogamus nec emimus; quanto, cum emptam rem quaerimus. atqui Cato in I in Furium de multa de caro emptis 'o quanti ille agros' inquit 'emit, qua aquam duceret'; Naevius in Tarentilla

quae ego in theatro hic meis probavi plausibus,
ea non audere quemquam regem rumpere:
quanto libertatem hanc hic superat servitus!

absolute quanto Cato de consulatu suo, 'videtote quanto secus ego fecerim'.

Quam maxime Cicero Tusculanarum II, 'in stadio cursores exclamant quam maxime possunt; faciunt idem cum exercentur athletae'.

Quam diluculo Afranius in Emancipato,

nudius tertius
tute advenisti? Quam diluculo. |

Rumore primo Sallustius historiarum * ubi Asper 'non est' inquit 'nomen sed adverbium, ut illud

obstipuit primo aspectu Sidonia Dido'.

Recens. Asper commentario Sallustii historiarum I nunc adverbium nunc nomen id esse dicit, *ut* 'recens scriptum'. potest enim esse temporis *adverbium.* ||

Rursus negant dici debere sed rursum, ut iterum. Maro tamen rur-

1 *lacunam indicavi, qua exemplum coniunctorum inter se* quo *et* procul *adverbiorum haustum esse videtur* 2 quo te] *Verg. bucol.* 9, 1 3 ut dicas quo prope est ut *N* sętina *N* 5 de aedis anima quo auolauit ω de aede summa quo euolauit *Putschius* gallinacęus *N* 6 necē | quo sedit *N* nec e quo reddit ω nec e quo redit *Fabricius* neque quo sedet *Putschius* 7 in Eunucho] II 1, 8 11 *fortasse* Cato in L. Furium 16 hanc haec *coniecit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 16 17 de ɔs̄ suo *N* 19 Tusculanarum II] 23, 56 25 satt. hist. *N* Sallustius Historiarum I *Putschius* 27 obstipuit] *Verg. Aen.* I 613 28 Recens aduerbium temporis est ut recens scribi potest *p* comm̄ satt. hist. I *N* 29 ut *om. N* recens scrip. *N* recens scripsi *Fabricius, unde e prooemio historiarum ea verba petita esse existimaverunt editores Sallustii.* recens scripsit *Kritzius Sallust. fragm. p.* 4 potest etiam *Putschius* 30 adverbium *om. N* 31 Maro tamen, Scandunt rursus equum. Naeuius in *Fabricius* Maro tameu, Rursus in arma feror: Scandunt rursus equum. et tamen in locis Naeuii rursus inuenimus. Nam is in *Putschius. fortasse* apud veteres etiam rusus invenimus: Naevius in

sus * inveni. nam is in Tarentilla 'qua pro confidentia usus verbum cum eo fuerim facere'.

Repentino pro repente Cicero, ut Statilius Maximus notat; Afranius in Emancipato

ut sint repentino apparandae nuptiae,

idem in Vopisco

ubique repentino huius consimile accidit.

Rare Cicero pro raro, ut idem Maximus notat; Catonem quoque ita locutum. sed et Plautus in Rudente

verum rare capitur.

Rarissime ut manifestissime, quoniam quotienscumque comparativo gradu sunt adverbia, in e litteram exeunt. Cicero tamen ad Atticum VIII 'ubi tutissimo' inquit 'essent'.

Rarenter Cato, ut idem Maximus notat, pro raro.

Rite Afranius in Emancipato,

idem es qui semper, idque ut rite intellegas
te facere.

Saepe per tempus recte dicimus, aliquotiens autem per personam. itaque

saepe fugam Danai Troia voluere relicta
moliri

pro aliquotiens accipere debemus. saepius Maro georgicon I,

saepius et tectis penetralibus extulit ova
angustum formica terens iter.

Satis diverse accipitur: ἀντὶ τοῦ par Lucilius saturarum,

cui si coniuret populus, vix totus satis sit,

Terentius in Adelphis

satis mihi habeam supplici, dum illos ulciscar modo.

item satis pro aecum est Coelius historiarum I, 'commodum est, satis videtur'. 'nec enim pro sufficienti' inquit Paulus 'accipi debet sed

18 *N* III 4, 2 Saepe

1 qua porro confidentia rursus uerbum cum eo ausim facere ω qua porro confidentia ausus fuerim rursus uerbum cum eo facere? *Putschius* quá pro confidéntia ausus uérbum cum eo fúerim Fácere rusus *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 18. *fortasse* quá pro confidéntia Rúsus verbum cúm eo facerem? 3 Cicero] *pro Quint.* 4, 14 7 huius cum simile ω 8 Raro cicero pro rare *N* Rare idem pro raro *p* ssi ad ubi idem *Putschius* 9 in Rudente] IIII 3, 56 11 manifestime *N* 12 tū atticū. VI. *N. Cic. ad Att.* VIII 1, 2 ubi tutissimo essem: *cf. Charis. p.* 173 14 cat *N* Cicero ω: Rarenter cato pro rariter *p: Cat. de agricult.* 103 dato rarenter bibere 20 saepe] *Verg. Aen.* II 108 22 geor̄ I *N. Verg. georg.* I 379 23 e tectis ω 25 accipitur......par *N* accipitur ἀντὶ τοῦ par ω: satis diuerse accipitur. nunc pro pari. item satis pro aequo (equo *cod. Leid. et Sanctam.* eoquo *Bern.*) pro intente *excerpta Bernensia* lucit satur. *N* 26 cui si cum iure ω 27 in Adelphis] III 2, 15 28 mihi id *Fabricius* sup..licii *N* supplicii ω ulciscor ω 29 pro aecus ē *N* per accusatiuum est ω pro aequo est *Putschius* coeli: hist. I. *N* est] esse *Fabricius* 30 sufficienti ω suffienti *N*

pro pari et aequo'. item satis pro intente Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'iam apud vallum nostri satis agebant', Terentius in Heautontimorumeno

etsi suarum rerum sat agitat, tamen
habet bene et pudice eductam.

Stomachose Cicero, ut Statilius Maxi||mus de singularibus apud eum quoque positis notat. |

Sane pro valde Cicero in Verrem actione II, 'interea sane perturbatus et ipse et eius amici et consiliarii moleste ferre coeperunt'.

Sincere Terentius in Eunucho,

si istud crederem
sincere dici, quidvis possem perpeti.

quidam tamen nomen putant esse neutri generis.

Sempiterno Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'ego mihi haec monimenta sempiterno posui quae cepi'.

Surde Afranius in Vopisco,

amantes, quibus animi non sunt integri, surde audiunt.

Sic pro ita Terentius in Eunucho,

immo sic homo est
perpaucorum hominum,

id est *πάνυ παύρων ἀνθρώπων*.

Semitatim Titinius in Caeco,

ita semitatim fugi atque effugi patrem.

Summatim Afranius in Emancipato,

ne tu summatim rationem putes.

Salutariter Cicero, ut idem *Maximus* notat, quasi salubriter.

Siqua pro siquo, aliquo modo, ut

siqua fata sinant.

quod ita quidam etiam *in* illo legerunt,

Anthea siqua
iactatum vento videat Phrygiasque biremis.

---

2 in eautontimorumeno *N*. II 1, 14 4 satis agitat ω 6 Stoma^h^cose *N*. *Cic. ad Att.* X 5, 7 rescripsi ei stomachosius 8 actione II] II 17, 42 11 in Eunucho] I 2, 96. *cf. Charis. p.* 61 15 mi ħ monimenta *N* mihi monimenta ω 16 co^e^epi *N* 18 amantes *N* amentes ω 20 in Eunucho] III 1, 18 23 *παυρῶν ἀνθρώπων* ω ΑΡΕWΝΘΡWΠWΝ *N ἀραιῶν ἀνθρώπων Lindemannus* 24 Seminatim — ita seminatim ω 27 ratio putes *N* rationem putas *Fabricius* 28 Salutariter atque saluatorius couparatiue cicero posuit *p* salutariter salutarius *excerpta Bernensia. unde Putschius post* salubriter *addidit haec*, Salutarius Cicero, ut idem notat, quasi salubrius Cicero] *Brut.* 2, 8 quem ad modum salutariter uterentur Maximus *om. N*, *add.* ω 29 Siqua pro si aliquo modo uergilius posuit *p* siqua pro siquo *excerpta Bernensia: cf. Charis. p.* 196 *v. secreta* 30 siqa *N*: *Verg. Aen.* I 18 31 quiddam *N* in *om. N*, *add.* ω 32 Anthea] *Verg. Aen.* I 181 33 frygiasque *N*

aliud autem est in illo,

siqua fata aspera rumpas,
tu Marcellus eris;

quamquam et hic siquo modo sit audiendum.

Sedulo Helenius Acron in Adelphis Terenti 'ut falso' inquit 'et consulto, nisi forte hic nomen est sine dolo,

usque a pueris curavi ambos sedulo.

quamquam sit sine dolo, per se tamen sedulo sic utique est ut falso'.

Sedulum Plautus in Caeco vel in praedonibus,

velim te arbitrari factum. respondetur sedulum est:
summoventur hostes, removentur lapides.

Setius tarditatem facientis indicat, serius temporis: Maro V

currit iter tutum non setius aequore classis,

et in georgicon III

interea toto non setius aere ninguit.

Strenue Plautus in Caeco vel in praedo||nibus, 'si non strenue fatetur ubi sit aurum membra exsecemus serra', idem in Bacchidibus 'converrite scopis agite strenue'.

Seorsum Cato senex, 'suapte natio sua separata seorsum'.

Seorsus Afranius in Emancipato,

principium hoc oro in animo ut sic tuo statuas,
officiis cogi ut abs te seorsus sentiam
de uxoria re. |

Singularie pro singulariter, quasi unice Cicero, ut Maximus notat.

Stirpitus Cicero, quod apud eum idem Maximus semel positum notat, 'ut' inquit 'funditus radicitus'.

---

12 — 22 *N*

Setius tarditatem facientis indicat serius temporis maro .V. cur.....ter tutum ñ setius equore classis et in georgĩ .III. intea tot...... re ninguit
Strenue plautus in ceco ñ in pdonib: si ñ strenue fatet ubi sit aur̃ membra exsecemus serra idem in bacchĩ conuerrite scopis agite stren
Seorsum cato senex suapte natio sua separata seorsum // cogi ut abs te
Seorsus afrañ in emañ principium h. oro in animo ut sistuo sta...s officiis seorsus

13 Currit iter ω 15 toto non secius aere ningit ω 18 strenue. Seorsum ω 21 ut sic tuo statuas ω

---

2 siqua] *Verg. Aen.* VI 883 5 in Adelphis] V 9, 5. *cf. Charis. p.* 173 6 hic ñ ē *N* hic est *Putschius* 10 respondetur] R *N* 12 Maro V] *Aen.* V 862 14 georgicon III] 367 16 si non strenue fatetur ubi sit aurum conditum, Membra ei exsecemus serra *Ritschelius Mus. Rhen. noviss.* IIII *p.* 573 18 converrite aedis scopis agite strenue *Ritschelius l. c. et Plaut. Bacch.* 10 19 suapte] qua arte *Putschius* 21 ut sic statuas tuo *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 167 sic statuas tuo *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 150 24 singulari pro singulariter *excerpta Bernensia* 25 Cicero] *Tuscul. disp.* IIII 38, 83 stirpitus philosophia se extracturam pollicetur

Sponte nomen quidem est aptoton, ideoque C. Cotta *pro* Cn. Veturio libro I 'tu solus hic cum optimis, tu de tua sponte hic cum religione'.

Setius pro minus Afranius in Repudiato,

perdit ingens inbecillitas tua me quo setius
me colligam.

Sequius idem in eodem,

sin, id quod non spero, ratio talis sequius ceciderit.

Statim Accius in didascalicon VIIII,

vectigalia egerant vestra, et struantur statim,

pro statute et ordinate.

Subinde Nepos de inlustribus viris II. sed et Brutus et Coelius frequenter eo usi sunt.

Secus pro post Sempronius Asellio historiarum XIIII, 'ne possent vel sationes facere hoc secus', id est non multo post.

Secunde Cato senex, ut Maximus notat.

Sedate Cicero Tusculanarum II, 'exclamabis ut mulier nec constanter et sedate feres'.

Secus pro aliter Naevius in Agitatoria,

secus si umquam quicquam feci, carnificem cedo,

et Plautus in Caeco

nihil feci secus quam me decet,

Cato de consulatu suo 'secus aetatem agerem quam illi egissent'.

Serio pro vere Naevius in Tarentilla, 'vereor serio', Plautus in Bacchidibus

iocon adsimulem an serio?

Sarcte pro integre. sarcire enim est integrum facere. hinc 'sarta tecta uti || sint' opera publica [publice] locantur, et ut Porphyrio ex Verrio et Festo 'in auguralibus' inquit 'libris ita est, sane sarcteque . . . .'

---

23 — 30 *N*

agerem quam illi egissent :· // an serio :· Sarcte ꝑ integre sarcire H ē.....r̄
Serio ꝑ uere neuius in tarentilla uereor serio plaū in bacchī iocon ad*simulem* 25
facere hinc sarta tecta uti sint opera publica pubuce locantur *et ut*
porfurio ex uerio et festo in anguralib: inqnit libris ita ē sane sarcteq....*tiis*

27 est integrum facere ω

---

1 ideoque] et eo q *N* et eo quod ω et eo utitur *Putschius* pro *om. N*, *add. Putschius* Veturio *Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 343 *ed. sec.* ueterio *N* 2 tu solus *N*, *ut mihi videbatur*, t..plus *Lindemannus*, *om.* ω 5 tuā equo *N* tuam aequo ω tua me quo *Putschius* 10 egerant vestra et struantur *Lachmannus ind. lect. Berol. hib. a.* 1849 *p.* 7 legerant uestra et seruantur *N: cf. Ritschel. de fictil. litter. p.* 11 14 nepos sente ū sationes (*vel* rationes) *N* ne possent aut stationes ω 16 secundo ω 17 Tusculanarum II] 20, 46 23 de coñ-no secus *N* 24 in Bacchidibus] I 1, 42 (75 *R*) 27 Sarcte] *Fest. p.* 322 *ed. Müll.*

p. 196 P. p. 131. 32 L.

Secreto Afranius in Emancipato,

idcirco haec agere tecum secreto instititi.

Secreta pro sola; an secreto, ut siqua pro siquo modo: Maro Aeneidos IIII

tu secreta pyram tecto interiore.

Tuatim Plautus in Amphitryone; ubi Sisenna 'ut nostratim'. significat autem tuo more.

Taetre Cato senex, 'taetre aetatem exigit'.

Tractim Plautus in Amphitryone; ubi Sisenna 'pro lente' inquit 'non ut Maro georgicon IIII 'tractimque susurrant' inquit'.

Temere pro facile Plautus in Bacchidibus,

rapidus fluvius est hic, *non hac* temere transiri potest, |

Cato de consulatu suo 'si cuperent hostes fieri, temere fieri nunc possent'.

Testatim Iuventius,

caput ei testatim diffregero.

Tempestive Cicero de senectute 'tempestivis quoque conviviis delector propter sermonis delectationem'.

N

Secreto afrā in emancip̄ idcirco h̄ agere tecū secreto instititi | ....*t*
Secreta ꝑ sola an secreto ut siqua ꝑ siquo modo maro aeneidos .IIII. tū
pyram tecto interiore :· // Taetre cato senex tętre aetatem
e
Tuatim plaū in amphitrȳ ubi sisinna ut nostrum siguifī W tuo more
Tractim plaū in amphī ubi sisinna ꝑ lente inquit n̄ ut maro
tractimq, susurrant inquit // potest cato de coū suo si cuperent
Temere ꝑ facile plaū in baccħ rapidus fluuius ē hic *adu. terere* tr
hostes fieri temere fieri nunc possent :· // senectute tempestius q̄q̄ conuiuiis
Testatim *iuuentius caput* ei testatim deffregero :· Tempestius cicero de
delector p̄p̄ sermonis delectationem

5 Tum secreta pyram ω 6 *utrum* nostrum *an* nostram *esset in codice dubitavi:* nostratim ω 8 aetatem exigit *in codice esse adnotavit Lindemannus.* aetatem exigit, ut Maximus *edidit Putschius, cui supplemento lacuna membranarum, quae sex fere litteras capere videtur, non sufficit; nisi* ut maxim: *in exitu sequentis versus post* more, *de quo non satis adparuit utrum librarius locum praeterisset an extritae essent litterae, scriptum fuit* 12 est hic • temere transiri potest ω 16 Iuuentius caput, *quae mihi in codice non satis certo adparuerunt, Putschius. nam is primum duos titulos in* ω *praetermissos edidit*

---

3 Aeneidos IIII] 494 5 tu secreta pyram *p* interiore locaui ω interiore locauit *Fabricius* 6 in Amphitryone] II 1, 4 iam tuatim Facis tu ut tuis nulla apud te fides sit 9 in Amphitryone] I 1, 157 quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat? 10 Maro pro iugiter quarto Georgic. *Fabricius conl. Serv. in Verg. l. c., georg.* IIII 260 11 Temere] *cf. Serv. in Verg. Aen.* VIIII 329, *ubi post Ennii verba,* quo tam temere itis, *legendum esse* citat e Catone Charisius *mihi indicavit Hauptius* in Bacchidibus] I 1, 52 (85 *R*) 15 non possent *Putschius* 17 diffregero *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 70 defregero *Putschius* 18 Tempestiue *Putschius et excerpta Bernensia* de senectute] 14, 46 Tempestiue quoque *Putschius*

Tertio Maro,

tertio sed postquam maiore hastilia nisu
adgredior.

Tuto Maro XI,

quae tuto tibi magna volant;

ubi Arruntius Celsus 'non est' inquit 'ut falso et raro. haec enim Latina sunt'.

Toleranter Cicero Tusculanarum II, 'idem morbos toleranter atque humane ferunt', item alio loco eodem libro 'possumusne nos contemnere dolorem, cum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus?'

Temere pro neglegenter Maro VIIII,

haud temere est visum, conclamat ab agmine Volcens.

Tertium M. Cato de consulatu suo, 'id ego primo minus animadverti; veniunt iterum atque tertium tumultuosius'.

Timidius idem in eadem Cato, 'censores qui posthac fiunt, formidulosius atque segnius atque timidius pro re publica nitentur'. ||

Tumultuose Afranius in Vopisco,

tumultuose et cunctis copiis.

Valdissime divus Hadrianus orationum XII, 'a vobis P. C. peto et inpetratum valdissime cupio ut proxime imaginem Augusti argenteum potius clupeum sicut Augusto ponatis'.

Vna locum, simul spatium designat. recte itaque dicimus 'simul consules fuerunt', 'una ambulabant'.

'Vniter contra grammaticorum' inquit * 'observationem, qui negant oportere nomina us syllaba terminata in er adverbialiter flecti'.

Vt pro utinam Terentius in Phormione,

ut te quidem omnes di deaeque;

ubi Arruntius Celsus 'pro utinam'.

Vsquequaque, quasi diceret longe lateque, M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, 'omnia tumultus plena, simul hostium copiae magnae contra me sedebant; usquequaque lacessebamur'. quod manifestius idem ita disserit, 'interea ad socios nostros se-

---

1 *N* III 4*, 1 Tertio

---

1 Tertia pro tertio Maro, Tertia sed *Fabricius*. *Verg. Aen.* III 37 4 Maro XI] *Aen.* XI 381 8 Tusculanarum II] 27, 65 9 eodem libro] 9, 22 possumus neno contempnere *N*: continere *Putschius* 12 Maro VIIII] *Aen.* VIIII 375 16 fiant ω fient *Fabricius* 21 ualidissime ω *et excerpta Bernensia* 24 spacium *N* 26 inquit Plinius *Fabricius* 27 flecti. Libro utinam ut te quidem *N* flecti libro 6. Vt pro utinam. Vt te quidem *Fabricius*. ut pro utinam *excerpta Bernensia*. Terentius in Phormione (formione *N*). *quae in fine tituli post* 30 utinam *leguntur in N, huc revocavi. Ter. Phorm.* IIII 4, 6 32 tumultu *Putschius* 34 interea et ad *Putschius*

dulo dispertieram, alio frumentum, alio legatos, alio litteras, alio praesidium usquequaque'.

Vnice Plautus in Bacchidibus,

. imo unice unum plurimique pendit.

Vsquequaque Plautus in Bacchidibus,

Chrysalus mihi usquequaque loquitur nec recte, pater,

G. Gracchus uti lex Papiria accipiatur 'usquequaque curavit', Fronto ad Marcum invicem 'adest etiam usquequaque tibi natura situs lepos et venustas'. |

Viciniae, 'hic viciniae' Terentius in Hecura; ubi Celsus 'adverbialiter' inquit 'ut domi militiaeque': Plautus in Bacchidibus 'proxime viciniae'.

Vtero pro in uterum Sisenna Milesiarum XIII, 'ut eum paenitus utero suo recepit'.

Vnciatim Terentius in Phormione,

quod ille unciatim vix de dimenso suo,
suum defraudans genium, conpersit miser.

Vesperi Plautus in Poenulo,

in portum navi venit vesperi.

Vt pote Lucilius III *. Plautus vero in Poenulo et pro verbo posuit,

non enim pote quaestus fieri, nisi sumptus || sequitur scio;

Afranius in Vopisco

quasi verbum fecerim de isto ut pote.

Vespera Sallustius historiarum II *, et Aurelius Caesar ad Frontonem II 'vespera fatigatus, luce dormitans'; Fronto vero ad Antoninum V 'at enim vesperi in triduum mittam'.

Vtrubi Naevius in Tarentilla,

utrubi caenaturi estis, hicine an in triclinio?

Vt quam maxime significem Tullius Tusculanarum II, 'nihil enim

---

3 Unice plautus pro singulariter posuit p   in Bacchidibus] II 2, 29 (207 R)   5 in Bacchidibus] IIII 4, 83 (735 R)   6 crissalus (h) N   9 ad marium inuicem N ad Marcum imperatorem *Putschius*   sinus (t) N   11 hic viciniae] *Terent. Phorm.* I 2, 45 modo quandam vidi virginem hic viciniae. *in Hecyra enim non legitur.* huic uiciniae ω huc uiciniae *Putschius*, *ut referretur ad Terent. Andr.* I 1, 43   12 in Bacchidibus] II 2, 27 (205 R)   14 sisinna N   ut eum ω ut cum N   15 utero suscepit p   16 in Phormione] I 1, 9   18 comparsit ω   19 plautus | inp...... inportuna uis uenit N Plautus in Poenulo, Importuna uis uenit ω. *Plaut. Poen. prol.* 114   in Poenulo] I 2, 74 non enim potest quaestus consistere, si eum sumptus superat, soror   22 ū ƚƚ ... te quęstus N non enim pote • questus ω seq̄ scio N sequatur ω   25 utpute N   26 hist. II. et aur. N   27 ad Antoninum *Fabricius* ad antonium N   28 ad eum uespera in triduum mittant *Putschius*   29 Vtribi ω   30 an triclinio *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 18   31 Tusculanarum II] 20, 46

habet natura praestantius, nihil quod magis expetat, quam honestatem, quam decus. his ergo pluribus nominibus unam rem declarari volo, sed utar, ut quam maxime significem, pluribus'.

Vicissim Cato de consulatu suo, 'qui maximis vicibus' inquit 'ac. vicissim', et Cicero de senectute 'vicissim umbris aquisve refrigerari'.

Vitiosius Cicero de senectute, 'Caecilius vitiosius illud ait de senectute'.

Viritim Cicero de senectute, 'Sp. Carvilio * C. Flaminio tr. pl. quoad potuit Fabius Maximus restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti'.

Vniverse Cicero pro Scauro.

Vtrinde Cato pro Hispanis de frumento, 'utrubi bona, utrubi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi pares'.

Vnde pro e quo loco Plautus in Rudente,

unde nos hostias agere voluisti?

Vehementissime pro fortissime et vere Calvus in Vatinium, 'vehementissime probare'.

Vehementer Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia, 'Q. Albius vir bonus est et vehementer idoneus'.

XIIII

De coniunctione, ut ait Cominianus. coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. coniunctioni accidunt figura ordo potestas. figura est qua appellatur || aut simplex, ut quidem, aut conposita, ut equidem. ordo est quo apparet | quae praeponi tantum possit, ut at, quae subiungi tantum possit, ut que, quae praeponi et subiungi, ut etiam. potestas coniunctionum in quinque species dividitur. sunt enim copulativae disiunctivae expletivae causales rationales; copulativae et que at ast ac atque, disiunctivae aut ve vel ne nec neque, expletivae quidem equidem quoque autem tamen porro, causales *αἰτιολογικοί* si etsi tametsi siquidem

5 inquid *corr.* inquit *N* 6 de senectute] 16, 57 8 de senectute] 8, 25 illud vero idem Caecilius vitiosius 10 de senectute] 4, 11 Sp. Carvilio collega quiescente C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitit *sqq.: cf. C. F. Hermann. Mus. Rhen. noviss.* II *p.* 573 carbilio *N* 11 Fabius Maximus *Fabricius* fl. maximus *N* 12 diuidentibus *Fabricius* 14 pro de hispanis *N* pro Lusitanis Hispanis *Fabricius* 15 utrinde iram utrinde factiones ω utrinque iram utriude faction. *N* 17 inprudente *N*. *Plaut. Rud.* I 5, 15 21 Quia Albius ω 22 nehimenter *N* 24 De coniunctione ω Coniunctio *N* coniunctio — *p.* 236 *ed. Putsch.* non nobis inputandum est] *adscripta est discrepantia scripturae codicis Parisini* 7560 (*P*). coniunctio — 226, 10 recognoveris *Diom. p.* 409 *sq.* 25 accedunt tres figura *P* 27 apparetq; proponi tantum possit ut atq: subiungi tantum possit ut queq: p̄poni et subiungi ut etiam potestas *P* apparet p̄poni tantum possit ut et .... ū subponi ut que Potestas *N lacuna a librario relicta*

quando quandoquidem quin quinetiam sin seu sive nam namque ne ni nisi nisisi praeterea, rationales quamobrem praesertim item itemque enim etenim enimvero quia quapropter quippe quoniam quoniamquidem ergo ideo scilicet propterea.

Palaemon autem ita definit. coniunctionum quaedam sunt principales, aliae subsequentes, aliae mediae, quibus utralibet parte positis sine vitio coniungitur oratio. principalis igitur est coniunctio sed, velut

sed te qui vivum casus age fare vicissim,

ut ait Vergilius. ille enim ordo ubi postponitur poeticus est per ἀναστροφήν factus,

ipsa sed in somnis inhumati venit imago
coniugis,

sed ipsa. subsequens est que, media est etiam. habent etiam figuras coniunctiones, quia sunt aut simplices aut conpositae; simplices, ut nam, conpositae, ut namque. cum est igitur de figura et ordine dictum, inspiciamus nunc quae sint potestates. et sunt hae *copulativae*, que et porro quidem quoque atque etiam ac item autem vero; causales hae, nam enim quia quoniam eo ideo quod idcirco propter causa gratia ergo. hae enim ubi causa redditur rerum coniungere orationem solent, velut ita, 'non dedit, quoniam non habuit'. ratiocinativae hae συλλογιστικοί, quare, quapropter, igitur, ergo, itaque, quando gravi accentu, quatenus, quoniam, ideoque, quoniamquidem, quandoquidem, siquidem. dictae || autem sunt ratiocinativae, quod quamque rem praepositam ratione confirmant in hunc modum, 'lucet, igitur dies est'. nam hic coniunxit rationem, lucem ideo esse, quod sit dies, seu diem ideo esse, quod sit lux. dubitandi sunt hae διςτακτικοί, si siquidem sive seu nisi; disiungendi sunt hae διαζευκτικοί, ve vel an ne aut neque neu nec neve; admonendi atque petendi, sed verum, quas quidam inter causales posuerunt hoc modo, 'peccavit, sed rogat', 'laesit, verum et profuit'; relativae ad aliquid, ut Plinius ait, sive conparativae hae, magis potius immo, in hunc modum, 'hic eat, immo ille vel potius ille'. idem ait Plinius potestatem habere comparandi tam quam; sed haec adverbia videntur magis similitudinis, ut 'tam quam bonus amicus' et 'tam ille quam hic'. sane et habet comparandi potestatem

---

2 *N* III 4*, 2 rationales

---

1 namq; ne. n. (*vel* ni) nisi. nisisi. nenisi p̄terea *N* namque. ne. ni. nisi. si. p̄terea *P: cf. Donat. p.* 1763 *Claud. Sacerd. p.* 23 *Prob. p.* 366 5 definit *N* definiuit *P et Diomedes* 6 utralibet parte *Diomedes* ultralibet partem *N* ultra licet partē *P* 7 coniungitur *Diomedes* coniungatur *NP* 8 sed] *Verg. Aen.* VI 531 vivum *Diomedes* uirum *N* uerum *P* 11 ipsa] *Verg. Aen.* I 353 14 quia] quae *NP* 16 potestates ω potestatis *NP* copulativae *om. NP, add. Fabricius* 17 quoque — vero *post* causales hae *conlocata in NP huc transposui* atque] itaque *NP* 18 propterea ω 19 orationem *Diomedes* rationem *NP* 23 proposita ratione *Diomedes* 27 admonendi seu petendi *p, in quo pauca de coniunctionibus hinc excepta exstant f.* 122 31 uel *P* aut *N* 33 sane eo habent *NPp*

quam, ubi dicitur ante quam et melius quam. subiciendi, quas Palaemon expletivas ait, hae, equidem enimvero; repletivae *ἀναπληρωματικοί*, saltem tamen tandem ne adeo; inlativae, quamquam quamvis etsi tametsi; finitivae, dum [quamquam] postquam antequam quatenus ut cum, *ὅταν ὡς σημαίνει*. alii dicunt cum, ut sit quo tempore: per hoc et adverbium esse potest temporis. optativae, utinam ut ne velim; subiunctivae, cum, si et quae ab eo conpositae sunt, tametsi, antequam, donec, quamvis, dummodo, licet, postquam, priusquam, dum cum pro donec accipitur aut pro dummodo. nec te moveat, si quaedam esse adverbia et coniunctiones recognoveris.

Superest ut dicamus quae coniunctio cui qualitati iungatur.

Cum iungitur modo finitivis modo subiun[c]tivis, velut cum dico, cum dicebam; item ceteris finitivis temporibus: subiunctivis quoque sic, cum dicam, cum dicerem; item ceteris subiunctivis temporibus. sed interest utrum finitivis an subiunctivis iungatur. finitivis enim iungitur, quotiens ad id tempus quo agebam refertur: 'cum declamo venit', id est ipso tempore quo declamo, cum declamabam, *id est ipso tempore quo declamabam* * || ut apud Vergilium

cum venit, aulaeis iam se regina superbis
aurea conposuit sponda,

id est tempore ipso quo veniebat; et apud Ciceronem 'tantum profeci, cum te a consulatu reppuli', *id est ipso tempore quo reppuli* profeci. sic quoque et futuro iungitur finitivorum, ut apud Vergilium

cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet,

quod est ipso tempore quo dabit amplexus et figet oscula; sic et Cicero 'an cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tunc te non existimas?' significat enim illo tempore esse invidia conflagraturum quo vastabitur Italia, tecta ardebunt. hoc pacto iungitur finitivis; subiunctivis vero, cum post factum aliquid significat, ut 'cum venisset, declamavi'. significat enim prius venisse et sic se coepisse declamare, ut apud Ciceronem 'cum ille homo audacissimus conscientia convictus reticuisset, patefeci'. nam primum Catilina tacuit et tunc Cicero patefecit.

Si modo finitivis modo subiunctivis iungitur, velut si venio, si venie-

---

1 ubi dicitur....quam et melius quam *N* ubi dicitur antequam in melius quam *Pp* 4 infinitiuae *NP* item finitiuae dicuntur hae *Diomedes* dum quamquam quamuis postquam *P an* dum quamdiu? 5 CHMENEI *N* 11 Superest — 229, 1 revertantur *Diom. p.* 386 *sqq.* cuique qualitati *Diomedes* 16 id est ipso tempore quo declamabam *om. NP, addidi ex Diomede. praeterea autem perfecti temporis cum* cum *coniunctione positi definitio excidit* 17 apud Vergilium] *Aen.* I 697 20 quo venit *Diomedes* apud Ciceronem] *in Catil.* I 10, 27 21 reppuli, id est ipso tempore quo reppuli profeci. sic quoque *Diomedes* reppuli proficiscitur quoque *NP* 22 apud Vergilium] *Aen.* I 687 24 Cicero] *in Catil.* I 11, 29 26 existimas inuidiae incendio conflagraturum *Fabricius* esse] se *N* ipsum *Fabricius* 29 venisse eum et sic *Diomedes* 30 apud Ciceronem] *in Catil.* II 6, 13 cum ille *om. N, add. P et Diomedes* 31 catillina *N* catelina *P*

bam; item ceteris finitivis temporibus: *subiunctivis vero sic, si veniam, si venirem; item ceteris subiunctivis temporibus.* sed finitivis iungitur hoc modo, quotiens res factas significat, ut apud Ciceronem 'si inlustrantur, si erumpunt omnia'. *nec enim dubitat an inlustrentur, sed quia inlustrantur, suadet ut* mutet Catilina mentem. sic quoque et perfecto iungitur, ut apud Vergilium

si potuit manes accersere coniugis Orpheus;

adfirmat enim potuisse: et apud Ciceronem 'quid? si haec, non dico maiora fuerunt in Clodio quam in Milone'. subiunctivis vero iungitur, quotiens condicionalis et incertus sermo est, velut si facias, si faceres. qui enim sic loquitur non factum interim declarat.

Dum iungitur finitivis, velut dum venio. quotiens vero pro eo quod est dummodo ponitur, subiunctiva recipit, ut apud Vergilium

dum conderet urbem,

id est dummodo conderet. dum etiam, si alius praeponitur sermo declinationis, ad illum reformatur, velut 'petebas ut dum venires facerem'. sic quoque recipit subiunctiva. ||

Donec iungitur subiunctivis, velut donec veniam.

Num, si praepositum illi fuerit aliud verbum finitivum, recipit subiunctiva, velut 'interrogavi num dubitaret eo proficisci', ut sit species relativa. fere enim semper praeposito finitivo verbo parti orationis coniunctivae subiungitur species subiunctiva, velut nescio quid dixerit, nescio quid fecerit, nescio quare venerit, nescio cur dixerit, et cetera similiter. aliter vero finitiva, ut apud Terentium 'num aliud me tibi opus est?' item quare venisti? cur dixisti? cur fecisti? et similia, quoniam non praeponitur verbum. item quamvis subiunctiva, velut quamvis veneris. item dummodo subiunctiva, | velut dummodo venias. item licet subiunctiva, velut licet venias. ⌊*item*⌋ quamquam finitiva, ut apud Vergilium

quamquam animus meminisse horret.

item ut recipit finitiva acuto accentu elatum. effertur autem, quotiens pro eo accipitur quod est quo modo, ut apud Ciceronem 'ut sustinuit, immo

---

21 *N* III 5, 1 Coniunctiuę subiungitur

---

1 subiunctivis — 2 temporibus *om. NP, addidi ex Diomede* 3 apud Ciceronem] *in Catil.* I 3, 6 4 nec — 5 ut *om. NP, addidi ex Diomede* 5 catillina *N* catilena *P* 6 apud Vergilium] *Aen.* VI 119 7 accessere coiugis *P* 8 apud Ciceronem] *pro Mil.* 13, 35 10 si faceres *Diomedes* si faceret *NP* 11 non factum *Diomedes* n factum *N* nihil factum *P* 13 apud Vergilium] *Aen.* I 5 16 petebas *Diomedes* petebam *NP* 17 recipit *Diomedes* recipiunt *NP* 20 veluti Cicero interrogavi *sqq. Diomedes: cf. Cic. in Catil.* II 6, 13 quaesivi quid dubitaret proficisci eo 21 subiunctiuae *P* dubitatiuae *Fabricius* 24 numquid me *Diomedes. Terentii verba quo pertineant non constat; nisi excidit versus Phormionis* I 2, 101 numquid, Geta, aliud me vis? 27 velut *ante* licet *om. N* ut *P* 28 item *om. NP, addidi ex Diomede* finitiua *N* subiunctiua *P*: quamquam iungitur subiunctiuis *p* apud Vergilium] *Aen.* II 12 30 acuto *P, om. N* relatum *NP* elata *codices Diomedis* 31 apud Ciceronem] *pro Mil.* 24, 64

vero ut contempsit?' id est quo modo. quotiens vero pro eo quod est ἵνα apud Graecos, recipit optativa, velut ut faciam. non numquam tamen acuto accentu elatum recipit subiunctiva, praeposito sane finitivo verbo, more quo supra formari relativa diximus, ut apud Vergilium

infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas ut opes et lamentabile regnum
eruerint Danai.

item utinam recipit optativa, velut utinam venias. item ne acuto accentu imperativa, velut ne fac. quotiens vero gravi accentu pro eo quod est apud Graecos ἵνα μή accipitur, optativa recipit, ut apud Horatium

ne facias quod
Vmidius quidam.

non numquam autem, etiamsi acuto accentu efferatur, optativa quoque recipit, velut ne facias, ne scribas. sed interest inter hoc et illud quod diximus ne fac, quod hoc imperamus, superius suademus. recipit quoque id ipsum acuto accentu elatum finitiva, quotiens εἰρωνικῶς accipimus pro eo quod est apud Graecos ναί, rei factae adfirmatio, quod est apud Ciceronem 'ne illi vehe||menter errant'. quotiens vero rei dubiae et quasi condicionali aptatur, recipit et subiunctiva eodem accentu elatum, ut apud Ciceronem 'ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses'; hoc est si esses natus, esses ridiculus. item postquam modo finitiva, modo subiunctiva: finitiva, quotiens iunctum accipitur, ut est apud Vergilium

postquam res Asiae Priamique evertere gentem,

ut sit postquam visum; subiunctiva vero, quotiens secernitur, 'post quam venisset factum est' et similia. item antequam modo finitivis, modo subiunctivis iungitur, contra ac superius: iunctum subiunctivis, velut antequam venisset; disiunctum finitivis, ut apud Vergilium

ante, pudor, quam te violo.

item ni et nisi subiunctiva, ni fecisset et nisi fecisset: quamquam apud Ciceronem non numquam finitivis iungitur, tum maxime cum parum dubius sit sensus, ut apud eundem Ciceronem 'nisi forte melius est patefacere vobis provincias quo exire possitis, quam cu-

---

3 elatum *P* latum *N* praeposito sane finitivo *Diomedes* p̄positus ANE INfinito uerbo *N* praepositio infinitiuo uerbo *P* praeposito indicatiuo uerbo *p* 4 apud Vergilium] *Aen.* II 3 10 apud Horatium] *sat.* I 1, 94 12 omidius *N* humidius *P* quidam *P*, *om. N* 13 accuto accentu *N* 15 diximus *Diomedes* dicimus *NP* 16 ironicos *NP* 17 apud graecos ne rei factae adfirmatione *codices Diomedis* apud gręcos istius adfirmatio *NP* apud Graecos *ναί* facta admiratione *Fabricius* apud Ciceronem] *in Catil.* II 3, 6 18 uehimenter *N* uehementer *P* 19 recipiet et *P* 20 apud Ciceronem] *pro Rosc. Amer.* 18, 50 22 mō finitiuo mō subiunc̄ finitū *N* modo finitiuo modo subiunctiuo finitiuo *P* modo finitiva modo subiunctiva recipit, finitiva *Diomedes* 23 apud Vergilium] *Aen.* III 1 28 apud Vergilium] *Aen.* IIII 27 32 apud eundem Ciceronem] *in Catil.* IIII 10, 21 33 positis *N*

rare ut etiam illi qui absunt habeant quo victores revertantur'.

Item etsi, ut ait C. Iulius Romanus, *ἀνακόλουθον* est, quotienscumque *τῷ* etsi non reddimus tamen, ut Terenti illud ex Hecyra est,

etsi ego meis me omnibus scio esse adprime obsequentem,
sed non adeo, ut facilitas mea corrumpat eorum animum.

Ad pro autem Licinius Calvus in P. Vatinium ambitus *reum*, 'ad ita mihi Iovem deosque immortales velim bene fecisse, iudices, ut ego pro certo habeo, si parvuli pueri de ambitu iudicarent', cum certum sit at coniunctionem esse, ad vero praepositionem; *εὐφωνότερον* tamen est ut hic per d scribatur, ne sub|sequens t littera duriorem suique similem sonum litterae amplexa dictum faciat immitius.

An pro cum Maro bucolicon,

an mihi cantando victus non redderet ille
quem mea carminibus meruisset fistula caprum?

nisi, ut de distinctionibus diximus, *ὑπακουόμενον* sit 'an aecum videatur?' sed Marcius Salutaris, vir perfectissimus, pro ergo rectius sensit. [*ἀσύνδετον* quoque fit || cum pluralis numerus singulari coniungitur.]

Atque pro et Terentius in Adelphis,

atque ex me hic natus non est, sed ex fratre;

ubi Acron 'argute' inquit: 'nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem': Cn. Naevius in Agitatoria, sed et in Tarentilla; Plautus in Bacchidibus

quae sodalem atque me exercitos habet,

Cato dierum dictarum de consulatu suo 'atque quamquam multa nova miracula fecere inimici mei, tamen nequeo desinere mirari eorum audaciam atque confidentiam'.

Ast apud antiquos variam vim contulit vocibus, pro atque, pro ac, pro ergo, pro sed, pro tamen, pro tum, pro cum, ut in glossis antiquitatum legimus scriptum.

Sunt et aliae plurimae coniunctiones pro aliis apud veteres auctores

---

3 etsi ut *P* et. sicut *N* 4 ex Hecyra] II 2, 5 5 omnibus] uiribus *P* 7 adeo] habeo *P* eorum *P*, *om. N;* illorum corrumpat animos *Fabricius* 9 Ad p W licinnius caluus in fuscinium ambitus ad ita *N* Ad p hoc licinius caluus in fi natiniūm amuicius ad ita *P* ambitus reum *Putschius* 10 indices et ego *P* 11 paruuli pueri de ambitu indicarent cum certum sit at co iunctionem ΕΥΦΑΝΟΤΕΡΟΝ *P* paruuli ad coniunctionem ē̄ē ad uero p̄positionem eufonoteron *N* 13 per .d. .... subsequens *P lacuna a librario relicta* scribatur ω scribi *N* .t. littera *P* .t.litteram *N* 15 pro num *Fabricius* bucolicon] 3, 22 18 sitā | anaecum *N* sita ne cum *P* sit an ne cum ω 19 marcus salutaris uir prequissimū *P* *ἀσύνθετον* quoque ω 20 cum *P* tum *N* 21 in Adelphis] I 1, 15 24 gū. neuius in agitoria*P* 25 in Bacchidibus] 4 *R* 26 exercitos *Nonius p.* 6 exercitis *NP* exercitus ω exercitos sic *coniecit Ritschelius Mus. Rhen. noviss.* IIII *p.* 584 28 facere *P*

interpositae, de quibus plenius G. Iulius Romanus libro ἀφορμῶν sub titulo de coniunctione disseruit.

XV

De praepositione, ut ait Cominianus. praepositio est pars orationis quae praeposita alii parti orationis significationem eius inmutat aut simplicem servat, ut scribo subscribo rescribo. praepositiones aut casibus serviunt aut loquellis. quae casibus serviunt, apud penes, ut apud vos, penes te; loquellis, con di re se, ut congredior diduco refero secedo. ceterae praepositiones et verbis sic cohaerent ut casibus, ut *per*, perfer *per* hunc, *ad*, admove ad urbem. quae casibus serviunt aut accusativum habent aut ablativum aut utrumque. et sunt accusativi casus ad, ad domum, ad fines; apud, apud Maronem; ante, ante ostium, ante tribunal; adversum, adversum hostem; am, am segetes; contra, contra Capitolium, contra hostem; circum, circum montem; circiter, circiter ducentos; citra, citra gratiam, citra montem; circa, circa forum; cis, cis Padum, cis Alpes; extra, extra urbem; erga, erga parentes; || in, in Pisonem; inter, inter querellas, inter te; infra, infra collem; intra, intra Kalendas, intra moenia; iuxta, iuxta aedem; ob, ob merita, ob causam; obter *; per, per vias, per medium; praeter, praeter malos; propter, propter illum; post, post annum; prope, prope urbem; pone, pone litus, pone me; penes, penes hospitem; subter, subter mare; supra, supra illum, supra fortunam; subtus, subtus lectum; secundum, secundum mare; trans, trans Tiberim; ultra, ultra terminum, ultra fines; usque, usque Romam. item ablativi casus a, a propinquis; ab, ab homine; abs, abs te; *absque*, absque nobis; cum, cum sociis, cum patre; coram, coram amicis, coram multis; clam, clam patre; de, de civitate; e, e foro; ex, ex provincia; pro, pro patre, pro re publica; prae, prae metu, prae dolore; palam, palam omnibus; sine, sine domino; tenus, tenus pube. item utriusque casus in, in ius eo, in iure sto; sub, sub montem veni, sub monte moror; super, super arma, super armis, ut Maro

stratoque super discumbitur ostro;

subter, subter mare, subter mari; [super, super Hectore, super Priamo, hoc est de Priamo.]

---

12 *N* III 5, 2 ante ante ostium

---

4 De praepositione] *exc. Paris. f.* 122ᵃ *sq. praeterea quaedam adscripta sunt ex excerptis Bernensibus, quibuscum consentiunt excerpta codicis Leidensis Voss.* 33. 4 6 praepositiones — 31 subter mari *Diom. p.* 405 *sq.* 8 loquellis ut con *N*: ut *om. P* ceterae praepositiones adverbiis *N* certe praepositiones et ad uerbis *P*: ceterae praepositiones et uerbis cohaerent et casibus *Diomedes* 9 ut perfer hunc *P* ut perfer huc *N* per per hunc *codices Diomedis* 10 ad *om. NP* 15 citra montem cia τουρου. dius mongus circa *P* 18 obt̄ *N* obiter ω 21 subtus subtus lectum *P*. suptus suptus lectum *N*. 24 abs absque nobis abs te cum *N* abs abs nobis abs te cum *P* absque absque nobis *Diomedes* cum sociis et cum patre *N*: et *om. P* 28 pube] rupe *N* bupe *P* crure *Diomedes* rure *Probus p.* 371 *ed. Vindob.* 29 Maro] *Aen.* I 700 31 super — 32 Priamo, *quae spectant ad versum Vergilii Aen.* I 750, *ex p.* 208 *huc inlata esse videntur*

De praepositionibus Palaemon ita definit. praepositiones sunt dictae ex eo quod praeponantur tam casibus quam verbis; casibus incusativo tantum | et ablativo. sunt quaedam communes utriusque casus. non nullae tam casui quam verbo praeponuntur, aliae tantum verbo, quaedam tantum casui. aliae mutato accentu in adverbia accedunt. et quidem quae sint accusativi casus, item quae ablativi, sed et utriusque, superioribus explanatur; nunc quae sint verborum propriae exponamus. et sunt verborum propriae hae, di diducere, dis dispergere, co coemere, con convertere, re revocare, se seponere, as aspellere. sunt etiam ex universis quae et casui et verbo praeponuntur, velut a, a caelo, amoveo; ab, ab arce, abhorreo; abs, abs te, abstraho; ad, ad illum, adgredior; am, am fines, am segetes, ambio, amplector; ante, ante tribunal, antecedo; || contra, contra illum, contradico; circum, circum oppidum, circumeo; de, de illo, decipio; e, e caelo, educo; ex, ex alto, excipio; in, in Pisonem, invado; inter, inter illum, interdico; ob, ob illum, obeo, obicio; prae, prae viribus, praedico; pro, pro illo, promitto; praeter, praeter filium, praetereo; per, per flumen, perago; sub, sub illum, subeo; super, super lectum, supergredior; trans, trans flumen, transeo. eaedem praepositiones et adverbio et participio et pronomini praeponuntur: adverbio quidem ita, adprime inpudenter; participio vero ita, inscriptus descriptus; pronomini etiam ita, ad illum, pro me, de hoc. similiter ex universis tantum casibus iunguntur hae, propter apud opter sine circiter subtus infra coram intra cis extra post supra prope ultra usque citra secundum erga pone circa penes iuxta. quaedam similiter ex universis mutato accentu in adverbia accedunt, quae etiam in adverbiis notavimus, et sunt infra, infra stat; supra, supra stat; extra, extra stat; intra, intra sedebat; ultra, ultra non faciam; citra, citra discurrit; circa, circa equitat; iuxta, iuxta fecit, *id est* similiter; contra, contra tendebat; subtus, subtus erat; coram, coram stetit; ante, ante venit; post, post sedit; prope, prope cecidit, id est paene; usque, usque illum mulcavit, id est valde, item usque illo cum venisset. et quam diu sine

1 palameon ita definiuit *P* 2 incusatiuo *N* accusatiuo *P* 3 nonnullae etiam casu quam uerbo *N* non nullae etiam casui tam uerborum *P* 5 sunt *P* 6 itemq, ablatiui *NP* explanatur *P* explanantur *N* 7 sunt *P* proprie exponamus *P* propria exponamus *N*: Com̄. Nunc quae sunt uerborum propriae exponamus. et sunt uerborum propriae hae di diducere dis dispergere co coemere con conuertere re reuertere reuocare se seponere suc succedere am amplector ac accingere as aspellere *excerpta Bernensia* 8 dispgere *P* dispargere *N: fortasse* disperdere 10 uelut a cęlo amoueo ab arce *N*: a *et* ab *add. P* 11 am amfines ambio an ansegetes amplector *P* am amfines ambio am amsegetes (ambio amgetes *cod. Bern.*) amplector *exc. Bern.* 14 in *post* excipio *om. N*, *add. P* 15 obeo *om. P et exc. Bern.* obiecio *exc. Bern.* 16 praeter illum praetereo *P et exc. Bern.* 17 supergradior *P* 21 iunguntur *exc. Bern.* iungitur *NP* 24 quaedam — 232, 2 veniunt *Charis. p.* 170 *Diom. p.* 403 25 supra supra stat *P* supra stat *N*. *item reliquae praepositiones semel ponit N*, *bis P* 27 discurrit] scripsit *P* equitat *Fabricius p.* 170 equitatum *NP* facit id est similiter *Charisius l. c.* fecit similiter *N* facit similiter *P* contra contra condebat *codices Diomedis* ɔ̣ɔ condebat *N* (ɔ̣ɔ, *h. e.* contra, condebat *voluit librarius*) con condebat *P* 30 quandiu *P*

casibus enuntiantur, adverbialiter eunt; receptis casibus in praepositiones *veniunt.*

Nomina civitatium sine praepositione sunt ***cum verbis*** eundi manendi redeundi. sed et rus sine praepositione, rus eo, ruri sum, rure venio; et domus sine praepositione, velut domum eo, domi sum, domo venio, sed et de domo. dumtaxat in tertia persona invenimus saepius in domum it. generaliter autem et canonice, ut Romanus, disertissimus artis scriptor, refert, praepositiones gentibus seu nationibus adduntur, civitatibus adimuntur et detrahuntur, licet contra non nullos veteres dixisse reperiamus, ut apud eundem Roma||num invenies.

Apud Palaemonem etiam aliae observationes penitus digestae sunt, ut puta, praepositio per praeponitur tantum modo absolutis nominibus, peccant autem qui dicunt peroptimus. circum circa circiter hoc differunt, quod circum loci est, circum theatrum, circa temporis, circa Kalendas, circiter numeri, circiter horas decem: et si aliter inveniatur, licentia dictum videtur. contra et adversus hoc differunt, quod contra loci ***est***, velut contra basilicam, adversus ad animi motum ***refertur***, velut adversus illum facio; interdum autem promiscue accipiuntur.

Item ante post penes inter nunc praeponuntur casibus, nunc mutato accentu subiunguntur, ut ante illum, illum ante.

Item ab duplex est, nam et pro ἀπό et pro ἐπί apud nos accipitur, velut ab bibliotheca ἀπὸ τῆς βιβλιοθήκης καὶ ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης, ab epistulis ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν. item a et ab hoc differunt: a praeponitur nomini quod a consonante incipit aut vocali quae pro consonante accipitur, ab his praeponitur quae a vocali incipiunt, quamvis etiam h praecedat, quae pro adspiratione accipitur; superius, velut a magno, a maximo; sequens ab Indis, ab errore, ab humo, et ab Hyla et ab Hyacintho, quia et y littera fere apud nos vocalis existimatur. has praepositiones non nullis visum est non debere propriis ci|vitatium nominibus praeponi, ut ab Antiochia a Roma, sed sic, Antiochia veni, Roma veni * et Cicero 'tum cum multi principes civitatis Romae non tam sui conservandi' et cetera.

Item cum tertiae personae praeponitur tantum, velut cum illo. nam

---

31 *N* III 5ᵛ, 1 Et cicero

---

1 aduerbialiter eunt *Diomedes* aduerbialiter erunt *P* aduerbia aliter erunt *N* aduerbia erunt *Fabricius* 2 veniunt *om. NP:* praepositiones sunt *Charisius l. c. et Diomedes* inter praepositiones numerantur *Fabricius* 3 ciuitatum *P* cum verbis *om. NP, add. Fabricius* 5 sed et domo *P* 7 disertissimus *P* dissertissimus *N* 8 seu] et *P* 9 nonnulla nos ueteres *P* repperiamus *NP* 16 adversus — velut *om. P* est *om. NP* 17 refertur *om. N* 22 abibothica. ΑΠΟΤΗϹΒΙΒΛΙΟΦΙΚΗϹ ΚΑΙΕΠΙΤΗϹΒΙΒΛΟΦΗΚΗϹ. ab epistulis ΑΠΟΤωΝ.ΕΠΙϹΤΟΛΟΝ item *P* ab bybliotheca ab epistolis item (*rell. om.*) *N* 25 ab uocali *N* 27 errore] herote *corr.* herode *P* 28 fere *P* per. ẽ. *N* peraeque ω 29 ciuitatum *P* 30 *lacunam indicavi, qua ea quae de nominibus civitatium in loco sine praepositionibus positis disputata erant hausta esse videntur* 33 item cum tertiae personae praeponitur tautum velut cum illo.

primam et secundam subsequitur, mecum tecum; item nobiscum vobiscum, cum illis.

Item tenus subsequitur, pube tenus, facie tenus, paulo tenus.

Item in praepositio, quotiens significationem habet in loco, recipit casum ablativum, velut in civitate quod est apud Graecos ἐν 'τῇ πόλει. eadem in praepositio derogativa est, στερητική, ut probus inprobus, doctus indoctus; non numquam etiam adiectiva προσθετική, ut potens inpotens, id est || valde potens; quamquam in hac appellatione etiam derogativa intellegatur, ut sit inpotens.

Item super, quotiens supra significat, accusativum recipit casum, id est super subsellium; quotiens vero de significat, recipit ablativum, id est super Hectore, hoc est de Hectore, ut ait poeta

multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Item per diversas habet significationes. non enim tantum pro eo quod est apud Graecos διά, ὥσεὶ δι' ἐμοῦ ἢ δι' ἐκείνου, id est per me aut per illum, intellegitur, nec pro eo tantum quod est ἐπί apud Graecos sumitur, ἐπὶ ἐμοῦ ἢ ἐπὶ σοῦ γέγονεν, quasi per me aut per te factum est, sed etiam non numquam pro eo accipitur quod apud Graecos iuris iurandi exactione usurpatur, id est τοὺς θεούς σοι, τὴν πίστιν σοι, τὰ ἄστρα σοι, ita ut ait poeta

per sidera testor,
per superos atque hoc caeli spirabile numen.

item accipitur pro eo * cum nostra voluntate iure iurando adfirmamus aut negamus, μὰ τοὺς θεούς, νὴ τοὺς θεούς, ut Graeci dicunt, quale est apud Vergilium

per ego has lacrimas dextramque tuam te,
per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,

---

4 — 8 *N*
5 in loco quod ē ap̄ grecos en . recipit casū ablatiuū ūū in ciuitate Eadem in p̄positio derog et erητικη ut probus inprobus doctus indoctus n̄nūquam etiam adiec προσθετικη ut potens inpotens id ē

5 ἐν τῇ πόλει recipit ω 6 derogatiua et ω 7 adiectiua * προσθετική, ut ω. *mihi quattuor fere litterarum lacuna esse visa est*

---

nam primam et secundam subsequitur ut mecum tecum secum nobiscum vobiscum cum illis. at tenus subsequitur ut pube tenus *exc. Bern.* 3 item tenus ω item hactenus *N* hacteuus *P* 4 in loco quod est apud graecos εντηπολει recipit cassum ablatiuum uū in ciuitatē eadem *P* 6 derogatiua est στερητικη ut *P* 7 adiectiua προσθετικη ut *P* 11 ablatiuum id est super hectora multa hoc est de hectore ut ait poeta multa super priamo rogitans super hectore multa *P* ablatiuum id est super hectore multa (*rell. om.*) *N* 12 poeta] *Verg. Aen.* I 750 15 ΔΙΕΚΙΝΟΥ idē *N* 16 est *om. N, add. P* ἐπί] aeque *NP* 17 επιεμου επισου *N* επιμου.πεπισοι *P* quasi super me aut super te *P* 18 iuris *om. N, add. P* 20 poeta] *Verg. Aen.* III 599 21 per sidera testor *post* 22 numen *conlocata in NP transposuit Fabricius* 23 pro eo quod ex nostra uoluntate *Fabricius. fortasse* pro eo quod est apud Graecos μά vel νή, cum nostram voluntatem 24 ne *N* 25 Vergilium] *Aen.* IIII 314 27 incoptos *N*

ut sit per lacrimas per dextram per te, quod Graeci μά dicunt, per conubia, per hymenaeos, ut sit νὴ τὸν γάμον, νὴ τὸν ὑμεναῖον. item intellegitur, quotiens solemus incusantes aut excusantes ponere, quod Graeci dicunt παρ' αὐτοῦ γέγονεν, παρ' ἐμοῦ οὐδὲν γέγονεν, per illum factum est ut fieret, per me non est factum ut fieret. item accipitur etiam pro eo quod est valde, velut cum dicimus perdoctus, id est valde doctus, quod est doctissimus. praeponitur autem absolutivis. [ergo ut scipio peroptumus dicimus] ergo, ut scio sequi veteres, peroptumus non dicimus.

Item ad et apud hoc differunt: ad enim ad locum refertur, quasi ad illum eo, apud in loco, quasi apud illum sum.

Item in et erga hoc differunt: fere enim erga ad adfectum refertur, quasi erga illum sum benignus, in ad simultatem, quasi in illum sum saevus.

Item secundum duplicem intellectum habet; modo ad proximitatem, quasi secundum illum sedeo, id est prope; modo ad aemulationem, quasi || secundum Epicurum vivo, id est similiter illi.

Item ante illum, post illum, inter illum, penes illum: hae praepositiones non numquam promiscue accipiuntur. *nam* et postponi solent et accentum utique mutant, aliquando et casum, quale est paucis ante diebus, item paucos post annos, item 'arma inter iuvenum', item illum penes, ut sit penes illum, ante paucos dies, inter arma iuvenum. |

Item ex et de praepositiones non numquam mediae inveniuntur, cum dicimus fac tua ex re, qua de re agitur. quidam ex referunt ad locum, unde eximus, quasi ex fundo venio, ex agro venio, at vero de ad id quod Graeci περί dicunt, quasi de Marcello, ut Cicero de amicitia 'Q. Mucius augur multa narrare de C. Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat'. item e praepositio non tantum ex loco significat, quasi e caelo, sed et pro eo quod est pro accipitur, cum dicimus e re publica est, id est pro re publica; item e re est.

Item abs. haec fere praepositio hoc modo profertur ut dicamus abs te; abs me abs illo non dicitur.

Item pro multas significationes admittit. accipitur enim pro eo quod est ante, id est pro templis est, 'pro turribus adstant'. significat

2 ΥΜΕΝΕΟΝ *N* 4 ΠΑΡΑΥΤΟΝ *N* ΠΑΡΑΤΟΝ *P* 7 absolutiuis *P* absolutius *N* ergo — dicimus *ex emendatione corruptae scripturae nata esse videntur.* ergo et nos ueteres secuti peroptumus non dicimus *Fabricius* ergo, ut Scipio peroptumus, secuti ueteres, nond icimus *Lindemannus: fortasse* ergo vitiose secundum veteres 9 refertur *P* perfertur *N* 11 refertur *P* refertum *N* 16 ante illum et inter illum penes illum uarie ponuntur. nam et postponi solent et accentum mutant *p* 17 promisce *P* nam *om. NP* et *post* solent *om. N, add. P* 19 paucis post annis *Fabricius* arma] *Verg. Aen.* VII 453 arma inter regum falsa formidine ludit 20 inter paucos *NP* ante uel post paucos *Fabricius* 24 Cicero de amicitia] I 1 27 e rep. id est pro re publica item e re est. Abs *N* e re puplica est id est pro re puplica. Item abs *P* 29 abs hoc modo profertur ut dicamus absme abs te abs illo non dicitur *p* 31 Item pro multas significationes habet. accipitur pro ante, ut pro templis est, et accipitur pro longe, ut proiectas id est longe, et accipitur pro porro, ut produxit id est porro duxit. significat etiam motum animi, ut pro dii et rel. *excerpta Bernensia*
32 pro templis et pro *P* pro turribus] *Verg. Aen.* VIIII 677

et porro, cum quasi apertum sit in medio et dicatur provocavit illum, produxit illum, id est porro illum vocavit aut duxit. significat et longe, quasi proiectus. item quod apud Graecos ὑπέρ dicitur, quasi pro Rabirio, pro Milone. item quod apud Graecos ἀντί dicitur, quasi οὗτος ἀντ' ἐκείνου. significat etiam aliquando derogationem, id est στέρησιν, cum dicimus profanus lucus, id est non sacer, quasi porro a fano positus, quod Graeci βέβηλον dicunt. significat etiam σχετλιασμόν, cum animus movetur, 'pro deum atque hominum fidem' aut 'pro di inmortales, qui hic inluxit dies!' item quod apud Graecos κατά dicitur, quasi pro meis viribus κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν. ||

Item prae praepositio diversas habet significationes. accipitur enim pro valde, ut cum dicimus praedurum vulnus, praenimium opulentae divitiae, id est valde, ut apud Vergilium

praedurum viribus hostem,

quod est valde * fortissimum. significat et propter, prae illius virtute. item pro eo non numquam quod est sine accipitur, praefascine, id est sine fascino, quod Graeci ἀβάσκαντα dicunt. significat et ante, cum dicimus prae te ille felix est, quod Graeci παρὰ σέ dicunt. ergo differt utrum proscribo an praescribo dicamus. est enim proscribo palam et aperte scriptum pono, ut cum bona alicuius proscribo; praescribo autem παραγράφομαι significat, quales sunt praescriptiones apud iurisconsultos. eadem ratione differt utrumne praepono an propono dicatur, ut cum qui declamat controversiam aut disputat solet dicere 'quaestionem propono', praepono vero, cum alterum altero praefero.

Sub praepositio, quotiens localem significationem habet, accipit accusativum, si in locum significat, quale est

volat ire sub umbras,

item

et non magna mei sub terras iret imago;

---

23 N III 5ᵃ, 2 aut disputat

---

1 porro] parro *P* eis *N* cis ω: ponitur et pro porro uocauit porro illum adduxit et pro eo quod apud grecos anti dicitur ut pro imperatore pugnauit *p* 2 uocauit et adduxit *P* 3 proiectas *N* proiectus *P* 4 ἀντί] anti *NP* ΑΝΤΕΚΙΝΟΥ significat etiam aliam derogationem *N* ante ΚΕΙΝΟΥ significationem et aliam derogationem *P* 5 ϹΤΕΡΕϹΙΝ *N* 8 dii inmortales *P* dii mortales *N* inluxit *NP* intercipit ω interluxit *tam quam codicis scripturam edidit Lindemannus, ut senarius iambicus constitueretur* diesq: *P* 12 opolentę *N* 13 Vergilium] *Aen.* X 748 15 *lacuna quam indicavi aut exemplum nominis* praefortis, *quod finxerat grammaticus, excidit, aut scriptum fuit* valde durum vel fortem hoc est fortissimum prae (pro *p*) illius uirtute *Pp* prae illius uirtutem *N* prae illo hoc est propter ipsius uirtutem *Fabricius* 16 praefascine id est sine fascine *N* profastino id est sine fascino *P:* item ponitur pro sine ut praefascine id est sine fascine *p* accipitur pro sine ut praefascine id est sine fascino *excerpta Bernensia* 17 abascanta *N*, *om. P* 22 differt] refert *NP* an propono *om. N*, *add. P* cum qui *N* cumq; *P* cum quis ω 27 uolitare sub ω. *Verg. Aen.* IIII 660 sic sic iuvat ire sub umbras 29 et ñ *NP* et nunc ω. *Verg. Aen.* IIII 654 mei *P* meis *N* iret *P* ire *N* ibit ω

ablativum vero, quotiens in loco significat, quale est

Troiae sub moenibus altis,

item

clipeique sub orbe teguntur.'

cum vero nulla loci significatio est, indistincte praeponitur, quale est

sub te tolerare magistro
militiam;

item accusativum sub eundem sensum

ecce autem primi sub lumina solis et ortus. |

Omne verbum quodcumque praepositionem recipit eiusdem ordinis declinationem facit, velut scando scandis, ascendo ascendis, mordeo mordes, remordeo remordes: exceptis his, sapio sapere (adiecta enim praepositione facit resipio resipire et fit quarti ordinis, sed desipio desipere facit, non desipire); cieo ciere, accio accire, concio concire, excio excire; do dare, addo addere, et alia siqua inveniuntur.

Gaius Iulius Romanus de praepositionibus libro ἀφορμῶν ita refert. Suetonius Tranquillus de rebus variis 'praepositio||nes' inquit 'omnes omnino sunt Graece duodeviginti', qui numerus inter omnes criticos grammaticos profecto convenit, nostras vero esse has, ab ad praeter pro prae prope in ex sub super subter. praepositiones, quia praeponuntur, merito censentur. nam et illud Sallustii historiarum libro I 'quos inter maxime' praepositio est, quia per anastropham dicimus posse converti. praepositiones aut casibus serviunt aut loquellis aut et casibus et loquellis. casibus serviunt, ut apud penes, apud te, penes te; loquellis am con de di dis re se an, ut amplector consedi desinit. ceterae et verbis cohaerent et casibus. praepositiones sunt hae, a ab *abs* ac ad adversus am ante *ap* apud as *au* cum coram cis citra circum contra *circiter* circa con co de di dis e ex erga extra in inter intra iuxta infra ob of oc penes per post propter praeter pro prae palam prope pone prode re suc se sine sub super subter *supra* secundum trans tenus *usque* ultra uls; velut a rationibus,

---

1 loco *P* locum *N* 2 Troiae] *Verg. Aen.* I 95 4 clipeique] *Verg. Aen.* II 227 6 sub] *Verg. Aen.* VIII 515 9 ecce] *Verg. Aen.* VI 255 priami *N* priami *P* lumine *NP* 10 Omne — 15 inveniuntur *Diom. p.* 374 requirit *P* *et cod. Leid.* 13 resipere et fit tertii ordinis sed desipio desipere facit non desipere *N* resipire et erit IIII ordinis sed dissipio dissipire facit non disepere *P* resipire et erit tertii ordinis sed dissipio dissipere facit non dissipere *cod. Leid.* 14 excio excire *Diomedes l. c.* exeo exire *NP* 19 prae in ex (*om.* prope) *N* prae prop. mea *P* 22 quia *NP* quam *Fabricius* anastrofam *N* anastrofan *P* 25 au] an *cod.*: au *tuetur Diomedes p.* 405 26 *praepositiones* abs ap au circiter supra usque *in NP omissas addidi ex exemplis infra positis* 30 *exempla praepositionum in NP turbata, cum rationem archetypi, in quo pagina bifariam divisa ea perscripta erant, non satis intellexissent librarii, in suum ordinem revocavi. sunt autem in N ita scripta*, uelut a rationibus ante forum ab auctoribus appellare abs te apud iudicem accepit astulit ut ueter. adtraxit aufugit addictus cum legionibus aduersus edictum cis padum citra gratiam circum amicos contra inimicos circiter kalend. circa urbem concepit cognit: per te post rem propter nos praeter iocos pro reo prae risu palam populo prope rus detulit

ab auctoribus, abs te, accepit, adtraxit, addictus, adversus edictum, *am* *, ante forum, appellare, apud iudicem, astulit ut veteres, aufugit, cum legionibus, *coram* *, cis Padum, citra gratiam, circum amicos, contra inimicos, circiter Kalendas, circa urbem, concepit, cognitus, detulit, dimovit, distulit, e iure, ex arce, erga diligentiam, extra limitem, iniecit, in foro, in forum; inter cives, intra caulas, iuxta litus, infra gradus, ob iram, * penes me, per te, post rem, propter nos, praeter iocos, pro reo, prae risu, palam populo, prope rus, pone saepem, prodest, removit, sub domo domum, super caput, subterfugit, supra fortunam, sine dolo, subter mare, subter mari, transtulit, trans ripam, tenus fine, usque ad portam, ultra modum. ablativo casui servientes hae, a ab cum coram de e ex pro prae palam sine tenus: accusativo serviunt hae, ad apud ante adversus cis citra circum contra circa erga extra inter intra iuxta infra ob penes per post propter praeter prope pone trans ultra: accusativo et ablativo serviunt hae, in [su] sub super subter; super, ut Maro

stratoque super discumbitur ostro.

ver||bis serviunt vel participiis vel adverbiis hae, ac con di dis re se; verbis ita, accingo conduco diduco discedo incurro reduco secerno seduco succurro subvenio supervenio subterfugio; participiis, accingens et alia similiter; adverbiis, constricte restricte districte indecenter incunctanter improbe deformiter. hae vero ut superiores coire non possunt, velut cum apud penes propter, et ideo ablativum tantum aut accusativum praecedunt nec aliis quam casualibus praeponuntur, id est nomini pronomini participio, cum Cicerone, cum illo, cum electo, quaeque in partitione versus separari debent a cohaerentibus partibus orationis.

---

pone sępem dimouit prodest distulit remouit e iure sub domo domum ex arce super caput erga diligentiam subterfugit extra limitem supra fortunam [in]iecit sine dolo in forum subter mare inter ciues subter mari intra caulas transtulit iuxta litus trans ripam infra gradus tenus fine ob iram usque ad portum penes me ultra modum; *in P autem ita*, ueluti orationibus ante forum ab auctoribus ab appellare. abs abste apud iudicem accipit. astulit. ut ueter adtraxit. aufugit. addictus. Cum legionibus aduersus cum legionibus. edictum. ciy padum. per te. citra. gratiam post rem circum amicos propter nos contra inimicos praeter locos circiter kalendas. pro reo circa urbem. prae risu. concepit palam populo cognitus prope rus ditulit pone sepem. dimouit. prode. distulit. remouit. E iure sub domo domum ex arce super caput erga diligentiam subterfugit extra limitem supra fortunam iecit sine solo iufo secundum hos. in forum subter mare. iuter ciues. subter mare. intra caulas trausiit tulit iuxta litus trans ripam infra gradus. tenus flue. ob iram usque ad portam. penes me ultra modum   1 am et coram *praepositionum exempla duobus archetypi versibus omissis exciderunt*   6 *lacuna quam indicavi* of *et* oc *praepositionum exempla exciderunt*   8 sub domo *sqq.*] *ordinem verborum qui fuit in archetypo, quamvis ne ipsum quidem satis integrum, restitui*   15 iusis sub *P*: su *om.* ω   Maro] *Aen.* I 700   17 uerbis ita. diduco in[is]curro discedo succurro reduco subuenio secerno superuenio participium subterfugiens incurrens et accingens alia similiter conduco. Aduerbiis *N* uerbis ita diduco discedo succurro reduco subuenio secerra superuenio subterfugio accingo seduco participium incurrens et alia similia. Aduerbis *P*   22 tantum et accusatiuum *P*   24 quaeque — 25 orationis *alieno loco in codicibus posita esse videntur. rectius autem post* 238, 2 avehit *conlocari poterant, nisi in his quoque quae proxime secuntur quaedam vel omissa a grammatico vel perturbata esse viderentur*

Praepositiones interdum ultimas litteras inmutant et iunctorum sibi verborum primas adsumunt, velut a pro ab, ut avehit et 'aquilone procella', pro ab aquilone, per synalipham, nec mirum cum infra etiam subaudia|tur soluturus pro absoluturus. a pro ad, Titinius in barato

prius quam auro privatae purpuramque aptae simus.

nam et apes quasi aptae sunt, quod invicem colligantur. Maro georgicon III

aptos
iunge pares et coge gradum conferre iuvencos.

a pro con, ut Maro

coniugis ut magicis sanos avertere sacris
experiar sensus:

quamquam ante sit avertere, dein convertere, votum tamen utrumque videmus.

Sunt et aliae plurimae praepositiones pro aliis apud veteres auctores interpositae, de quibus plenius idem Iulius Romanus libro ἀφορμῶν sub titulo de praepositione disseruit.

XVI

De interiectione, ut ait Cominianus. interiectio est pars orationis significans adfectum animi. vario autem adfectu movetur. nam aut laetitiam animi significamus, ut aaha, aut dolorem, ut heu, aut admirationem, ut babae. ex his colligi deinceps alii motus animorum possunt.

Palaemon ita definit. interiectiones sunt quae nihil docibile habent, significant || tamen adfectum animi, velut heu eheu hem ehem eho hoe pop papae at attatae.

---

2 aquilone] *Verg. Aen.* I 102 stridente aquilone procella, *ubi* aquilone, ab aquilone *Servius* 3 sinalifam *NP* 4 titinnius in barnato *P* Titinius in Barathro ω 5 aptae simus *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 115 abtęsimus *N* subtesimus *P* abteximus ω, *unde* atteximus *Mercerus in Non. p.* 3, *quo probato* 4 at pro ad *coniecerat Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 105 6 aptae sunt *P* abtę sunt *N* colliguntur *P* colligentur *N* geor̄ III *N* georgicon libro III *P. v.* 168 10 Maro] *bucol.* 8, 66 11 coniungis *N* coiugis *P* sacris ēs. quamquam *N* sacris ses quamquam *P* 13 uotum tamen utrumque uideamus *P* uocum tamen utrimque uideamus *N* 17 de interiectione *P* 19 De interiectione] *exc. Paris. f.* 123. *praeterea in codice Leidensi Voss.* 33. 4, *quocum fere consentit Sanctamandinus M.* 7. 3, *haec de Charisio excepta sunt*, Cominianus plurimas interiectiones ostendit, ut sunt hae, echo annuentis, trit stupentis, but sonantis cornu (cornu *om. Leid.*), ei timentis (atai timentis *add. Leid.*, *om. Sanctam.*), mu increpantis, euax laetantis, o mirantis, cucurru increpantis, em minantis (mirantis *Leid.*), en ostendentis, attat atate timentis, mutmut corripientis, sputro respuentis, euchoe uocantis, au iurantis, hem cohercentis, ate (ath *Sanctam.*) tendentis, buta buta dispicientis, pop stupentis, pape admirantis, pro dolentis uel mirantis, naha risus Romanorum, fufe respuentis, pathe patientis, tux pax gratulantis, heu dolentis, ua optantis, eu admirantis, phi respuentis, eni increpantis, o laudantis, atate et rel. (atateht *Sanctam.*) fugientis 21 uelut ua.ha *P* ut ahaha ω 22 babae] pape *P* 24 hem] item *NP* 25 pop papę aut attate et alię ut habę fufe tux pax echo trit but ei atai mu euax mu pro mutireo cucurn em atat mutmut euchoe au em buta bata. EXPLICIT Conpletis (*reliquis usque ad finem libri omissis*) *P*

G. Iulius Romanus ita refert. interiectio est pars orationis motum animi significans, laetantis, ut aaha, dolentis, ut heu, admirantis, ut babae papae. quae quamvis *πάθους στάσιν habeant*, nec *ἤθους*, invenimus tamen etiam apud eos qui videntur ethici mediocriter pathos solere concire.

Fufae, ut cum putoris aliquid perhorrescimus, quae vox numquid Aegyptium pathos ducat? nam, ut Hermes *ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ* scribit, *ὑὸς ἐλέχθη σαπρὰ σπορά. τὸ γὰρ ὗσπορός ἐστιν, τὸ δὲ ὗον οὐσία, καθότι τὸ γένος ἀνθρώπων ἐκ πυρὸς καὶ θανάτου στολῆς ἐγένετο.* numquid ergo posterior aetas f litteram addidit et pro y u loquens fu loqui coepit, cum antea sola y littera vituperatio videretur?

Tax pax Naevius in Agitatoria,

age, ne tibi me advorsari dicas, hunc unum diem
de meo sequor sinam ego illos esse tax pax. postea
curenteis ego illos vendam, nisi tu viceris.

Eho idem in eadem,

eho an vicimus?
Vicistis. Volop *est*. quomodo? Dicam tibi. |

Trit Naevius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam, 'crepitum polentarium', id est peditum [in Curculione].

Bat sonus ex ore cornicinis lituum eximentis, ut Caesellius Vindex libro B litterae scribit.

Ei ei Naevius in Tarentilla,

ei ei etiam se audent mecum una apparere.

Atattatae idem in eadem,

attattatae, cave cadas amabo.

---

1 *N* III 6, 1 Interiectio est pars

---

2 admirant babae *N* 3 CTACINNECHΘΟΥC *N* 6 fu fu *coniecit I. Lipsius de rect. pronunt. Lat. ling.* XII *p.* 63 *ed. Lugd. a.* 1586 7 ducit *Fabricius* 8 *τὸ γὰρ ὗ σαπρόν ἐστιν, τὸ δὲ ὂν οὐσία coniecit A. Fabricius bibl. Graec.* I *p.* 79 10 addit *N* 11 videretur *Lindemannus* uidetur *N* 13 ne tibi mihi ω ne te mihi *Fabricius* ne me tibi *Gulielmius quaest. Plaut. in Asin. c.* V (*Grut. lamp.* III) *p.* 339 14 de meo servos *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 11 Demea, segnior *Westerhovius in Ter. Eunuch. prol.* 36 Démea, obsequós sinam ego illos ésse. — Taxpax. — Póstea *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 5 sequor] equos *codex Bondami var. lect. p.* 238 15 nisi tu pretio uiceris *Gulielmius l. c.* 16 in eodem *N* 18 est *om. N:* volupe est *Bothius l. c.* 19 sign. aute. mutauit plautus in quadam *N* significat autem uocem murum, ut Plautus inquit in quadam da ω, *ubi* inquit eiiciam *Fabricius* inquit excutiam *codex Bondami l. c. p.* 240 in quadam] *Curcul.* II 3, 16 21 but — cornicis lutum eximentis *codex Bondami l. c. p.* 243 22 scrib. *N* scribit. utitur Plaut. in Pseud. *Fabricius, cogitans de Plaut. Pseud.* I 3, 6 (235 *R*) 24 ei ei etia am se audent In e cum una apparere *N* ei ei etiam se audenti ne cum una apparere ω, *ubi* mecum *Fabricius* oiei! etiam se audent mecum una adparare *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 20 ei ei: etiam se aúdent me coram ápparere *Ribbeckius com. Lat. rel. an* ei ei, etiamne audenter mecum una appares? 26 cave ne cadas *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 18 amabo ω ambo *N*

Vita deum immortalium Cato senex; ubi Statilius Maximus "ἐκφώνησις" inquit "ἀρχαϊκή, ὡς ὢ πόποι".

Mu Plautus in Caeco vel in praedonibus,

quis tu es, qui ducis me? mu perii, hercle Afer est.

Evax Plautus in Bacchidibus, 'evax aspersisti aquam fili nuntio'. Ennius quoque annalium libro

aquast aspersa Latinis.

Mu pro muttire Lucilius saturarum libro,

non laudare hominem quemquam neque *mu* facere,
inquam.

O dolentis est, ut

o terque qua||terque beati,

Afranius in Emancipato 'o! Quid clamas?'

Cucuru Afranius in Cinerario, 'id me celabat. Cucuru'. an nomen est, ut veru genu?

Em G. Gracchus ut lex Papiria accipiatur, 'pessimi Tiberium fratrem meum optimum interfecerunt. em! videte quam par pari sim'. at quidam em pro en volunt esse. sed decet commemorationi fraternae mortis ingemescere. itaque mora distinctionis par est ostendere adfectus. Plautus in Poenulo

em, istaec volo ego vos meminisse omnia.

Attattatat attatae Naevius in Corollaria,

quid salve? attattattat attatae.
rivalis, salve. quid istud vero te advertisti tam cito?

St Naevius in Corollaria,

st, tace,
cave verbum faxis.

'Mutmut non facere audet', ut apud Apuleium Platonicum de proverbiis scriptum est libro II.

---

1 maximes *N* 4 perii *Bothius poet. scen. Lat.* II *p.* 436 pueri *N* peri ω 5 in Bacchidibus] II 3, 13 (247 *R*) fili nuntio *om. Fabricius* 6 annalium lib. 4 *Fabricius. in quinto libro posuit Vahlenius Enn. poes. rel. p.* XLVI *et p.* 28 7 aquast. Asper a latinis ω aquas istas per litum '*codex I. Dousae*' *apud Merulam Enn. annal. fragm. p.* 424, *unde* evaxst Aspis ab Attilio *Merula*, *quod refutavit A. Kochius exercit. crit. in prisc. Rom. poet. p.* 12 8 mu facere pro mutire *Fabricius* mu pro muttire lucius neque enim mu facere in quemquam *p* *Lucilii versum in undecimo saturarum libro posuit I. Dousa Lucil. sat. rel. p.* 50 9 neq, facere in umquam *N* neque mu facere unquam ω 12 o terque] *Verg. Aen.* I 94 13 clamas | Cucuru *N. et haec et quae eodem modo postea adscripsi ita in codice scripta sunt, ut paucae litterae in extremis versibus deesse possint: quamquam in extrita scriptura non satis certum indicium adparuit* 14 cucuru *N* 16 accipiatur | pessimi ti fratrem *N* 18 pari si n̄ | at *N* pari sint ut ω 20 in Poenulo] III 4, 16 24 Rivális salve. — quid 'salve'? attat táttatae Quid istúc vero 'atatae' te ádvertisti tám cito? *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 10 25 St *Fabricius* It *N* 26 st tace *Hauptius Philol.* I *p.* 376 st tale *Fabricius* setale *N*

Spattaro Afranius in Aequalibus. quam vocem frequenter apud eum positam ait Paulus ἐξουθενισμοῦ vim sensumque sufferre.

Euhoe Maro VII,

euhoe Bacche fremens, solum te virgine dignum
vociferans,

Ennius in Athamante

his erat in ore Bromius, his Bacchus pater,
illis Lyaeus vitis inventor sacrae:
tum pariter euhan *euhoe euhoe* euhium
ignotus iuvenum coetus alterna vice
inibat alacris Bacchico insultans modo.

Au Afranius in Emancipato,

au, mi homo! immo edepol vos supremum meum concelebretis diem,

idem in eadem

au quid me censes? Obsecro,
non audisti?

Hem Afranius in Emancipato,

hem quid ais? Mane, Servi, quaeso, nisi molestum est; pauca sunt
tecum quae volo.

Pro Iuppiter [pro] gaudentis,

pro Iuppiter, ut mihi, quidquid ago, lepide omnia prospereque eveniunt;

pro Iuppiter irati Terentius in *Adelphis*,

pro Iuppiter, tu homo adigis me ad insaniam. ||

Ἤθη, ut ait Varro de Latino sermone libro V, nullis aliis servare convenit, inquit, quam Titinio Terentio Attae; πάθη vero Trabea, inquit, Atilius Caecilius facile moverunt.

egone illam? quae illum? quae me? quae non? sine modo,
mori me malim: sentiet qui vir siem.

praecise, inquit Varro, generat animi passionem. quod novi generis cum non sit interiectio sed ademptio, tamen interiecti animi causa vocitamus.

3 Maro VII] *Aen.* VII 389 7 his erat *Fabricius* is erat *N* 8 Lyaeus ω lisęus *N* 9 euhoe euhoe *om. N*, *add. Fabricius* Euius ω 11 insultas *N*. exsultas *falso e codice adnotaverat Lindemannus, quod defendit A. Kochius Mus. Rhen. noviss.* VIIII *p.* 305 13 au mi homo immo ω au m omo immo *N* 15 item in *N* 19 serua ω 23 pro Iuppiter] *Plaut. Pseud.* II 1, 1 (574 *R*) 25 Adelphis *om. N*, *add. Fabricius. Ter. Adelph.* I 2, 31 27 nullis aliis *Ritschelius parerg. Plaut.* I *p.* 194 nullus ali *N* nulli alii ω 28 atte pathe *N* pathe pathe *omisso Attae nomine* ω 29 monerant ω 30 egone] *Ter. Eunuch.* I 1, 20 illam quae] illamq: *N* 33 p̄cisę *N*: praecisum, inquit Varro, genus ad animi passionem: quod novum genus cum non sit interiectio, sed ademtio tantum, interiecti animi causa interiectionem vocitamus *coniecit Reuvensius collect. litter. p.* 132 praecisio, inquit Varro, generat animi passio-

tu me homo adigis ad insaniam;

irascentis et haec oratio est, licet nulla sit || interiecta particula:

tun consulis quicquam?

et haec irascentis oratio est:

tremo horreoque, postquam aspexi hanc;

adfectus ob amorem: 'heus heus pater, heus Hector'; a dolore mentis adfectae:

mane mane, porro ut audias;

cupiditatis adfectus est.

Butubatta. hoc Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in glossis veterum. buttutti, fluctus quidam *vel* sonus vocis effeminatior, ut esse in sacris Anagninorum vocum veterum interpretes scribunt. || |

---

nem; quod novi generis cum non sit interiectio, sed affectio animi, interiectionem tamen affecti animi causa vocitamus *Lindemannus* 1 tu me] *Ter. Adelph.* I 2, 31 3 tun] *Ter. Adelph.* I 2, 47 5 tremo] *Ter. Eunuch.* I 2, 4 6 heu heu pater, heu Hector *Ribbeckius trag. Rom. rel. p.* 202 a dolore ω adolere *N* 10 butubatta Naevius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis *Paulus exc. Fest. p.* 36 *ed. Müll.* 11 vel *om. N* et *Fabricius* 12 an agmenorum ω interpres scribit ω interpretes scrib: Explicit liber .II. | Conpletis *N*

LIBER TERTIVS.

p. 215. 16 P. p. 143 L.

Conpletis octo partibus orationis, ita ut promisimus, ad alias quoque verborum observationes ordine veniamus.

I DE PERFECTIS ORDINVM QVATTVOR

In primo ordine verborum perfectum tempus formae mutationem capit modis quattuor. primo, cum maior pars ita cadet nulla littera duce consonante, velut aro aras aravi, probo probas probavi, noto notas notavi. in his vero decidit a littera, velut sono sonas sonui, non sonavi; tono tonas tonui, Maro libro II 'intonuit laevum'; frico fricas fricui τρίβω, veto vetas vetui, seco secas secui, plico plicas plicui, domo domas domui, mico micas micui, neco necas necui; et adiectis similiter praepositionibus, velut explico con‖plico perplico. item aliam formam faciunt qua syllaba deperit et prima producitur, velut lavo lavas lavi, iuvo iuvas iuvi; et similiter adiectis praepositionibus adiuvo adiuvas adiuvi. item alia forma est qua a littera eximitur et iteratio syllabae fit, velut do das dedi, sto stas steti; et similiter adiectis praepositionibus, velut praestiti institi restiti prostiti.

In secundo ordine formae sunt quinque. prima quae in i litteram cadit perfecto nulla littera consonante duce, velut splendeo splendes splendui, niteo nites nitui, [vigo et] vigeo viges vigui, floreo flores florui, teneo tenes tenui, palleo palles pallui ὠχριῶ, horreo horres horrui, stupeo stu-

4 *N* III 6, 2 mutationem

4 In primo — 247, 21 muniam *exc. Bob. p.* 122 *sqq. Diom. p.* 360 *sqq.* 5 cadet *Diomedes p.* 360 cedat *NP* littera *om. N, add. P* ti velut] ut *P, om. N* 8 Maro — laevum *om. P, post* 9 vetui *habet N, in quo est* maro lib. *omisso numero. Verg. Aen.* II 693 frico cas. cui *N* frigo frigas frigui *P* (TPIBω) 12 deperit *NP super scriptis, ut videbatur, in N litteris quibusdam, quae non satis adparebant:* onuri *legi posse adnotavi. unde* deposita ω ut labo *N* lauo *P* 13 adiuvo — 15 praepositionibus *om. P* 14 iteratio *Diomedes p.* 362 iterlatio *N* 15 p̄steti insteti resteti prosteti *N* praesteti insteti resteti persteti *P* 19 nigo et uigeo ges *N* uigeo uiges *P* 20 palleo palles pallui ωxpιω ...... εΑΜΒΟΥΜΑΙ horreo horres horrui stupeo pes pui terreo *lacuna quam indicavi a librario relicta P* palleo les lui horreo res rui stupeo pes pui terreo *N*

pes stupui θαμβοῦμαι, terreo terres terrui, tepeo tepes tepui, caleo cales calui, torpeo torpes torpui, calleo calles callui, ti||meo times timui, doceo doces docui, valeo vales valui, arceo arces arcui, habeo habes habui, praebeo praebes praebui, debeo debes debui, sorbeo sorbes sorbui et sorbsi, egeo eges egui, studeo studes studui, rubeo rubes rubui, censeo censes censui; et adiectis similiter praepositionibus, velut adhibeo adhibui, prohibeo prohibui, inhibeo inhibui, cohibeo cohibui. secunda forma est qua prima syllaba ex correpta producitur perfecto, velut sedeo sedes sedi, faveo faves favi, foveo foves fovi, voveo voves vovi, paveo paves pavi, caveo caves cavi, video vides vidi, neo nes nevi, fleo fles flevi, prandeo prandes prandi, cieo cies cii et civi. tertia forma est qua perfectum tempus in si syllabam terminatur, velut ardeo ardes arsi, haereo haeres haesi, mulceo mulces mulsi, suadeo suades suasi, indulgeo indulges indulsi, fulgeo fulges fulsi, urgeo urges ursi, torqueo torques torsi, rideo rides risi, tergeo terges tersi, maneo manes mansi. quarta forma est qua perfectum tempus extrema syllaba in xi litteras cadit, velut frigeo friges frixi, mulgeo mulges mulxi, lugeo luges luxi, porceo porces porxi βιάζομαι, alliceo allices allexi, luceo luces luxi, augeo auges auxi, pelliceo pellices pellexi δελεάζω. | quinta forma est qua perfecto iteratur syllaba prima, velut pendeo pendes pependi, mordeo mordes momordi, spondeo spondes spopondi, tondeo tondes totondi.

In tertio ordine formae sunt novem. et est prima qua in i cadit perfectum tempus nulla duce consonante, velut colo colis colui, alo alis alui, rapio rapis rapui, statuo statuis statui, vomo vomis vomui, tremo tremis tremui, fremo fremis fremui, arguo arguis argui, molo molis molui, diruo diruis dirui, pecto pectis pexui, meto metis messui, pono ponis posui, et posivi veteres dixerunt; minuo minuis minui, exuo exuis exui, acuo acuis acui, incumbo incumbis incubui et incumbui, consulo consulis consului, necto nectis nexui, texo texis texui, consuo consuis consui, sterto stertis stertui ῥέγχω, metuo metuis metui. secunda forma est qua perfecto prima

10 prandeo] *cf. Diom. p.* 364 *Phoc.. p.* 1714 14 tergeo tersi, quod Probus et Charisius et Celsus et Diomedes comprobant *Priscianus p.* 870 15 qua *P* quae *N* 17 porceo ces. porxi BIAZOMAI alliceo allices allexi luceo. ges xi uageo ges uaxi pelliceo ces xi. ΔΕΛΕΑΖΩ *N* augeo auges auxi pelliceo pellices pellexi (*rell. om.*) *P* 20 mordeo mordis (e) momordi Spondeo spondes spopondi tondeo tondes totondi. In .III. ordine *P* mordes mordes momordi spondeo des. di. tondeo. des. di. De tertio ordine *N* 22 Quot formas habent uerba tertiae coniugationis in praeterito perfecto? Nouem Cominiano testante. et est prima quando cadit perfectum tempus in ui nulla duce consonante, ueluti colo colui, alo alui, rapio statuo uomo tremo fremo arguo molo diruo pecto meto, pono posui et posiui, minuo exuo texo consuo metuo acuo incumbo necto sterto *excerpta codicis Reginensis* 1442 24 tremo tremis tremui fremo fremis fremui *P* tremo mes (i) mui fremo mes (i) mui *N* 26 pecto] *cf. p.* 218 et posiui uet. dix. *N*, *om. P* 27 acuo — 29 nexui *om. P* 28 incumbo bis (cu) bui. et incumbui *N* 29 sterto tis tui ΡΕΧΧΩ *N*, *om. P*

syllaba iteratur, velut curro curris cucurri, disco discis didici, cano canis cecini, tango tangis tetigi, tendo tendis tetendi, pendo pendis pependi ἀποτιννύω, pello pellis pepuli, tundo tundis tutudi κόπτω, pungo pungis pupugi, parco ‖ parcis peperci, pedo pedis pepedi πέρδομαι, fallo fallis fefelli, cado cadis cecidi, caedo caedis cecidi ἀναιρῶ, tollo tollis tetuli. tertia forma est qua perfecto iteratio syllabae secundae est, velut addo addis addidi, reddo reddis reddidi, condo condis condidi, trado tradis tradidi, credo credis credidi, abdo abdis abdidi, prodo prodis prodidi. quarta forma est qua perfectum in xi litteras cadit, velut dico dicis dixi, rego regis rexi, pingo pingis pinxi, pungo pungis punxi, lingo lingis linxi, fingo fingis finxi, frigo frigis frixi, meio meis mixi, stringo stringis strinxi, iungo iungis iunxi, adfligo adfligis adflixi, polingo polingis polinxi σοροπλοκῶ, pergo pergis perrexi, cingo cingis cinxi, diligo diligis dilexi, fluo fluis fluxi, struo struis struxi, sugo sugis suxi, figo figis fixi, vivo vivis vixi, ungo ungis unxi, tingo tingis tinxi, vergo vergis verxi, surgo surgis surrexi, ango angis anxi, aspicio aspicis aspexi, coquo coquis coxi, pecto pectis pexi. quinta forma est qua perfectum in si litteras cadit, velut sumo sumis sumpsi, mitto mittis misi, laedo laedis laesi, scribo scribis scripsi, allido allidis allisi, carpo carpis carpsi, mergo mergis mersi, parco parcis parsi, spargo spargis sparsi, trudo trudis trusi, rado radis rasi, sarpo sarpis sarpsi, evado evadis evasi, ludo ludis lusi, plaudo plaudis plausi, cedo cedis cessi, cludo cludis clusi, premo premis pressi,

16 — 22 *N*

aspicio aspicis aspexi coquo coquis coxi pecto tis pexi :· // mittis misi lę
Quinta forma est qua perfectū in si litteras cadit ūū sumo mis sumpsi
scribo bis psi allido dis lisi carpo pis rpsi mergo gis si parco
spargo gis sparsi trudo dis trusi rado dis si sarpo pis sarpsi eu
ludo dis lusi plaudo dis si cedo cedis cessi cludo dis si p̄mo mis

18 sumpsi. mitto tis si. scribo ω scribo bis psi *corr.* bsi *N* 20 parco cis si. spargo ω 22 premo mis ssi. promo ω

3 tundo tundis tutudi *Charis. p.* 220 tundo tundis tutundi *N*: tondo tondis totondi purgo purgis pupugi *P* tundo tutundi pungo pupungi *exc. Bob. p.* 123 tondo pungo *exc. Regin.* 4 pepidi *P* 5 cędo dis cęcidi ανεrω *N*, *om P* tollo posco tullo tetulli *exc. Regin.* 8 abdo prodo perdo tondo iudo *exc. Regin.* 10 pungo pungis punxi *P*, *om.* ω. *in N utrum* pungo *an* pango gis xi *esset dubitavi. utrumque positum est p.* 220 lingo lingis linxi fingo fingis finxi frigo frigis frixi meio is mixi stringo stringis strinxi *P* lingo gis xi fingo gis xi frigo gis xi meio meis mi(n)xi stringo gis xi *N* 12 pollingo gis pollinxi cιροπλοκω *N* polingo polinxi *P*. pollingo περιστέλλω νεκρόν, σιροπλοκῶ, ἐνταφιάζω, ταριχεύω, σοροπλοκῶ *glossae Philoxeni.* σιροποιῶ *coniecit Lindemannus* 15 nam unguo Nisus quidem et Papirianus et Probus tam ungui quam unxi dicunt facere praeteritum, Charisius vero unxi tantum *Priscianus p.* 881 nergo. nerxi (.nergi) *P* 16 pecto pexi *Charisio tribuit Priscianus p.* 902. 1254 17 cadit ut ledo ledis lesi scribo scripsi mergo mersi parco parsi spargo sparsi..... trudo tru..si rado rasi sarpo sarpsi euado euasi ludo lussi *P* 22 p̄mo p̄si promo promsi *P*

promo promis prompsi, uro uris ussi, gero geris gessi, demo demis dempsi, concutio concutis concussi, nubo nubis nupsi, facesso facessis facessi, viso visis visi, capesso capessis capessi. sexta forma est qua perfecto prima syllaba ex correpta producitur, velut fugio fugis fugi, rumpo rumpis rupi, fundo fundis fudi, cudo cudis cudi, vinco vincis vici, capio capis cepi, lego legis legi, facio facis feci, iacio iacis ieci, sperno spernis | sprevi, lino linis levi, emo emis emi, cerno cernis crevi, sero seris sevi et serui, scindo *scindis scidi* et scindi, incipio incipis incepi, frango frangis fregi, satago satagis sategi, verro verris verri σαίρω, sino sinis sivi. septima forma est qua perfectum in i litteram cadit duce vocali quae loco consonantis est, velut cupio cupis cupivi, sapio sapis sapivi et sapui, petò petis petivi, quaero quaeris quaesivi, tero teris trivi, pono ponis *posivi et* posui. octava forma est qua perfectum cadit in similitudinem verborum primi ordinis, velut pasco pascis pavi, sterno sternis stravi. nona forma est quae perfectum facit || secundae personae dempta s littera, velut mando mandis mandi, pando pandis pandi.

In quarto ordine formae sunt quinque. prima est qua perfectum cadit in i duce v littera, in usu tamen dempta, velut munio munis munivi et munii, servio servis servivi et servii. item in ceteris lenio lenis lenii, garrio garris garrii, gestio gestis gestii, salio salis salii, saevio saevis saevii, esurio esuris esurii, ligurrio ligurris ligurrii, hoc est degusto; parturio

1 — 10 *N*
promo mis prompsi uro ris ussi gero geris gessi demo demis dempsi co
concussi nubo bis nupsi facesso sis facessi uiso sis uisi capesso ca
Sexta forma est qua perfecto prima syllā ex correpta producitur ūn̄ *p*
rumpo pis rupi fundo dis fudi cudo dis cudi uinco cis uici
lego gis gi facio facis feci iacio iacis ieci sperno nis spreui
emo emis emi cerno nis creui sero seris seui et serui *credo* is
incipio incipis incepi frango gis fregi satago gis
uerri CAPω sino sinis siui :·
N III 6ᵛ, 1 Septima forma

2 concutio tis cussi ω 3 capesso sis si ω 7 serui. incipio ω

1 demo dempsi concutio concussi *P* demo demis psi. quatio in usu non est, sed concutio et percutio tis cussi *Fabricius secutus Priscianum p.* 880, quatio quassi, quod teste Charisio in usu non est faceso facessi uiso uisi capeso capesi Sexta *P*. haec eadem secundum Diomeden et Charisium o in i convertentia faciunt praeteritum perfectum, facesso facessi, capesso capessi, viso visi *Priscianus p.* 902 4 producitur ut fugio. is. fugi rumpo rūpi fundo di cudo cudi uinco uici capio caepi lego *P* 5 cudo, secundum Diomeden et Charisium et Phocam cusi, secundum alios cudi *Priscianus p.* 889. *unde Fabricius omisso h. l. verbo* cudo *supra post* 245, 20 trudo dis si *interposuit* cudo dis si 6 iacio iaceci sperno sperni lino leni emo *P* 7 serui scindo et scindo (*corr.* -di) incipio incipi *P: cf. Diom. p.* 367 9 satago sat[a]egi uerro uerri *P:* verro enim secundum Servium versi facit, secundum Charisium autem verri *Priscianus p.* 900 11 sapio pis [sa]piui et sipui *N* sapio sapiui et sapui *P:* Probo tamen sapui placet dici, Charisio sapui vel sapivi *Priscianus p.* 879 12 pono ponis sui *N* pono posui *P:* posui et posiui *Charisius p.* 217 16 pandi :· De IIII ordine :· In *N* 18 dempta] capta *N*, *om. P* 21 ligurio ligurii parturio *P*

parturis parturii, praesagio praesagis praesagii, vestio vestis vestii, hinnio hinnis hinnii, mugio mugis mugii, insanio insanis insanii, hirrio hirris hirrii, mollio mollis mollii, polio polis polii, sepelio sepelis sepelii, reperio reperis reperii, grunnio grunnis grunnii, audio audis audii et audivi. secunda forma est qua in i perfectum desinit nulla vocali nec consonante duce, velut volo vis volui, malo malis malui, operio operis operui, aperio aperis aperui. tertia forma est qua perfectum cadit in si litteras, velut farcio farcis farsi, sarcio sarcis sarsi, fulcio fulcis fulsi, saepio saepis saepsi, sentio sentis sensi, cambio cambis cambsi, hoc est muto; haurio hauris hausi. in his perfectis littera geminata non cadit. quarta forma est qua perfectum cadit in xi litteras, velut sancio sancis sanxi, vincio vincis vinxi. neque in his perfectis littera geminata cadit; nec alia sunt excepta quam haec duo verba, item septem superiora. quinta forma est qua praesens prima persona in similitudinem cadit verborum secundi ordinis, secunda mutatur in quartum; perfectum cadit in i duce v littera, ut eo is ivi, et siqua eorum praepositionibus adiectis fiunt, velut transeo transis transivi, exeo exis exivi, subeo subis subivi, redeo redis redivi, queo quis quivi, veneo venis venivi. quorum verborum futurum tempus in bo cadit, quia, ut supra diximus, prima persona secundi ordinis similitudinem sequitur; alioquin futurum tempus in quarto ordine in am litteras terminatur, velut sentiam serviam muniam.

Sunt quaedam perfecta similia ab instantibus derivata diversis facta in his symptosi, velut aceo aces acui et acuo acuis acui, frigeo friges frixi et frigo frigis frixi, lugeo luges luxi et luceo luces luxi, fulcio fulcis fulsi et fulgeo fulges fulsi, cerno cernis crevi et cresco crescis crevi, paveo paves pavi || et pasco pascis pavi, sisto sistis steti et sto stas steti, consisto consistis constiti *et* consto constas constiti, fero fers tuli et tollo tollis tuli, quod in consuetudine sustuli facit; eius tamen perfecti instans apud veteres sustulo: pendeo pendes pependi *et* pendo pendis pependi, pandor panderis passus sum vel pansus *et* patior pateris passus sum, vertor verteris versus sum *et* verror verreris versus sum.

Sunt quaedam verba quae habent perfecta duplicia, velut pango pangis pepigi et panxi, parco parcis peperci et parsi, pungo pungis pupugi

3 repperio ris rii *N* reppesio reppii *P* 6 malo malis malui *P* mallo mallis mallui *N:* nolo nolis nolit *indicativo modo posuit grammaticus de verbo p.* 181 *ed. Vindob.* 7 farcio farsi sarcio sarsi sargio sarsi fulcio *P* 9 cambio campsi *P* cambio ἀμείβω ponit Charisius et eius praeteritum campsi *Priscianus p.* 906 in his littera geminata perfectis non cadit *N* in is littera perfecta gemina non cadit perfectis *P* 12 littera *om. N, add. P* 13 praesens] perfectum *NP* 14 in quarta *N* in IIII *P* 15 duce u uero litterae *P* 22 Sunt — 248, 5 Apuleium *Diom. p.* 369 perfecta ab in similia stantibus diriuata *P* ab i[n]stantibus *N* 23 sym[n]ptosi *N* synptosi *P* 25 et *ante* fulgeo *om. N, add. P* 26 steti [et] sto *N* 27 cons[i]teti consto constas conste[i]i *N* consteti consto constas consteti *P* 29 pendeo pendes pendi pando pandoris pansus sum pansus patior eris passus sum uertor eris uersus sum Sunt *P* et *ante* pendo, *item ante* patior *et ante* verror *om. N* 33 pepigi et panxi *P* pepegi et parsi

et punxi, vello vellis velli et vulsi, nitor niteris nisus et nixus sum, teneo tenes tenui et tenivi apud veteres, tundo tundis tutudi et tunsi, tollo tollis tetuli et sustuli, alor aleris alitus sum et altus, dirimo dirimis diremi et dirempsi; sed magis diremi: deleo deles delui et delevi, tero teris terui et trivi iuxta Apuleium.

II DE DEFECTIVIS

Sunt quaedam verba quae ex forma agendi in passivum perfecto vertuntur, quae etiam defectiva appellan|tur, secundi ordinis, velut soleo soles solitus sum, audeo audes ausus sum, gaudeo gaudes gavisus sum; sed soleo verbum futurum omnino non habet, quia vim habet praeteriti nec potest aliquis futuris consuesse: tertii ordinis fido fidis fisus sum, diffido diffidis diffisus sum: quarti ordinis fio fis factus sum, et ex eodem patefio patefis patefactus sum, calfio calfis calfactus sum; similiter tepefio, madefio, expergefio expergefactus sum et experrectus sum, arefio arefis arefactus sum. infinitivum huius verbi quod est fio fieri facit, cum omnia verba activa voce elata in e faciant, ut amare docere dicere munire. haec verba quorum perfectum in passivum deducitur participia habent tria, secundum formam quidem activam praesentis temporis et futuri, velut confidens confisurus, audens ausurus; secundum formam autem passivam praeteriti tantum temporis, velut confisus ausus. || *neque* enim possunt habere futurum,

15—20. 250, 6 *N* // faciant
finitiuum h̄ uerbi quod ē fio fieri facit cum omnia uerba actiua uoce elata in .e.
mare docere dicere munire. h̄ uerba quorum perfectum in passiuū dedu
participia habent tria secundum formam quidem actiuam p̄sentis temp̄
uū confidens confisurus audens ausurus secundum formam pas̄
item̄ uū confisus ausus ∴ Infinī inst̄. solere pr̄ et plūs solitū ēē et fuisse

15 Infinitiuum ω 16 ut amare ω 18 temporis et futuri ω 19 passiuam futuri temporis ω

et panxi *N:* simplex tamen pango etiam pepigi facit secundum Charisium et panxi *Priscianus p.* 894 2 tenui et tenivi *NP* tenui et tetini *Diomedes p.* 363. 369 tondo tondis et tondi et tonsi *P* 3 diremo mis diremi *N* dirimo is dirimi *P* 4 doloeo deleui et delei tero is derui et teriui iuxta apolegium *P* 7 Sunt — 16 munire *Diom. p.* 351 *sqq.* in pas^s^iuū *N* in passiuam *Fabricius:* in passiuum perfectum uer^s^tantur *P* 11 fisus *N* defido is defisus sum *P* 13 madefio madefis madefactus sum expergefio expergefis expergefactus sum arefio *P* 14 et experrectus sum *Lindemannus* et experfactus sum *N*, *om.* ω 15 Infinitiuum *P* 16 faciant ut amare *P* 17 deducitur participia *P* 18 temporis et futuri ut confidens *P* 19 ausurus] *in his quae secuntur perturbatum in utroque codice conpluribus locis verborum ordinem correxi. sunt autem in N ita conlocata*, 19 ausurus secundum formam passiuam autem praeteriti temporis uelut confisus ausus 250, 6 infinitiua instantis solere — 250, 19 ausurus et cetera (*quantum quidem ex laciniis membranarum et incertis litterarum vestigiis perspici potest. nam verbi* gaudeo *declinatio*, *cuius partem servavit P*, *item ea quae ex eodem libro interposui.* 20 neque enim possunt habere futurum, *omissa erant*) 249, 1 ut dicatur audendus — 250, 5 solitus essem 251, 3 Et quae ex fio nascuntur — 251, 23 participia sublatus tollendus 250, 24 Tertii ordinis — 251, 2 factus fiendus 251, 24

ut dicatur audendus gaudendus confidendus. illud tamen observabimus quod, quamvis dicatur confidendum audendum, figura dicitur non participio; quod ipsum etiam ab omnibus verbis figurari potest, de qua figura iam adnotavimus. haec verba qualitate deficere dicuntur, quorum declinationes loco suo inseruimus. adnotandum tamen est quod eadem verba quae ex fio veniunt, ut calfio olfio tepefio arefio, etiam activam declinationem totam habere possint, velut tepefacio calfacio patefacio.

Sunt quaedam verba quae, quoniam non habent sua perfecta tempora, usurpant tamen eiusdem significationis verborum perfecta, velut vescor pastus sum facit; ex eo tamen venit quod est pascor. vescitus enim sum nemo dicit. item arguor convictus sum facit ex eo verbo quod est convincor, habet tamen apud antiquos argutus sum. item angor anxius sum; anxius autem nomen est, quod significat sollicitus. item fero tuli, quod est ex verbo tollo. item reminiscor recordatus sum facit. nemo enim dicit rementus sum, nec opperior oppertus sum. haec quoque defectiva dicuntur, quoniam figura inmutantur.

Declinantur autem praedicta verba hoc modo. secundi ordinis finitiva instantis soleo soles solet, imperfecti solebam solebas solebat, perfecti so-

---

250, 6 — 20. 249, 1 *N*

tumire ū soli urum ēē particip̄ inst̄. solens pf hic solitus fut̄. soliturus
quāuis futū declinata sint tū dici ū possī q p̄terī ū futū potest aliquis
*post*erius memoratum ē // esto derem ausus sim plūs ausus essem
deo *dentes* debam bas bat au*derem* debo aude fut̄. ausus
fut̄
ausus . . . . audere ausū ēē ausur̄ ee
urū ire
articipia in *dus* . . . *faci* . . . . et cetera

N III 6', 2 ut dicatur audendus

Item aliud fiuit̄ inst̄ ferio *sqq. a quibus in paucis recedit P, in quo est hic verborum ordo,* 248, 19 ausurus 250, 5 futuri cum solitus ero. Infinitiuo instantis solere — 250, 23 gauisus esto. Optatiua 248, 19 secundum formam autem passiuam praeteriti temporis tantum ut confisus ausus enim post sunt habere futurum ut dicatur confidendus audendus illud — 250, 4 perfecti cum solitus sum 251, 3 et que ex eo nascuntur — 251, 22 Participia instantis ut hic sublatus et cetera futuri ut hic tollendus et cetera 250, 24 Tercii ordinis — 250, 29 optā inst̄ et inper̄ fierem perfect̄ factus sim plusq. factus essem fut̄ fiam et cet. 251, 24 Item aliud fiuit̄ ferio *sqq.* 2 figur̄ dicitur *P* 4 iam adnotavimus] *p.* 95 6 ut calefio calfis calfactus sum tepefio etiam *P* 7 calfacio *P* calefacio *N* 8 Sunt — 15 oppertus sum *Diom. p.* 376 10 facit ex eo quod est conuincor *Diomedes* facit quod ex eo uerbo conuincor *N* facit quod est ex eo uerbo conuincior *P* 13 sollicitus. Item reminiscor recordatus sum. Item fero tuli quod est ex uerbo tollo. haec quoque defectiua dicuntur facit. nemo enim dicit rementus sum nec opporior opertus sum. Declinantur *P* 14 item reminiscor — 15 oppertus sum *post* 16 inmutantur *habet N* 15 opperior op(p)ertus sum *N* 17 *in declinationibus verborum N plerumque terminationes tantum cum nominibus modorum ponit, integras formas additis et modorum et temporum nominibus fere habet P, nisi quod in declinationibus verborum* ferio *et* meto *formae verborum cum nominibus modorum ita ut dedi in utroque libro sunt. itaque in prioribus verbis pleniorem rationem servavi non adnotata librorum in eo genere discrepantia. cf. Diom. p.* 351

litus sum, plusquamperfecti solitus eram, futuri solebo. imperativa instantis sole, futuri solitus esto. optativa instantis et inperfecti ut solerem, perfecti ut solitus sim, plusquamperfecti ut solitus essem, futuri ut soleam. subiunctiva instantis cum soleam, inperfecti cum solerem, perfecti cum solitus sim, plusquamperfecti cum solitus essem, futuri cum solitus ero. infinitiva instantis solere, perfecti et plusquamperfecti solitum esse et fuisse, futuri solitum ire vel soliturum esse. participia instantis hic solens et cetera, perfecti hic solitus et cetera, futuri hic soliturus et cetera. huius verbi quamvis futura declinata sint, tamen dici non possunt, quia praeteritis, non futuris, potest aliquis consuesse, ita ut superius memoratum est.

Item aliud. finitiva instantis audeo audes audet, inperfecti audebam audebas audebat, perfecti ausus sum, plusquamperferti ausus eram, futuri audebo. imperativa instantis aude, futuri ausus esto. optativa instantis et inperfecti ut auderem, perfecti ut ausus sim, plusquamperfecti ut ausus essem, futuri ut audeam. subiunctiva instantis cum audeam, inperfecti cum auderem, perfecti cum ausus sim, plusquamperfecti cum ausus essem, futuri cum ausus ero. infinitiva instantis audere, perfecti et plusquamperfecti ausum esse et fuisse, futuri ausum ire et ausurum esse. participia instantis hic audens et cetera, perfecti hic ausus et cetera, futuri hic ausurus et cetera.

Item aliud. finitiva instantis gaudeo gaudes gaudet, inperfecti gaudebam, perfecti gavisus sum, plusquamperfecti gavisus eram, futuri gaudebo. imperativa instantis gaude, futuri gavisus esto. optativa * ||

Tertii ordinis simili modo declinantur finitiva instantis fido, perfecti fisus sum; et quae ex ipso derivantur diffido diffisus sum, confido confisus sum. |

Quarti ordinis simili modo declinantur finitiva instantis fio fis fit, inperfecti fiebam fiebas fiebat, perfecti factus sum et fui, plusquamperfecti factus eram et fueram, futuri fiam. imperativa instantis fi fiat. optativa instantis et inperfecti ut fierem, perfecti ut factus sim, plusquamperfecti ut factus essem, futuri ut fiam. subiunctiva instantis cum fiam, inperfecti cum fierem, perfecti cum factus sim fuerim, plusquamperfecti cum factus essem fuissem, futuri cum factus ero. infinitiva instantis fieri, perfecti et

---

6 solitus esse et fuisse fut̄ solitum ire *P* 8 soliturus etc̄. huius uerbi quamuis *P* 10 aliquis consuesse ita ut superius memoratum est. Itē aliud finī instans audeo audes audet inper̄ audebam perfec̄ ausus sum. fut̄ ausus esto. Optatiua instañs et inper̄f auderem per̄f ausus sim plusper̄f ut ausus essem fut̄ ut audeam. Subiunctiua instañ cum audeam inperfec̄ cum auderem per̄f cum ausus sum plusq̄per cum sus essem fut̄ cum ausus ero. Infinī instant audere per̄f et plusq̄ ausus esse et fut̄ ausurūs esse. Part̄ instantis hic audens et cēt per̄f hic ausus et cēt hic ausurus et cēt. Item aliud finī instans gaudeo gaudens gaudet. Inper̄f gaudebam. per̄f gauisus sum plūs gauisus eram fut̄ gaudebo imperā instañ gaude. fut̄ gauisus esto. Optatiua *P* 25 diriuantur difido difisus sum *P* 29 inper̄ instā fii fiat *P*

plusquamperfecti factum esse et fuisse, futuri fiendum esse et factum iri et futurum esse. participia instantis fiens, perfecti factus, futuri facturus et fiendus. et quae ex eo nascuntur eodem modo declinantur, expergefio expergefacio, calfio calfacio, arefio arefacio, adsuefio adsuefacio, mansuefio mansuefacio, liquefio liquefacio, tepefio tepefacio, patefio patefacio, stupefio stupefacio, et siqua alia huius modi inveniuntur.

Item aliud. finitiva instantis tollo tollis tollit, inperfecti tollebam, perfecti sustuli, plusquamperfecti sustuleram, futuri tollam. imperativa instantis tolle, quasi futuri tollito tu. optativa instantis et inperfecti ut tollerem, perfecti ut sustulerim, plusquamperfecti ut sustulissem, futuri ut tollam. subiunctiva instantis cum tollam, inperfecti cum tollerem, perfecti cum sustulerim, plusquamperfecti cum sustulissem, futuri cum sustulero. infinitiva instantis tollere, praeteriti sustulisse, futuri sublatum ire et sublaturum esse. participia instantis hic tollens et cetera, futuri hic sublaturus et cetera. item passivo modo. finitiva instantis tollor, inperfecti tollebar, perfecti sublatus sum, plusquamperfecti sublatus eram, futuri tollar. imperativa instantis tollere, quasi futuri sublatus esto. optativa instantis et inperfecti ut tollerer, perfecti ut sublatus sim, plusquamperfecti ut sublatus essem, futuri ut tollar. subiunctiva instantis cum tollar, inperfecti cum tollerer, perfecti cum sublatus sim, plusquamperfecti cum sublatus essem, futuri cum sublatus ero. infinitiva instantis tolli, praeteriti sublatum esse, futuri sublatum iri [vel sublaturum esse]. participia perfecti hic sublatus et cetera, futuri hic tollendus et cetera.

Item aliud. finitiva instantis ferio feris ferit, feriebam, ferii, plusquamperfecti ferieram, feribo. imperativa feri; quasi futuri non habet. optativa ut ferirem, ferierim, ferissem, feriam. subiunctiva cum feriam, ferirem, ferierim, ferissem, feriero. infinitiva ferire, ferisse, feritum ire. participia hic feriens et cetera, hic feriturus et cetera. item passivo modo. finitiva instantis ferior feriris feritur, feriebar, ictus sum, ictus eram, feribor. imperativa instantis ferire; quasi futuri non habet. optativa ut ferirer, ictus sim, ictus essem, feriar. subiunctiva cum feriar, ictus sim, ictus essem, ictus ero. infinitiva feriri, ictum esse, ictum iri. participia hic ictus, hic feriendus.

Item aliud. finitiva instantis meto metis metit metimus metitis metunt, metebam, messem feci, messem feceram, metam. imperativa mete, quasi futuri metito tu. || optativa utinam meterem, messem fecerim, mes-

1 fut fiendum esse et fieri et futurum fieri iri parti fieñs fâcturus factus fieñdus *deleto v.* fieri *secundo loco N: subiunctiva et infinitiva et participia omissa sunt in P. cf. Diom. p.* 352. 377 3 ex eo *P* ex fio *N* 5 tepefio tepefacio patefio patefacio *om. N, add. P* 21 infini instans tolli fut sublatum eri. Participia instañ ut hic sublatus et cet. fut. ut hic tollendus et cet. *P* infinit tolli sublatum esse sublatum iri ñ sublaturum esse (*add. in marg.* participia sublatus tollendus) *N* 24 feriebam ferii *P* feriebam feri *N* 25 ut ferirem feririm feriissem *P* 26 cum ferirem cum fermem cum ferissem cum ferio *P* 28 et cetera hic feriturus et cetera *om. N, add. P*

sem fecissem, metam. subiunctiva cum metam, meterem, messem fecerim, messem fecissem, messem fecero. infinitiva metere, messem fecisse, messum ire. participia metens, messurus. item passivo modo. finitiva instantis metor meteris metitur, metebar metebaris metebatur, messus sum, messus eram, metar. optativa ut meterer, messus sim, messus essem, metar. subiunctiva cum metar, meterer, messus sim, messus essem, messus ero. infinitiva meti, messum esse, messum iri. participia messus, metendus.

III DE INCHOATIVIS

Sunt quaedam verba quae inchoativa appellantur, ἀρκτικά, quaeque rem modo inchoatam et futuram significant, velut horresco, id est incipio horrere, torpesco, incipio torpere. et regulariter dicendum est inchoativa ea appellari quae sco syllaba terminantur, sive ab his verbis veniant quae o littera terminantur, ut horreo horresco, sive ab his quae r littera terminantur, ut misereor miseresco. nec habent praeteritum perfectum, quia quod inchoatum est non est perfectum. unde quidam solent in declinatione inchoativorum, cum ad perfectum venerint, quamvis inchoative declinent, nihilo minus inchoativi verbi perfecto uti, velut horresco horrui ex eo quod est horreo horrui, et pallesco pallui ex eo quod est palleo pallui. horum inchoativorum verba *primitiva* nunc in usu *non* sunt, ut tepesco, quia dictum *est* tepeo, horresco horreo, albesco autem albeo. nam primam positionem eius figuravit Vergilius, cum ait

campique ingentes ossibus albent.

item iuvenesco non habet iuveneo. senesco autem nunc in usu est frequens, apud antiquos tamen et seneo dicebatur; unde et Catullus sic rettulit,

nunc recondita
senet quiete seque dedicat tibi,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

ex quacumque autem coniugatione ortum fuerit verbum inchoativum, in tertia declinabitur coniugatione. fiunt autem inchoativa aut a verbis aut a declinationibus: *a verbis* velut caleo calesco, || deliteo delitesco, frondeo

---

4 mensus sum messus eram *P* 9 DE INCHOATIVIS] *Diom. p.* 333 *sqq.* 10 quaeque] q̄q (*h. e.* quoque) *N*: queq: rem modum habent indicatiuum et fut. signif. ut orreo orresco id est incipio orrere *P* 17 declinent *P* declinant *N* 18 horresco horrui ut ex eo quod est horreo horrui et pallesco pallui ex eo quod est palleo *N* horresco horrui. et pallesco pallui ex eo quod est palleo pallui *P* 20 uerba nunc in usu sunt ut tepesco quia dictum horreo (tepeo *suprascr.*) albesco *N* uerba nunc inusus sunt ut tepeo tepesco quia dictum horresco horreo albesco *P*: *cf. Diom. p.* 334 *sq.* 22 Vergilius] *Aen.* XII 36 25 catulus *NP*. *Catull.* 4, 25 28 senet *Diomedes p.* 335 s̄t *N* sunt *P* quiete seque dedicat tibi *N* qui seneseq: didicat tibi *P* 29 gemelle Castor et *om. NP, add. Diomedes* 31 a *ante* declinationibus *om. N, add. P* 32 a verbis *om. NP, addidi ex Diomede p.* 335

frondesco, floreo floresco, consuevi consuesco et cetera; de declinationibus vero appellativorum sunt haec, velut aeger est aegrescit, ex flamma flammescit, ex dumis dumescit, ex herba herbescit. haec verba inchoativa quae ex appellativis derivantur perfectum non habent omnino.

IIII DE INPERSONALIBVS

Sunt quaedam verba impersonalia, velut primi ordinis, iuvat me te illum, restat, distat: secundi ordinis similiter, decet me te illum, libet mihi tibi illi, taedet me te illum, liquet mihi tibi illi, dictum a liquido; item licet a licito: declinatur autem sic, liqueo liques liquet * unde figuratum est liquefactum: oportet me, poenitet me, pudet me, miseret me, piget me; | quamvis Sallustius dixerit in prima historia 'Lepidum poenitentem consili': tertii ordinis, accidit contingit: quarti ordinis, expedit convenit evenit [interest refert]. haec enim primam et secundam personam non habent, tertia vero persona addito pronomine, id est me te *illum*, tres personae significantur. ex his quaedam perfectum faciunt etiam in hunc modum, licitum est, puditum est, pertaesum est, libitum est, pigitum est, placitum est, miseritum est.

Est et alterum genus impersonalium, quae in rem conferuntur, quibus non is qui facit, sed id quod fit significatur, velut apud Vergilium

pugnatur comminus armis,
discumbitur ostro,
vivitur hoc pacto,
itur in antiquam silvam;

sedetur inambulatur et similia verba neutralia, velut bene et male et cetera. accommodantur autem loco tempori personae; velut loco, bene illo loco studetur; tempori, bene illa hora studetur; personae, bene apud illum studetur. declinari autem passivo modo non possunt, quantum ad primam

7 *N* III 7, 1 secundi ordinis

1 De declinationibus uero app̄. haec *N* Declinationibus appellatis haec *P* 2 eger est egrescit *N*: ager ē agescit ex flamma ex flammescit ex domu domescit *P* 5 DE INPERSONALIBVS *om. N*, *add. P* 6 Sunt — 254, 15 passinam significationem *Diom. p.* 391 *sqq.* 8 tedet me te illum licet mihi tibi illi dictū a liquido Item liquet declinantur autem sic liqueo. liq.s liquet. KAITOKAKEN autem in eandem uenit significationem unde figuratum est liq:factum *P*. *reliqui codicis N scripturam lacuna quam P indicat significata. explicatius dictum fuisse videtur de diversa verbi* liqueo *κατατέτηκα et inpersonalis* liquet *significatione, fortasse etiam de verbi* liceo *et inpersonalis* licet *differentia, de quo dixit Diomedes p.* 393 9 liqueo.ces.cet *N* 10 pudet piget miseret me quamuis *P* 11 salustius *P* in prima hist. lepidum poenitentem consili *N* in prima histo male pidum penitentem consilii *P* 13 interest refert *om. Diomedes p.* 392 15 illum *om. NP* quaedam *N* quidam *P* 17 miseritum *P* misertum *N* 18 et *om. N*, *add. P* conferunt *NP: cf. Charis. p.* 240 *sq.* 19 non qui *N* non liquet *P* id quod flat *NP* quid fiat *Diomedes p.* 393 20 pugnatur] *Verg. Aen.* VII 553 21 discumbitur] *Verg. Aen.* I 700 22 vivitur] *Pers. sat.* 4, 43 23 itur] *Verg. Aen.* VI 179 24 verba neutralia, quibus nonnumquam adiunguntur adverbia, velut bene *coniecit Lindemannus* bene et male *P* bene male *N* 25 ut loco bene *P* uelut bene *N*

et secundam personam. nam tertia persona tantum exauditur, quod alio loco plenius adnotavimus. omnia verba quae funguntur incusativo casu eadem in passivum revertuntur, velut credo te, doceo te, neglego te. faciunt ‖ enim credor doceor neglegor. siquando autem alio casu fungantur excepto incusativo, tunc ex sese parere passivum non possunt, sed per tertiam personam passivam significationem exprimunt, velut ex eo quod est noceo tibi nocetur mihi a te facit; do tibi, datur mihi a te; obicio tibi, obicitur mihi a te. nemo enim dicit dor noceor obicior. sed C. Iulius Romanus ea verba idiomata appellavit. quae dativum recipiunt, velut noceo tibi, consulo tibi, parco tibi, provideo tibi, impero tibi, passivum faciunt similiter per dativum. dicimus enim nocetur mihi, consulitur mihi, imperatur mihi, obicitur mihi et similia. haec passivam naturam non habent, ceterum, sicut supra notavimus, *hoc modo* tantum declinantur. nemo enim dicit noceor parcor imperor: dum illud tamen sciamus etiam in infinitivis omnibus cadere utique passivam significationem, praeter ea verba quae in declinatione activa tantum sunt et intellectu passiva, de quibus supra notavimus, ut veneo vapulo ardeo.

Sunt quaedam verba in quibus tantum imperativo modo declinamus in secunda persona singulariter et pluraliter, item infinitivo modo praesentis tantum temporis. et sunt haec duo, ave salve, et declinantur hoc modo: imperativo modo ave avete, futuro aveto tu aveto ille; infinitivo modo praesentis temporis avere te volo et vos et illos. item imperativo modo salve salvete, futuro salveto tu salveto ille; infinitivo modo praesentis temporis salvere te volo et vos et illos. habet et adverbium hoc verbum, cum dicimus salve, 'satisne salve est domi?'

Ex praedictis autem verbis impersonalibus exempli gratia quaedam declinabimus sic. secundi ordinis finitiva instantis. pudet me te illum, inperfecti pudebat me te illum, perfecti puduit me te illum, plusquamperfecti | puduerat me *te illum*, futuri pudebit me te illum. imperativa instantis pudeat me. optativa instantis et inperfecti utinam puderet me,

---

1 alio loco] *p.* 139   2 incusati casum *N* in accusatiuum casum *P*   5 parare *P*   8 obicior. Sic albanus ea *N* obicior. Sigalnanus eadem *P*. *dubitari poterat utrum Cominiani an C. Iulii Romani nomen restituendum esset, e quibus hoc, quod et re commendabatur et propius abesse videbatur, praetuli. de Albino cogitavit Lindemannus*

9 recipiunt] capiunt *P*   10 impero tibi. passiue te imperatiui passiuum *P* imperatiui passī *N*   12 non *om. NP, add. Diomedes p.* 394   13 hoc modo tantum declinantur *Diomedes* tantum non (ñ *N*) declinantur *NP* tantum in tertia persona declinantur *Fabricius*   14 in *om. N, add. P*   15 utique *Diomedes* ut quę *NP* quę in declinatione tantum actina non declinantur. Nemo enim dicit noceor parcor. Sunt et intellectu *P*   16 supra] *p.* 140   18 Sunt — 25 domi *Diom. p.* 340 20 haec .n. haue salue et declinantur hoc modo inperatiuo modo *P* h̄ .II. imp̄ mō *N*

21 haue hauete, *item reliquas formas h littera scriptas habent NP*   25 dicimus saluisse saluost domi *N* dicimus saluisse salui (*vel* saluo) et ē domi *P* dicimus salue id est saltis (*vel* satis) salue domine *codices Diomedis* dicimus, Satin salue, salue est domi *Fabricius* dicimus satisne saluest domi *Lindemannus. de salve adverbii loco posito dixit Donatus in Ter. Eunuch.* V 5 (6), 8   26 quaedam *P* quae *N*   29 puduerat me fut̄ pudebit *N* puderat pudebit *P*   30 puderet me puderit pudisset *P*

p. 225. 26 P. p. 151 L.

perfecti puduerit me, plusquamperfecti puduisset me, futuri pudeat me. subiunctiva instantis cum pudeat me, pude||ret me, puduerit me, puduisset me, puduerit me. infinitiva instantis pudere me, praeteriti puduisse me. simili modo declinantur et cetera, piget me, libet me, paenitet me, et fere activa impersonalia secundi ordinis sunt.

Item verbum passivum impersonale *quarti* ordinis declinatur sic. itur a me, itur a te, itur ab illo; iri a me, iri a te, iri ab illo; perfecto et plusquamperfecto itum esse a me, a te, ab illo, et cetera tempora quae possunt admitti.

Item verbum passivum ordinis secundi, quod an impersonale sit quaerendum est. finitiva instantis miserear misereris miseretur, inperfecti miserebar miserebaris miserebatur, perfecti miseritus sum et fui, plusquamperfecti miseritus eram et fueram, futuri miserebor. imperativa instantis miserere, futuri miseritus esto. optativa instantis et inperfecti utinam misererer, miseritus sim, miseritus essem, miserear. subiunctiva instantis cum miserear, misererer, miseritus sim, miseritus essem, miseritus ero. infinitiva instantis misereri, praeteriti miseritum esse et fuisse, futuri miseritum ire. participia instantis hic miserens, perfecti miseritus, futuri hic miseriturus.

Impersonalia neque activum neque passivum participium habent. nam pudens non est participium sed nomen, unde et inpudens componitur.

V DE FREQVENTATIVIS

Sunt quaedam verba quae frequentativa sive iterativa appellantur, quibus significatur id quod saepius futurum est, velut dico dictito, id est saepius dico, mitto missito, facio factito et similia figura saepius dicendi; ita tamen ut sic intellegamus, omnia iterativa, ex quacumque coniugatione figurata fuerint, primae declinationis coniugationem habere. sed invenimus et scriptitare ex eo quod est scribo, scriptito *scriptitas scriptitare;* item datare, id est dato datas datare.

---

22 N*III 7, 2 De frequentatiuis

---

2 cum puderet cum puderit cum pudisset cum puderit me te illum infinit pudere pudisse *P* 4 penitet *NP* 5 actiuām. Inpersonalia *P* 6 impersonalis ordinis declinatur *N* inpersonale declinatur *P* 8 et cet. Item quae possunt. Item admittit uerbum *P* 10 ordinis .II. *P* ordinis quarti *N* 12 miseritus sum et fui plusquampf miseritus eram et fueram *N* misertus sum miseretus eram *P* 13 miseritus esto *N* misertus esto *P* 15 miseritus sim essem *N* misertus sim misertus essem *P* 16 miserear rerer tus sim essem ero infinit inst misereri praet miseritum esse et fuisse fut miseritum iri *N* cum miserear cum miserer cum misertus sim cum mis essem cum misertus ero Infinit misereri mitum ēē et fuisse et fut miseritum ire *P* 18 hic miserens perf. miseritus fut. hic miseriturus *N* miserens misertus miseriturus *P* 21 unde inpudens componitur *N* unde et unde et inpudens *P* 23 uerba frequentatiua *N* uerba frequentatiua *P* 25 mitto misito facio facito *N* mitto mittito facio factito *P* 26 coingatione *P* 27 coingationem *P* 28 scriptitas scriptitare *om.* *NP*

VI DE PARAGOGIS

Sunt quaedam verba quae paragoga appellantur quaeque ex primitivi verbi || *declinatione* et mutationem et adiectionem litterarum capiunt et nihilo minus idem significant, interdum variant, velut lacesso ex eo quod est lacero. sed hoc variat. lacessere enim concitare est. facesso aeque hic fit: facessere discedere intellegitur. arcesso * errant qui putant ex eo quod est arcessio, sed acerso sicut arcesso. sed interest, quod arcessere est accusare, accersere autem vocare. haec duo verba sunt tertii ordinis et [arcessere et accersere] infinitivo faciunt arcessere, non arcessire, accersere, non accersire, et imperativo arcesse et accerse, non arcessi et accersi. capesso capio figura saepius capiendi. |

Sunt quaedam verba quae instanti modo similiter efferuntur et in declinatione diversas significationes mutatione litterae habent, velut pando pandis et pandas ἐξαπλοῖς διαστρέφεις, infinitivo pandere pandare; mando mandas mandis, mandare mandere; fundo fundis fundas, fundere fundare; conpello conpellis conpellas, conpellere conpellare; volo vis volas, velle volare; dico dicis dicas, dicere dicare, et siqua alia inveniuntur.

Omnia imperativa tertiae declinationis secunda persona instantis temporis per e litteram terminantur. corrumpuntur autem haec tria, velut facio fac, dico dic, duco duc, et quae ab his sunt, dico abdico abdic, praedico praedic, indico indic; *duco* abduco abduc, adduco adduc, perduco perduc, reduco reduc. sed facio, quod subnotavimus, si praepositionem acceperit, redit ad regulam, velut inficio infice, adficio adfice, conficio confice. sed apud veteres salva est regula. nam dixerunt face dice duce.

Omnia verba quorum perfecto prima syllaba iteratur adiecta praepositione desinunt iterare, velut tendo tetendi, cado cecidi, *pello* pepuli. adiecta praepositione intendo intendi facit, incidi et expuli et cetera prae-

2 Sunt — 8 vocare *Diom. p.* 374 *sq.* queque ex *P* q̄q̄ (*h. e.* quoque) ex *N* quae ex *Diomedes* 3 declinatione *om. NP, add. Diomedes* motationem *P* 5 concitare est *P* est concitare *N* 6 hic fit *P* hic sit *N* hinc fit *Lindemannus:* facesso aeque, sic hinc se facessere *Putschius:* facessere aeque hic fit facessere discedere intellegitur. arcessere est accusare accessere autem uocare *p*, *in quo excerpta de verbo exstant f.* 106* item accerso per duas c dicitur, item per r et c scribitur arcesso *Diomedes; unde lacunam indicavi* ex eo quod est arceo, sed accerso sicut arcesso dicitur *coniecit Lindemannus conl. Ter. Scaur. de orthogr. p.* 2260 7 sed accerrio sicut arcesso *N* sed arcesio sicut arcerso *P* arcesire est accusare acersere autem *P*

9 accessere et arcesere infinit̄ faciunt arcessere non arcessire et impē arcesse non arcessi, et accersi. caperso *P* 12 Sunt — 17 inveniuntur *Diom. p.* 369 *sq.* 13 motatione *P* 14 ΔΙΑϹΤΡΕΦΙϹ *N* 18 Omnia — 25 duce *Diom. p.* 341 20 abdico abdic *NP* addico addic *Diomedes* 22 duco *om. NP, add. Diomedes* adduco adduc *om. P* 22 reduco reduc *N* seduco seduc *P et Diomedes* 23 acciperit *P* 24 dice duce *P* duce dice *N* 26 Omnia — 257, 2 excurri *Diom. p.* 365 27 pello pepuli *om. NP, add. Fabricius:* tetendi cedi pepuli et cetera quae perfecto prima syllaba iterantur acceptam praepositionem iterare desinunt ueluti intendi incendi expuli *excerpta Parisina* 28 incidi et pepuli et expuli *NP* incidi et repuli et expuli *Fabricius* praeter haec *P* praeter hac *N*

ter haec, disco didici, et adiecta praepositione addisco addidici, et || curro cucurri, excurro excucurri. sic enim apud auctores non numquam invenimus; alioquin recurri dicimus et excurri. quare autem perfectum tempus aut syllabis crescat aut minuatur aut par sit non est inventa ratio, nec cur a correptis producatur, velut traho traxi, aut a productis corripiatur * ut iaceo iacui.

VII DE CONFVSIS

Sunt quaedam verba confusa temporibus, velut odi novi pepigi memini. in his enim instans et perfectum tempus idem est, item inperfectum et plusquamperfectum, nec participium fere habent. temporibus haec deficere dicuntur. declinantur autem hoc modo. verbum finitivum temporis instantis odi odisti odit; inperfecti oderam; perfecti odi, eiusdem temporis passivo modo osus sum et fui; plusquamperfecti oderam, eiusdem temporis passivo modo osus eram et fueram; futuri odero, eiusdem temporis passivo modo osus ero. imperativa instantis oderis oderit. optativa instantis et inperfecti ut odirem; perfecti oderim, eiusdem temporis passivo modo osus sim; plusquamperfecti odissem, eiusdem temporis passivo modo osus essem; futuri oderim. subiunctiva instantis cum oderim; inperfecti cum odirem; perfecti cum oderim, eiusdem temporis passivo modo cum osus sim; plusquamperfecti cum odissem, eiusdem temporis passivo modo cum osus essem; futuri cum odero. infinitiva instantis odire; perfecti et plusquamperfecti odisse, passivo modo perosum esse; futuri osurum esse. participium instantis non habet; futuri hic osurus et cetera. huic verbo similia sunt memini novi. sed haec etiam quasi futurum habent imperativi, memini quidem memento tu memento ille mementote; novi autem novito tu novito ille novitote noverint. haec verba passiva non habent, sed cum observatis suis perfectis per suas angustias declinantur, dum tamen perfectum per passivam formam exprimant. videntur enim in similitudinem mixtorum verborum declinari. nam perfectum odi quidem, passivo modo exosus sim et fuerim; plusquamperfectum exosus essem et fuissem: memini, optativa utinam memor sim || et fuerim et memor essem et fuissem:

---

31 *N* utī memor

---

2 cucurri recurro recucurri excurro *Fabricius* 3 quare — 6 iacui *Diom. p.* 367 5 aut a productis *P:* a *om. N.* aut a productis corripiatur, ut sto steti, do dedi, aut utroque producatur, ut flo flavi, aut utroque corripiatur, ut iaceo iacui *Diomedes*; *unde lacunam indicavi* 8 Sunt — 261, 32 edor et cetera *Diom. p.* 353 *sqq.* confussa *P* confusis *N* 11 tem̄ inst. odi odisti odit perf. et plusquamperf. oderam pas̄s modo osus eram et fueram fut̄ odero inst̄ imp̄ oderis oderit *N.* (et perf. / in *suprascr.*) *secutus sum codicem P, nisi quod is* hodi *sqq. cum h constanter habet et in perfecto* hodii, *in futuro passivo* hosuero, *in imperativo* hoderis. sit. 18 Subiunc̄ ins̄ cum hoderim eiusdem temp̄ pas̄ cum hosus sim p̄f. cum hoderam eiusdem temp̄ pas̄s cum hosus essem fut cum hodero infini ins̄ hodisse p̄ pas̄ per hosum esse fut orsurum esse *P* 27 dum tamen p̄rfe passiuam formam exprimet *P. fortasse* interdum tamen — exprimunt

novi, utinam notum habuerim et notum habuissem. declinantur autem et ista hoc modo. finitiva instantis novi novisti et nosti novit, inperfecti noveram, perfecti novi, plusquamperfecti noveram, futuri novero. optativa instantis et inperfecti utinam novissem; perfecti *utinam noverim*, *eiusdem temporis passivo modo utinam notum habuerim;* plusquamperfecti utinam novissem et nossem, eiusdem temporis passivo modo utinam notum habuissem; futuri utinam noverim. subiunctiva instantis cum noverim; inperfecti cum novissem; perfecti cum noverim, eiusdem temporis passivo modo cum | notum habuerim; plusquamperfecti cum novissem, eiusdem temporis passivo modo cum notum habuissem; futuri cum novero. infinitiva instantis nosse, praeteriti perfecti et plusquamperfecti novisse vel notum habuisse, futuri notum habiturum *esse et notum* ire. participium notum habiturus. item aliud. finitiva instantis memini meministi meminit; inperfecti memineram; perfecti memini, eiusdem temporis passivo modo memor sum et fui; plusquamperfecti memineram, eiusdem temporis passivo modo memor eram et fueram; futuri meminero. imperativa instantis memineris, futuri memento mementote. optativa instantis et inperfecti utinam meminerem; perfecti utinam meminerim, eiusdem temporis passivo modo utinam memor sim; plusquamperfecti utinam meminissem, eiusdem temporis passivo modo utinam memor essem; futuri utinam meminerim. subiunctiva instantis cum

---

N

sim et fuerim et memor essem et fuissem noui utĩ notum habuerim tum
habuissem. Declinantur W et ista hoc modo finit. instañ noui n nouit
inperf noueram perf noui plusquamperf noueram fut. nouero f
ut nouerim perf. et plusquamperf. ut nouissem et nossem eiusdem teñ passĩ mõ
et perf.
ut notũ habuissem fut. utĩ nouerim subiunct. inst. cum nouerim inperf et plũs
cum nouissem eiusdem teñ passĩ mõ cũ notũ habuerim plũs cum notus ẽem
fut. cum nouero infin. inst. nosse p̃teriti perf. et plũs nouisse ñ notum
i
habuisse fut. notum habiturum ire partĩ notum habiturn
et perf.
Item aliud finĩ inst. memini nisti nit inperf. et plũs memineram
passĩ mõ memor sum et fui memor eram et fueram fut. meminero
Imp̃ inst. memineris fut. memento mementote
Opt. inst. et inperf ut meminerim perf. et plus̃ ut meminissem pas̃ mõ
ut memor sim plũs ut memor essem fut ut meminerim

N III 7ᵃ, 1 sũb inst cum

1 habuerim et notum ω 2 noui nouisti nouit ω 3 nouero. optatiuo instanti et inperfecto utinam nouerim ω 12 habiturus. item ω. *in reliquis versibus, quamquam spatium super erat, nihil deesse videbatur*

---

1 utinam notum habuerim utinam notum habuissem *P* 2 nouisti aut nosti nouit *P* 3 nouero. Optat ins̃ inp̃f utinam nouissem plusq̃ utinam nouissem eiusdem temp̃ passiuo notum habuissem fut nouerim. Subiunc̃ cum nouerim inperf. nouissem perf cum nouerim eiusdem temp̃ pass̃ cum notum habuerim plus. cum nouissem cum nouero *P* 11 habuisse fut notum habiturum part notum habiturum *P* 13 *in declinatione verbi* memini *pleniorem rationem codicis P, qui singula quaeque ita ut exhibui praebet, secutus sum*

meminerim; inperfecti cum meminerem, perfecti cum meminerim, eiusdem temporis passivo modo cum memor sim; plusquamperfecti cum meminissem, eiusdem temporis passivo modo cum memor essem; futuri cum meminero. infinitiva praeteriti temporis meminisse, futuri memorem futurum.

Haec tria verba, novi odi memini [pepigi], iuxta quosdam ne imperativa quidem habent omnino, cum etiam in eo quod est memini futurum tantum sit, et hoc in secunda dumtaxat persona. in his verbis quibus notavimus imperativa deesse, quae sunt memini odi novi pepigi, grammatici inducunt imperativa hoc modo. dicunt enim omnia imperativa tribus modis intendi posse, velut dic dicas dixeris, et ita distingunt: dic ex eo quod est solitae regulae quam in declinatione observamus; dicas autem et dixeris per defectionem impera||tivi, ut sit fac dicas et fac dixeris. quorum alterum, hoc est dicas, optativorum futurum est, item subiunctivorum instans; alterum, quod est dixeris, subiunctivorum futurum sive perfectum est. hinc ergo imperativa verbis quae praeposuimus adsignant, quae non habere notavimus, ut memineris, quod figuratur ita, fac memineris. quod ipsum etiam in omnibus observari verbis potest, quamvis habeant sua imperativa, velut ames, ut sit fac ames, et amaveris, *fac amaveris;* similiter et cetera, doceas, fac doceas, *et docueris*, fac docueris; vincas, fac vincas, *et viceris*, fac viceris; item munias, fac munias. praeponuntur autem imperativis alia multa, velut rogo volo oro moneo quaeso hortor, id est volo facias, rogo dicas et cetera. imperativa iterum praecedente ne syllaba quadrifariam exprimuntur, velut ne nega, ne neges, ne negaveris, noli negare; item *ne time*, ne timeas, ne timueris, noli timere et cetera similiter.

Item eorum verborum declinationes inseruimus quae videntur et ipsa defectiva seu corrupta esse ideoque inter confusa relata et ambigue declinari, et sunt haec. velut finitiva instantis volo vis vult, inperfecti volebam, perfecti volui, plusquamperfecti volueram, futuri volam voles volet. imperativa instantis velis velit; futuri non habet. optativa instantis et inperfecti utinam vellem, perfecti voluerim, plusquamperfecti voluissem, futuri velim. subiunctiva instantis cum velim, inperfecti vellem, perfecti voluerim, plusquamperfecti voluissem, futuri voluero. infinitiva instantis velle, praeteriti voluisse; futuri non habet. participium instantis tantum hic vo-

1 cum meminerem cum meminerim meminissem meminero *N* 4 infinit praet. tantum meminisse perf. et pl. memorem esse fut. memorem futurum *P* 5 noui odi pepigi memini iuxta *N* noui hodi pepigi iuxta *P:* pepigi *delevit Lindemannus* 9 inducunt] autem dicunt *P* 11 obseruabimus *P* 12 imperatiui *N* imperaris *P* impleri *codices Diomedis p.* 353 15 hinc ergo imperatiua *Diomedes* hunc ergo mō imperatiuis *N* hunc ergo modum imperāt *P* 16 quod figuratur ita fac memineris *om. P* 17 habent *P* 18 fac amaveris, *item* 19 et docueris *et* 20 et viceris *om. NP, add. Diomedes* 24 ne time *om. NP, add. Fabricius* 26 eorum uerborum quorum declinationes *N:* quorum *om. P* 27 ideoque *P* ideo quod *N* 28 *temporum nomina in declinatione verbi* volo *aliquotiens omissa in N restitui ex P* 31 fut. uellim Subiunc. cum uellim *P*

lens et cetera. similiter nolo non vis non vult, malo mavis mavult. quamquam etiam circa haec verba similiter imperativa observare debemus secundum adnotationem praecedentem. sed sunt qui ita dicunt, malis nolis, et optativa tantum instantis et praeteriti utinam malim malis malit et nolim nolis nolit. videndum est ne in similitudinem cadant volo et volvo, quod est κυλίω. ubi enim o duas vocales et semel * declinari volvo volvebam volvi. volvo autem est tertiae declinationis: |

tot || volvere casus.

nam volo volas primae est:

volat ille per aera magnum.

et quae ex volo verba fiunt, nolo et malo, futurum neque infinitivo neque participio habent.

Item aliud verbum ita declinatur. finitiva instantis sum es est, inperfecti eram, perfecti fui, plusquamperfecti fueram, futuri ero. imperativa instantis es, aliis sis, sit simus este sint; futuri aut quasi futuri esto tu esto ille estote sint et sunto. optativa instantis et inperfecti utinam essem, perfecti fuerim, plusquamperfecti fuissem, futuri sim. subiunctiva instantis cum sim, inperfecti essem, perfecti fuerim, plusquamperfecti fuissem, futuri ero et fuero. infinitiva instantis esse, praeteriti fuisse, futuri futurum esse et futurum ire. nec appellationem nec nomen nec participium praebet; sed nec passivum facit. participia tamen recipit haec tantum, singulariter ut hic futurus et pluraliter hi futuri et cetera. similiter declinantur etiam quae ex eo conposita sunt, velut prosum adsum praesum desum obsum intersum insum, et siqua alia ex his derivantur. sed ex his duo ista habent participia etiam instantis, praesum et absum. nam et praesens et absens dicimus. inter haec quae *cum* sum verbo pronuntiantur unum possum non potest videri (facit enim perfectum potui), cuius declinationem inseruimus. velut finitiva instantis possum potes potest, poteram, potui, potueram, potero. imperativa instantis potes possit ***possimus poteste possint***, futuri ***potesto possit*** possimus potestote possint et possunto. optativa instantis et inperfecti utinam possem, potuerim, potuis-

---

3 dicunt *N* dicant *P* 6 et semel declinari *P* ad semel declinar. rit *N*: v duas vocales ad semel declinaverit *Lindemannus. excidisse videntur quae de duorum verborum* volo vis *et* volo volas *ab eo quod est* volvo *differentia dicta erant* 8 tot] *Verg. Aen.* I 9 10 volat] *Verg. Aen.* I 300 11 futr̄ neque infinitiuo neque particiū *N* fūt neque participium *P* 13 *temporum nomina in declinatione verbi* sum *omissa in P, super scripta sunt in N* 15 es alius sis *P* esto aliis sis *N* esto tu esto ille estote *P* esto tu et ille essemus estote *N* 16 utinam *om. N, add. P* 21 tamen haec recipit tantum singū et plū. fūt. hic futurus et cet. *P* 23 ut p̄sum adsum obsum intersum insum et si qua *P* 24 deriuantur *N* declinantur *P* 25 ista *Diomedes p.* 355 ita *NP* 26 quae sum uerbo pronuntiantur uū (ut *P*) possum *NP* quae cum uerbo praeponuntur hoc solum possum *codices Diomedis* quae a sum uerbo pronuntiantur ut possum ω: unum possum *Lindemannus* 29 imper̄. inst. potes possit possimus potestote possint et posunto *N* inper̄. potes possit fūt possimus potestote possint et possunt *P. supplementa praebuit Diomedes p.* 355: *cf. gramm. de verbo p.* 178 *ed. Vindob.*

sem, possim. subiunctiva instantis cum possim, possem, potuerim, potuissem, potuero. infinitiva instantis et praeteriti tantum posse potuisse; futuri non habet. participium instantis tantum hic potens. sed quidam dicunt participium ne instantis temporis quidem habere. nam potens nomen est sive appellatio, non participium.

Item aliud verbum. finitiva instantis eo is it, ibam, ii, ieram, ibo. imperativa *instantis* || i eat eamus ite eant, quasi futuri ito eat eamus itote eant. optativa instantis et inperfecti utinam irem, ierim, issem, eam. subiunctiva cum eam, irem, ierim, issem, iero. infinitiva instantis ire, *praeteriti* isse [itum esse], futuri itum ire vel iturum esse. participia instantis hic iens, futuri hic iturus et cetera. similiter quae ab eo conposita sunt, velut abeo ineo subeo adeo prodeo circumeo intereo pereo praetereo exeo praeeo coeo veneo queo nequeo redeo transeo anteeo. prodeuntem abeuntem subeuntem dicemus et cetera, non prodientem; alioquin peccabimus: item abientem subientem.

Item aliud verbum. finitiva instantis fero fers fert, ferebam, tuli, tuleram, feram feres feret. imperativa instantis fer ferat, futuri ferto tu et ille. optativa instantis et inperfecti utinam ferrem, tulerim, tulissem, feram. subiunctiva cum feram, ferrem, tulerim, tulissem, tulero. infinitiva ferre, tulisse, latum ire et laturum esse, passivo modo latum iri. participia ferens, laturus et cetera. similiter quae ab eo conposita sunt tam activo quam etiam passivo modo declinantur, velut defero adfero profero praefero effero differo confero refero antefero aufero suffero circumfero transfero.

Item aliud verbum. finitiva instantis edo es est edimus editis edunt, sed veteres edo edis edit; inperfecti edebam; perfecti edi; plusquamperfecti ederam; futuri edam. imperativa instantis ede edat edamus edite vel este edant, futuri edito edat edamus editote, quasi futuri esto edat edamus estote edant. optativa instantis et inperfecti utinam ederem, ederim, edissem essem, edam. subiunctiva cum edam, ederem, ederim, edissem essem, edero. infinitiva edere, edisse esse, essum ire, essurum esse. participia hic edens, hic essurus et cetera. similiter quae ex eo veniunt, velut comedo abedo circumedo. passivo modo edor et cetera.

Verba quae perfectum mutant, sicut in superioribus varie conprehensum est, haec sunt, spondeo spopondi, pasco pavi, fe||rio ferii percussi,

---

3 partici̅ inst temp̅s nequidem h̅ habere *N* par̅ ne quidem habere *P* participia ne instantis quidem temporis habere *Diomedes* 7 instantis *post* imperativa *om. NP* 9 praeteriti *om. NP* 10 itum esse *ex declinatione verbi inpersonalis* itur *interpositum esse videtur* vel *om. N, add. P* 13 prodeuntem] proeuntem *P* 20 fut̅ latum ire laturum esse pass̅ modo laturum iri *P* 23 effero] offero *P* 27 editote edant nel edunto quasi *Fabricius: cf. Diomed. p.* 358 28 utinam ederem edissem .essem. edam sub̉ cum edam ederem : ederim : edissem essem *N* utinam ederem ederim edissem edam. Subiun̅c cum edam cum ederem cum ederim cum edissem essem *P* 31 ut cūmedo *P* 32 abedo *NP* ambedo *Fabricius* ambedo abedo *Diomedes p.* 358, *nisi utroque loco restituendum erat* ambedo adedo edor et cēt nirḡ ambesas. Uerbum quę *P* 33 motant *P* 34 ferio ferio (*corr.* ferii) *P* ferio feri *N*

meio mixi, verro | verri, necto nexui, vincio vinxi, pecto pexi, incedo incessi, fero tuli, sero sevi, urgeo ursi, texo texui, torqueo torsi, scindo scidi, prandeo prandi, sino sivi; tollo sustuli, confero contuli, ludo lusi, denseo densi, incipio incepi coepi, prosto prostiti, mergo mersi, eruo erui, frango fregi, desino desii, cambio campsi, haereo haesi, haurio hausi, farcio farsi, satago sategi, ago egi, dico dixi, volo volui volavi, contero contrivi, promo prompsi, adsuesco adsuevi, calfio calfactus sum, madefio madefactus sum, tepefio tepefactus sum, expergefio expergefactus sum, sum fui, tero trivi, disco didici, sterno stravi, concoquo concoxi, allido allisi, obsto obstiti, cresco crevi, cano cecini, pergo perrexi, tueor tuitus sum, vescor pastus sum, audeo ausus sum.

Admonendi tamen sumus participia in activis praeteriti temporis non esse, ut Graece dicimus φιλήσας ποιήσας. recipiuntur autem in positione passiva ea quae non habent passivam declinationem, sicut apud veteres inveniuntur, ut iuratus. non enim dicimus iuror. similiter et pransus cenatus potus iniuratus. haec enim, quoniam sunt activa et non patiuntur, recipiuntur passivo modo. sed haec in ceteris verbis et participiis dici non possunt. quidam autem dicunt occasus sol, δύνας ὁ ἥλιος.

Item in passivis participia praesentis temporis non sunt; abutuntur autem veteres activo pro passivo, ut apud Vergilium

genibusque volutans
haerebat;

deest se, ut sit volutans se, κυλιόμενος: 'praecipitans traxit omnia'; deest se, ut sit praecipitans se, καταχρημνιζόμενος.

VIII DE QVALITATIBVS LATINI SERMONIS ET TEMPORIBVS

Qualitates sermonis Latini certissimas, quibus tempora copulata sermone conectuntur, istas accepimus, finitivam optativam subiunctivam, quas

---

19 *N* III 7*, 2 Item in passiuis

---

1 mixi *P* mi^n^xi *N* uincio | uinxi pec..... ....cedo *N corrosis membranis*, uincio uinxi pecto pexui incedo *ω* uinco uinxi pecto pexi incedo *P*. pecto pexui *posuit Charisius p.* 217, pecto pexi *p.* 218 2 urgueo ursi *N* urgeo urgi *P* 3 prandeo prandi si.....*it* tollo *N corrosis membranis*, prandeo prandi sino siui tollo *P* ludo lussi *P* 4 incipio incipi cepi prosto prosteti *P* 5 frango frangi desino desiui *P* 7 madefio malefactus sum terefio terefactus sum expergefio expergefactus sum fui *P* madefio madefactus sum sum fui *N* 9 concoquo *N* concoco *P* opsto opsteti *P* 11 audeo ausus sum *N* audio audiui *P* 12 Admonendi — 24 καταχρημνιζόμενος *Diom. p.* 396 *sq.* participia *P* participialia *N* 13 ΦΙΛΗCΑΠΟΙΝCΑC accipiuntur *P* 14 passiua ea quae *P* passiu^a^e quae *N* 17 recipiuntur *om. P* sed *om. N*, *add. P* 18 et casus sol *N* et cassus *P* ΛΥΑΙΑC Ο ΗΛΙΟC *P* 20 apud Vergilium] *Aen.* III 607 23 uolutans se κυλιόμενος *Diomedes p.* 397 uolutans... ...se. ΚΥΛΙCΜΕΝΟC *P* uolutans se *N* traxit (taxit *P*) omnia *NP* traxi mecum *Diomedes: cf. Verg. Aen.* VI 351 24 deest enim p̄cipitans se ΚΑΤΑΓΡΗΜΝΙΖΟΜΕΝΟC *P* deest se ut sit praecipitans se *N* deest me ut sit praecipitans me καταχρημνιζόμενος *Diomedes* 25 DE QVALITATIBVS] *Diom. p.* 383 *sqq.* 27 accipimus *P*

notas omnibus certo scio, ideoque de his, quid || quaeque significet, simul, quod non alienum ab re est, tempora quoque omnia principalia et quae ex his derivantur explanabimus. sunt enim tempora instans, quod et praesens, praeteritum inperfectum, perfectum, plusquamperfectum, futurum; de * quibus, ut breviter dicam, universa nobis administrabitur oratio. igitur ista tempora, quoniam modo finitiva, non numquam optativa, saepenumero subiunctiva sunt, pro ut ratio suadet, iungentur.

Sermo, dum finitivus est, absolutive effertur, aut dum optamus, aut dum, ut repleatur sensus, necessario subiungimus, unde subiunctiva quoque appellata est verbi qualitas. itaque coniunguntur inter se tempora hoc modo. instans finitivorum iungitur instanti subiunctivorum, velut dico quamvis intellegas: item idem tempus instans finitivorum iungitur perfecto subiunctivorum, velut dico quamvis intellexeris: idem tempus iungitur et futuro optativorum, velut dico ut intellegas, ut apud Vergilium (non enim refugimus quaedam exemplis probare)

quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
incipiam;

quamquam horret, incipiam. inperfectum finitivorum iungitur inperfecto subiunctivorum, velut dicebam quamvis intellegeres: item idem tempus iungitur et plusquamperfecto subiunctivorum, velut dicebam quamvis intellexisses. perfectum finitivorum et plusquamperfectum iungitur inperfecto subiunctivorum et plusquamperfecto, velut dixi quamvis intellegeres, dixi quamvis intellexisses, dixeram quamvis intellegeres, dixeram quamvis intellexisses. item futurum finitivorum iungitur instanti subiunctivorum et perfecto et futuro et optativorum futuro ita, dicam quamvis intellegas, dicam quamvis intellexeris, dicam si intellexeris, dicam ut intellegas. | non numquam iungitur perfectum finitivorum futuro optativorum ita, dixi ut facias. ceterum quod superius et inperfecto subiunctivorum iungi diximus, hanc adfert differentiam, ut intersit utrum dixi ut faceres an dixi ut facias *enuntiemus*, quoniam in superiore, dixi ut faceres, et tempus quo || dixi et tempus quo ut fiat dixi prae-

---

1 ideo quod de his quid q̅q̅, *N* ideoque de his quibus q.q:· *P* 2 principalia (et q:· / bi) ex his deriuantur explanauimus *N* principalia et quę ex his designantur explanamus *P* 4 de quibus disserere non longe alienum praesenti desiderio tuo est. quibus temporibus, ut breuiter dicam, uniuersa nobis administratur oratio *Diomedes p.* 383; *unde lacunam indicavi.* de quibus breuiter dicamus et ita nobis administrabit oratio *P* 5 igitur ista *N* omnia ista *P* 7 prout ratio suadeat et ita conponitur sermo dum finitiuus est ae effertur. aue dum optamus repleatur *P* 8 est] e *N* 9 quoque tres uerbi qualitas *P* 10 hoc modo praeteritis finitiuorum iungitur praesens subiunctiuorum ut dicas. intellegas. item idem. uitū iungitur perfecto subiunctiuorum *P* 14 Vergilium] *Aen.* II 12. *idem exemplum de coniunctione instantis finitivorum cum futuro finitivorum, quae in libris Charisii omissa est, recte posuit Diomedes p.* 384. *sed in perturbatione antiquo tempore nec a librariis facta ordinem qui est in codicibus reliqui* 16 luctumque *P* 18 quamquam horret incipiam *om. N, add. P* 19 item idem tempus *P* item id tempus *N* 22 dixeram quamuis intellegeret dixeram quamuis intellexisset *P* 26 dicam ut intellegas *P* dicat ut intellegas *N* 29 facias enuntiemus quoniam in superiore *Diomedes p.* 385 facias quoniam superius *N* facias am superior *P* 30 faceres et dempus quo *N* facies quod *P*

terisse significat; in eo vero quod est dixi ut facias dicti tempus praeteritum significat, facti in futuro suspendit, cum adhuc, quoniam fieri possit quod iussit, incertum sit fiat necne. reperimus apud veteres instans finitivorum iungi etiam inperfecto subiunctivorum, quod raro fit. eius exempli prodendi gratia vel sola Ciceronis sufficiat auctoritas pro Sexto Roscio, velut 'cum nulla etiam proscriptionis memoratio fieret, cum etiam qui antea proscripti erant sederent, nomen refertur in tabulas Sexti Roscii'. item subiunctiva vi||cissim inter se iunguntur hoc pacto, inperfectum inperfecto sic, dicerem si scirem, plusquamperfectum plusquamperfecto sic, dixissem si scissem; ***item inperfectum plusquamperfecto sic, scriberem tibi si scissem***, item plusquamperfectum inperfecto sic, scripsissem tibi si scirem. et priore quidem sermone, scriberem tibi si scissem, significat saepe scripturum fuisse, si vel semel sciret; sequenti vero, scripsissem tibi si scirem, significat scripturum fuisse vel ***semel***, si saepius cognovisset. siquid difficultatis inesse videtur, rei tenuitati, non nobis imputandum est. || |

---

2 significat futuro suspendat cum iam fieri possit quod iussit sit ut faciat hec ne *P* 3 repperimus *NP* 5 prodendi *Diomedes p.* 384 probandi *NP* auctoritas pro sexto etiam scriptique. Item subiunctiua *P. pro Rosc. Amer.* 8, 21 6 commemoratio ω 10 item inperfectum — 11 si scissem *om. NP*, *add. Fabricius: cf. Diom. p.* 385 14 sequenti uero scripsissem significat scripturum fuisse fluit' Si quid difficultatis rei in hoc inueniatur non nobis inputandum est *P* 15 semel *om. N*

LIBER QVARTVS.

I

De barbarismo, ut ait Cominianus. barbarismus est dictio vitiosa. haec autem definitio generalis est, non specialis. sed quoniam *dictio* et contexta oratio et una pars eius intellegitur, consuetudo hunc tantum barbarismum appellat qui fit in una parte orationis. aptius tamen hac utemur definitione, barbarismus est una pars orationis corrupta. sed hoc vitium in soluta oratione nomen suum retinet, ceterum apud poetas metaplasmus vocatur, soloecismus autem schema. barbarismus est barbaros lexis, id est barbara dictio. sed hoc vitium inter se differt, quod barbarismus fit in nostra loquella, barbaros lexis in peregrina. barbarismus fit modis quattuor, adiectione detractione transmutatione inmutatione: adiectione temporis, ut 'Italiam fato profugus', cum Italia corripi debeat; litterae, ut 'relliquias Danaum', cum reliquiae dicantur; syllabae, ut 'nos abiisse rati' pro abisse: detractione temporis, ut 'fervĕre Leucaten' pro fervēre producta e littera; litterae, ut siquis dicat Plionem pro Polione; syllabae, ut imperiti dicunt salmentum pro salsamento: transmutatione litterae, ut siquis dicat reilcum pro eo quod est relicum: inmutatione litterae, ut siquis dicat olli pro illi. fit inmutatio et per sonos, cum aut acutus pro gravi aut gravis pro acuto vel alio quolibet ponitur. sonus in pronuntiatione invenitur. similiter ad||spiratio ad sonum pertinet, tametsi nos h quasi litteram ponimus. sed hoc vitium in scripto invenitur, cum aut choronam pro corona aut umum pro humo legimus.

Aliis uberius ita placuit definire de barbarismo. barbarismus est dictio vel pronuntiatione vel scriptura aliqua sui parte vitiosa. barbarismus fit

---

Finit lib. III:· incip̄ De barbarismo ut ait Cominianus *N* 2 barbarismus — 22 legimus *Diom. p.* 446 *sq.* 3 non specialis *Fabricius* ā specialis *N*: est autem definitio generalis et specialis *Diomedes* quoniam dictio et contexta oratio et una pars *Diomedes* quoniam in contextu orationis una pars *N* 5 fit *Diomedes* sit *N* 7 metaplasmos *N* 10 perigrina *corr.* peregrina *N* 12 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 13 relliquias] *Verg. Aen.* I 30 nos abisse rati pro isse *N*. *Verg. Aen.* II 25. *cf. Donat. p.* 1767 *Consent. de barb. p.* 5 *Prob. p.* 1414 *Serv. in Verg. l. c.* 14 fervere] *Verg. Aen.* VIII 677 16 salạmentum pro *N* 17 reilcum *N*: lericum *de eodem vitio adpositum est in anecdotis Parisinis ed. Eckstein p.* 26, leriquiae *apud Diomedem p.* 448 *et Claudium Sacerdotem p.* 30: reilquum pro reliquum *Consentius de barb. p.* 16 20 similiter ḣ adspiratio *N* 21 h] non *N*

modis quattuor, adiectione detractione inmutatione transmutatione: adiectione, cum una pluresve litterae iniciuntur non necessariae, ut

nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton:

detractione, cum littera litteraeve inconvenienter detrahuntur, ut

actae non alio rege puertiae;

proprie enim pueritiae dicimus; et cum nantes ἀντὶ τοῦ natantes ponimus: inmutatione '**conticuere omnes**' pro conticuerunt: transmutatione, |

pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis,

cum sit corulus arbor. praeterea enuntiatione, cum aut producimus aut corripimus aut adspiramus aut adspirationem subtrahimus non postulante ratione. inter barbarismum et soloecismum hoc interest, quod barbarismus in singulis verbis fit in quocumque ordine contra morem Latinitatis, soloecismus autem, quando discrepantes inter se dictiones habet *oratio*.

De soloecismo, ut ait Cominianus. soloecismus est oratio inconsequens. fit autem *aut* per partes orationis aut per accidentia partibus orationis. per partes orationis, ut

invalidus etiamque tremens, || etiam inscius aevi;

etiam pro etiamnunc, coniunctio posita pro adverbio. per accidentia partibus orationis fit soloecismus in plures species divisus, per qualitates genera numeros casus personas modos tempora comparationes: per qualitates nominum, ut

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus

pro Dardanius, posuit proprium nomen pro appellativo; per qualitates verborum, ut

at vero Rutulis inpar ea pugna videri
iam dudum

pro videbatur, posuit infinitivum verbum pro finitivo; per qualitates adverbiorum, ut intus eo pro intro eo, aut intro sum pro intus sum; per qualitates praepositionum, ut

ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est

pro apud quem: per genera nominum, *ut*

haec finis Priami

---

21 *N* III 8, 1 modos

---

3 ne polyhumnia *N*. *Hor. carm.* I 1, 33 6 actae] *Hor. carm.* I 36, 8 rege] rece *N* 7 dicimus] dīr *N* nantes anti tu natantes *N* 8 conticuere] *Verg. Aen.* II 1 9 pinguiaque] *Verg. georg.* II 396 14 oratio *om. N* 16 aut *priore loco om. N* 18 invalidus] *Verg. georg.* III 189 19 iam pro etiamnunc *N*, etiam pro adhuc *Philargyr. in Verg. l. c.* etiam pro iam nunc *coniecit Lindemannus* 21 casus personas *post* comparationes *habet N*, *transposuit Fabricius* per qualitate nominum *N* 23 hauriat] *Verg. Aen.* IIII 661 27 at vero] *Verg. Aen.* XII 216 32 ad quem] *Verg. Aen.* I 64 33 ut *om. N* 34 haec] *Verg. Aen.* II 554

pro hic finis; per genera verborum, ut balneum lavatur pro lavat: per numeros, ut

pars in frusta secant

pro secat, posuit pluralem numerum pro singulari: per casus, ut

vir bonus et sapiens dictis ait esse paratus

pro paratum se esse: per personas, ut

vosque, lares, tectum nostrum qui funditus curant

pro curatis: per modos, ut

nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent

pro nec venissem; posuit indicativum modum pro subiunctivo: per tempora, ut

ceciditque superbum
Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troia

pro fumavit: per conparativum, ut siquis dicat magis doctior, cum aut per se doctior dici debeat aut magis doctus * ut apud Vergilium

sequimur te, sancte deorum,
quisquis es,

pro sanctissime. fit soloecismus et per ordinem coniunctionum, ut siquis dicat autem fieri non debet, cum sit dicendum fieri autem non debet. dicunt quidam soloecismum et in uno verbo fieri, ut siquis feminam ostendat et dicat hic; sed intellegendum est huic dictioni accidere demonstrationem et sic effici duas partes orationis.

Aliis ita placuit definire de soloecismo. soloecismus est non conveniens rationi sermonis verborum iunctura. soloecismus quoque fit modis quattuor, adiectione detractione inmutatione transmutatione: adiectione, cum supervacuo || quid sententiae adicitur, ut

reginam petit. haec oculis, haec pectore toto
haeret et interdum gremio fovet inscia Dido;

hic enim Dido abundat: detractione, cum minus quam debet sententia verborum habet, ut

inplentur veteris Bacchi pinguisque ferinae;

deest enim carnis: inmutatione, cum aliae partes orationis pro aliis collocantur aut accidentia eis immutantur, *ut*

at non ille, satum quo te mentiris, Achilles
talis in hoste fuit Priamo;

---

3 pars] *Verg. Aen.* I 212 5 vir] *Hor. epist.* I 7, 22 7 vosque] *Ennio adscripsit A. Kochius exerc. crit. in prisc. Rom. poet. p.* 11: *cf. Enn. annal.* III 163 *ed. Vahl.* tectum ūm *N, h. e.* nostrum, *non* nomen, *ut editum est in* ω 9 nec uenisse (nsi) fata *N. Verg. Aen.* XI 112 12 ceciditque] *Verg. Aen.* III 2 15 *lacunam qua exciderunt quae de absoluto pro superlativo posito dicta fuerunt indicavi: nisi potius exemplum Vergilii p.* 240 *repetitum perperam huc translatum est* apud Vergilium] *Aen.* IIII 576 24 orationi sermonis uerborumque iunctura *N* rationi sermonis iunctura uerborum *Diomedes p.* 448 27 reginam] *Verg. Aen.* I 718 30 ut | ..plentur *N* ut implentur ω. *Verg. Aen.* I 215 33 immut*entur at* non *N* immutentur ut at non ω: immutantur *Fabricius. Verg. Aen.* II 540

debuit enim me dixisse; et e contrario

degeneremque Neoptolemum narrare memento, |

immo me: transmutatione * cum nomen pro verbo ponitur, ut

non metus omnino, nec te certasse priorem
paeniteat

pro non metuendum est; nomen pro participio, ut

hinc populum late regem

pro late regnantem; participium pro nomine, ut

vitaeque volantum

pro volucrum; participium pro verbo, *ut*

inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto

pro sic orsus est; coniunctio pro adverbio, ut

aut hic ad veteres fagos

pro sicut hic. · et cum accidentia partibus orationis inmutantur, qualitates numeri *casus* figurae genera personae ordines tempora significationes: qualitates, ut in nominibus, absolutum pro relativo, ut

neve putes alium sapiente bonoque beatum

pro beatiorem, absolutum pro superlativo, ut

sequimur te, sancte deorum

pro sanctissime, absolutum pro derivativo, ut

purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit

pro Meliboeensis; item cum finitiva pronomina pro qualitatis significatione ponuntur, ut

hunc ego te, Euryale, aspicio

pro talem; verbis, cum pronuntiativum pro subiunctivo ponitur, ut

quamvis solus avem caelo deiecit ab alto

pro deiecisset; adverbiis, cum relativum pro absoluto *ponitur*, ut

saepius Andromache ferre incomitata solebat

pro saepe; praepositionibus, ut

area cum primis ingenti aequanda cylindro

pro in primis; coniunctionibus, *ut*

semper erunt quarum mutari corpora malis.
semper enim refice

---

2 degeneremque] *Verg. Aen.* II 549 3 *transmutationis exemplo, quale infra p.* 241 *extr. positum est, omisso aut uberiorem de inmutatione disputationem interposuit grammaticus, aut tertiam soloecismi definitionem, id quod magis probo, cum secunda conglutinavit librarius* 4 non] *Verg. Aen.* I 548 6 est] esse *N* 7 hinc] *Verg. Aen.* I 21 9 vitaeque] *Verg. Aen.* VI 728 10 participium pro aduerbio inde oro *N*: pro uerbo ω. *Verg. Aen.* II 2 12 orsus est | aduerbio coniunc̄ ut hic *N*. *Verg. bucol.* 3, 12 14 orā | ..mutantur *N* orationis immutantur ω qualitatem num̄ fig̃ genera persoñ ordiñ tem̄ signifī *N* 17 neve] *Hor. epist.* I 16, 20 19 sequimur] *Verg. Aen.* IIII 576 21 purpura] *Verg. Aen.* V 251 22 meliboeensis | ...m cum *N* melibaeensis. Item quum ω 24 hunc] *Verg. Aen.* VIIII 481 25 pro adiunctino *N* 26 quamvis] *Verg. Aen.* V 542 auem | ..elo *N* auem coelo ω 27 ponitur *om. N* 28 saepius] *Verg. Aen.* II 456 30 area] *Verg. georg.* I 178 primis | ..genti *N* primis ingenti ω 31 pro cum inprimis *N*: *cf. Serv. in Verg. l. c.* ut *om. N* 32 semper] *Verg. georg.* III 69

pro semper itaque: per genera nominibus, ut

timidi venient ad pocula dammae

pro timidae; pronominibus, ut

quis tu es mulier?

pro || quae; participiis, ut

oculis capti fodere cubilia talpae

pro *captae*, captos habentes oculos: per numeros nominibus, ut

multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra

pro multae; pronominibus, *ut*

et nos aliquod nomenque decusque
gessimus

ἀντὶ τοῦ et ego gessi: *per casus* * participiis, *ut*

sensit medios dilapsus in hostis

pro sensit se dilapsum; praepositionibus, ut

destrictus ensis cui super impia
cervice dependet

pro super impiam: *per* figuras *nominibus*, ut

falsa ad caelum mittunt insomnia

pro somnia, et

incanaque menta

pro cana menta; pronominibus, ut

ipsa egomet dudum Beroen

pro ipsa ego, conposuit ipsa egomet, quod non debuit; verbis, ut

litore aena locant alii

pro conlocant, et

recalent nostro Tiberina fluenta |

pro calent; participiis, *ut*

somno positae sub nocte silenti

pro conpositae: personae immutantur, pronominibus, ut

quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?

pro tuorum; verbis, *ut*

---

2 timidi] *Verg. bucol.* 8, 28 uenient | ....ila *N* uenient ad pocula ω 4 quis] *Pacuv. Med. fr.* 20 *ed. Ribb. cf. Diom. p.* 449 6 oculis] *Verg. georg.* I 183 foedere *N* 7 captae *om. N: cf. Quintil.* VIIII 3, 6 *Priscian. p.* 642 8 multa] *Verg. Aen.* I 334 ante | ..as *N* ante aras ω 9 ut *om. N* 10 et nos] *Verg. Aen.* II 89 11 gessimus | .. τιτy *N* ἀντὶ τοῦ (*om.* gessimus) ω 12 per casus *om. N. praeterea autem exemplum inmutationis casuum in nominibus factae, qua de re Vergilii versum Aen.* I 573 urbem quam statuo vestra est *ponere solent grammatici, excidisse videtur* ut *om. N* 13 sensit] *Verg. Aen.* II 377 14 dilapsum | ..... ib ut *N* dilapsum. Praepositionibus ut ω 15 destrictus] *Hor. carm.* III 1, 17 cui] tui *N* 17 per figuras nominibus *Fabricius* figuris *N* 18 falsa | ...ęlum *N* falsa ad coelum ω. *Verg. Aen.* VI 897 mittunt ut insomnia (*om.* pro somnia) *N* 20 incanaque] *Verg. georg.* III 311 22 ipsa | ....et *N* ipsa egomet ω. *Verg. Aen.* V 650 24 lito | .....a *N* littore ahena ω. *Verg. Aen.* I 213 26 recalent] *Verg. Aen.* XII 35 thyberina à fluenta *N* 27 ut *om. N* 28 somno] *Verg. Aen.* IIII 527 29 pro conpositae *om. N* 30 quid fueris *N. Verg. Aen.* II 595 31 uerbis ut *Fabricius* aduerbiis *N*

migrantis cernas totaque ex urbe ruentes

pro cernat quis: ordo immutatur, pronominibus, cum praepositiva pro subiunctivis ponuntur, ut

hic canit errantem

pro is; coniunctionibus, *ut*

horum quod mavis stultusne malusne videri?

pro stultusne an malus: temporibus verborum aut participiorum, ut

progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
audierat

pro ductum iri, et

suspensi Eurypylum scitatum oracula Phoebi
mittimus

pro sciscitatum: significationibus verborum participiorumque, ut

et iam nox humida caelo
praecipitat

pro praecipitatur, activum pro passivo; adverbiorum significationibus, *ut*

hic regina gravem gemmis

pro tunc, locale positum pro temporali; aut quantitatis,

multum ille et terris

pro diu. transmutatione, ut

solus qui Paridem solitus contendere contra. ||

DE VITIIS CETERIS

De acyrologia. Acyrologia est dictio inpropria, ut

hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

sperare enim dixit pro timere.

De cacenphato. Cacenphaton est conpositio verborum obscenae significationis aut unius verbi obscena pronuntiatio. conpositione fit, ut 'cum Numerio fui'; sed emendabitur hoc vitium interposita aliqua parte orationis, ut 'cum quodam Numerio fui'. fit et in uno verbo, ut apud Sallustium 'ductabat exercitum' et 'arrexit animos militum'.

---

26 *N* III 8, 2 De cacemfato

---

1 migrantis] *Verg. Aen.* IIII 401 2 cernat quis *Fabricius* cernas quos *N: cf. Serv. in Verg. l. c.* pro coniunc̄ | ..onuntur *N* pro coniunctiuis ponuntur ω 4 hic] *Verg. Aen.* I 742 5 ut *om. N* 6 malus | .. uideri *N* malus ne uideri ω 8 progeniem] *Verg. Aen.* I 19 troiano | ...guine *N* Troiano a sanguine ω 9 *utrum* audierat *an* audierā *in N esset non satis adparuit* 10 pro ductum iri *om. N: cf. Serv. in Verg. l. c.* 11 suspensi] *Verg. Aen.* II 113, *ubi Servius*, scitantem, participium pro participio est, id est scitaturum. alii scitatum legunt, id est inquisitum 12 mit | ..mus *N* mittimus ω 14 etiam | ... humida *N* et nox iam humida ω. *Verg. Aen.* II 8 16 pro praecipitatur *om. N, add. Fabricius* significationibus | ..c reginā *N* significationibus ut hic regina ω. *Verg. Aen.* I 728 18 quantitatis | ...tum *N* quantitatis multum ω. *Verg. Aen.* I 3 21 solus] *Verg. Aen.* V 370 22 DE VITIIS CETERIS] *Diom. p.* 443 *sqq. Donat. p.* 1770 *sq.* 24 hunc] *Verg. Aen.* IIII 419 26 De cacemfato. Cacenfaton *N* 29 apud Sallustium] *Catil.* 17 quia Cn. Pompeius invisus ipsi magnum exercitum ductabat. *ib.* 39 vetus certamen animos eorum arrexit

De pleonasmo. Pleonasmus est sententia verbo plus quam necesse est abundans, ut 'sic ore locuta est', cum sufficeret dici sic locuta est.

De ellipsi. Ellipsis est sententia verbo minor quam necesse est, salva tamen conpositione verborum, ut per est,

in medio victoria ponto;

et 'iam Danai nisi referunt' pro ne si quidem referunt. |

De perissologia. Perissologia est multorum verborum adiectio supervacua, ut

ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

hic enim excepto ibant omnia supervacua sunt.

De macrologia. Macrologia est oratio longa sine cultu, ut apud Livium 'legati non impetrata pace retro, unde venerant, domum reversi sunt'. nullum enim pondus adiecit sententiae longitudo, sed magis decorem abstulit.

De tautologia. Tautologia est eiusdem vel idem significantis verbi iteratio, ut egomet ipse.

De tapinosi. Tapinosis est rei magnae humilis expositio, ut apud Horatium Flaccum

Pelidae stomachum cedere nescii.

humiliter enim stomachum dixit pro ira. ||

De cacosyntheto. Cacosyntheton est indecens structura verborum talis, ut

versaque iuvencum
terga fatigamus hasta.

De amphibolia. Amphibolia est dictio sententiave dubiae significationis: dictio, ut vadatur Cato; sententia, ut

aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

ambigua enim sors fuit ante eventum utrum Pyrrus a Romanis an Romani a Pyrro vinci possent. fit aliquando et in uno verbo * ut siquis se dicat hominem occidisse, cum appareat eum qui loquitur occisum non esse.

---

2 sic] *Verg. Aen.* I 614 4 De enlipsi enlipsis *N* 5 ut par est in ω ut par in *Fabricius* 7 ne si referunt *coniecit Lindemannus* pro nex si *N* 10 ibant] *idem exemplum eadem de re praeter Diomedem et Donatum habent Pompeius p.* 441 *Claudius Sacerdos p.* 31 *Priscianus p.* 1037 13 legati *Diomedes et Donatus* legio *N*. *idem exemplum praeterea habent Quintilianus* VIII 3, 53 *Pompeius p.* 441 *Claudius Sacerdos p.* 31 *Isidorus* I 33, 8. *in Livii libris iis qui super sunt non legi adnotavit Spaldingius in Quintil. l. c. Sallustio tribuitur in codice Lavantino* 24, *in quo cum priore exemplo ita coniunctum est*, in historis ibant qua poterant. numquid qua non poterant ire ualebant. salustius unde uenerant reuersi sunt. quo reuersi erant nisi unde uenerant 17 egomet ipse] *Verg. Aen.* V 650: *cf. p.* 241 18 apud Horatium] *carm.* I 6, 6 20 nescit *N* 24 versaque] *Verg. Aen.* VIIII 609 26 significationis. ut (dictio) *N* 28 aio] *Enn. annal.* VI 186 *ed. Vahl.* eacida *N* 30 fiet *N*: *amphiboliae in uno verbo factae exempla, qualia sunt apud Diomedem p.* 444, *interciderunt. nam quae secuntur ad aliud ambiguitatis genus pertinere adparet* siquis te (s) *N*

IV DE TROPIS

Tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem decoris aut necessitatis aut cultus gratia. tropi sunt numero duodecim, metaphora catachresis metalepsis metonymia antonomasia synecdoche onomatopoeia periphrasis hyperbaton hyperbole allegoria homoeosis. horum omnium generalis est metaphora, ceteri eiusdem specie dividuntur.

1) De metaphora. Metaphora est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem decoris aut necessitatis aut cultus gratia. haec fit modis quattuor, ab animali ad animale, ab animali ad inanimale, ab inanimali ad animale, ab inanimali ad inanimale: ab animali ad animale, sicut

> **Tiphyn aurigam celeris fecere carinae;**

ab agitatore ad gubernatorem transtulit: ab animali ad inanimale, sicut |

> **ad procul excelso miratur vertice montis;**

pro cacumine nunc verticem dixit, qui est animalium: ab inanimali ad animale, sicut

> **si tantum pectore robur**
> **concipis;**

a ligno ad hominem transtulit: ab inanimali ad inanimale, sicut

> **pelagus tenuere rates;**

pro navibus nunc rates dixit. metaphorae quaedam sunt communes, quae a Graecis acoluthoe appellantur, ut

> **Tiphyn aurigam celeris fecere carinae;**

quia, quem ad modum in navi || auriga dici potest, ita et in curru gubernator, ut

> **cumque gubernator magna contorsit equos vi:**

quaedam non communes, quae a Graecis anacoluthoe appellantur, ut 'vertice montis'. non enim potest invicem dici cacumen hominis, sicut vertex montis.

---

1 DE TROPIS] *Diom. p.* 452 *sqq. Donat. p.* 1755 *sqq. adscripta est discrepantia codicis Leidensis Voss.* 37. 8 (*L*), *in quo et haec de tropis disputatio et quae sequitur de metaplasmo excepta de Charisio exstat* 2 propter similitudinem *Fabricius* 3 decoris aut *om. L* Tropi sunt XIII metafora catachresis metalempsis metonomia antenomasia Epitheton Sinecdoche Onomatopeia perifrasis yperbole allegoria omoeusis *L* 4 metafora *N* metalempsis *N* synecIidoche *N* 5 perifrasis yperbaton yperbole *N* homoeusis *N* 6 metafora *NL* ceteri omnes huius species uidentur *L et Diomedes* 8 de metafora. Metafora *N* metafora *L* 9 decori *N*: doris aut cultus *L* 13 tupho *N* tyfin *L. idem exemplum praeter Diomedem et Donatum habet Pompeius p.* 463. *fortasse Varronis Atacini est: cf. Apollon. Rhod. Argon.* I 401 celeres *L* carinā *L* 15 aut procul *L. Verg. Aen.* V 35 18 si] *Verg. Aen.* XI 368 robor *L* 21 pelagus] *Verg. Aen.* V 8 22 Metaforae *NL* 23 acholothoi *N* i o luta *L* 24 typho *N* tyfla *L* celeri *N* celeres *L* cariuā *L* 25 dici potest ita et *L* dicitur et *N* 27 cumque gubernator ma contorsit equos ut *L* magna contorsit equos ui gubernator *N*. *Ennio tribuit A. Kochius exercit. crit. in prisc. Rom. poet. p.* 11: *cf. Enn. annal.* III 160 *ed. Vahl.* 28 anacoluthoe *N* anacolatia *L* 29 dici hominum cacumen quemadmodum uerticem dixit *L*

De catachresi. Catachresis est dictio alienae rei necessario inposita. haec a metaphora hoc differt, quod illa vocabulum habenti largitur, haec, quia non habet proprium, alieno utitur; ut parricida dicitur qui fratrem vel sororem occidit, cum sit ille proprie parricida qui patrem occidit.

De metalepsi. Metalepsis est dictio per gradus homonymiae ad propriam significationem descendens, ut

spel uncis abdidit atris;

ab atris enim nigrae intelleguntur et ex nigris tenebras habentes et ex hoc *in* praeceps profundae.

De metonymia. Metonymia est dictio ab aliis significationibus ad aliam proximitatem translata. est autem metonymia latior tropus, qui, ut possit per omnes species in artem referri, necessariis tradetur exemplis * ut 'litteras tuas accepi', cum significet epistulam: per inventorem dominantemve inventum subiectumve, ut *

sine Cerere et Libero friget Venus;

vult enim per Cererem intellegi panem, per Liberum vinum, per Venerem concubitum: per inventum subiectumve inventorem dominantemve, ut siquis Vulcanum significare velit et ignem dicat: a faciente id quod fit, ut 'stilo desertus sum' pro 'destitutus sum scriptis': *aut* ab eo quod fit id quod facit, ut pigrum dicitur frigus; non enim ipsum frigus pigrum est sed pigros facit.

De antonomasia. Antonomasia est dictio per accidens proprium significans, ut cum domitor maris dicitur et intellegitur Neptunus. huius tropi species est epitheton. || epitheton est dictio vocabulo adiecta ornandi aut destruendi aut indicandi causa. ornat epitheton, sicut 'd i v u s V l i x e s'; destruit, sicut

---

1 alienę rei necessario posita *N* alienore necessarius imposita *L*: Catachresis est alienae rei nomen appositum *Isidorus* I 36, 6 2 metafora *NL* uocabulum habentia *L* 3 parricida dr̄ qui fratrem ā sororem occidit cum sit ill. | proprie parricida dr̄ qui fratrem ū sororem occidit cum sit ille proprie parricida qui patrem occidit *N* 5 De metalempsi Metalempsis *N* Metalemsis *L* 7 speluncis] *Verg. Aen.* I 60 8 t........|habentes ex hoc p̄ceps profundum *N* tenebras habentes et ex his profundi *L* per hoc in praeceps profundae *Diomedes* 10 Metonomia *L* 11 est........nymia latior tropus qui ut......per *N* Est autem metonymia latior tropus, qui ut possit per ω: est autem metonomia latior tropus quae ut possit per omnes species in artem referri sed necessariis tradetur exemplis. per id quod continet id quod continetur. ut (*Verg. Aen.* VII 133) nunc pateras libate ioni. pro eo quod est in pateris et (*Verg. Aen.* VIII 64) caelo gratissimus amnis id est diis qui in caelo continent. per id quod continetur id quod continet. (*Verg. Aen.* VII 147) grateras magnos statnū et uinn coronant non uiuas. sed grateras in quibus uina sunt per inuentorem dominantemquae inuentum subiectumquae *L. retinui codicis N scripturam, in qua ex prima metonymiae specie, quae est a continenti id quod continetur aut ab eo quod continetur id quod continet, posterioris tantum rationis exemplum relictum est* 15 sine cerere....... | friget *N* sine Cerere et Libero friget ω: sine cerere et libero subiectum inuentorem (*rell. om.*) *L. Ter. Eunuch.* IIII 5, 6 18 uelit et ignem *L* u..... | ignem *N* uelit ignem ω stilo dissertus sum pro dissertus sum scriptis id quod facit *L* 19 scriptis....| ab *N* scriptis ab ω 23 do..... | maris *N* domitor maris ω dominator maris *L. Verg. Aen.* V 799 25 indicandi] edificandi *L* dirus olixes *L. Verg. Aen.* II 261

scelerumque inventor Vlixes;

indicat, sicut

Larissaeus Achilles.

sumuntur autem aut ab animo aut a corpore aut extrinsecus: ab animo, ut

contemptorque deum Mezentius; |

a corpore, ut 'pulcher Iulus'. extrinsecus quae sumuntur in plures species dividuntur. descendunt enim a genere, a loco, ab actu, ab eventu: a genere, ut Achilles dicitur Aeacides aut Pelides; a loco, ut Vlixes dicitur Ithacus aut Pelasgus; ab actu, ut 'Aeneia nutrix' Caieta; ab eventu, ut

insula dives opum Tenedos.

epitheton ab antonomasia hoc differt, quod antonomasia per se accidens habet, ut cum Tydides dicitur et intellegitur Diomedes; epitheton vero habet accidens, sed cum vocabulo proprio, ut 'Saturnia Iuno'.

6, De synecdoche. Synecdoche est dictio plus minusve promuntians magis quam significans. modo enim toto dicto pars intellegitur, modo parte nominata totum accipitur: a toto pars, ut

ingens a vertice pontus
in puppim ferit;

non enim *totum* pelagus fuisse dicitur quod navem percusserit sed pars pelagi, id est fluctus: a parte totum, ut

haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum;

a puppibus enim naves significantur et a pube toti homines.

7, De onomatopoeia. Onomatopoeia est dictio ad imitandum sonum vocis confusae ficta, ut cum dicimus hinnire equos, balare oves, stridere valvas et cetera his similia.

8, De periphrasi. Periphrasis est oratio longa cum cultu. fit autem, aut ut brevitatem splendide producat, aut ut foeditatem circuitu devitet. brevitatem splendide producit sic,

et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

---

1 scelerumque] *Verg. Aen.* II 164 2 sicut larisseus *N* si claris saeuus *L*. *Verg. Aen.* II 197 4 ab animo ut — 6 Iulus *om. L* 5 contemptorque] *Verg. Aen.* VIII 7 6 pulcher Iulus] *Verg. Aen.* V 570 VII 107 VIIII 293. 310 7 a genere a loco ab actu ab euentu *L* a genere loco actu euentu *N* 8 Aeacides] *Verg. Aen.* I 99 VI 58 Pelides] *Verg. Aen.* II 548 V 808 XII 350 9 Ithacus] *Verg. Aen.* II 104. 122. 128 III 629 Pelasgus] *Verg. Aen.* II 83 Aeneia] *Verg. Aen.* VII 1 11 insula] *Verg. Aen.* II 21 tenedus *L* 15 pronuntiant magis quod significans modo enim toto dicto pars intellegitur modo partē nomini totum *L* pronuntians magis intellegitur modo parte nomine aut totum *N* 18 ingens] *Verg. Aen.* I 114 pontus *N* pelagus *L* 20 totum *om. NL, add. Diomedes* fuisse dicitur qui *L* fuisset radit ad quod *N* fuisse dicit quod *codices Diomedis* 22 haud] *Verg. Aen.* I 399 pu(pp)besque tuę *N* puppesque tuorum *L* 23 nauis significat et a pube oms̄ homines *L* 24 Onomatopeia *NL* imita(nd)tum *N* 25 confuse *N* confusa *L* dicimus ualuas stridere oues balare equos hinnire boues mugire *L* 27 De perifrasi perifrasis *N* perifrasis *L* 28 brevitatem *om. N, add. L* 30 et] *Verg. Aen.* IIII 584

potuit enim dicere 'iam lucebat' aut 'iam dies ortus erat'. foeditatem circuitu devitat sic,

placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

hoc enim cir||cuitu decenter vitavit obscenitatem ostendens concubitum.

9 De hyperbato. Hyperbaton est dictio diducta verbis non suo loco positis. sed hic tropus generalis est. species enim sunt quattuor, anastrophe diacope dialysis synchysis. anastrophe est duorum verborum ordo mutatus nullo interposito, ut 'transtra per et remos'; dicendum enim fuit 'per transtra et per remos'. diacope est diductio conpositae dictionis interposito extrinsecus verbo, ut 'septem subiecta trioni', cum iungi debeat septemtrioni. dialysis est cum ordo orationis interposita sententia diducitur, ut

tum socios, namque omnis eum stipata tegebat
turba ducum, sic incipiens hortatur ovantis;

cum sit ordo hic, tum socios sic incipiens hortatur ovan|tis, namque omnis eum stipata tegebat turba ducum. synchysis est hyperbaton obscurum, ut

tris notus abreptas in saxa latentia torquet,
saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras,
dorsum inmane maris summi;

cuius recta compositio est talis, tris notus abreptas in saxa torquet, quae saxa mediis fluctibus latentia Itali aras vocant.

10, De hyperbole. Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendive gratia: augendi, ut nive candidior, velocior Euro; minuendi, ut

extractam puteo situlam qui ponit in horto
ulterius standi non habet ipse locum.

[Aliis ita placuit definire per hyperbolen,

in ventrem didicit sapere nimirum Solon,
qui lege cavit ut vitia transcenderent

---

1 N III 8*, 1 potuisset enim

---

1 potuit *L* potuisset *N* 3 placitumque *L*. *Verg. Aen.* VIII 405 5 euitat obscenitatem et ostendit *L* 6 De yperbato hYperbaton *N* dictio *N* oratio *L* deducta uerbis *L* deducta a uerbis *N* 8 dialipsis *L* synchysis *Diomedes p.* 454 *et Claudius Sacerdos p.* 42 sinchesis *L* synerisis *N* ordo mutatus *L* mutatus ordo *N* 9 transtra] *Verg. Aen.* V 663 10 deductio composite dictionis interposito *L* dictio conposita dictionis interpositę *N* 11 septem] *Verg. georg.* III 381 cum iungi *Diomedes* coniungi *L* cum subiungi *N* 12 dialipsis *L* interposita *L* interpositę *N* 13 deducitur *NL* 14 cum socio *L*. *Verg. Aen.* XI 12 15 sic — 17 ducum *om. L* 17 Sinchresis *L* Sincrisis (y) *N* 18 tres *L*. *Verg. Aen.* I 108 19 mediis (q:) in *N* mediisq. in *L* aras dorsum inmaue mare summo. hyperbole (*rell. om.*) *L* 20 dorsum — summi *om. N* 25 extractam *L* extracta *N*. *versus cum epigrammate Ciceronis a Quintiliano* VIII 6, 73 *citato coniunctos praeeunte Pithoeo edidit Burmannus anthol. Lat.* III 56 situla qui ponet in hortum *L* 27 Aliis — 276, 3 hyperbole *om. L*. *exemplum hyperboles quae est e schematis dianoeas suo loco positum est infra p.* 253 yperbolen *N*

auctoris poenae: nulla poena acerbior
excogitari potuit uxoris malis.

quod etiam in schemate dianoeas invenies de hyperbole.]

(47) De allegoria. Allegoria est oratio aliud dicens aliud significans per obscuram similitudinem *aut* contrario, ut apud Vergilium

et iam tempus equum fumantia solvere colla.

significat enim carmen esse finiendum. hu||ius tropi species sunt septem, ironia antiphrasis aenigma charientismos paroemia sarcasmos asteismos. ironia est oratio pronuntiationis gravitate in contrarium deducens sensum verborum, ut

me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter.

haec enim sententia, nisi graviter pronuntietur, non negantis erit sed confitentis. antiphrasis est dictio ex contrario significans. haec ab ironia hoc differt, quod ironia adfectu mutat significationem, antiphrasis vero diversitatem rei nominat, ut bellum dicitur, quod minime sit bellum, et lucus, quod minime luceat. aenigma est oratio aliud palam ostendens aliud significans per obscuram diversitatem, ut

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me;

cum significet ex aqua glaciem concrescere et glaciem in aquam resolvi. charientismos est dictio per ea quae grata sunt aliud dicens aliud significans, ut cum interrogamus num quis nos quaesierit et respondetur 'bona salus', unde intellegimus nos neminem quaesisse. parhoemia est vulgaris *pro*verbi usurpatio cum aliqua diversitate, ut 'cocta numerabimus exta', cum significet ex eventu sciemus; et 'contra stimulum calces', id est rei contrariae resistere. sarcasmos est allegoriae figura deridendi causa ficta, ut

rite Thesprotum pudet
generi, quod ipse a Tantalo ducit genus.

per hoc enim vult intellegi ignobilem esse Thesprotum. asteismos est alle-

---

1 auctor$\overset{i}{e}$s *N* aceruior *N* 3 yperbole *N* 4 per obscuram contrario similitudinem *N* per obscuram similitudinem aut contrarium *Diomedes* per similitudinem *L* 5 apud Vergilium] *georg.* II 542 6 equum *L* equm *N* 8 antifrasis *NL* astaismos *N* antismos *L* 9 deducens *N* redigens *L et Diomedes* 11 me] *Verg. Aen.* X 291 13 antifrasis *NL* 14 adfectum mutat significationem *N* adfectū ut asiguificatione (v over ut) *L* antifrasis *NL* 15 bellum dicitur qui *L* bellum quod *N* 16 q minime *L* quod in eo minime *N* oratio *N* dictio *L* 18 mater] *idem aenigmatis exemplum praeter Diomedem et Donatum habent Pompeius p.* 477 *et Claudius Sacerdos p.* 39 20 carientismos dictio per ea quae grata sunt aliud significans *L* 22 unde *N* ex quo *L* 23 prouerbi *Diomedes* uerbi *NL* per aliqua diuersitatē ut quot adnumerauimus cum significet *L* numerauimus *corr.* numerabimus *N* 24 exuentu (o over u) *N* ex uentu *L* et — resistere *om. L* contra] *Ter. Phorm.* I 2, 28 advorsum stimulum calces 25 allegoria per figuram facta deridendi *L* 27 rite] *inter incerta tragicorum fragmenta receperunt Bothius poet. Lat. scen.* V 1 *p.* 281 *et Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 216, merito *coniecit H. Grotius bibl. crit. nov.* IIII *p.* 179 pudet *Grotius* pudeat *NL* 28 generi quod *Ribbeckius* rei quod *N* reiq. *L* rei. quid si *Grotius* ad tantalo *L* ducat *N* duci *L* ductat *Bothius* 29 ignobilitate fuisse hesprotum *L* astaismos *N* antismos *L*

goria cum urbanitate, ut 'Philippus cum vellet Oritas in potestatem suam redigere et in hoc exercitum misisset, scripsit missos a se milites, quoniam comperisset eos seditionibus vexari, et bonorum amicorum *esse* in tali tempore subvenire'.

De homoeosi. Homoeosis est [imago] ignotae rei per similitudinem eius quae nota est descriptio. huius species sunt tres, icon parabole paradigma. icon est personarum eorumve quae personis accidunt comparatio, ut

os humerosque deo similis. |

parabole est rerum || *aut* administrationum genere dissimilium comparatio, ut apud Vergilium

clamores simul horrendos ad sidera tollit,
qualis mugitus, fugit cum saucius aram
taurus.

paradigma est rei praeteritae relatio adhortationem dehortationemve significans: adhortationem, ut

Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus atque intima tutus
regna Liburnorum et fontem superare *Timavi;*

dehortationem, ut

at non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in ignis?

III DE METAPLASMO

Metaplasmus est dictio aliter quam debuit figurata metri aut decoris causa. huius species sunt XIIII hae, prothesis parenthesis prosparalepsis aphaeresis syncope apocope ectasis systole diaeresis episynaliphe *synaliphe* ecthlipsis antithesis metathesis.

---

1 Philippus] *Demosth. Philipp.* III *p.* 114 choritus in potestatem suam redigere et in huius exercitum misisset scripsit *L* moritas hostis suos in potestatem redigere scripsit *N*: Oricios hostes *Fabricius* 3 illos seditione exari bonorum amicorum facit tempore subuenire *L* 4 esse *om. N, add. Diomedes* 6 De homoesi *N* Omocusis *LN*: homoeosis est — ignotae rei per similitudinem eius quae magis nota est descriptio *Diomedes* 8 personarum eorumue quae *Diomedes* personarum earum q̄ *N* personarumue quae *L* 10 os] *Verg. Aen.* I 589 11 rerum aut administrationum *Diomedes* rerum administratarum *N* rerum admirationum *L* 12 apud Vergilium] *Aen.* II 222 16 adhortationem ac dehortationem significans adhortationem ut *L* adhortationem dehortationemq, ut *N* 18 Antenor] *Verg. Aen.* I 242 19 atque — 20 superare *om. N, add. L* 20 superari *L* Timavi *om. NL* 22 at *om. N, add. L. Verg. Aen.* VIIII 144 23 in igni *N* ignis *L* 24 DE METAPLASMIS *L. cf. Diom. p.* 435 *sqq.* 25 aliter quod debet figurari *L* 26 species XIIII hae *N* species sunt hae *L* prothesis *NL* prosthesis *Diomedes: cf. Lobeck pathol. serm. Graec.* I *p.* 13 prosparalempsis *N* propanalemsis *L* 27 uferesis *N* apocope *om. N, add. L* synstole *N* Sistole *L* synaliphe *om. NL* 28 etclipsis *N* ectebensis *L*

Prothesis est quidam generalis metaplasmus, qui fit per adiectionem. sed specialiter sic dividitur, prothesis est cum primae parti dictionis aut littera adicitur aut syllaba: littera, ut

Turnum gnatoque patrique

pro nato; syllaba, ut

concitum tetuli gradum

pro tuli.

Parenthesis est cum inter primam et ultimam syllabam aut littera adicitur aut syllaba: littera, ut

hac casti maneant in relligione nepotes

pro religione; syllaba, ut 'Mavortis in antro' pro Martis, et induperator pro imperator.

Prosparalepsis est cum aliquid ad novissimam partem dictionis accedit, ut 'admittier orant' pro admitti.

Aphaeresis est aeque generalis metaplasmus, qui fit per detractionem; sed specialiter sic observatur, prima parte dictionis, ut 'temnere divos' pro contemnere.

Syncope est cum mediae parti dictionis aliquid subducitur, ut

extinxti te meque, soror,

pro extinxisti.

Apocope est cum ex ultima parte loque||llae aut littera detrahitur aut syllaba: littera, ut

aspice num magi sit nostrum penetrabile telum

pro magis; syllaba, ut 'endo suam do', hoc est domum.

Ectasis est cum correpta syllaba contra rationem producitur, ut

exercet Diana choros,

et

versa pulvis inscribitur hasta. |

---

2 diuiditur *L* diuiditur (fin over ui) *N* partis *N* parte *L* 4 turnum seruet gnatoque *N*: seruet *om. L. Verg. Aen.* XI 178 6 concito te gratu tetuli pro tuli *L. Catulli esse versum 'ex poemate de vere, quod desideramus' coniecerat Pierius castig. in Verg. Aen.* XI 178, *quem secutus est G. I. Vossius de analog.* III 37. *cf. Naek. opusc.* I *p.* 350. *rectius inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel.* *p.* 202 10 hac] *Verg. Aen.* III 409 in religione *N* in re(l)ligione *L* 11 pro religione hunc metaplasmum quidam sinchirin appellant. syllaba *L, quae ad synaliphen pertinere adparet ex Diomede p.* 437. *parenthesin autem sive epenthesin a quibusdam pleonasmon appellari idem Diomedes p.* 436 *adnotavit* Mavortis] *Verg. Aen.* VIII 631 13 prosparalempsis *N* propanalempsis *L* 14 admittier] *Verg. Aen.* VIIII 231 15 Aferesis *N* 16 in prima parte *L* tempnere diuos pro contempnere *NL. Verg. Aen.* VI 620 18 medie parte *L* 19 extincteque me soror pro extincxisti *L* extincti te meque pro extinxisti *N. Verg. Aen.* IIII 682 21 loquelae parte *L* 23 aspice] *Verg. Aen.* X 481 num magi nostrum *N* nunc mage sit nostrum *L*: magi, *quod est in Vergilii codice Romano, tuetur Consentius de barb. p.* 6. 7. 35, mage *Diomedes et Probus p.* 1438 24 endo suam do pro domum *Diomedes* eñdo sñam h. ē modum *N* indo ibam pro in domum ibam *L. Enn. annal.* 563 *ed. Vahl.*
26 exercet] *Verg. Aen.* I 499 versa] *Verg. Aen.* I 478

Systole est cum producta syllaba contra rationem corripitur, ut

urbemque Fidenam,

cum prima syllaba debeat produci.

Diaeresis est cum una syllaba in duas dividitur, ut 'pictai vestis' pro pictae.

Episynaliphe est una syllaba ex duabus syllabis facta, ut

fixerit aeripedem cervam licet,

cum aeripedem quinque syllabis dicere debeamus.

Synaliphe est duarum vocalium concursu alterius elisio, ut

atque ea diversa penitus dum parte geruntur.

e litteram hinc necesse est excludi.

Ecthlipsis est cum duabus dictionibus dure *con*currentibus aliqua consonantium vel plures quaelibet eliduntur, ut

multum ille et terris iactatus et alto

pro multum.

Antithesis est litterae pro littera inmutatio, ut

impete nunc vasto ceu concitus imbribus amnis

pro impetu.

Metathesis est ordo litterarum mutatus, ut

nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis.

ratione enim Thymber dicitur.

IIII DE SCHEMATE LEXEOS

Schemata lexeos sunt *et* dianoeas, id est figurae verborum et sensuum. sed cum ad oratorias virtutes pertineat schema dianoeas, nos de eo loquemur quod schema lexeos dicitur, cuius finitio est *talis*, schema lexeos est ordo verborum aliter quam debuit figuratus metri aut decoris causa. huius species sunt multae, sed necessariae traduntur XVIII, prolepsis zeugma hypozeuxis synlepsis asyndeton anadiplosis anaphora epanalepsis epizeuxis paronomasia, schesis onomaton, parhomoeon homoeoteleuton homoeoptoton polyptoton hirmos polysyndeton dialyton. ||

---

22 *N* III 8ᵛ, 2 De schemate lexeos

---

1 Synstole *N* Sistole *L* producta *N* longa *L* 2 urbemque] *Verg. Aen.* VI 773 4 pictai] *Verg. Aen.* VIIII 26 6 Episynalyphe *N* episynalipe *L* 7 fixerit] *Verg. Aen.* VI 803 ceruam (v) *N* 9 Sinalipe *L* concursu *L* concursio *N* 10 atque] *Verg. Aen.* VIIII 1 penitus qm̄ unam syllabam necesse est excludi *L* 12 Ectlipsis *N* ectilipsis *L*: *cf. Mar. Victor. p.* 2510 dure currentibus *L*, *om. N* aliquem *L* 13 plures quas habet *N* plurales quaelibet *L* 14 multum] *Verg. Aen.* I 3 17 impete] *Ovid. metam.* III 79 ceu centius *L* 20 nam] *Verg. Aen.* X 394 timbre *L* 21 ratione timber debuerat dicere. FINIT *L* 22 DE SCHEMATE LEXEOS] *Diom. p.* 438 *sqq. Donat. p.* 1773 *sqq. Claud. Sacerd. p.* 33 *sqq.*

23 Schemate (a) lexeos sunt dianoeas *N* 25 cuius finitio (de) *N* talis *om. N, add. Diomedes* 27 prolempsis *N* 28 synlempsis *N* anafora epanalempsis episeuxis (z) *N* 29 scesis (h) *N* 30 hyrmos *N*

Prolepsis est cum ante numerus verbo redditur quam res personaeve [rei] finiuntur, *ut*

continuo reges, ingenti mole Latinus
quadriiugo vehitur curru,
bigis it Turnus in albis,
tum pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
et iuxta Ascanius, magna spes altera Romae,
procedunt castris.

Zeugma est verbum quod in duplici multiplicive sententia aptatur, sed quod omnibus communiter redditur, ut

Troiugena interpres divum, qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clari laurus, qui s. s.

verbum enim sentis singulis quibusque debetur. aliis ita placuit zeugma definire, 'nihil hominum te fortunae, nihil commiserescit me*ae*? finge advenam esse: nihil fraterni nominis sollemne auxilium et nomen pietatis movet?' plures sententiae uno verbo cluduntur.

Hypozeuxis est cum singulae res aut personae verbis suis cluduntur, ut

regem adit et r. m. n. q. g. q.
quidve ferat quidve ipse petat, Mezentius arma
quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni

N

// ges ingenti mole latinus quadriiugo uehĩ cur̄ bigis it turnus in albis
Prolempsis ē cũ ante numerus uerbo redditur quam res personęue rei finiuntur continuo
tũ pat̄ ęneas romanę stirpis origo et iuxta ascanius magna spes altera romę p
Zeugma est uerbũ quod in duplici multiplicine sententia aptatur s. q |dunt castris
omb̄ communit̄ redditur ut troiugena intpres diuũ qui numĩ phoē qui tripō clā laũ qui
uerbũ H sentis singulis quibusq, debetur :· //finge aduenā ēē nihil fratui nominis sollem.
Aliis ita placuit zeugma definire uihil hominum te fortuna nihil comiserescit
auxilium et nomen pietatis mouet. plures sententię uno uerbo cluduntur .·. // n. q.
hypozeuxis est cũ singulę res ā personę uerbis suis cluduntur ut regem adit [et] r.
quidue ferat quidue ipse petat mezentius arma q̄ tibi conciliet uiolentaq, pecto

Integros versus legit Pierius, quamquam quaedam non satis certo ei adparuisse videntur 3 Continuo reges ω 8 procedunt ω 12 qui sydera sentis uerbum ω 14 commiserescit me fingi aduenam, te nihil ω 15 solenne auxilium ω. *in codice post* sollem. *nihil deesse videbatur* 20 adit e r m n q g g quidue ω 22 pectora Turni ω

2 res vel personae finiuntur *Claudius Sacerdos* personae definiantur *Diomedes* 3 continuo] *Verg. Aen.* XII 161 11 Troiugena] *Verg. Aen.* III 359 12 Clari laurus *Diomedes*, *Claudius Sacerdos, Pompeius p.* 454. 455 *et ipse Charisius p.* 9 Clarii laurus *Donatus* 20 regem] *Verg. Aen.* X 149 22 sibi *Diomedes* turniae docet *codices Diomedis*

edocet, humanis quae sit fiducia rebus |
admonet, admiscetque preces. haud fit mora, Tarchon
iungit opes foedusque ferit.

Synlepsis est cum singularis dictio plurali verbo concluditur, ut

sunt nobis mitia poma,
castaneae molles et pressi copia lactis;

vel cum pluralis dictio singulari verbo concluditur, ut

hic illius a. h. c. f.

debuit enim dicere hic illiùs arma fuerunt.

Asyndeton est *

Anadiplosis est cum eadem dictio et in clausula *versus et* in principio sequentis ponitur, ut

sequitur pulcherrimus Astor,
A. e. f. et versicoloribus armis.

Anaphora est cum eadem dictio in principio versuum ponitur, ut

nate, meae vires, m. m. p. s.
nate, patris s. q. t. Ty. t.

Epanalepsis est cum eadem dictio in principio versus et in clausula ponitur, ut

pater, inquam, me lumine orbavit . . . . . pater.

Epizeuxis est repetitio dictionis eius||dem cum impetu pronuntiationis, ut

me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum,
o Rutuli, mea fraus omnis.

N

turni et docet humanis q̄ sit fiducia rebus admonet admiscetq, preces hand fit mor
tarchon iungit opes foedusq, ferit :· // castaneę molles et pressi copia lactis
Synlempsis ē cū singularis dictio plurali uerbo concluditur ut s̄ nobis mitia po
Asyndeton ē cū pluralis dictio singulari uerbo concluditur ut hic illius a. h. c. f. deb
dicere hic illius arma fuerunt :· // m: astor. a. e. f. et uersicoloribus armis
Anadiplosis ē cū eadem dic̄ in principio sequentis ponitur ut sequitur pulche
Anafora ē cū eadem dic̄ in principio uersus et in clausula ponitur ut nate meę uires. m. m. p.
nate patris. s. q. t. ty. t. // pater :· Epizeuxis ē repetitio dic̄ eiusdē cū impetu pronuntia
Epanalempsis ē cū eadē dic̄ in principio ūsus et in clausula ponit̆ ut pat̄ inquā me lumine orbauit
ut me me adsū qui feci in me ɔūtite ferrū o rutuli me fraus om̄s:·// uēerit loc: desertissim: etc

2 mora Tarchon ω 5 poma castaneae ω 9 debuit enim ω 13 pulcherrimus Astor ω 16 mea magna potentia solus Nate ω 20 orbauit pater ω. *in codice quamquam finis versus non adparuit, tamen deesse aliquid pro certo non adfirmaverim* 21 pronuntiationis ut ω

---

5 sunt] *Verg. bucol.* 1, 81 8 hic] *Verg. Aen.* I 16. *exemplum in Charisii codice ad asyndeton adscriptum de syllepsi poni solet a grammaticis. quare transpositis vv.* asyndeton est *lacunam qua et definitio et exemplum asyndeti haustum est indicavi. ipsam figuram a dialyto non diversam omiserunt Donatus et Claudius Sacerdos, sine exemplo posuit Diomedes* 11 et in clausula, *quae in codice ad anaphorae definitionem transposita sunt. huc revocavi:* in principio uersus sequentis *Fabricius* 13 sequitur] *Verg. Aen.* X 180 15 in principio uersuum plurimorum ponitur *Fabricius* 16 nate] *Verg. Aen.* I 664 20 pater inquam hospitis me lumine orbauit pater *Claudius Sacerdos; unde* páter, inquam, hospites, pater me lúmine orbavit pater *coniecit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 228 22 me] *Verg. Aen.* VIII 407

Paronomasia est cum dictio iteratur, mutata tamen aut littera aut syllaba, ut apud Ciceronem 'qui fuit lucus religiosissimus, nunc erit locus desertissimus' et 'custodire sacrum non honoris sed oneris esse existimabitur'.

Schesis onomaton est cum in textu plures antonomasiae ponuntur, ut

Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.

Parhomoeon est cum verba omnia similiter incipiunt, ut

o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Homoeoteleuton est oratio pari verborum exitu finita, ut

hos reduci quam relinqui, devehi quam deseri
malui.

Homoeoptoton est oratio excurrens in eosdem casus similes, ut

merentes flentes lacrimantes ac miserantes.

Polyptoton est oratio per plures variata casus, ut

litora litoribus contraria, fluctibus undas
imprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotesque.

Hirmos est oratio unius tenorem casus ad clausulam usque custodiens, ut

principio caelum ac terras c. q. l. l. q. g. l. T. q. a. s. i. a.

N

Paronomasia ē cū dic̄ iteratur mutata tam ā litt̄a ā syllā ut ap̄ciceronē qui fuit locus religiosi
dire sacrū ñ honoris s. oneris ēē existimabitur :· //rum uis :· Parhomoeon ē cū uerba omnia si
Scesis onō ē cū intextu plures antonomasię ponuntur ut marsa manus peligna cohors festina
lit̄ incipiunt ut o tite tute tate tibi tañ tyrañ tulisti :· // hōeoptoton ē oratio excur
hōeuteúleton ē orā pari uerbor̄ exitu finita ut hos seduci quā relinqui deui quā deseri mallu
in eosdē cas: similes ut merentes flentes lacrimantes ac miserantes/mis pugnent ipsiq, nepotesqu
Polyptoton ē orā per plures uariata cas: ut litora litorib: contraria fluctib: undas imprecor arma
hyrmos ē orā uni: tenorē cas: ad clausulā usq, custodiens ut principio cęlū ac t̄ras. c. q. l.
g. l. t. q. a. s. i. a. // machaon et menelaus et ipse doli fabricator epios et alibi fru

2 religiosissimus nunc ω 3 et custodire ω 6 festina nirum ω 7 similiter ω 11 malui Homoeoptoton ω 12 excurrens in ω 16 arma armis ω nepotesque Hirmos ω 19 l qs g ω

---

2 qui fuit] *utrumque exemplum inter se coniunctum exhibet Rutilius Lupus p.* 12 *ed. Ruhnk.*, at huius sceleratissimi opera, qui fuit lucus (locus *codices*) religiosissimus, nunc erit locus desertissimus, nimirum quoniam traditam sibi publicorum custodiam sacrorum non honori sed oneri (non honoris sed oneris *codices: correxit R. Stephanus*) esse existimavit lucus *Diomedis codex Monacensis*, *Fabricius in notis mss.*, *Ruhnkenius in Rutil. l. c.:* locus *defendit Spengelius ephem. Mon. a.* 1837 *p.* 952
5 in textu] iuxta ω in conexu vel in textu sententiarum *Diomedes* 6 Marsa] *Enn. annal.* VIII 280 *ed. Vahl.* Vestina *I. Dousa apud Merulam in Enn. annal. fragm. p.* 453 8 o Tite] *Enn. annal.* I 113 *ed. Vahl.* 10 hos] *Ennio tribuit Diomedes*, *Iphigeniae fabulae adscripserunt Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 256 *et Vahlenius Enn. poes. rel. p.* 122. eos reduci *Donatus* eos deduci *vel* eos te duci *codices Diomedis* hos deduci *Fabricius* euehi *Fabricius* 13 merentes] *Enn. annal.* I 107 *ed. Vahl.* merentes flentes lacrimantes commiserantes. uersus hic plauti. omnes partes orationis in accusatiuo casu exeunt *codex Lavantinus* 24 lacrimantes commiserantes *Donatus* 15 litora] *Verg. Aen.* IIII 628 19 principio] *Verg. Aen.* VI 724

Polysyndeton est pluribus coniunctionibus nexa oratio, ut

Athamasque Thoasque
Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon
et Menelaus et ipse doli fabricator Epios, |

et aliubi

frugesque receptas
et torrere parant flammis et frangere saxo.

plures coniunctiones conectunt sententias.

Dialyton est sive dialysis oratio nulla coniunctione interposita, ut

alii navalibus ite,
ferte citi f. d. t. i. r.

et aliubi

naufragia labes generis ignorat senex.

sententiae hic plures sine coniunctione finiuntur.

V DE SCHEMATE DIANOEAS

Schema dianoeas a schemate lexeos hoc distat, quod alterum in verbis et verborum || ornamentis consistit, alterum in contemplatione animi sensusque versatur. de schemate ergo dianoeas velut viam paucis ostendam, qua, siquis otiosior fuerit, etiam reliqua, quae quasi remotiora videbuntur, persequi poterit. fit igitur schema dianoeas per has species XV.

Per dialogismon, ut apud Terentium est

quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
cum accersor ultro? an potius ita me conparem,
non perpeti meretricum contumelias?

hic persona introducta quaerit apud se quaenam potius utilitati suae pars eligenda sit.

N

Polysyndeton ē plurib: coniunctionib:nexa orā ut athamasq,thoasq,pelidesq,neoptolem:prim receptas et torrere parant flammis et frangere saxo plures coniunctiones ɔectunt senteutias :·
Dialyton ē siue dialysis orā nulla coniunctione inposita ut alii naualib: ite fertec i. r. et aliubi naufragia labes generis ignorat senex sententię hic plures sine coniunc̄ fini
De schemate dianoeas. Schema dianoeas a schemate lexeos h.distat q altūinūbisetūborum ɔsistit alterū in ɔtemplatione animi sensusq, uersatur :· // reliqua q̄ q̄si rem
De scemate ergo dianoeas uel uiā paucis ostendam q si quis · otiosior fuerit uidebuntur persequi poterit // perpeti meretricū contumelias hic personas in
Fit igitur schema dianoeas per has species XV :· // ultro an potius ita me conparē n
Per dialogismon ut aṗ terentiū ē quid igitur faciā ū eā ne nc̄ quidem cum accersor
ducta quęrit apud se q̄nam utilitati suę pars eligenda sit // uidit egentem

3 primusque Machaon *w* 6 frugesque receptas *w* 11 ferte citi f d t i r *w* 14 finiuntur De *w* 17 ornamentis consistit *w* 19 fuerit etiam reliqua quae quasi remotiora uidebuntur *w* 23 conparem perpeti *w* 25 persona introducta *w*

---

2 Athamasque] *Verg. Aen.* II 262 6 frugesque] *Verg. Aen.* I 178 10 alii] *Verg. Aen.* IIII 593 13 naufragia] *inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 210 ignoras senex? *coniecit Ribbeckius* 19 qua si quis *w* 21 apud Terentium] *Eunuch.* I 1, 1

Per mycterismon, id est derisum quendam, tam quam

vidi te, Vlixes, saxo sternentem Hectora,
vidi tegentem clipeo classem Doricam:
ego tunc pudendam trepidus [pedibus] hortabar fugam.

haec omnia derisu quodam dicta sunt a fortiori ad non fortem.

Per paralipsim, [in quo] cum volumus negantes aliquid indicare, tam quam

non commemoro quod draconis saevi sopivi impetum,
non quod domui vim taurorum et segetis armatae manus.

Per ethologiam, ut

siquis me videat, *ita* dicat *sibi*,
'ni mirum hic est ille vir talis tantis opibus praepotens.
ubi nunc *est* secundis rebus adiutrix . . . .'?

Per prosopopoeiam, cum loquentes finguntur qui nulli sunt, tam quam

si nunc redire posset ad superos pater,
qui te tutamen fore sperarat familiae

N

Per mysterismon idē derisum q̄dam tamquam uidi te ulixes saxo sternentem he
peo classem doricam ego tunc pudendā trepidus pedib: hortabar fugam :· ħ oīm
risu quodam dicta ŝ a fortiori ad ñ fortem .//. moro q latroni statui oppressi et dom
Per paralipsin in quo cū uolumus negantes aliquid indicare tamquam non com
ista uirorū et segetis armata manus . // p̄potens ubi nunc secundis rebus ad
Per ethologiam ut si quis me uideat dicat nimirū hic ē ille talis uir tantis
Per prosopopoeiam cū loquentes finguntur qui nulli ŝ tāquā si nē redire | p
posset ad superos pater qui te tutamen fore sperare familię domuiq, columen ñ

2 Hectora uidi tegentem clipeo ω 6 haec omnia derisu ω 9 commemoro ω 10 et domus ista ω 14 tantis opibus praepotens ω 16 adiutrix Per prosopopoeiam ω. *in codice post* adiutrix, *quod ipsum integrum legit Pierius, additum fuit vocabulum, cuius prima littera* p, *pro qua* fo *etiam legi posse adnotavi, in proximo versu post v.* redire *adparuit* 285, 1 domuique incolumen non ne potes sic diceret ω,

---

1 derisum quendam ω. *an* derisu quodam? 2 vidi] *inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 207. *ad armorum indicium vel Pacuvii vel Attii rettulit Welckerus trag. Graec. p.* 1383 4 pedibus *delevit Fabricius* 7 κατὰ παράληψιν in quo volumus *Fabricius. fortasse* per paralipsin negando cum: *cf. p.* 253, *ubi de schemate negandi idem exemplum repetitum est* 9 non] *inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 222, *ad Ennii Medeam revocavit Vahlenius Enn. poes. rel. p.* 130 *praeeunte Welckero trag. Graec. p.* 1378 draconis saevi sopivi impetum *Fabricius ex Charisio l. c.*, draconis taetri oppressi impetum *coniecit Lindemannus* 10 non quod domui vim taurorum *coniecit Lindemannus*, non quod viros domavi *Fabricius* armatae *Fabricius* 13 siquis] *inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 219 *trimetris iambicis ita constitutis*, Si quis me videat, dicat: 'ni mirum hic is est, Ille tális, ille vir tántis opibus praépotens? Vbi núnc secundis rébus adiutrix tua?' 16 adiutrix fortuna *Fabricius. lacunae spatia explebit* adiutrix potentia 18 si] *inter incerta palliatarum fragmenta recepit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 105 19 sperarat *tam quam codicis scripturam dedit Lindemannus*, putarat *Fabricius*

domuique columen, nonne *haec tibi* sic diceret?
'cur te dedecoras? famam cur maculas tuam?
cur rem dilapidas, quam miser extruxit labŏr?'

[philosophi antiqui usum dixerunt tropen, quam catachresin nominavere, cui opinioni plerique grammatici an|tiqui consenserunt. omnis enim tropus quid est nisi alienae rei abusio?]

Per apologismon sive ultro dando, cum aliquid adversario nostro ultro damus quo uti eum scimus non posse, tam quam ||

tutare amici causam, potis es, suscipe:
obicitur crimen capitis, purga fortiter:
in amici causa [potior] est immo certe potior est.

Per hyperbolen hoc est,

in Venere sapere didicit ni mirum Solon,
qui lege cavit vitia uti transcenderent
auctoris poenae: nulla poena acerbior
excogitari potuit uxoris mălis.

Per confessionem, tam quam suum crimen confitentis, cum oratio increpans alterum prodit,

tum, credo, cum me arbusta videre Miconis
atque mala vitis incidere falce novellas.

N

sic diceret cur te dedecores familiam cur macules tuam cur rem dilapides q
miser extruxit labor. philosophi antiqui usum dixerunt tropen quam catachresin nom
Cui opinioni pleriq, grammatici antiqui consenserunt om̄s ‖ tropus quidē nisi alienę rei
Per apologismon sine ultro dando cū aliquid aduersario nō ultro damus quo uti eū s
ū posse tamquam tutare amici causā patris suscipe obicitur crimen capitis p
fortiter in amici causa potior ē immo certe potior est // transcenderent a
Per hyperbolen h. est in uentre sapere didicit nimirum solon qui lege cauit
poenę nulla poena aceruior excogitari potuit uxoris malis. // credo cū me
Per confessionen tamquam suū crimen confitentis cū oratio increpans alterū pdit
ta uidere myconis atq, mala uitis incidere falce nouellas // sententiam fi

in quibus quod post v. nonne *interpositum est* potes, *id non intellecta scribendi ratione qua librarius uti consuevit e vestigiis litterarum in fine antecedentis versus conspicuis perperam effecit Pierius.* nonne haec sic *in codice esse adnotavit Lindemannus* 3 dilapides quam miser ω 4 nominauere cui ω 6 rei abusio. Per ω 8 eum scimus non ω 10 capitis purga fortiter ω 14 cauit ut uitia transcenderent auctoris poenae ω 18 prodit Tunc credo cum me arbusta ω

---

1 domusque *Fabricius* nonne putas sic diceret *Fabricius* 2 dedecoras? famam *Fabricius* maculas ω 3 dilapidas *Fabricius* 4 philosophi — 6 abusio *quamvis ita quodam modo suum locum tueri possint ut ad catachresin in versibus ante positis referantur, tam quam insiticia notavi. videntur autem ex definitione tropi vel figurae huc inlata esse.* philosophi antiqui hunc dixerunt tropum quem *Fabricius* 9 tutare] *tres versus disiunctos inter incerta palliatarum fragmenta recepit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 105. tutáre amici caúsam, patris rem súscipe *Ribbeckius* 11 potior *priore loco delevit Ribbeckius:* potior immo certior *Fabricius. fortasse* in amico causa certior, immo potior est 13 in Venere] *cf. Charis. p.* 246. *inter incerta palliaturum fragmenta recepit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 98. in Venere *Ribbeckius* 14 vitia uti *Ribbeckius* 19 tum] *Verg. bucol.* 3, 10

Per commutationem

prorsus aequum est petere, Dave: me poenae oppone.

hic non ut coepit sententiam finit. nam aiebat Dave, deinde subiecit me, cum ipse sit Davus.

Negando, cum quid negantes volumus indicare atque improperantes beneficia, quae audiens cognoscat *

non conmemoro quod draconis saevi sopivi impetum,
non quod domui vim taurorum et segetis armatae manus.

Per transitum sive transmutatione personarum, cum a nostra ad alteram trans||imus et per illam transfigurantes quod volumus retinemus, ut

Thesprote, siquis sanguine exortam tuo
prolem inter aras *sacrificas* sacram immolet,
quid meritus hic sit, dubium *id* an cuiquam fuat?

hic a *sua* persona in aliam personam transiit, ut argutans per illam ostenderet quid vellet increpare.

Per apoclisin

egone illam? pudor est eloqui — quam comperi?
relinqui non potest: non perpetiar, non etiam perferam.

N

Per commutationem prorsus ęquū ē pectore daue me poenę oppone hic ū ut coep
nam aiebat daue deinde subiecit me eum ipse sit dauus :· // noscat ū memoro ꝙ
Negando cum quid negantes uolumus inducere atq, impperantes beneficia ꝗ audiens
conis sęui sopiuit impetū non ꝙ domauit uiros et segetis armatę manus :·
De transitu siue transmutatione personarū cū a nostra ad alterā transimus et per illā traus
rantes quod uolumus retinemus ut thesprothe siquis sanguine exortā tuo ꝓlē int̄ arass
sacram immolet quid meritus hic sit dubium an cuiquā fiat hic a persona in aliā personā trans
argutans per illam ostenderet quid uellet increpare :· // perferam ɔsulto n̄bum ū uerba p̄timi
Per apoclisin egone illam pudor ē eloqui quam comperi reliūqui n̄ potuit ū perpetiar ū e

3 coepit sententiam finit nam ω 6 audiens cognoscat non memoro quod draconis ω 11 transfigurantes ω 13 aras sacrare sacram ω 15 transitus ut argutans ω 19 non perpetiar non etiam quiddam ω *omissis iis quae in fine antecedentis versus conlocata sunt*

---

2 prorsus] *inter incerta palliatarum fragmenta recepit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 105 aequina est pectore ω equino est pectore *Fabricius* petere *Ribbeckius:* peccasti *coniecit Lindemannus* 5 improbantes *coniecit Lindemannus.* improperare *scribendum erat, nisi infinitivum excidisse probabilius esset. ceterum de negandi figura quae dicta sunt non diversa a paralipsi, de qua adnotatum est p.* 252, *ad emendandam corruptam eius loci scripturam olim adscripta fuisse videntur* 12 Thesprote] *inter incerta tragicorum fragmenta receperunt Bothius poet. scen. Lat.* V 1 *p.* 281 *et Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 215 13 sacrificas sacram *Ribbeckius,* sacram sacrare *Fabricius* 14 dubium id an *Ribbeckius* dubium an id *Bothius* dubiumne id *Grotius bibl. crit. nov.* IIII *p.* 179 cuiquam fuat *vel* siet *Fabricius in notis mss.* 15 transiit *Lindemannus* 17 Per apocrisin ω 18 egone] *inter incerta tragicorum fragmenta duos versus disiunctos recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 228: *comoediae potius esse videntur* 19 non perpetiar, num etiam quiddam suspicionis silentio colligunt? *Fabricius*

consulto verbum vel verba praetermi*ttit et* quiddam suspitionis silentio colligit.

Per aporian

Luna, deum quae sola vides periuria vulgi,
seu Cretaea magis seu tu Dictynna vocaris.

hic certae rei dubitatio est.

Per epitropen

sive ista virtus seu latrocinium *fuit*,
horrendum miserandum fuisse clamitant
. . . . quod extulisti saucios
patrio lare.

de nomine disceptatio est, cum res sit palam. hic adversariis permittimus quo velint pacto nomen imponere, ut de eo potius quam de re ipsa dubitare videamur.

Per antimetabolen 'homo ornat locum, non hominem locus'. verbum ante dictum aut eodem modo aut permutatum aeque postea refertur.

VI DE LECTIONE || |

* * *

N

quiddam suspicionis silentio colligunt . // certę rei dubitatio est:
Per aporian luna deũ q̄ sola uides periuria uulgi seu cretea magis seu tu dictynna uoc$\overset{a}{e}$ris hic
Per epitropen siue ita uirtus sine ita patrociniũ horrendũ miseranda fia ēē clamitas
q extulisti saucios patrio lare de noīē disceptatio ē cũ res sic palam hic adũsariis perm
. quo uelint pacto nomen imponere ut de eo potius quam de re ipsa dubitare uideamur :· //tum ęq
Per antimetabolen homo ornat locũ ñ hominē locus ũbum ante dictũ ā eodē mō ā p
└refertur

ΑΗ ΛΕΚΤΙΟΝΕ :· .III. q̿, II.

5 uocaris hic descende. Certe rei ω. *mihi post* hic *nihil deesse in codice videbatur* 9 miseranda siue est calamitas insonti quod ω. *utrum* fia *an* flu *esset in codice non satis adparuit* 12 permittimus quo ω 16 aut permutatum aeque post eum referetur ω

---

4 Luna] *Cornelii Severi versus esse coniecit Naekius opusc.* I *p.* 353, *Catullo tribui maluit R. Merkelius in Ov. Ib. p.* 407 5 seu Cretaea mavis seu tu Dictynna vocari *Nicolaus Loensis epiphyll.* VIII 27 (*Grut. lamp.* V) *p.* 627 sive Hecate mavis seu tu Dictynna vocari *Naekius opusc.* I 351 *et in Val. Cat. p.* 273 6 huc descende. certae rei *Fabricius*, *ita ut* huc descende *versibus continuaretur:* hic de nomine certae rei, *quae videtur Niebuhrii coniectura esse*, *pro scriptura codicis dedit Lindemannus* 8 sive] *inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 226 *versibus ita dispositis*, ... sive ista virtust seú patrocinium hórridum | ... . miseránda sive est cálamitas, | insontis quod éxpulisti saúcios patrió lare 9 horrendum sive est miseria, sive est calamitas insonti quod *Fabricius* 12 sit palam ω 16 postea *Fabricius* 17 *duabus membranis, ut videtur, de quarto quaternione in N amissis perierunt ea quae in indice capitulorum p.* 5 de lectione et partibus eius *sqq. indicata sunt. subieci quae in tertia eius quaternionis membrana ex capite de versibus restant, quae omissa sunt in* ω. *ex his commentarium de versu Saturnio olim a Niebuhrio inventum* (*cf. Niebuhr. epistul.* II *p.* 510), *postea a C. O. Müllero descriptum primus edidit et explicavit Schneidewinus in scriptione academica* (*Flavii Sosipatri Charisii de versu Saturnio commentariolus ex codice Neapolitano nunc primum editus, Gottingae* 1841); *accuratius e codice descriptum una cum iis quae de rhythmo et*

DE SATVRNIO

Sunt item Saturnii quinum denum et *senum* denum pedum, in quibus similiter novum genus pedum est et ipsum ametron, de quibus nihil praecipitur, eoque nomine artios quidem est. et solent esse summi pterygiorum senum denum, sequentes quinum denum, quales sunt in pterygio Phoenicis Laevii novissimae odes Erotopaegnion

Venus, amoris altrix,
genetrix cupiditatis,
mihi quae diem serenum
hilarulum praepandere cresti,
opseculae tuae ac ministrae;

tum

etsi neutiquam quid foret expavida gravis dura fera
asperaque famultas, potui accipere dominio superbo:

vel quales in tragoediis non numquam incidere veteribus solent, ut Ennii Acciique, de quibus aeque nihil sane praecipitur, Accii ex Epigonis

quid istuc, gnata unica, est, Demonassa, obsecro,
quod me . . . . . go expetens timidam e tecto excies?

vel hic alius,

sed iam Amphilochum huc vadere cerno, et
nobis datur bona pausa loquendi
tempusque in castra revorti.

hos Saturnios non nulli vocitatos existimant, quod eius temporis imperiti adhuc mortales huius modi usi versibus videantur suas sententias clusisse vocibusque pro modo temporum modulatis sollemnibus diebus cecinisse, vel

---

1 *N* III 3, 1 De saturnio st̄ item

---

metro subiecta sunt ipse exhibui Philol. III *p.* 90 *sqq. et analect. gramm. p.* 36 *sqq. scripturae codicis N discrepantiam libri Borbonici IVA* 10 (*n*) *saeculo XVI ex illo descripti, siquid rectius quam in archetypo nunc legi potest in eo scriptum erat vel memorabilis videbatur diversitas, adieci.*

2 et s...n denum *N* 4 eoq, nōē artios *N* eo quod non est artis (*om.* quidem est) *n* eoque nomen aptius *Schneidewinus p.* 13 summi p|pterygiorum *N* 5 in *in marg. N* 6 le..ni. nouissime *N:* lenius *scriptum esse videbatur num* erotopaegnion *an* erotopaegnior *an* erotopaegnios *scriptum esset in N non satis adparuit:* erotopaegnion *n* 7 *versum sedecim pedibus a grammatico distributum in quinque trochaicos distinxi* 9 mihiq, *n: in N utrum esset* in̊ q̄ *an* in q̄ *perspicere non potui* 10 *utrum* hilarulū *an* hilarula *esset in N non adparuit:* illarula *n* 11 op saeculę *N:* opitulae *coniecit Müllerus apud Schneidewinum p.* 20 13 *quindecim trochaeos quos numeravit grammaticus in duos tetrametros trochaicos revocavi. prior versus, quem corruptum reliqui, ita suis numeris reddi poterat,* étsi neutiquám quid foret expávida nec gravis fera dura 14 *fortasse* famulitas dominio accipere *N* 17 demanassa *n:* demara... *vel* demacansq, *in N legi posse videbatur* 18 mecumago *vel* meamego *vel simile quiddam scriptum esse videbatur in N:* me subito *conieci Philol.* III *p.* 97, me hac voce *Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 148, me Alcmaeo *vel* Alcumaeo (*om.* me) — exciet *Bergkius apud Ribbeckium l. c.* 20 Sed iam iam.......audere terno *n: in N num* cerno *an* cernā *an* cerne *scriptum esset non adparuit: cf. Non. p.* 158. *anapaesticos versus restituit Hermannus elem. doctr. metr. p.* 388 et] ita *Hermannus* 21 data *Hermannus* 25 sollempnibus *N*

quod eodem defuncto apotheosis eius hac dictione sit celebrata; cuius exemplum adhuc *in* linteis libris reperitur.

DE RYTHMO ET METRO

Sequitur autem per rythmon et melos, non quia non omnia metra rythmoe sint. multis enim generibus dicitur rythmos secundum qualitatem rei subiectae, quam corporalem vocant, ut homines columnae vel porticus dicuntur rythmos *vel* sine rythmo. nam *ut alia recte* per figuram et qualitatem, *id est* per rythm*um incedunt*, *ita alia* sine rythmo sunt. nam ut in homine, quamvis qualitate, id est formis, aether sit, nihilo minus qualitas est hominis, ita rythmos, quamvis non sit certa qualitas, tamen rythmos dicitur. et in spatio rythmos, quod est quantitatis, ut cum dicimus eurythmon esse interdum est via haec ipsa. metra, quamvis alia sint positione, ut quibusdam placuit errantibus tamen, ipsa rythmorum partibus sunt enumeranda. nihil est enim inter rythmon et metron nisi quod rythmos est metrum fluens, metron autem sit rythmos clausus. nam ut in numero V numeri sunt finiti, sed et ipse numerus et finitus est, ita et rythmos. melos autem, quod est tertium genus, id est species, ut verius dicam, non est genus sed species et incipit qualitas fieri rythmi. nam qualis dispositio est corporis, ut sit ora . . . . et bracchium dicatur ac tali crus caput et re*liqua secundum suas* qualitates membra nomina inveniunt, ita et melos nomina invenit, ut dicatur choricon. ita *liber*ius quoque confitendum est nec distare melos a rythmo, quod quidam putaverunt. nam esse hoc metron,

quaenam te adigunt, hospes, stagna capacis visere Averni?

rythmos autem in . . . . carmen

---

18 — 27 *N*

uerius dicam ñ ē genus s. species et incipit qualitas ri ryth
mi nam qualis dispositio ē corporis ut sit *ora*
et bracchium dicatur ac tali crus caput et re
qualitates membra nōā inueniant ita et melos nōā inue
nit ut dicatur choricon ita *lil*ius q̄q̄ confitendū ē nec dista
re melos a rythmo ꝙ qdā putauerunt nam ēē hoc
metron . quęnam te adigunt hospes *stagna* capacis
uisere auerni ;· Rythmos W in *spā* men :· .

19 qualitas fieri *n* 20 sit ora * brachium *n* 21 caput et cetera qualitates *n* 22 ita illius quoque *n* 24 nam si est hoc metron *n* 25 hospes stagna capacis *n* 27 in * carmen inclyte parua p̄dite patria nomine celebri * ex his qui *n*

---

1 αποθεωcιc *N* 2 adhuc ligneis *N* libris *n* lib..is *N* repperitur *N* 5 rythemon et melos *N* 6 rythemoe sint *N* 8 dn̄r ρythmos sine rythmo nā *ut illa* . . . . . . | per figuram et qualitatem . . per rythm. . . . . . . *unt alia* ryt|moue sunt *N* 10 sitę nihilominus *N* 17 numeri s̄t. s. finiti et ipse *N*

inclyte, parva praedite patria
nomine celebri claroque potens

. . et hoc . . . . ut ex his qui forte versus inclyte parva ego com . . . . . dem ver . . fecero, cuius sunt illa 'quaenam te adigunt hospes *inclyte*', manebit isdem vocibus et est eodem flore et ex metro removetur *et* mutatur et fit melos profecto. et si melos extenderis, ut in h*anc* veniat quantitatem versus, 'inclyte *hospes* parva praedite patria', et duo commata vel hemistichia iunxeris, ut facias sic, 'quaenam te adigunt, hospes, stagna capacis visere Averni'

* * *

N

inclyte parua p̄dite *nomen* au
roq. poten*ti* et hoc uetur ut ex his
qui forte uersus inclyte p ego com demuer*is*
fecero cuius s̄t illa q̄nam te adigunt hos e ma
nebitis dem uocibus : et esse eodem floret ex metro remouetur
mutatur et fit melos ꝑfecto . & si melos extenderis ut in h
ueniatur quantitatem uorsus inclyt ruia p̄dite
patria et duo commata ū emistichia iunxeris ut fa
cias sic q̄nam te adigunt hospes stagna capacis uisere aūni

2 potenti.. *vel* poten pol *legi posse videbatur in N* 3 inclite parua ergo Comici iidem uersus fecere *n:* fecero *tamen esse in N certum est* 5 hospes * manebit iisdem uocibus *n* 7 ut inueniatur *n* inclite parua predite *n: mihi plus deesse videbatur.*

1 inclyte] *ex Attii Philocteta citaverunt Appuleius de deo Socratis p.* 55 *ed. Elm. et Marius Victorinus p.* 2522 prodite patria nomine celebri claroque potens pectore *Appuleius et Mar. Victorinus l. c.* 9 *dimidia fere parte schedae in N abscisa, qua re duae paginae deletae sunt, reliqua pars capitis periit. eam autem sequebatur 'Marii Servii grammatici de centum metris' liber, cuius fragmenta et in laciniis membranarum de tertia scheda relictis et in duabus paginis schedae quartae restant. his omissis subieci fragmenta libri quinti, quae post Servii libellum in codice posita sunt.*

LIBER QVINTVS.

p. 255. 56 P. p. 170 L.

DE IDIOMATIBVS

Idiomata quae sunt nostri sermonis innumerabilia quidem debent esse. ea enim sunt omnia quae pro nostro more efferimus et non secundum Graecos. sed ut breviter dicamus, aut ex generibus nominum fiunt, quae contra morem Graecorum nos habemus (nam cum dicimus hic honor ἡ τιμή, fit apud nos masculini, apud illos feminini generis), aut ex verborum significationibus contrariis, velut luctor παλαίω. hoc enim verbum apud nos passive effertur, apud Graecos active. sic etiam et per ceteras partes orationis idiomatum dissonantia multiplex reperitur. scire autem et meminisse debemus, primum quod participium per se fieri non potest sed ex verbo, dein quod omne participium eundem casum trahit quem etiam verbum ex quo nascitur; ut cum dicimus per accusativum sequor dominum, sic et participia huius verbi per eundem casum efferuntur, sequens dominum, secuturus dominum, secutus dominum. sed nomina participialia quae fiunt ex participiis instantis temporis genetivum casum recipiunt. saepe enim participia instantis temporis etiam nomina fiunt appellativa, velut amans servans metuens fidens egens sciens horrens neglegens. participia igitur, ut supra diximus, casus recipiunt suorum verborum, velut amo uxorem amans uxorem, servo domum servans domum, metuo patrem metuens patrem. nomina vero par||ticipialia, quae nomina fiunt ex participiis instantis temporis, genetivum admittunt, velut amans amicorum, ser-

---

1—6 *N* IIII 4*, 1 Incip̄ lib V de hidiomatib: // c̄ē ea
Hidiomata q̄ s̄t nī smo m̄s innumera
more efferimus et n̄ secun̄ grecos
mus ā ex generib: nominū fiunt q̄
rum nos habem: nam cū dm̄s hic honor н . . . . . fit
ap̄ nos mas̄

Integros versus legit Pierius 2 sunt in sermone nostro innumerabilia quidem debent esse. Ea enim sunt omnia quae pro nostro more efferimus tantum secuti graecos. Sed ut breuiter dicamus ω 4 quae contra morem graecorum ω 5 honor ἡ τιμὴ fit ω

---

1 DE IDIOMATIBVS] *Diom. p.* 290 *sqq.* 9 repperitur *N* 16 sepe *N, ut mihi videbatur,* semper ω 20 nō fiunt *N* non fiunt ω

vans aequi, metuens periculi, metuens deorum, fidens animi, egens pecuniarum, sciens locorum. pauca autem nimis casum non recipiunt, ut horrens; et alia pro ut sententia poscit casum recipiunt, *ut* neglegens sum in hac re. ex praeterito item participiorum nomina fiunt appellativa, quae aut secundae sunt declinationis aut quartae; secundae, velut praefectus perfectus execratus laetus apertus iussus; quartae vero, velut exercitus visus. sed haec nomina quae ex praeterito tempore participiorum fiunt non habent casus nisi secundae declinationis *sint*, *et sunt* pauca, ex quibus quaedam genetivum recipiunt, velut victus animi, expertus belli. expertus enim bellum per accusativum fit participium. verbum enim huius participii accusativum recipit, velut experior bellum. item praefectus praetorii, praefectus cohortis, praefectus urbis, praefectus fabrorum: praefectus autem praetorio per dativum fit participium; sic et praefectus cohorti urbi fabris. verbum enim huius participii dativum recipit, velut praeficio te praetorio, illum | cohorti.

Aliis etiam ita de idiomatibus placuit definire. cum ab omni sermone Graeco Latina lingua pendere videatur, quaedam inveniuntur vel licentia ab antiquis vel proprietate linguae Latinae dicta praeter consuetudinem Graecorum, quae idiomata appellantur. adgnoscuntur autem ex casibus. nam inveni||mus quae Graeci per genetivum casum dicunt, haec per dativum usurpata, ut parco tibi, et quae Graeci per dativum, haec a Romanis per genetivum prolata, ut pudet me amoris. item ceteros casus alios pro aliis dictos invenimus. sunt praeterea figurae quae consuetudine quidem per alium casum proferuntur, ab antiquis autem diverse, velut utor hac re nos dicimus, apud veteres autem et utor hanc rem dictum est. haec igitur idiomata multifariam efferuntur, per verba, *per participia*, per appellativa, per praepositiones, per adverbia: et quidem per verba sic, oro te, parco tibi; item per participia, adiuvans illum fecit; item per appellativa, dignus sum hac re; item per praepositiones, supra te, infra te; item per adverbia, proxime civitatem, digne illo. omnia autem participia figuram verborum suorum sectantur. ut enim dicimus curo te et adiuvo te, sic et curans illum et adiuvans illum dicitur. quae autem pro appellationibus usurpantur, haec genetivum casum admittunt, velut amans filii est, egens pecuniarum est. item omnes appellationes quae in or terminantur

---

26 *N* IIII 4ᵃ, 2 h igitur hydiomata

---

1 aegens *N* 2 pauca sunt quae casum non requirunt *Diomedes p.* 292 3 poscit *Diomedes* possit *N* ut *om. N, add. Diomedes* 4 Ex p̄terito item par̄ *N* 6 iussus *inter nomina quartae declinationis posuit Diomedes* 7 ex p̄to temp̄ par̄ *N* 8 declinationis sint pauca *Diomedis codex Parisinus A* declinā pauca *N* ex quibus quaedam *Diomedes* ex q...... q̄dam *N* ex quinta quaedam ω: quin *in lacuna codicis legi posse videbatur* 9 ex.....s enim *N* expertus enim ω 16 hidiomatibus *N* 19 hydiomata *N* 22 casus alio *N* alios casus *codices Diomedis p.* 290 26 hydiomata *N* per participia *om. N, add. Diomedes p.* 291 30 ciuitatem ω ciuitate *N* 34 in tor *Diomedes p.* 291

propagatae e verbis eundem genetivum casum admittunt, ut cupitor sum huius rei. ceterae autem appellationes quae cum figura dicuntur aut genetivum tantum modo aut ablativum recipiunt. quarum pleraeque utrosque casus admittunt, ut ignarus sum huius rei et incertus sum, et siquod tale invenitur; per ablativum autem dignus sum hac re, et siquod aliud simile; item per utrosque casus dives sum huius rei et hac re [venit mihi in mentem huius rei et venit mihi in mentem haec res dicitur], et siqua similia.

Idiomata genetivi casus: venit mihi in mentem huius rei, patiens sum laboris, taedet me huius hominis, miseret me tui, misereor tui, || doleo vicem tui et vicem tuam, piget me huius rei, similis sum tui, pudet me amoris, paenitet me muneris, amans mei est, veri simile *est*, iniuriae me pertaesum est, discrucior animi, interest illius, *refert illius:* horum prima et secunda sic efferuntur, interest mea, interest tua, item refert mea, refert tua, et pluraliter interest nostra vestra illorum: paenitet me huius consilii, piget me profectionis, taedet me mulierum, memini praeceptoris, reminiscor patris, avidus vini, diligens matris, studiosus amicorum, curiosus studiorum, metuens deorum, timens numinis, sciens artis, nescius litterarum, capax studiorum, expertus rei, sitio vini, esurio panis.

Dativi casus. succedo tibi, insidior tibi, adimo tibi, demo tibi, praesideo huic urbi, | vitium tibi duco, obicio tibi, impropero tibi, exprobro tibi, antepono tibi illum, maledico tibi, abripio tibi, praepono te illi, || antepono muneri amicitiam, parco peccanti, noceo tibi, incommodo tibi, officio tibi, obsum tibi, alienus sum tibi, timeo tibi, aufero tibi, persuadeo tibi, ausculto tibi et auscultor, prosum tibi, detraho tibi, medeor tibi, repraesento tibi, rependo tibi, convicior tibi, blandior tibi, adulor tibi, prospicio tibi, provideo tibi, consulo tibi, praesideo tibi, inprecor meis, praeco tibi, cordi mihi est amicus, excidit mihi, obstrepo illi, extorqueo nolenti, liquet mihi, curae mihi es, vacat mihi, moderor tibi, derogo tibi, tempero illi, praesum provinciae, supplico tibi, studeo huic rei, obrepo illi, muneri tibi do, bono mihi est haec res, testimonio est mihi, succurrit mihi, abstineo illi, pignori do, [sic] filiae doti do, evello tibi, lito deis, subtraho tibi anulum, || crisat illi, *palpo* vel palpor equo, vitio tibi hanc rem do, oneri tibi sum, eripio flammae, commodo hospiti, benefico cognato, patrocinor patriae, eximo mulieri ornatum, praefero patri praeceptorem, cal-

2 cum figura dicuntur aut *Diomedes* ɔfigurā dūr h *N* 6 dives sum *Diomedes*
:uenit mihi in mentem huius rei:
p. 292 diuersum *N* 8 Hidiomata geneti casus: patiens sum laboris *N* 11 est *post* simile *om. N* 12 refert illius *om. N* 17 scius artis *N* 18 sitio vini esurio panis *inter idiomata verborum post* 10 pudet me amoris *conlocavit* ω 20 uitio *Fabricius* 26 inprecor malis *Diomedes p.* 294 27 excidit mihi scalprum *Diomedes p.* 293 extorqueo nolenti *Diomedes p.* 293 extorquet nolenti *N* extorquet mihi nolenti *Lindemannus* 29 munera tibi do *N* muneri tibi do librum *Diomedes p.* 294 30 bono mihi e haec res *N* 31 pignori tibi do uestem *Diomedes p.* 294 32 anulum *tam quam codicis scripturam dedit Lindemannus*, apulum *N* capulum ω non palpor equo (*om.* palpo) *N* palpo equo *Diomedes p.* 293 33 benefit *coniecit Lindemannus* 34 *fortasse* calcem illi do

cem illi duco, vitium desidioso verto, praesideo Ciliciae, benedico benefico, praeficio militibus, praecurro praetori, supersideo discipulo, antecellor aemulo, commodat mihi haec res, dono tibi do, doti genero do, consilio tibi sum, amans mihi est, nocetur mihi, peculor tibi, obsum amico tuo, eruo tibi oculos, haeres tibi sum, invidiae mihi es, prospicio tibi, testimonium tibi dico, | ancillor magistro, adsentio domino, libet mihi, geniculo parenti, genua tibi advolvor, ornatui mihi est, adiumento tibi sum, argumentum nobis fuit, [aemula] merito mihi fuit, gaudio mihi fuit, damno mihi fuit, fraudi mihi fuit, noli mihi praeire, destino mihi, evito huic rei, indignatur mihi, obtrectat duci, derogo legi, || voluptati mihi fuit, procuro illi, aemulor tibi, mentior tibi, praesto omnibus, dolori mihi fuit haec res, honori mihi fuit haec res.

Accusativi casus. ordior hanc rem, incipio studium, invado hominem, execro illum, interpello iudicem, tango aurum, adiuvo oratorem, commeio lectum [et meio], moneo puerum, peto domum, impetro consulatum, increpo peccantem, convenio amicum, consulo praeceptorem, neglego divitias, sequor exercitum, oleo unguentum, contemno pecunias, recordor speciem, comitor illum, impedio legentem, decet me dignitas, derideo stultum, derideo adseculam, offendo iudicem, adloquor filium, cupio honorem, calumnior te, usurpo hanc rem, sentio beneficium, adipiscor laudem, experior periculum, adorior hominem, adgredior petitionem, ingredior hanc rem, adgredior montem, audio oratorem, || excuso te, memini hanc rem, curo scholam, intueor imaginem, obliviscor hanc rem, adpeto laudem, non amplius unam noctem, consequor lucrum, iuvat me, reminiscor factum, adeo consulem, concedo tibi munus, invideo ei pulchritudinem, admoneo illum hanc rem, iubeo illum, praepono honorem, despicio praetextam, reprehendo te, impetum in te facio, precor deos et a diis, accedo ad te, corripio te, inquieto illum, | paenitet me, refero ad patrem, mereor beneficium et mereo, nanciscor occasionem, conor hanc rem, inchoo hanc rem, insimulo illum, animadverto te, animadverto in te, vindico te et [defendo] vindico in te, criminor te, interrogo magistrum, [in gratiam tecum redeo].

N IIII 5 13 Accusā 27 accedo ad te 295, 10 antepono fidem 25 anello senis 296, 12 Accū et ab̉ casͣ

---

1 praesideo ω praesidio *N* 2 antecello *coniecit Lindemannus* 3 has res ω 6 dico ω duco *N* geniculor uictori *Diomedes p.* 294 7 ornatu *vel* ornata *N* ornata ω 10 praecuro *e codice adnotavit Lindemannus* praecurro ω 11 dolori *Putschius* dolor *N* 14 execror meretricem *Diomedes p.* 297 aurem ω aüdiuno *N* 15 et meio *in marg. add. N* 17 contempno *N* 19 adsęculam *N* adseclam ω 20 calumpnior *N* adępiscor *N* 23 non amplius unam noctem sentio honorem *Diomedes p.* 297 25 pulcritudinem *N* 26 praepono ω ppno *N* 29 nasciscor occansionem *N* 30 insimulo illum *Diomedes p.* 296 insimulo salleum *vel* subleium, *ut videbatur*, *N* insimulor ω insimulo te *Fabricius* uindico te i. e. defendo *coniecit Lindemannus* 31 in gratiam tecum redeo *ex idiomatis ablativi casus p.* 295, 19 *huc translatum esse videtur*

Ablativi casus. dignus sum laude, opus est mihi *, vaco militia, fruor divitiis, satior cibo, cedo tibi gloria, dignor te munere, utor divitiis, abutor servo, libero te dolore, || liberor molestia, careo honore, queror tibi de illo, coeo cum muliere, glorior dignitate, plenus sum bonis, dono te hac re, fungor honore, adficior dolore, congredior cum illo, abstineo me cibo, sub illo milito, desisto ab hac re, communico cum illo, potior munere, tempero me vino, adficio te gaudio, fraudo te militia, egeo victu et indigeo, luctor tecum, abdico me praetura, longior illo sum, concumbo cum muliere, fraudor pecunia, pro mea mediocritate, impleo te vino, fretus sum oratore, dominor homine, onero te oratione, antepono fide mea, precor a diis et deos, iungor tecum amicitia, gaudeo gloria, avello a te vestem, inpertior te hac re, ardeo flamma, flagro amore, accendo te hortatione, incensus *sum* amore, labor ratione, labor proposito, deficio hac re, laetor victoria, nitor pudicitia, induo te armis, induor veste, fraudor honore, postulo a iudice, || privo te hac re, inbuor hac re, divellor a te, egredior domu, excepto munere, alienus sum crimine, pugno cum homine, loquor cum oratore, convenit mihi tecum, *con*venio tecum, dignor amicum hospitio, satio populum tritico, saturo exercitum commeatu, onero servum lignis, | in gratiam tecum redeo, abdico filium domo, abstineo pulpamento, desisto tua consuetudine, accendo amicum pulchritudine mea, uro amicum superbia mea, labor spe mea, inbuo malum malis, degredior monte, contentus sum uno nummo, orbo uxorem dote, sermocinor tecum, interdico ignominioso foro, excidi patrimonio, exulto victoria, confligo tecum, caveo mihi a te, glorior te.

Genetivi et dativi casus. similis sum tui et tibi moribus, avello senis et seni canos, avello iuvenis et iuveni barbam, frango servi et servo caput, rumpo periuri et periuro caput, eruo mendacis et mendaci oculos, vicinus sum illius et illi, fidelis sum animi et animo et cetera, siqua sunt similia.

Genetivi et accusativi casus. doleo vicem tui et tuam, discrucior animi et animum, || memini honoris et honorem, admoneo illum caedis et caedem, obliviscor amicitiae et amicitiam.

Genetivi et ablativi casus. expers sum causae et causa, ignoro causam; expers sum fundi et fundo, non habeo fundum; plenus *sum* cibi et cibo; impleo sacculum argenti et argento; egeo victus et victu, et indigeo; potior fructus et fructu; maximi nominis sum et maximo nomine, id est nobilissimus sum.

Dativi et accusativi casus. adsideo praetori et praetorem, attendo tibi

---

1 opus est mihi minuto *Diomedes p.* 301 opus est me *coniecit Lindemannus* uacuo *N* 9 fraudo pecunia *N* fraudor deposito *Diomedes p.* 300 12 inpertio te opera *Diomedes p.* 299 13 sum *om. N* 15 pribo *corr.* priuo *N* 16 domo ω eximo munere *Fabricius* 17 conuenio tecum *Diomedes p.* 299 uenio tecum *N* 22 orbo ω orbeo *N* 29 discrucior *Diomedes p.* 291 *et* 304 discrucio *N* 33 sum *post* plenus *om. N* 37 adsedeo *N*

et te, adulor praeceptori et praeceptorem, accedo tibi, id est eadem tibi sentio, et te; quid tibi et quid te futurum est? obtrecto mulieri et mulierem, inludo vano et vanum, praesto inopi et inopem, medeor amanti et amantem, prospicio tibi et te, provideo tibi et te, decet mihi et me paenula, timeo tibi, id est ne eveniat tibi, et timeo te; studeo Graecis *litteris* et Graecas litteras, incanto tibi et te, conduco tibi et te, tempero tibi et te; faveo tibi, foveo te. ||

Dativi et ablativi casus. detraho tibi et *de* te; vaco militiae illius *et* militia, id est non milito; loquor tibi et tecum, contendo tibi *et tecum*, certo tibi et tecum, opto diis et a diis.

Accusativi et ablativi casus. utor panem et pane, abutor miserum et misero, | fungor officium et officio, dominor in civitatem et civitate, communico tecum mensam et mensa, adnitor [id est adiuvo] hanc rem, nitor hac re; olet unguentum et unguento, et redolet; invideo condiscipulo librum et libro, precor Iovem et a Iove, cedo meliori palmam et palma, induo puerum rubricam et rubrica, caveo me et caveo mihi abs te, clanculum facit patrem et patre, ab eo quod est clam; deprecor inimicum et inimico, puteo stercus et stercore. || |

* * *

---

1 accedo tibi et te id est eadem tibi sentio. quid *N: correxi ex Diomede p.* 297   4 decet mi et me *N*   5 studeo graecas litteras et graecis (*om.* litteris) *N*   7 faueo tibi et faueo te ω: *priore loco utrum* faueo *an* foueo *in codice esset non satis adparuit*   8 de *om. N, add. Diomedes p.* 304   et *ante* militia *om. N*   9 et tecum *post* contendo tibi *om. N, add. Fabricius*   11 pane et panem *N*   12 dominor in ciuitate et ciuitate *N* dominor in ciuitate et ciuitatem ω   13 adnitor (idē adiuuo) hanc *N*: annitor hac re et hanc rem ω   14 eo redolet *N* et redoleo ω   15 libro et librum *N*   16 imbuo *Fabricius*   18 stercore | Item sunt hidiomata nomin.. (nomina ω. *l.* nominum) quae per genera efferuntur diuersa id est apud graecos alterius sunt generis et alterius apud latinos quae sunt satis pauca et per alphabeti ordinem digesta quae nos quasi non necessaria nunc praetermisisse lector agnoscat. | sed in alio loco eo quo digesta sunt ordine a nobis transcripta repperiet. | incipiunt nunc plura secundum differentiam uerborum et nominum *N*, *in quibus quae post* agnoscat *leguntur minoribus litteris quam quae antecedunt scripta sunt, ut posteriore tempore addita esse videantur. secuntur in duabus quae restant schedae quintae paginis et in sexta scheda Frontonis qui dicitur liber de differentiis. nam ultimae quaternionis schedae una cum primis duabus, de quibus dixi p.* 287, 17, *perierunt.*

DIOMEDIS

ARTIS GRAMMATICAE

LIBRI III.

A codex Parisinus 7494

B codex Parisinus 7493

M codex Monacensis

abm codicum *ABM* manus secunda

p excerpta codicis Parisini 7530

ς editiones interpolatae vel omnes vel plures, e quibus adhibitae sunt hae,

editio princeps Veneta Nicolai Iensoni
editio Ioannis Rivii Venetiis a. 1511
editio Ascensiana Parisiis a. 1516
editio Hermanni Buschii Coloniae a. 1523
editio Ioannis Caesarii Coloniae a. 1533.

[illegible] 1526 in [illegible]

DIOMEDES ATHANASIO SALVTEM DICIT.

p. 273 ed. Putsch.

Artem merae Latinitatis puraeque eloquentiae magistram sub incude litteraria dociliter procudendo formatam humanae sollertiae claritas expolivit. hanc cum cognovissem excellentem facundiam tuam plurimi facere, desiderio tuo libenter indulgens summo studio, quantum mediocris admodum ingenii mei qualitas capere patiebatur, trino digestam libello dilucideque expeditam censui esse mittendam, quia ipsos aurium meatus audita scientia conplere absentia denegatum est. sane, ne quid esset incognitum, vitanda fuit nimium constricta brevitas. est enim lucubrationis industria studiique collatio tripertita, ut secundum trina aetatis gradatim legentium spatia lectio probabiliter ordinata crimen prolixitatis evadat taediumque permulceat. quae quidem in tribus divisionibus quamvis patula sit, tamen in singulis suam continet brevitatem. quam ob rem, ut mea fert opinio, spero tibi aliisque legentibus magno usui fore. igitur totius operis prima pars universi sermonis membra continet; altera non solum observationes quae arti grammaticae accidere solent sed etiam structuram pedestris orationis uberrime planeque demonstrat; tertia pedum qualitatem, poematum genera metrorumque tractatus plenissime docet. superest ut singula recolendo memoriae tenaci mandentur, ne frustra cum tempore evanescat labor, quo tanto maxime rudibus praestare cognoscimur, qui rusticitatis enormitate incultique sermonis ordine sauciant, immo deformant examussim normatam orationis integritatem politumque lumen eius infuscant ex arte prolatum, quanto ipsi a pecudibus differre videantur.

1 INCP̄ PROLOGOS DIOMEDIS | Diomedis athanasio salutem dicit *A* 3 solertiae *AM* expulinit *AM* 6 trino ς trimo *AM* dilucideque expepidam tensui *A* duludicere expepidam tensui *M* dilucide expeditam censui ς 10 trina aetatis *M* trinitatis *A* tria aetatis *Putschius* 11 quae quidem *A* quodquod *M* 14 operis *m*ς corporis *AM* 16 accidere *m*ς accedere *AM* 18 memoriae tenaci *ed. Ascens. a.* 1516 memoria tena *AM* memoriae penu *Rivius* 19 cum tempore *A* conceptus *M* evaniscat *A* quo tanto *M* quanto *A* 23 uideutur *m*ς

LIBER PRIMVS.

p. 274. 75 P.

DE ARTE GRAMMATICA

Artis grammaticae auctores exordium scribendi varium diversumque sumpserunt. quidam enim ab ipsa arte coeperunt, alii ab elementis vel a litteris, multi a casibus, plerique a partibus orationis, non nulli a voce, pauci a nominum declinatione; nos vero ab ipsa oratione auspicemur. haec enim secreta pectoris arguens ad linguam sui gubernatricem migrat, mobili quodam vocis articulatae spiritu rotundoque gubernaculi moderamine temperata, et interiore vicino aere pecto||ris argutia verberato palatoque sensim paulatimque pulsato velut internuntius ac proditor humanae mentis ad indicia exprimenda cogitationis per os sermonemque rationabiliter agitatur. hoc enim suo magnoque natura beneficio, expressa ratione sermonis, nos ceteris separatos animalibus sola homines fatetur atque demonstrat. huic igitur demus totius opusculi non inmerito principatum, cuius talis habetur varia definitio.

DE ORATIONE

Oratio est structura verborum conposito exitu ad clausulam terminata. quidam sic eam definiunt, oratio est conpositio dictionum consummans sententiam remque perfectam significans. Scaurus sic, oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronuntiatio. oratio autem videtur dicta quasi oris ratio, vel a Graeca origine, ἀπὸ τοῦ ὀαρίζειν, hoc est sermocinari. unde Homerus „ὀαρίζετον ἀλλήλοισιν". oratio est sermo contextus ad clausulam tendens. clausula est conpositio verborum plausibilis structurae exitu terminata.

DE PARTIBVS ORATIONIS

Partes orationis sunt octo, nomen pronomen verbum participium adverbium coniunctio praepositio interiectio; Scauro videtur et appellatio.

1 Liber primvs *om. AM* 2 de arte grammatica *om. M* 4 elimentis *AM* 6 auspicimur *A* auspicabimur *Putschius* incipiemus ς 7 migrauit *A* 9 pectinis argutia *coniecit Scriverius apud Bondamum var. lect. p.* 72 10 uelud *A* internuntia ac prodroma *Scriverius l. c.* mentis *Putschius* gentis *AM* 11 exprimenda *Putschius* exprimendę *AM* 13 seperatos *A* hominis *AM* 17 Oratio — 20 oris ratio *Charis. p.* 125 22 Homerus] *Il.* X 128 OAPIZIONAAHAO IOIS *M* AOPI-ZEION AAAHAOIOHN *A*

ex his primae quattuor declinabiles sunt, sequentes indeclinabiles. Latini articulum, Graeci interiectionem non adnumerant.

DE GENERIBVS NOMINVM

Genera nominum sunt principalia tria, masculinum femininum neutrum. masculinum est cui numero singulari casu nominativo pronomen praeponitur hic, ut hic Cato. femininum est cui numero singulari casu nominativo pronomen praeponitur haec, ut haec Iulia. neu||trum est cui numero singulari casu nominativo pronomen praeponitur hoc, ut hoc templum. ex his quartum genus commune nascitur, quod fit duobus modis. sunt enim communia duum generum ex masculino et feminino, ut hic et haec homo et hic et haec sacerdos; item trium generum ex masculino et feminino et neutro, ut hic et haec et hoc felix. est et quintum genus, quod Graece epicoenon dicitur, Latini promiscuum vel subcommune vocant, quod aut specie masculini generis declinatur et simul significat etiam femininum genus, ut passer, aut declinatur specie generis feminini *et simul* etiam masculinum genus significat, et sic sub uno genere utrumque intellegitur, ut aquila.

DE NVMERIS

Numerus est incrementum quantitatis ab uno ad plura procedens. numeri sunt duo, singularis, ut hic praeceptor, pluralis, ut hi praeceptores. dualis enim dumtaxat apud Graecos valet, a nobis excluditur; de quo etiam mox referemus.

DE FIGVRIS

Figura est discrimen simplicium dictionum et conpositarum. figurae nominibus accidunt duae, simplex et conposita, simplex, ut doctus, conposita, ut indoctus. conponuntur autem nomina modis quattuor, ex duobus integris, ut suburbanum; ex duobus corruptis, ut opifex artifex; ex integro et corrupto, ut ineptus; ex corrupto et integro, ut armipotens. conponuntur etiam de conpluribus, quae parasyntheta Graeci appellant, ut inexpugnabilis inperterritus inexplicabilis inremeabilis.

DE CASIBVS

Casus sunt gradus quidam declinationis, dicti quod per eos pleraque nomina a prima sui positione inflexa va||rientur et cadant. alii sic, casus sunt variatio conpositionis in declinatione nominis per inmutationem novissimae syllabae. sunt autem numero quidem sex, nominativus genetivus, quem quidam patrium vocant, dativus accusativus vocativus ablativus.

3 DE GENERIBVS] *Charis. p.* 6. 126 13 epiquinon *M* epinon *A* 15 et simul *om. AM* 18 DE NVMERIS] *Charis. p.* 127 22 referemus *mς* referimus *AM* 23 DE FIGUR *A* DE FIGURA *M. cf. Charis. p.* 127 25 accidunt ς accedunt *AM* et conposita parasintheta simplex *A* 27 suburbanum *M et Charisius* suburbanus *A* opifex *A et Charisius* efficax *M* 29 etiam] autem *AM* 35 sunt — 302, 4 dicimus *Charis. p.* 127

p. 277. 78 P.

ratione tamen sunt quinque. nominativum enim optime casum esse noluerunt, quoniam quidem sit positio nominis vel recta nominatio vel declinationis regula. quem nominativum Graeci non πτῶσιν sed ὀρθήν vel εὐθεῖαν vocant. καταχρηστικῶς tamen nominativum casum dicimus. ablativum Graeci non habent. hunc tamen Varro sextum, interdum Latinum appellat, quia Latinae linguae proprius est, cuius vis apud Graecos per genetivum explicabitur. per hos itaque casus obliquos nomen sic declinabitur.

Cato nomen appellativum generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hic Cato, genetivo huius Catonis, dativo huic Catoni, accusativo hunc Catonem, vocativo o Cato, ablativo ab hoc Catone; pluraliter nominativo hi Catones, genetivo horum Catonum, dativo his Catonibus, accusativo hos Catones, vocativo o Catones, ablativo ab his Catonibus. Iulia nomen appellativum generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo haec Iulia, genetivo huius Iuliae, dativo huic Iuliae, accusativo hanc Iuliam, vocativo o Iulia, ablativo ab hac Iulia; pluraliter nominativo hae Iuliae, genetivo harum Iuliarum, dativo his Iuliis, accusativo has Iulias, vocativo o Iuliae, ablativo ab his Iuliis. templum nomen appellativum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hoc templum, genetivo huius templi, dativo huic templo, accusativo hoc templum, vocativo o templum, ablativo ab hoc tem||plo; pluraliter nominativo haec templa, genetivo horum templorum, dativo his templis, accusativo haec templa, vocativo o templa, ablativo ab his templis. sacerdos nomen appellativum generis communis numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hic et haec sacerdos, genetivo huius sacerdotis, dativo huic sacerdoti, accusativo hunc et hanc sacerdotem, vocativo o sacerdos, ablativo ab hoc et ab hac sacerdote; pluraliter nominativo hi et hae sacerdotes, genetivo horum et harum sacerdotum, dativo his sacerdotibus, accusativo hos et has sacerdotes, vocativo o sacerdotes, ablativo ab his sacerdotibus. felix nomen appellativum generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic: nominativo hic et haec et hoc felix, genetivo huius felicis, dativo huic felici, accusativo hunc et hanc felicem et hoc felix, vocativo o felix, ablativo ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici; pluraliter nominativo hi et hae felices et haec felicia, genetivo horum et harum et horum felicium, dativo his felicibus, accusativo hos et has feli-

2 positio nominis uel rectas nominibus uel declinationis (declinationes *A*) *AM* positio uel recta nominis uel declinationis *codex Charisii* 3 non ptosin sed orthen uel euthian uocant catachresticos *AM* 4 dicimus *Charisius* diximus *AM* 7 explicabitur *A* oblicos *A* obliquus *M* declinabitur | DE DECLINATIONE GENERIS MASCVLINI | Cato *AM* 25 numero singl figurae simplicis *M* figr simpl num̄r singl *A* 32 genr̄ omnis̄ numero singl figurae simp̄ *M* generum trium figur simplicis num̄r singlr *A* 35 ab hoc et ab hac felice uel felici *M* ab hoc et ab hac et ab hoc felici *A*

ces et haec felicia, vocativo o felices et o felicia, ablativo ab his felicibus.

Omnia nomina Latina nominativo casu singulari litteris duodecim extremis terminantur, vocalibus quinque, a e i o u, ut Sisenna monile sinapi Cicero veru; et semivocalibus sex, l m n r s x, ut consul templum pecten Caesar Iulius silex; item muta una, t, ut caput. sunt qui addunt c, ut lac, quod Varro * artis grammaticae exterminat. genetivus casus singularis aut totidem syllabis constare debet quot nominativus eius, ut Vergilius Vergilii, Terentius Terentii, et ob id geminata i, aut una syllaba excedere, ut Hector Hectoris, Nestor Nestoris. aliquando etiam duabus syllabis adcrescit, ut supellex supellectilis, iter itineris, anceps ancipitis, praeceps praecipitis.

Formae declinationum nominum, ut quibusdam videtur, sunt septem. prima est quae genetivum singularem mittit || in ae genere dumtaxat tam masculino quam feminino, ut Aeneas Aeneae, Latona Latonae. secunda genetivum facit in i in omni genere, ut puer pueri, laurus lauri, caelum caeli. tertia est quae genetivo i geminata genere tantum masculino et neutro terminatur; masculino ut Vergilius Vergilii, neutro, ut ingenium ingenii. quarta in omni genere in is, ut orator oratoris, oratio orationis, sidus sideris. quinta in us masculino dumtaxat genere et feminino; masculino, ut portus, feminino, ut porticus. sexta in ei similiter dumtaxat genere masculino et feminino, ut dies diei, acies aciei. septima in u genere tantum neutro, ut genu cornu; et huius modi nomina neutra numero singulari tantum monoptota sunt. Graeca quoque nomina Graecae declinationis regulam servant et genetivo trifariam proferuntur, [quorum nominativi sunt hi] es us os: in es, ut Thisbe Thisbes, Euterpe Euterpes, Phoenice Phoenices, ita tamen ut nominativus vocativus ablativus pares sint, accusativus n littera finiatur; in us, ut Calypso Calypsus, Manto Mantus; in os correpta, ut Pan Panos. ita omnes fiunt *declinationum* nominum formae numero decem.

DE CASV ABLATIVO SINGVLARI CATHOLICA

Ablativus casus numeri singularis observata novissima syllaba litterave facile demonstrabit quo modo pluralem numerum declinare debeamus. omnia nomina ablativo casu singulari quinque litteris vocalibus terminantur, a e i o u, exceptis pronominibus quibusdam, ut ab eodem a quodam ab hoc, item iis quae sunt aptota. in his enim regula non tenetur.

Quaecumque igitur nomina genere masculino et feminino ablativo casu singulari a littera fuerint terminata adiecta e littera faciunt nominativum et

6 iulius *A* liuius *M* 7 artis grammaticae doctor exterminat ς: *fortasse* doctissimus artis grammaticae: *cf. Priscian. p.* 544. 545 8 quot] quod *AM* 11 suppellex suppellectilis *AM* iteneris *M* 21 septima tantum in u genere tantum *M* 24 trifaria *AM* trifarie *a*ς quorum — hi *delevit Putschius* 25 phinice phenices *A* phiinice phinices *M* 28 declinationum *om. AM* 30 DE CASU ABLATIUO (*om. rell.*) *M. cf. Charis. p.* 120 *sqq.* 31 Ablatiuo casu numero singulari *AM*

p. 279—81 P.

vocativum pluralem. masculina, ut ab hoc Aenea ab hoc poeta ab hoc An||chisa, hi Aeneae hi poetae hi Anchisae et o Aeneae o poetae o Anchisae. sed huius nominis ablativus duplex est. dicimus enim et ab hoc Anchisa et ab hoc Anchise. et si quidem erit nominativus hic Anchisa, declinatur ut hic poeta. si vero hic Anchises nominativum habet, aliter declinatur quam duo nomina supra scripta. illa enim aut in as aut in a efferuntur, velut hic Aeneas hic poeta, hoc autem in es nominativo casu terminatur, velut hic Anchises. ad hoc si sic declinatur, hic Anchises, inmutat quattuor casus singulares, dativum accusativum vocativum ablativum, velut huic Anchise hunc Anchisen o Anchise ab hoc Anchise, cum nominativo. Aeneas et poeta sic declinantur, velut huic Aeneae huic poetae, hunc Aeneam hunc poetam, o Aenea o poeta, ab hoc Aenea ab hoc poeta; ut videantur haec nomina syllabas depositas habere, in dativo quidem ae, in accusativo am, *in* vocativo a et in ablativo similiter a, illud autem in dativo e, in accusativo en, in vocativo e, in ablativo similiter *e*, ut tantum modo genetivum singularem supra dictis nominibus similem habeat. item feminina, ut ab hac Musa hae Musae et o Musae. remota autem e littera et apposita s littera faciunt in utroque genere accusativum pluralem, ut ab hoc Aenea hos Aeneas, similiter ab hac Musa has Musas. item si removeas s litteram et adieceris rum syllabam, fiet genetivus pluralis, ut ab hoc Aenea horum Aenearum et ab hac Musa harum Musarum. sublata autem de ablativo singulari a novissima littera et apposita is syllaba fiet dativus et ablativus pluralis, ut ab hoc Aenea his et ab his Aeneis et ab hac Musa his et ab his Musis. nam deabus [et] filiabus libertabus mulabus et quidquid huius modi est discernendi sexus gratia contra rationem receptum est. identidem ab hac amphora harum amphorum.

Quaecum||que nomina ablativo casu singulari masculino et feminino dumtaxat genere e littera producta finiuntur adiecta s littera faciunt similiter producta novissima syllaba nominativum [et] accusativum vocativum pluralem, ut ab hoc et ab hac die hi et hae dies hos et has dies o dies. remota autem s littera appositaque rum syllaba fiet genetivus pluralis, ut ab hoc et ab hac die horum et harum dierum. si removeas rum et apponas bus syllabam, facies dativum et ablativum pluralem, ut ab hoc et ab hac die his et ab his diebus; dum tamen sciamus feminino genere pluralem numerum non debere dici, id est hae dies, quamvis singulariter

3 sed — 16 similem habeat *Charis. p.* 8 *exc. Bob. p.* 84 et] ut *M, om. A* 6 in as uel in a *AM* 7 terminatum aliter declinatur quam duo supra scripta ut hic anchises *AM* 9 huic anchise *M* huic anchisę *A* 10 o anchise *M* o anchisę *A* cum nominatiuo Aeneas et poeta sic declinabitur ς cum nomina — declinentur *m* 12 ut *A* et *M* 14 in *ante* uocatiuo *om. AM* in datiuo e *M* in datiuo ae *A* 15 e *post* similiter *om. AM, add.* ς 17 adposita *Charisius p.* 121 posita *AM* es littera *A* s (*om.* littera) *M* 22 fiet *Charisius* fit et *M* fit *A* 25 receptum *Charisius* praeceptum *AM* 26 ab hac anfora harum anforarum *AM* ab hac amphora his et ab his amphoris ς: *cf. Charis. p.* 41 31 fiet et genetiuus *A* 32 remoueas rum syllaba et apponas bus facies *M* 34 dum tamen — 305, 8 perniciei *Charis. p.* 18

et feminino genere dicamus. cetera horum similia nomina feminino genere proferuntur tantum, ut species materies luxuries. quarum specierum pluralem genetivum non similiter observabis sicut in die et meridie per rum, sed per um syllabam, ut specieum materieum luxurieum. sed consuetudo *per* rum effert, specierum. sed veteres in hac specie declinationis genetivum singularem similem nominativo dicebant. unde invenimus in quibusdam *pernicies pro perniciei*, ut *sit* haec pernicies *huius pernicies*, non huius perniciei.

Nomina quae ablativo casu numero singulari e littera correpta fuerint terminata in genere masculino et feminino adiecta s littera nominativum et accusativum et vocativum pluralem faciunt producta ultima syllaba, ut ab hoc et ab hac divite hi et hae divites hos et has divites et o divites. interdum correpta ultima nominativum *et vocativum* pluralem faciunt, ut ab hoc Daphnide et ab hac Bacchide, hi Daphnides et hae Bacchides, o Daphnides *et* o Bacchides. nam accusativus hos Daphnidas et has Bacchidas facit. sed haec Graeca sunt. neutrali vero genere ablativi singularis ultimam e litteram in a litteram verte, et fiet nominativus et accusativus et vocativus pluralis, ut ab hoc ore haec et haec ora o ora. genetivum autem pluralem in omni genere ablativus correpta e littera finitus pari modo faciet, si aut re||mota e littera aut in i conversa adieceris um syllabam, ut ab hoc et ab hac paupere horum et harum pauperum et ab hoc et ab hac dite horum et harum ditium. dativum vero et ablativum pluralem mittent in bus, ut his et ab his pauperibus, his et ab his divitibus. contra hanc regulam invenimus ab hoc vase horum vasorum *his* et ab his vasis.

Nomina quae ablativo casu numero singulari i littera finiuntur genere masculino et feminino sublata i ultima et apposita es syllaba producta faciunt nominativum et vocativum pluralem, ut ab hoc et ab hac agili hi et hae agiles et o agiles. nam accusativus iuxta regulam manente i littera debet enuntiari, hos et has agilis, ut est 'omnis homines'; sed eum ad nominativi et vocativi formam consuetudo transduxit. in neutrali autem genere ad singularem ablativum adiecta a littera fiet nominativus accusativus vocativus pluralis, ut ab hoc agili haec agilia o agilia. genetivum vero

1 horum ς harum *AM* tamen *Charisius p.* 18 2 luxories *AM* quarum specierum *M et Charisius p.* 18 quarum specieum *exc. Bob.* quartum specierum *A* quorum *m*ς 4 ut *om. M* luxorieum *AM* 5 per *om. AM* 6 in quibusdam ut haec pernities (species *corr.* pernicies *A*) non huius perniciei *AM* in quibusdam haec prouincies huius prouincies non huius prouinciei ς: *supplementa praestitit Charisius p.* 18. *an* in quibusdam huius pernicies, non huius perniciei? 10 terminata ea in *M* 11 interdum producta *Charisius p.* 122 13 et vocativum *om. AM*, *addidi ex Charisio* 14 dafnide *AM* hae daffides *AM* 15 et *ante* o *om. AM* has dafnidas *AM* et *om. M* 16 ablatini singulari *A* ablatiuo singulari *M* 17 nominatiuus ač uocatiuus *M* 22 dite horum et harum ditium *M et Charisius* diuite horum et harum diuitum *A* 23 mittunt *A* 24 inuenimus ut ab *M* inuenimus et ab *A* uasorum et ab his uasis *A* uasorum his uasis *M* 26 adposita *Charisius* posita *AM* 29 omnis homines *A* omĩs (i) omnis *M*: *Sall. Catil.* 1 30 transduxit *Am* transduxisse *M*

p. 282—84 P.

pluralem in omni genere pari modo facies, si adicias um syllabam ablativo singulari, ut ab hoc et ab hac agili horum et harum agilium. item in omni genere dativum et ablativum pluralem facies, si singulari ablativo adicias bus syllabam, ut ab hoc et ab hac agili his et ab his agilibus. horum autem nominum quae genetivo casu plurali in ium syllabam exire possunt declinatio multiplex nullo catholico continetur, quia per multa nomina et per varias litteras exeunt. ideo quaestio dirigitur. verum haec inferam quae has videntur formas retinere. una eorum quae nominativo singulari in omni genere et communi, sive monosyllaba sive polusyllaba sint, n et s litteris terminantur qua libet praeposita vocali, tam quam prudens prudentium, demens amens nocens. ex hac item regula est parens parentium, mons frons. altera eorum quae feminina et disyllaba sunt et intra modum positionis continentur dumtaxat numero singulari et || tam nominativo es producta exeunt praecedente alia consonante quam ablativo e correpta finiuntur, ut est haec nubes [et] ab hac nube, haec rupes haec clades haec sedes, horumque genetivus pluralis adcrescente una syllaba emittitur et per ium exit, ut nubium et cetera. tertia itidem eorum quae disyllaba sunt *et* nominativo casu singulari is terminantur, sive masculina sive feminina sive communia sint, et similem nominativo genetivum habent: *haec* pari modo genetivo plurali per ium exeunt. masculina, ut orbis ignis. ab hoc catholico recedit panis. feminina, *ut* turris puppis navis ratis pelvis. sed haec ablativum duplicem interdum habent et per i et per e litteram correptam proferuntur. et haec regula accusativum singularem in feminino genere dumtaxat simpliciter per i litteram interdum profert, ut puppim turrim, pluralem vero melius in is, ut has puppis turris. horum multa cernimus consuetudine commutata quae a superioribus discrepant. item communia, ut civis. contra hanc regulam invenitur canis. quarta quoque eorum species est quae ablativum per i litteram habent et sunt trium generum et genetivo plurali sine dubio per ium terminantur, ut hic et haec agilis et hoc agile, *ab hoc et ab hac et ab hoc agili horum et harum et horum agilium;* item facilis et nobilis, ab hoc et ab hac et ab hoc facili horum et harum et horum facilium; item ab hoc et ab hac et ab hoc nobili horum et harum et horum nobilium et cetera similiter. ex hac item regula || est salutaris et felix. facit enim ab hoc salutari horum salutarium, ab hoc felici horum felicium. sed in his tamen nominibus observabimus haec quae dumtaxat fuerint appellativa, *quod* tunc ablativo i lit-

6 possint *A* 7 uerum *A* est uerum *M* utrum ς 8 quaes (*corr.* quae) has *AM* nominatiuum singularem *AM* 9 pollusillaba sint *A* pollusyllaba si isti *M* 14 consonanti *AM* 17 identidem *A* 18 et *om. AM* masculina et feminina *A* 20 haec *om. AM* genetiuus (genitiuus *M*) pluralis *AM* 21 ut *om. AM* 23 et haec *M* ut haec *A* 24 profert ς profertur *AM* 28 species quae ablatiuum *A* species est de ablatiuo *M* 29 genetiuum (genitiuum *M*) pluralem *AM* 30 ab hoc — agilium *om. AM, add.* ς 34 salutari et horum et harum et horum salutarium felicium *M* 35 ab hoc felice *A* sed — 307, 1 appellatiui *Charis. p.* 32 36 quod *om. AM, addidi ex Charisio p.* 32

tera terminantur. nam si propria fuerint nomina, tunc ablativo e litteram oportet habere, ut ab hoc Felice ab hoc Salutare. nihilo minus tamen pluralem genetivum eundem servant; tantum ablativum singularem variant in differentia proprii nominis et appellativi. item neutra quae ablativo casu *singulari* i littera terminantur genetivo plurali per ium exire debent, ut est ab hoc monili horum monilium, ab hoc cubili *horum cubilium*.

Item nomina quae ablativo casu singulari o littera finiuntur apposita rum syllaba genetivum pluralem faciunt, ut ab hoc puero horum puerorum; et remota o littera et apposita i faciunt nominativum et vocativum pluralem, ut ab hoc puero hi pueri o pueri. item adiecta s littera faciunt dativum et ablativum pluralem, ut hi pueri his et ab his pueris. ablativo vero casu singulari adiecta s littera faciunt accusativum pluralem, ut ab hoc puero hos pueros. neutrali vero genere, si ablativo singulari sublata o littera novissima a litteram apponas, fiet nominativus accusativus vocativus pluralis, ut ab hoc templo haec templa o templa. pari autem modo et neutrali genere fiet genetivus pluralis, si ablativo singulari adicias rum syllabam, ut ab hoc templo horum templorum. || pauca admodum normae suae dissentiunt. invenimus enim ab hoc modio horum modium, item ab hoc nummo horum nummum, ab hac domo domorum domibus, ab hoc iugero iugerum iugeribus [ab hoc vase horum vasorum his *et ab his* vasis, ab hoc schemate *horum schematum* his et ab his schematis]. verum euphoniam in dictionibus plus interdum valere quam analogiam vel regulam praeceptorum *invenies*.

Nomina quae ablativo casu numero singulari u littera finiuntur masculino et feminino genere adiecta s littera faciunt nominativum et accusativum et vocativum pluralem, ut ab hoc versu, ab hac manu, hi versus hos versus o versus, hae manus has manus o manus. neutrali autem genere adiecta a littera faciunt nominativum accusativum vocativum pluralem, ut ab hoc cornu haec cornua o cornua. genetivum vero pluralem in omni genere pari modo facies, si adicias ablativo singulari um syllabam, ut ab hoc versu horum versuum et ab hac manu harum manuum et ab hoc cornu horum cornuum. dativus quoque et ablativus pluralis in omni genere pari modo fiet, si ablativo singulari u litteram in i commutes et adicias bus syllabam, ut ab hoc versu his et ab his versibus, et ab hac manu his et ab his ma-

4 differentia *M* differentium *A* 5 singulari *om. AM* ut *A* id *M* 6 munili horum munilium *A* cubili ς ciuili *AM* horum cubilium *om. AM*, *add.* ς 12 faciunt ς facit *AM* 14 litteram ponas *M* littera inpones *A* 17 admodum in normae *A: cf. Charis. p.* 35 18 modium ς modiorum *AM* 19 nummum ς nummuum *AM* ab hac domo harum domuum domibus ς 20 ab hoc uase — 21 schematis *ad regulam ablativi casus e littera terminati p.* 305, 24 *pertinent* et ab his *om. AM* 21 horum schematum *om. AM*, *add.* ς et ab his *om. M* schematis ς schematibus *AM* eufoniam *AM* 22 plus *om. M* 23 inuenies *om. AM* 27 o manus. genetiuum uero pluralem ex alio scribendum est. Neutrali *A* o manus. genitiuum pluralem ex alio scribendum est. Neutrale *M* 30 facies *M* facias *A* 33 ablatiuus singularis *A* 34 uersibus ut ab *M* uersibus ab *A* manibus ut ab *M* manibus ab *A*

p. 285 — 87 P.

nibus, et ab hoc cornu his et ab his cornibus. sed in quibusdam necesse est u litteram retinere evitandae ambiguitatis gratia, ut partubus arcubus artu||bus tribubus. meminerimus autem quaedam nomina vel auctoritate veterum vel euphonia modo secundo modo quarto ordine declinari, ut domus ficus laurus quercus et conplura arborum nomina.

DE FORMIS CASVALIBVS SIMPLICIVM NOMINVM

Simplicium nominum formae casuales sunt sex, senaria quinaria quaternaria ternaria bipertita simplex vel unita, quae sic ordinantur. senaria est cum per sex casus numero singulari nomen in declinatione variatur, veluti unus solus. quinaria est quae per quinque casus obliquos declinatur, ut pater mater. quaternaria est quae per quattuor casus variatur, ut puer aper. ternaria est quae tribus casibus obliquis declinatur, ut fabula. bipertita est quae alterna casuum productione et correptione variatur, ut genu cornu gelu. haec enim duobus modis tantum in declinatione variantur, quod quidem productione et correptione distinguimus. nam in nominativo accusativo vocativo correpta u proferuntur, in genetivo dativo ablativo producta. simplex vel unita est quae per omnes casus uniformiter currit nec usquam in declinatione variatur, ut frugi nequam nugas || nihili. haec etiam a Graecis aptota dicuntur, quod a prima sui positione non cadunt. harum senaria modum unum habet et est uniformis. quinaria duos modos admittit, primum, cum in declinatione casus nominativus et vocativus sociantur, ut pater mater; secundum, cum dativus ablativo similis est, ut doctus. quaternaria fit modis sex: primus, cum in uno nomine genetivus et dativus ***sibi*** similes sunt et vocativus et ablativus, ut Aeneas; secundus modus, cum nominativus et vocativus sibi similes sunt et dativus et ablativus, ut aper caper; tertius, cum genetivus et vocativus ***sibi*** similes sunt et dativus et ablativus, ut Vergilius; quartus modus, cum nominativus et vocativus sibi similes ***sunt*** et genetivus dativo, ut dies res spes; quintus, cum nominativus et genetivus et vocativus sibi similes ***sunt*** ceteris distantibus, ut panis canis; sextus, cum omnia neutra genetivum in s litteram mittunt * ut sidus. ternaria item fit modis sex: primus, quotiens nominativus et genetivus et vocativus in is exeunt et dativus et ablativus in i, ut agilis facilis; secundus, quotiens nominativus et genetivus et vocativus in us, dativus et ablativus in u, ut portus; tertius, cum nominativus singularis in a exit, ut poeta; quartus, quotiens nominativus et dati-

2 partubus *M* partibus *A* 4 eufonia *A* 10 oblicos *A* oliquos *M* 12 puer aper *A* puer aer *M* ternaria *A* trinaria *M* tribus *A* tripli *M* 13 et *om. A*
18 nugas nanci nihili *Putschius* 21 admittet *M* cum] dum *AM* 23 doctus. Quinaria duobus fit quaternaria sex modis fit. fit quaternaria modis sex. Primum *M* 24 sibi *om. AM* 25 sibi *om. A* 26 aper caper *A* aer caper *M* sibi *om. AM* 28 sibi *om. A* sunt *om. AM* 29 sunt *om. AM* 31 *lacuna quam indicavi excidisse videntur quaedam quibus declinatio nominum neutralium genetivo in s exeuntium explicata fuit, quae ita fere restitui poterant*, cum omnia neutra quae genetivum in s litteram mittunt nominativum et accusativum et vocativum sibi similes habent, ut sidus.

vus et vocativus et ablativus sibi congruunt, ut Thisbe; quintus, quotiens in o exeunt feminina quae sunt Graeca, ut Sappho; sextus in omnibus neutris quae in i litteram terminant genetivum, ut scrinium. bipertita, cum nominativo accusativus et vocativus similes inveniuntur, item genetivo dativus et ablativus, ut genu veru. haec enim duobus tantum modis in declinatione variantur, quod quidem productione et correptione distinguimus. simplex vel unita, cum per omnes casus nomen uniformiter currit nec usquam in declinatione variatur, et fit in his quae etiam a Graecis aptota dicuntur, quod a prima || positione sui non cadunt, ut frugi nequam nugas nihili. de qua forma sunt etiam nomina numerorum indeclinabilia a quattuor usque ad centum. nam ab uno usque ad tres per omnes casus numeri declinantur et item a ducentis et deinceps praeter mille. sunt quoque alio genere monoptota, quae per ablativum tantum modo enuntiantur et ob id monoptota dicuntur, ut sponte natu tabo. item diptota intelleguntur ea quae singulari numero casu tantum nominativo et vocativo similiter efferuntur ceteris deficientibus, ut Iuppiter. triptota identidem trina ratione tenentur: prima est cum numero singulari tres dumtaxat casus in declinatione ceteris deficientibus inveniuntur, cum in plurali per omnes varientur, ut opis opem ope; altera est eorum quae neutro genere numero tantum singulari tribus casibus efferuntur, ut fas nefas; tertia, cum neutrali genere numero singulari per omnes casus nomina declinantur, in plurali tamen tribus casibus tantum efferuntur, ut maria rura. tetraptota vero intelleguntur quae nominativo et vocativo casu deficiente per ceteros enuntiantur, ut Iovis Latiaris dicione.

DE FORMIS DECLINATIONIS CONPOSITORVM NOMINVM

Declinatio compositorum nominum tribus formis ordinatur. prima est quotiens animadvertimus ea quae ex duobus nominibus conposita erunt ex utraque parte declinari, id est cum ambo nomina declinantur, ut populus Romanus, eques Romanus, praetor urbanus, Liber pater, Longa Alba: secunda est cum ea quae ex nominativo casu singulari et genetivo tam singulari quam plurali conposita fuerint ea parte declinantur qua fuerit nominativus, id est cum prius move||tur et posterius non declinatur, ut tribunus plebis, praefectus equitum, tribunus militum, pater et mater familias: tertia, cum ex obliquo et nominativo obliquum indeclinabilem habebit, id est cum prius versa vice non movetur et posterius declinatur, ut senatus consultum, plebi scitum. providendum est ut ne ea nomina conponamus quae aut conposita sunt aut conponi non possunt.

3 terminantur *M* 5 haec ς hue *AM* 8 in his *M* in is *A* 10 de qua — 12 mille *Donat. p.* 1749 22 ut maria rarea *M* ut rura *A* 23 per *om. A* 24 laciaris dicione *A* laquaris ditione *M* 26 ordinatur *a* ordinantur *AM* 31 declinari tantum qua *AM* 34 ex oblico *A* et obliquo *M* indeclinabilem *Caesarius* indeclinabile *AM*

p. 289. 90 P.

DE DECLINATIONE EXERCITATIONIS CHRIARVM

Chriarum exercitatio in casus sic variatur. nominativo casu numero singulari, Marcus Porcius Cato dixit litterarum radices amaras esse, fructus iocundiores; genetivo casu, Marci Porcii Catonis dictum fertur litterarum radices amaras esse, fructus iocundiores; dativo, Marco Porcio Catoni placuit dicere litterarum radices amaras esse, fructus iocundiores; accusativo, Marcum Porcium Catonem dixisse ferunt litterarum radices amaras esse, fructus iocundiores; vocativo, o tu Marce Porci Cato, ne tu egregie dixisti litterarum radices amaras esse, fructus dulciores; ablativo, a Marco Porcio Catone dictum accepimus litterarum radices amaras esse, fructus dulciores; nominativo plurali, Marci Porcii Catones dixerunt litterarum radices amaras esse, fructus dulciores; genetivo, Marcorum Porciorum Catonum dictum fertur litterarum radices amaras esse, fructus dulciores; dativo, Marcis Porciis Catonibus placuit dicere, id quoque; accusativo, Marcos Porcios Catones dixisse ferunt, id quoque; vocativo, o Marci Porcii Catones, ne vos egregie dixistis, id quoque; ablativo, a Marcis Porciis Catonibus dictum accepimus litterarum radices amaras esse, fructus dulciores. hoc quoque exemplo ceterae chriae declinationes subicientur. nominativo, Puplius Vergilius Maro dixit 'auri sacra fames': similiter nominativo, Puplius Vergilius Maro dixit 'degeneres animos timor arguit': item nominativo, Marcus Porcius Cato dixit leges nervos esse civitatium: item *nominativo*, Demosthenes Atheniensis || interrogatus quo modo orator factus sit respondit 'plus vino inpendens olei'. similiter nominativo, Diogenes Cynicus philosophus in die accensa lucerna quaerebat hominem; genetivo, Diogenis Cynici philosophi memoria fertur, id quoque; dativo, Diogeni Cynico philosopho visum est, *id* quoque; accusativo, Diogenen Cynicum philosophum aiunt diligenter, id quoque; vocativo, o Diogene Cynice philosophe, optime dixisti, *id* quoque; ablativo, a Diogene Cynico philosopho memoriae traditum est in die accensa lucerna quaesitum hominem esse.

DE CONSENSV VERBORVM CVM CASIBVS

Casus nominativus trahit verbum tertiae personae, ut dicitur fertur nominatur. loquimur enim sic, Cato se Vticae occidisse fertur, Pompeius in litore Aegypti iacuisse dicitur, nominatur inter auctores Coelius, item Vergilius Aeneida fecit. casus vocativus secundam personam accipit, tam

1 CURIARUM *AM* 2 Curiarum *M* Ita curiarum *A* 4 iocundiores *A* iocundos *M* 8 cato. ne tu *A* catone tu *M* caio tu *amς* 16 accipimus *A* 17 churiae declinatione *M* 18 poplius *M* P *A* auri *A* aura *M*. *Verg. Aen.* III 57

19 degeneres] *Verg. Aen.* IIII 13 20 Item Ñ *M* Item non *A* 21 nominativo *ante* Demosthenes *om. AM* athenienses orator interrogatus *A* 22 uino ς uini *AM* oleum *AM* 24 memoria fertur *A* memoria fert *M* meridie fertur ς: factum fertur quo meridie accensa lucerna quaerebat hominem *Buschius* 25 uisum est quoque *M* fasum est quoque *A* 26 o diogene cynico phylosophe *M* o diogene cinico philosopho *A* o Diogenes Cynice philosophe ς 27 id *om. AM* 28 memoriae ς memoria *AM* 30 CASIBUS ITA *M* CASIBUS ITA *A* 33 coeleus *M* 34 fecit est (*corr.* et) casus *M* accepit *corr.* accipit *A* accepit *M*

quam Vergili scribe, Cicero responde. prima persona non eget casu, sed admittit nominativum, ut servio ingenuus.

Verba diversis casibus apud Romanos hoc modo iunguntur. nam cum ab omni sermone Graeco Latina loquella pendere videatur, quaedam inveniuntur vel licentia ab antiquis vel proprietate Latinae linguae dicta praeter consuetudinem Graecorum, quae idiomata appellantur. agnoscuntur autem ex casibus. nam invenimus quae Graeci per dativum dicunt haec a Romanis per genetivum elata, ut pudet me amoris, et quae Graeci per genetivum casum dicunt haec per dativum usurpata, ut parco tibi; ceteros item casus alios pro aliis dictos, quos cum exemplis in suo quoque loco ponemus. sunt praeterea figurae quae consuetudine quidem per alium casum dicuntur, ab antiquis autem per diversum, velut utor hac re nos dicimus, ab antiquis autem utor hanc rem di|ctum est, quae et ipsa in sequentibus exponemus. haec igitur idiomata multifariam efferuntur, per verba, per participia, per appellationes, per adverbia. per verba quidem sic.

Verba genetivis casibus sic iunguntur: memor sum bonorum, obliviscor iniuriae, misereor puerorum, reminiscor doloris, discrucior animi, et animo dicimus; miseret me tui, piget me facti, pudet me gratiae, paenitet me laboris, taedet me operis, venit mihi in mentem huius rei, doleo vicem tui et tuam, pertaesum me est iniuriae, egeo victus, et victu dicimus; accuso te huius rei, pertaesum est me tui, ut Vergilius

si non pertaesum thalami;

sed et dativo dixerunt, ut Gracchus in L. Metellum 'usque adeo pertaesum vos mihi esse'. similis sum tui moribus, interest illius; tertia persona sic effertur: nam prima interest mea, secunda interest tua. similiter refert mea, refert tua, refert illius. item quaedam nomina forma participiorum posita genetivo casui iunguntur, ut patiens laboris, neglegens amicorum, adpetens pecuniae, fugitans litium, ut Terentius; cupientissimus legis, ut Sallustius, superlativo facto ab eo nomine quod est cupiens; quoniam participia et accusativo copulantur, ut adpetens pecuniam, fugitans lites, cupiens legem, et cetera huius modi figuras verborum suorum sectantur. quae autem pro appellationibus sumuntur, haec genetivum casum admittunt, veluti amans filii est, egens pecuniarum est. item omnes appellationes quae in tor terminantur derivatae a verbis eundem genetivum

3 nam — 15 quidem sic *Charis. p.* 256 4 loquilla *corr.* loquela *A* 8 amo.et.ris. quae *A*: et *om. M* 10 casus alios *Charisius* alios casus *AM* quoque *A* cuique *M* 11 per alium *M* pluralium *A* 12 uelut *Charisius* est *M*, *om. A* 19 in mentem *M* in mente *A* 20 egeo ς ego *A* et ego *M* 21 Vergilius] *Aen.* IIII 18 24 similis sum — 26 refert illius *hoc loco omissa post* 312, 18 discipulos habent *AM*: *ad idiomata verborum revocari, in quibus et* similis sum tibi *positum est p.* 293 *ratione infra p.* 301 *explicata et* interest *et* refert *relatum a Charisio p.* 258 25 effertur *A* efficeretur *corr.* efficitur *M* 27 neclegens *A* negligens *M* 28 Terentius] *Phorm.* IIII 3, 18 29 salustius *AM* 31 suorum uerborum *M* 32 quae autem — 312, 8 figuratur *Charis. p.* 257 33 admittunt *Charisius* .at.mittunt *A* mittunt *M* 34 dirinatae *A*

p. 291—93 P.

casum admittunt, veluti cupitor sum huius rei, curator sum huius rei, victor sum laboris. ceterae appellationes quae cum figura dicuntur aut genetivum tantum modo aut ablativum re||cipiunt casum, quarum pleraeque utrosque casus admittunt. et per genetivum quidem sic: gnarus sum huius rei et ignarus, peritus sum *huius* rei et imperitus, certus sum huius rei et incertus, inscius sum doloris, dubius itineris, cupidus honoris, ignarus belli, securus amorum, studiosus picturae, conscius facti, plenus bonorum, conpos voti; et siquid aliud simile invenitur, ita figuratur. pauca sunt quae casum non requirunt, ut horrens. et alia ut sententia poscit casum recipiunt, ut neglegens sum in hac re. et ex praeterito item participiorum nomina fiunt appellativa, *quae* aut secundae sunt nominum declinationis aut quartae; secundae, ut praefectus execratus apertus, quartae quidem declinationis visus iussus. sed haec nomina quae ex praeterito tempore participiorum fiunt non habent casus, nisi secundae declinationis sint; *et sunt* pauca, ex quibus quaedam genetivum ita recipiunt, victus animi expertus belli. expertus autem bellum per incusativum fit participium. verbum enim huius participii, id est experior, incusativum recipit casum, experior discipulos. per ablativum autem sic, dignus sum hac re, et siquod aliud tale inveniatur. per utrosque casus ita figuratur, ut dives sum huius rei et hac re. sed prius Graeca figura profertur. apud illos enim genetivo casui iungitur, sicut amans mei est: versus ille testatur *. plenus hac re et huius rei dicimus: ablativo, ut Vergilius 'thymo plenae'; idem 'plenamque sagittis Threiciis' ait; Terentius autem 'plenus rimarum sum'.

Dativi casus idiomata. Verba quibus haec conveniunt: || suadeo tibi, maledico hosti, mando tibi, cedo potenti, ministro parenti, dono propinquo, subscribo epistolis, pareo legibus, succedo tibi, praesideo provinciae, adimo et aufero et demo tibi, subduco tibi, vitium tibi duco, obicio tibi, excidit mihi scalprum, succurrit mihi haec res, praeeo patri, subeo oneri, inpropero tibi, praepono te illi, antepono divitiis amicum, praefero ante-

2 uictor *Putschius* utor *AM* cum *om. M* 3 plerique *M* 5 huius *post* peritus sum *om. AM* 8 compos uoti *A* conpositi *M* pauca sunt — 18 experior discipulos *Charis. p.* 256 9 horrens *Charisius* oriens *AM* 10 neclegens *A* 11 fiunt *Charisius* fient *AM* appellatiua. ·et· aut *A* apellatiua aut *M*: quae *addidi ex Charisio* 13 uisus iussus *M* ūū uisus *A*: *fortasse* velut visus 14 declinationis sint pauca *A* declinationis pauca *M et codex Charisii* 18 discipulos 311, 24 similis *sqq.* — 26 refert illius. per ablatiuum *AM* per ablatiuum — 20 hac re *Charis. p.* 257 19 si quod tale aliquid inueniatur *AM* si quod aliud simile *Charisius* dives sum *A* diuersum *M* 21 *lacunam indicari qua versus Vergilii Aen.* VIIII 26 dives opum dives pictai vestis et auri *excidisse videtur* 22 thymo plenae *M* atimo plene *A. Verg. georg.* IIII 181 23 plenamque] *Verg. Aen.* V 311 terrentium autem *A* terentium h' *M. Ter. Eunuch.* I 2, 25 24 sum ς suc *A* sic *M* 25 Datiui casus idiomata *om. AM* 27 succedo *M* suadeo *A* proniutiae *A* 28 obicio tibi. propono te illi. antepono diuitiis amicum. praefero. excedit mihi scalprum. succurrit mihi haec res. praeo patri. prae ei. subeo oneri. impropero tibi propono te illi antepono diuitiis. amicum praefero *M* 29 praeo patri prei *A* praeeo tibi *Charisius p.* 259

fero muneri amicitiam, eripio abripio rapio tibi, parco peccanti, noceo tibi, oculos illi evello vel eruo, caput illi findo vel frango vel minuo vel rumpo, praecipio tibi, abduco tibi illum, incommodo tibi, timeo tibi, officio accusatori, detraho tibi, ausculto tibi, rependo tibi, repraesento tibi, prospicio provideo consulo tibi, avello amico, similis sum tibi figura, subtraho amico, obstrepo illi, obrepo iudici, extorqueo nolenti, vacat mihi, liquet mihi, derogo tibi, supplico tibi, studeo litteris, crisat illi, palpo equo, || praeficio tibi, adsum clienti, prosum omnibus, obsum inimicis, praesum provinciae, alienus sum tibi: anteeo illi et praesto illi dativo casu dicimus, ut Cicero 'qui omnibus intellegentia anteibat', item de deorum natura tertio 'homines omnibus bestiis antecedunt', et Sallustius 'praestare ceteris animalibus'; sed et accusativo Vergilius,

vel magnum praestet Achillen;

anteeo quoque illum accusativo casu Terentius,

erum anteeo sapientia,

Plautus in Trinummo

genus
multo Surorum anteit patientia:

largior amico, gratificor tibi, obsequor domino, adversor inimico, insidior hostibus, medeor aegroto; hoc autem perfecto caret: anteferor omnibus, praeferor vobis, convicior debitori, geniculor victori, praevaricor obnoxio, patrocinor patriae, ancillor amico, adulor amicae, blandior magistro, inprecor malis, moderor tibi, misereor tibi, furor tibi. sunt etiam plurima idiomata quae ex nominibus omnium declinationum ordinantur et per dativum coniuncto alio verbo efferuntur, non tamen omnibus generibus; veluti primae declinationis feminino genere, curae mihi est doctor, miseriae mihi est labor, infamiae mihi est amor, desidiae mihi est mictus, morae illi sum, gloriae mihi est patria et similia; || secundae genere neutro, vitio tibi do hanc rem, testimonio tibi sum, auxilio tibi sum, praesidio tibi sum, consilio tibi sum, commodo tibi sum, gaudio mihi est virtus tua, taedio mihi est desidia, odio mihi est pigritia, impedimento mihi est se-

2 eruo uel findo caput (capud *A*) illi uel frango *AM* 3 inquomodo *A* 6 obripo *A* obripio *M*: obrepo illi *Charisius p.* 259 7 crusat *A*: crisat illi. et praesto illi. palpo *M* praefleio *A* proficio *M* 8 prouintiae *AM* 9 Cicero] *Brut.* 64, 229 consulum, qui omnes intellegentia anteibant 10 *ex tertio de deorum natura libro quae citantur in lacuna capitis* 25 *posita fuisse videntur; nisi potius in libris Diomedis exciderunt haec, c.* 10, 25 qui potuit igitur, is praestat homini. homini autem praestare quis possit nisi deus? *ea autem quae restant ad Cic. de off.* I 30, 105, quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis antecedat, *pertinent* 11 anteced *M* antedunt *A* salustius *AM. Catil.* 1 omnis homines qui sese student praestare ceteris animalibus 12 animantibus ς sed ς se *AM* ut Virgilius ς ut celius *AM. Aen.* XI 438 13 prestat *M* 14 quoque ς quodque *A* quodquod *M* Terentius] *Phorm.* II 1, 17 15 erum *AM* horum ς 16 platus in trinnummo *AM. Trinum.* II 4, 144 (545 *R*) 17 genos *M* 18 multos nirorum *AM*ς multo Syrorum *Putschius* ante. id *M* anteis *Caesarius* sapientia ς 26 declinationis *Putschius* coniugationis *AM* 27 infamiae ς infaniae *M* insaniae *A: cf. Ter. Andr.* II 6, 13 30 gaudio *M* gaudium *A* 31 taedio *M* tedium *A* impedimento *Putschius* impedimentum *AM*

nectus, studio habeo hanc rem, ludibrio mihi habetur adversarius, bono mihi est veritas, commodo mihi est haec res, argumento mihi est probitas; *tertiae neutro genere*, muneri tibi do librum, pignori *tibi* do vestem, oneri tibi sum, crimini *mihi* est haec res, cordi mihi est amicitia; item masculino genere, dolori mihi est *haec res*, terrori mihi est indicium, honori ducitur apud nos haec res; *quartae masculino genere*, usui tibi sum, risui mihi est haec ars, risui hominem habeo, despicatui te habeo, contemptui te habeo, quaestui mihi est haec ars. item sunt nomina quae dativum casum trahunt, intentus studiis, inimicus malis, dicto audiens, patri invidus, bono malivolus, studenti proximus, viae habilis, virtuti utilis, scenae aptus, congruus patribus. sunt alia quae accusativum casum trahunt sed figurate, ut exosus bella; alia ablativum, ut secundus ab Hercule, quartus a Perseo; alia septimum, ut magnus virtute, || industria suetus, insignis fama, vehemens facundia, infirmus aetate, gloriosus eloquentia, fretus cithara.

Incusativi idiomata quae ex verbis nascuntur et per incusativum efferuntur: accuso adulterum, insimulo illum, interrogo te, postulo eum, excuso innocentem, adiuvo timidum, interpello consularem, curo domum, aequo magistrum, aequipero patrem, inquieto liberum, usurpo antiquitatem, increpo seditiosum, impetro honorem, inchoo opus, involo in hostem et invado, inpersonale iuvat me, derideo inperitum, iubeo famulum, mereo subscriptionem, mereo stipendium, mereo coronam, moneo puerum, invideo illi pulchritudinem, admoneo illum hanc rem, refero ad patrem, decet virginem, dedecet illum, paenitet amicum, piget inertem, decet me dignitas, adsideo te et tibi, adtendo te oculis, adtendo tibi mente: manet te, ut Vergilius

te quoque magna manent nostris penetralia regnis,

item et

qui te cumque manent isto certamine,

et

te, Turne, nefas te triste manebit
supplicium;

idem tamen

haec eadem matrique tuae gene||rique manebunt,

Cicero * 'tibi poena manet': corripio tardum, incipio historiam, in-

1 bono *M* bonum *A* 2 argumento — 4 haec res *om. M* 3 tertiae neutro genere *om. A* tibi *post* pignori *om. A* 4 oneri *Charisius p.* 260 ori *A* mihi *post* crimini *om. A* 5 dolor mihi est terror mihi est indicium *A* dolor mihi est indicium *M* 6 quartae masculino genere *om. AM* 7 dispicatui *M* 10 patri *M* pa *A* pari ς uiae *A* uiuae *M* uitae ς 13 mactus uirtute ς industrius uetus *AM et lacunae signo interposito Putschius, om.* ς 18 consolarem *AM* 21 iuuat *M* adiuuat *A* iuueo *AM* 23 admoneo illi *M* 24 inhertem *M* mertem *A* 27 te quoque] *Verg. Aen.* VI 71 penetralia ς penitalia *M* poenitalia *A* 29 qui te] *Verg. Aen.* XII 61 certamine casus et me, Turne, manent ς 30 et te — supplicium *post* 34 manebunt *habent AM: Verg.* VII 596 34 haec] *Verg. Aen.* VIIII 302 manebant *M* 35 cycero *M* cetero *A* et ς. *lacunam qua exemplum Ciceronis Philipp.* II 5, 11 cuius quidem tibi factum, sicut C. Curioni, manet *excidisse videtur indicavi*

ruo in hostem, impetum in te facio, inrumpo in bestiam, tango genua, cupio magistratum, reprehendo orationem, adpeto amicitiam, consulo praeceptorem, arguo hominem, arcesso eum, animadverto eum, animadverto in eum, neglego mandatum, contemno legem, despicio praetextam, sperno militem, accedo duumvirum; accedo autem tibi, eadem tibi sentio: peto domum, offendo iudicem, concedo tibi munus, labefacio hominem, concupisco domum, corrigo peccantem, non amplius unam noctem sentio honorem, convenio medicum, inpedio lectorem, audio oratorem, commuto culcitam, adeo praesidem, memini hanc rem et huius rei, comitor amicum; comitor autem amico per ablativum passiva significatione fit: · calumnior viduam, conor magnam rem, execror meretricem, criminor sacrilegum, aspernor pauperem, despicor vicinam, periclitor hospitem, recordor speciem, reminiscor factum et facti et facto, ingredior forum, || adgredior petitionem, obliviscor hanc rem et huius rei, mereor laudem, intueor imaginem intuitus sum, sequor eum, consequor dignitatem, adipiscor praemium, ingredior limen, adgredior hoc negotium, adloquor commilitones, nanciscor occasionem, potior fortunam, adorior hominem, invehor in aemulum et invectus sum, ordior hanc rem, experior notarium.

Ablativi idiomata quae ex verbis nascuntur: libero puerperam dolore, dono magistratum statua, onero asinum salibus, satio servos pane, saturo te pulmento, abdico filium domo, sub illo milito, sustineo me arte mea, fraudo latronem deposito, privo malum dignitate, orbo crudelem filiis, regno in urbe, impero gentibus et frequentativum imperito, vaco culpa, vaco militia, vaco scriptura, sacrifico victima, communico cum illo, tempero me vino, postulo a iudice, exulto victoria, flagro amore, communico tecum furtum, expostulo tecum, exaequo te cum deteriore, conparo te cum deo, pugno cum rivali, certo cum aemulo; certo autem tibi: || litigo cum amica, ardeo cupiditate, careo taedio, prohibeo te limine, abstineo me cibo, te pendeo; sed melius ex te pendeo: egeo laude et indigeo, impleo te vino. item cum praepositione ablativum casum trahunt haec ita, abhorreo ab illo, discedo a petulante, desisto ab hac re, discrepo ab ignavo, dissentio ab aequitate. item nomina, ut oriundus ex Africa, longinquus ab Achaia, diversus a Ponto. emo asse per ablativum efferimus et cui [pretii]; sed adverbia haec duo pretii per genetivum, ut Graeci, efferimus, quanti emisti? tanti emi. afficio te gaudio, interdico tibi foro, cado proposito, deficio luctu, inbuo aram sanguine, incendo te oratione et

2 reprehendo ratione adpeto amicitiam *A* reprehendo orationem adpeto orationem adpeto amicitiam *M* 4 neclego *A* cotemno *A* dispicio *A* 8 conmoto *AM* 12 asperno *M* dispicor *A* 14 intueor ς intuor *AM* 15 erum *A* erũnã *M* 17 occansionem *M* 23 uacuo (euacuo *A*) culpa uacuo militia uacuo scriptura *AM* 25 flagro ς fragro *A* frago *M* 26 furtum *M* furto *A* cumparo cum deo *A* 27 riuali *A* riuale *M* 28 absteneo *A* 29 te pendo sed et melius te pendeo *A* 31 abhorreo ab illo Lucretius, uulgus ábhorret ab hac ς 32 longinquos *A*

accendo, contendo cum inprobo; est et contendo conparo: confligo tecum, iungo te cum minore, concumbo cum uxore, coeo cum muliere, confero te cum potentiore, cedo possessione, interdico illi amicitia mea, avello *a* te vestem, induo te armis, inpertio te opera, convenio tecum, liberor molestia, donor imagine, oneror vino, satior cibo, || saturor pulmento, abdicor praetura, sustentor arte, fraudor deposito, privor dignitate, adficior laetitia, inbuor sanguine, incendor iracundia, laetor labore, glorior victoria, dominor Graecis dominatus sum, dignor te salutatione, comitor rustico; comitatur autem illum activa significatione per accusativum: sermocinor tecum, luctor cum athleta, inpersonale convenit mihi tecum, in gratiam tecum redeo, gaudeo agri cultura, bene mereor de te, male mereor de illo, utor toga, ut Vergilius 'utere sorte tua'; sed et hanc rem utor veteres dixerunt, ut Terentius

quod ista aetas magis ad haec utenda idonea esset,

idem

nam in prologis scribendis operam abutitur:

abutor charta, nitor baculo, labor causa vel cogitatione vel proposito, divellor a te, avellor a te avulsus sum, distrahor a comite, fungor officio, fungor munere; sed veteres fungor hanc rem dixerunt: defungor muneribus et defungor periculis, defungor vita, fruor divitiis; perfecto caret: potior pecunia. quae ex nominibus oriuntur: alienus a crimine, dignus honore, indignus parentibus, contentus paucis, incensus amore, fretus innocentia, orbus patria, orbus oculis, || orbus filiis, orbus patre, orbus manibus. ex his nominibus quaedam accipiunt sum verbum et faciunt vim verbi, veluti contentus sum uno pulmento, fretus sum, orbus sum, raucus sum. et omnes conparationes ablativum recipiunt, veluti studiosior fratribus, agilior patre. adverbium, opus est mihi minuto, opus mihi fuit. sed veteres per incusativum hoc idioma saepissime quidem extulerunt, opus est mihi hanc rem. sed apud veteres invenimus hoc dici per omnes casus praeter vocativum, veluti opus est mihi haec res et huius rei et huic rei et hanc rem et hac re; nos autem per ablativum solum opus est mihi hac re. illud autem est observandum maxime. nam ut Graeci dicunt χρείαν ἔχω χρείαν εἶχον, nos non dicimus opus habeo opus habebam, sed opus est mihi opus erat mihi; et quod illi dicunt χρείαν σου ἔχει ὁ πατήρ, nos dicimus pater vult te, praeceptor volebat te et similia. praeterea multa sunt quae Romani per ablativum casum solent efferre. inmensa enim est huius casus licentia, et utimur eo saepissime pro duobus casibus, genetivo

2 cumcumbo *A* concoibo *M* 3 illi *A* tibi *M* avello a te vestem *Charisius p.* 263 auello te nestē *A* auello te ueste *M* uelo te ueste ς 7 incendor] inundor *AM* 12 Vergilius] *Aen.* XII 932 sed et hanc *Putschius* sed in hanc *A* in hanc *M* sed hanc ς 13 Terentius] *Heauton tim.* I 1, 81 15 idem] *Andr. prol.* 5 16 operam *Am* opera *M* 21 potius *M* positior *A* 24 his omnibus *M* 25 contemptus *M* 26 studiosior ς studior *A* studeor *M* 27 minuto *M* munito *A* monito ς monitore *Caesarius* 32 chrian echo ichom nos non *A* charia nec hoc charian ichon; non *M* 34 chrians nechio pater *A* charians. yechyo pat̄ *M* 37 utimor eo *M* utimur eum *A*

et dativo. nam multa quae Graeci per hos casus dicunt nos per ablativum efferimus per nomina pronomina et participia. sunt autem ea *quae* pro genetivo accipiuntur per nomina huiusce modi, singulariter Pompeio consule, pluraliter Pompeio et Crasso consulibus, duce patre, ducibus patribus, varia victoria bellum, homo mira eloquentia, magnis viribus adulescens, bona forma mulier et similia; per nomina et participia instantis temporis sic, deo volente et diis volentibus, te praesente, vobis praesentibus, cedente adversario vici, cedentibus adversariis vicimus, audiente ipso praeceptore legi, audientibus ipsis praeceptoribus legimus et similia; per participia praeteriti temporis sic, peracto tempore, peractis tem||poribus, coepto bello, his ita actis, recitatis litteris et similia. sed in hoc praeterito tempore ablativus et pro nominativo accipitur et intellegitur pro infinito tempore, *quod* Graeci vocant ἀόριστον, et apud nos est in participiis, veluti singulariter audito hoc verbo respondit, pluraliter auditis his verbis responderunt, pluraliter et singulariter auditis his verbis respondit, inventa veritate tacuit, peracta oratione sedit, viso fratre gavisus est et cetera quae sunt similia. pro dativo autem sic utimur ablativo, veluti ex prima declinatione nominum singulariter cura consumitur; pluraliter curis consumuntur, ex secunda studio te vinco, ex tertia dolore victus est, ex quarta aestu solutus est, et cum pronominibus, hoc tempore nihil habeo, illis temporibus valuit haec lex, hoc anno non vidi eum, hac via, his rebus, hoc modo et similia.

Hactenus de ablativo casu. ceterum ab his quidam discrepant qui etiam septimum casum adsumunt, qui est ablativo similis, ratione autem non congruit, cuius differentiam inserere haud piget ita. casus ablativus praepositiones semper recipit et uno modo profertur, cum a persona ablatum quid significetur aut a re aut a loco, cuius vis apud Graecos bipertita est. aut enim per genetivum aut per adverbia localiter posita et a nomine derivata explicabitur: per genetivum sic, cum a persona ablatum quid significetur, veluti ab oratore accepi; item a re, a libris Ciceronis intellectum est: per adverbia autem a loco significa*ntia*, *cum quid a loco abla*tum demonstrent, velut a || Roma in Africam redit, item a Troia vel ab Ilio navigavit Aeneas; quod apud illos interpretatur adverbialiter sic, *Τροίηθεν Ἰλιόθεν*, item *ab* alto *ὑψόθεν* et cetera similiter. septimus vero casus his praepositionibus quae ablativo casui conveniunt subtractis profertur modis quattuor. primo, cum in persona aut in loco aut in re intellegitur, velut in Scipione militaris virtus enituit, in monte Caucaso poenas

2 ea quae] et *AM* 5 adulíscens *AM* 9 praeceptoribus legibus legimus *M* 12 tempus graeci *AM* 13 aoriston *m* adriston, *ut videtur*, *M* acriston *A* 19 uictus ς auctus *A* acctus *M* 25 haud *M* ad *A* casus ablatiuus—318, 22 exposuimus *exc. Bob. p.* 78 26 recepit *AM* proferuntur a persona ablativum quid significet *M* 28 et a *M* aut a *A* 29 diriuata *AM* ablatiuum quid significet *M* 30 a libris *exc. Bob.* alebri *A* albrici *M* ex libro ς 31 a loco significatum demonstrent *AM* quae a loco significatum demonstrant ς 34 triethen mothen item alto ipsothen *AM* 37 scipionte *A* scipiante *M* paenas *AM*

luit Prometheus, in statua Ciceronis victoria coniuratorum inscribitur; et interpretatur talis figura per dativum *ἐν Σκιπίωνι, ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει, ἐν τῷ ἀνδριάντι.* quae regula etiam in nominibus quorum ablativus et dativus idem est observatur, ut ab hoc Vergilio huic Vergilio et ab hac securi huic securi, ab hoc suavi huic suavi. secundo, cum duo ablativi copulati genetivo Graeco interpretentur, velut ducente dea elapsus est Aeneas, incusante Cicerone Catilina convictus est, studente sacerdote differentia inventa est, *ἡγεμονευούσης τῆς θεοῦ ἐξώλισθεν Αἰνείας, κατηγοροῦντος Κικέρωνος ἐλέγχθη Κατιλίνας, σπουδάζοντος ἱερέως ἡ διαφορὰ ηὑρέθη.* item multum interest utrum dicamus ab hoc praesente accepi an hoc praesente ab alio accepi; similiter ab oratore venio et oratore magistro utor. tertio modo, cum hanc figuram Graecam, *ἐλπίδι τοῦ δύνασθαι, προαιρέσει τοῦ λῃστεύειν, σχήματι τοῦ ἐπιβουλεύειν*, Latine dixerimus spe posse, voluntate latrocinandi, consilio insidiandi. quarto, ut Scaurus retulit, cum Latinum eloquium in quodam verbo deficit, velut in illo *ὄντος οὔσης ὄντων οὐσῶν.* dicimus enim sic, nullo timore hostium castra inrupit, nulla spe rerum potiundi vallo fossa*que* moenia circumdat, nullis custodibus palladium ereptum est, nullis insidiis palam victus est hostis. ubique enim deficit Latinus sermo; scilicet ideo quoniam duo ablativi nominales sunt copulati. quod si unus eorum participialis sit, non deficit Latinus sermo sed plenus est, ut supra relatum est, ducente dea elapsus est Aeneas, || et cetera quae secundo modo exposuimus.

Idiomata communia omnium casuum quos supra *scripsimus*. genetivi et dativi nomina, similis sum tui et tibi, similis fui; amicus sum illius et illi: genetivi [et dativi] et incusativi verbum passivum *primae*, discrucior animi et animum [et animo], discruciatus sum; *tertiae*, *arrigor* animi et animum, arrectus sum: genetivi et ablativi nomina, dives sum agrorum et agris, felix huius rei et hac re: genitivi et incusativi et ablativi verbum, licet stilus assis et assem et asse, *εὑρίσκει τὸ γραφεῖον ἀσσάριον.* *dativi*

2 enscipioni (inspioni *A*) ento caucasio oriento andrianti *AM* 6 dea elapsus *exc. Bob.* deelapsus *A* deelapsus *M* 7 conuinctus *M* 8 igemoneus est isthen exolisthes ęnęas catigorũutos ciceronos cleuethicatilinas. Spudazontos iereosedia forę urethi *A* igimonias ē isthen exolisthes aentus catigorontus. ciceronus eleneti. catilenas spudazontus lereos edia fore urethi *M* 10 praesenti *priore loco A* 12 elpiditu dynaste procresitulisteum scematitnę pibulenin *A* elpidite dynasthe proaeresi tulistae schematitu. epibulenin *M* 15 deficit *exc. Bob.* defecit *AM* ontosus esonton (osonton *M*) uson *AM* 17 fossaque *exc. Bob.* fossa *AM* 19 deficit *exc. Bob.* defecit *AM* 20 quod si ς quę si *A* q; si *M* quam si *exc. Bob.* participalis *AM* deficit *exc. Bob.* defecit *AM* 21 ducente deelapsus *A* ducenti deelapsus *M* 23 scripsimus *om. AM* 25 genetíui et uocatiui datiui et accusatiui uerbum passiuum discrutior animi et animum et animo arrectus sum animi et amum discruciatus sum genetiui *A* genitiuus et datiui et incusatiui uerbum passiuum discrucior animae et animum et animo erectus sum animi et animum discruciatus sum genitiui *M*: discrucior animi et animum *inter idiomata genetivi et accusativi casus rettulit Charisius p. 264.* discrucior animo *dici adnotavit Diomedes p. 291, unde ablativus sive dativus huc inlatus esse videtur* 27 diues sum ς diuersum *A* diuersuum *M* 28 ablatiui aduerbium *AM* 29 assis et assem et asset *A* assis et asse *M* euriscito grafion assarion et incusatiui uerba actiua *AM*

et incusativi verbum activum primae, praesto omnibus et omnes melior sum, praesto autem tibi praebeo tibi; passivum primae, moderor militibus et milites, moderatus sum; *secundae*, medeor puero et puerum, medicatus sum: dativi et ablativi secundae activum, timeo patriae et de patria; tertiae activum, metuo tibi et de te: *dativi et ablativi et incusativi primae activum*, derogo tibi et illi et de illo καθαιρῶ αὐτόν, plus mihi derogo, plus mihi abrogo; tertiae activum, detraho tibi et de te *. incusativi et genetivi secundae activum, admoneo te meritum et meriti, admonui; corruptum activum memini patronum et patroni; passiva tertiae, reminiscor hospitem et hospitis, perfectum non habet, obliviscor cognatum et cognati, oblitus sum: incusativi et ablativi secundae, oleo unguentum, ut Cicero in Antonium 'frustis esculentis vinum redolentibus', et Marsus 'hircum et alumen olens', Terentius 'olet unguenta de meo', Ovidius autem vitiose hac re oleo,

perque lacus sacros et olentia sulphure fertur
stagna Palicorum;

et Vergilium quidam putant similiter dixisse

redolentque thymo fragrantia mella,

sed frustra: est enim ordo, redolent mella fragrantia thymo. nam fragrare quidem ablativo dicimus casu. perfectum olui; et redòleo cum praepositione. tertiae, cedo fortiori palmam et palma, cessi; concedo possessionem et possessione, concessi; offendo glebam et gleba, offendi. adverbium, clam custodem et custode, et clanculum et clanculo. genetivi et incusativi et ablativi secundae, invideo tibi gloriae et gloriam et gloria, invidi; tertiae, potior regni, ut Cicero 'rerum potiri volunt', et regnum, ut Terentius *, et regno, ut Vergilius 'et auro vi potitur', potitus sum. genetivi et ablativi nomen, plenus sum gaudii et gaudio, plenus fui; *activum* secundae, egeo victu et victus, egui, et indigeo [et] indigui; passivum secundae, impleor carne et carnis, impletus sum, et conpleor conpletus sum. ablativi et dativi primae, opto a dis et opto dis. ablativi et incusativi secundae, caveo mihi a latrone et caveo latronem, cavi; *passivum primae*, precor ab Iove et Iovem; passivum tertiae, induor tunica et tunicam induor.

2 praebeo tibi 6 derogo — 7 detraho tibi et de te passiuum *AM* 3 secundae *om. AM* 5 dativi — 6 primae activum *om. AM* 6 derogo — detraho tibi et de te *hoc loco omissa post* 2 praebeo *habent AM* cathero anton *A* cathero authon *M* 7 detraho tibi et de te *inter idiomata dativi et ablativi casus rettulit Charisius p.* 266. *Diomedes accusativi exemplum ita ut in verbis* abrogo *et* derogo *adscripsisse videtur, quare lacunam indicavi* 12 Cicero] *Philipp.* II 25, 63 frunis seulentis *A* frutes. esculeites *M* 13 alumen olens *Putschius* alumens olens *AM: fortasse* alium olens Terentius] *Adelph.* I 2, 37 olet *A* solet *M* 14 Ovidius] *metam.* V 405 15 locus *M* locos *A* lucos *Caesarius* sulpore *M* 16 pelicorum *M* 17 Vergilium] *georg.* IIII 169 18 thimo flagrantia *AM* 19 flagrantia thimo *AM* flagrare *AM* 21 tertiae ς tertio *AM* 23 clanculę (*corr.* -lum) et clanculo *A* clanculus et clamunculo *M* 25 Cicero] *in Catil.* II 9, 19 26 Terentius patria potitur commoda ς. *Adelph.* V 4. 17 Vergilius] *Aen.* III 55 27 a genetiui *AM* et Ouidius (*fast.* III 21) Mars uidet hanc uisamque petit potiturque cupita. Genitiui ς 28 activum *om. AM* 31 passivum primae *om. AM*

Idiomata quae veteres quidem per accusativum extulerunt, nos autem per dativum secundum Graecos efferimus: activa primae, obiurgo filium veteres dicebant, obiurgavi; nos autem obiurgo filio per dativum, ut Graeci; excanto te et incanto, nos excanto tibi per dativum: secundae, illi inpendeo te, nos inpendeo tibi: tertiae, adtendo legentem, nos adtendo legenti, adverto te, nos adverto tibi, adsido socium, nos adsido socio, inludo hominem, *nos* inludo homini, praestolor nutricem, nos praestolor nutrici. sed hoc veteres secundum Graecos, quid tibi futurum est, nos quid te futurum est.

DE NOMINE

Nomen quid est? nomen est pars orationis cum casu sine tempore rem corporalem aut incorporalem proprie communiterve significans, proprie, ut Roma Tiberis, communiter, ut urbs flumen. sed ex hac definitione Scaurus dissentit. separat enim a no||mine appellationem et vocabulum. et est horum trina definitio talis: nomen est quo deus aut homo propria dumtaxat discriminatione enuntiatur, cum dicitur ille Iuppiter, hic Apollo, item Cato iste, hic Brutus. appellatio quoque est communis similium rerum enuntiatio specie nominis, ut homo vir femina mancipium leo taurus. hoc enim animo auribusque audientis adfertur animalium esse quidem duo tantum genera, sed sine speciali discriminatione. nam nec quis homo nec quis vir nec quae femina nec quod mancipium nec qualis leo taurusve est definitur. appellationi accidunt eadem fere quae et nomini. item vocabulum est quo res inanimales vocis significatione specie nominis enuntiamus, ut arbor lapis herba toga et his similia. vocabulo accidunt eadem quae appellationi. nomen autem dicitur, quod unam quamque rem monstret ac notet, quasi notamen media syllaba per syncopen subtracta, vel a Graeca origine παρὰ τὸ ὄνομα. nomini accidunt observationes hae, genus numerus figura casus qualitas.

Qualitas nominum bipertita est. aut enim propria sunt nomina aut appellativa: quaedam et propria sunt et appellativa. propria sunt quae propriam et circumscriptam qualitatem specialiter significant; item quae unica et sola sunt deorum, ut Iuppiter, et quae bina, ut Liber pater, ho-

4 illi secundae *AM*   7 nos *ante* inludo *om. AM*   prestulor nutricem prestulor *A*   10 DE NOMINE *om. A. cf. Donat. p.* 1743 *sqq.*   11 Nomen quid est *om. M*   nomen — 321, 27 Paris] *adscripta est discrepantia codicis Parisini* 7530 (*p*) nomen — 13 flumen *Charis. p.* 125   13 difinitione *M*   14 dissentit ς dissensit *AMp*   15 diffinitio *M*   16 enuntiatur *p* pronuntiatur *A* pronuntiat *M*   19 adferto *M* adfert *Ap*   20 sed sine *A* sine *M*   nec quis homo nec quis uir nec qua femina ς ne quis homo ne quis uir ne quis femina *AMp*   21 ne quod mancipium (manticipium *A*) ne *Ap*   22 difinitur *A*   accidunt eadem fere quae et *p* fere accedunt eademq; et *M* fere accedunt eademq: *A*   23 quo *p* quod *AM*   specie ς speciem *AM*: species omnes *p*   24 accedunt *M*: accidunt eademq, et nomini uel appellationi *p*   25 nomen — 321, 10 et similia *exc. Bob. p.* 77 *Charis. p.* 125 *sq.*   26 ac *Mp* aut *A*   27 parato onoma *Mp* parato o nama *A*   accedunt *M*   31 significant ς significent *AM*

minum, ut Romulus, urbium, ut Troia, provinciarum, ut Africa, insularum, ut Sicilia, montium, ut Pyrenaeus, fluminum, ut Pactolus.

Propriorum nominum quattuor sunt species, praenomen nomen cognomen agnomen. praenomen est quod nominibus gentiliciis praeponitur, ut Marcus Puplius. nomen proprium est gentilicium, id est quod originem familiae vel gentis declarat, ut Porcius Cornelius. cognomen est quod unius cuiusque proprium est et nominibus gentiliciis subiungitur, ut Cato Scipio. ordinantur enim sic, Marcus Porcius Cato, Puplius Cornelius Scipio. agnomen quoque est quod extrinsecus cognominibus adici || solet ex aliqua ratione vel virtute quaesitum, ut est Africanus Numantinus et similia. huius modi autem nominum ordinatio, sicut Arruntius Claudius asserit, a Graecis tracta demonstratur. quae quidem ut sit magis intellectu perspicua et ad imaginem illorum esse conposita, exempli gratia haec subicienda decrevi. apud illos Alexander proonymos est, quod nos praenomen dicimus; hoc gentilicio nomini praeponitur. est autem gentile nomen Dardanius, quod originem familiae declarat. tripertita post modum frequentavit conpositio vice cognominis specialiter posita gentilique nomini subiuncta. est autem cognomen quod cuiusque personae propriam notat definitionem. nam in eadem gentilitate multi Dardanii, sed ad cognoscendam cuiusque proprietatem et quis ex multis intellegi debeat cognomen ostendit, ut est Paris. sumuntur autem cognomina tripliciter, aut a qualitate vel quantitate corporis, ut est apud nos * vel animi vel facti, sicut apud illos a facto Paris est cognominatus. eodem modo Achilles praenomen est, nomen Aeacides, cognomen specialiter positum a facto, id est a pedum velocitate, podoces. siquis ergo velit haec simul tria copulare, sic ordinet, Achilles Aeacides podoces, Pyrrus Aeacides Neoptolemus, Alexander Dardanius Paris. his etiam unum accedit, agnomen ex aliqua virtute forinsecus quaesitum, quod ἐπιγέννητον Graeci dicunt, quo cognomina discriminantur, ut est Vlixi agnomen polytlas. nam praenomen est, ut ait Ibycus, Olixes, nomen Arsiciades, cognomen Odyseus, et ordinantur sic, Olixes Arsiciades Odyseus polytlas. non fere tamen omnia nomina quattuor species admittunt. quaedam enim inveniuntur apud illos unica vel

1 troia *A* roma *M* prouintiarum *A* 2 celitia *A* pirineus *A* 4 gentiliciis *p* gentilicis *M* gentilium *A* 5 puplius *M* publius *A* pomplius *p* gentilicium *Mp* gentilium *A* 7 gentilicis *M* gentilicis *Ap* 15 gentilico *p* gentiliciñ *M* gentilium *A* 18 quod cuiusque ς quod cuius *M* quo cuius *A* quod cuiuscumque *p* 19 cognuscendam *A* 22 corporis *p* corpori *A* corpore *M* a ut a corpore *B*: *lacunam qua exemplum Romani cognominis a corpore sumpti excidit indicavi* 25 pedoces *A* padoces *Mp* 26 pedoces *A* pyrros *M* pirrus *AB* 27 dardanus *A* dardanus *Bp* etiam unum *B* etiam num *AM* 28 epigeneton *A* epiginеton *M* ipigeneton *B* 29 politlas *A* politas *B* 30 ibicus *AB* ybicus *M* olixis *A* olyxis *M* u•lixis *B* odyseus *B* odisseus *AM* 31 ulixis *B* arcisiades *M* orcisiades *A* achisiadis *B* odyseus *B* odiseus *A* odisseus *M* polytlis *M* politlis *A* polithes *B*: Οὐλίξης Ἀρκεισιάδης Ὀδυσεὺς ὁ πολύτλας *Ibycum scripsisse coniecit Bergkius poet. lyr. p.* 657 *praeeunte Schneidewino Ibyci rel. p.* 139 *sqq.*

dionyma, ut Palaemon Melicertes, Astyanax Scamandrios, et similiter alia, sicut apud nos Numa Pompilius, Tullus Hostilius, An||cus Marcius, Servius Tullius, Marcus Antonius, Lucius Paulus, item alia. omnia praenomina aut singulis litteris notantur, ut C. P. L., aut binis, ut GN., aut ternis, ut SEX.

Appellativa nomina sunt quae generaliter communiterque dicuntur. haec in duas species dividuntur, quarum altera significat res corporales, quae videri tangique possunt, ut homo arbor, altera incorporales, quae intellectu tantum modo percipiuntur, verum neque videri nec tangi possunt, ut est deus pietas iustitia dignitas sapientia doctrina facundia. sunt item propria et appellativa, ut Clemens Maximus Pius; quotiens laudem significant, tunc appellativa, ut clemens iudex, maximus vir, pius filius. [sed haec omnia nomina absoluta dicuntur et singulis quibusque rebus personisve apposita.] sunt nomina quae gentem significant, ut Afer Dacus Hispanus; alia patriam, ut Thebanus Romanus; alia numerum, ut unus duo; alia ordinem, ut primus secundus: sed primus de multis, de duobus prior dicitur, sicut de duobus alterum dicimus, de multis alium. quaedam ficta a sonis vel a vocibus, quae Graeci πεποιημένα dicunt, ut stridor clangor hinnitus tinnitus mugitus. quaedam descendunt ab adverbiis, ut hesternus hodiernus crastinus serus nimius citus; alia a participiis, ut ludibundus laudabundus. sunt etiam alia participium sonantia, ut demens amens sapiens ingens; alia verbis similia, ut contemplator speculator verbero erro. sunt quaedam positione singularia, intellectu pluralia, quae Graeci perileptica nominant, ut contio populus exercitus. sunt quaedam quae Graeci etymologica nominant, ut bibliotheca; alia quae nomen traxerunt ex his quae continentur, *quae* Graeci periectica appellant, ut vinetum rosetum. sunt quaedam no||mina quae per se sine alterius partis orationis adminiculo intellegi non possunt, ut pater frater. recipiunt enim sibi et illa per quae intelleguntur, ut meus tuus. haec a Graecis τῶν πρός τι appellantur, id est ad aliquid. et similia τῶν πρός τί πως ἔχοντα, id est ad aliquid quodam modo adtendentia vel taliter qualiter se habentia, ut dexter sinister. haec et conparativum gradum admittunt, ut dexterior sinisterior. sunt quoque quaedam homonyma, quae una loquella plura significant, ut nepos acies. significat enim nepos et certum cognationis gradum et rei avitae consumptorem. similiter acies et oculorum dicitur et

1 scamandros *B* schamandros *AM*: *cf. Hom. Il. Z* 102 2 numas *AM* nummas *B* pampilius *A* Tullus ς tullius *ABM* 6 Apellatina — 10 facundia *Charis. p.* 126 8 altera *B* alteraque *AM* 9 percipiuntur *Charisius* percipiunt *ABM* 12 sed — 14 apposita *repetita et suo loco posita sunt p.* 323, 16: sed *om. M* 13 personis suis *M* 14 adposita *Charisius p.* 129 posita *ABM*: posita sunt nomina, ex quibus quaedam gentem ς sunt nomina — 324, 13 parsimonia *Charis. p.* 128 *sqq.* 18 pepyimina *A* pepyemina *B* peiyimina *M* 19 discendunt *BM* 24 perilemtica *ABM* 25 ethimologica *B* ethimoloica *A* aethymologia *M* 26 contenentur *B* quae *post* continentur *om. ABM, add.* ς perieeta *M* 29 ton prosti *A* thon prosti *B* tonpsti *M* 30 Ton prosti prosechonta *AM* thon prosti prosechonta *B* 31 taliter ς aliter *ABM* 33 loquela *B* loquilla *A* 35 regia uitae *AM* rei habitae *B*

p. 369, 10 P.

ferri et exercitus. sunt alia synonyma vel polyonyma, quae pluribus loquellis idem significant, ut terra humus, ensis mucro gladius. quaedam mediae potestatis quae adiecta nominibus significationem a coniunctis sumunt, ut magnus fortis. haec enim per se nullum habent intellectum et ideo a quibusdam adiectiones dicuntur, ut magnus vir, fortis exercitus. sunt quae a Graecis epitheta dicuntur, *quae* quibuscumque personis adiciuntur laudandi vel vituperandi gratia. haec sumuntur aut a qualitate animi, ut sapiens demens pudicens turpis bonus malus, aut a qualitate corporis, ut formonsus deformis, aut a quantitate, ut sublimis humilis procerus, aut extrinsecus, ut purpuratus palliatus; ex hac specie 'vittata sacerdos' et 'pharetrata Camilla': aut a qualitate facti, ut est

Lausus equum domitor debellatorque ferarum

et

ipse doli fabricator Epios:

aut ab accidentibus tracta, ut 'caeruleus imber', beatus dives pauper: aut a qualitate naturae sumpta, ut 'ignis edax'. sed haec omnia quamquam species sunt nominum, absolute tamen nomina dicuntur. sunt quaedam principalia, quae Graeci prototypa dicunt, ut fons mons villa schola hortus. ex his nascuntur derivativa, quae apud Graecos paragoga dicuntur, ut fontanus montanus villaticus scholasticus horticus. || derivantur autem nomina modis septem. aut enim patronymica sunt aut possessiva, quae κτητικά dicuntur, aut paronyma aut verbalia aut conparativa aut superlativa aut diminutiva.

Patronymica sunt quae a patre sumuntur, ut Pelides Priamides. abusive saepe etiam a matre fiunt, ut Latous Apollo, Phillyrides Chiron, Inous Palaemon, Pleiades; aut ab avo, ut Aeacides; aut ab avia, ut Ledaea Hermione; aut a fratribus, ut Phaethontiades et Laumedontius heros; aut a maioribus, ut Belides Palamedes; aut a maritis, ut Helena Menelais; aut a filiis, ut Althaea Meleagris, sicut Ibycus Graecus retulit.

Possessiva sunt ut Peleius. ex hac specie est Euandrius ensis et Aeneia puppis et

Romuleoque recens horrebat regia culmo

1 loquelis *B* 5 a *om. A* 6 ἐπίθετα dicuntur quae quibuscumque ς epitheta (epiteta *B* epytheta *M*) dicuntur cuiusque *ABM* ΕΠΙΚΤΗΤΙΚΑ dicuntur quae quibusque *codex Charisii* 8 animi *B* animae *AM* 9 formonsus *AM* formosus *B* 10 purporatus *AB* uitata *M. Lucan. Pharsal.* I 597 11 faretrata *A. Verg. Aen.* XI 649 12 Lausus] *Verg. Aen.* VII 651 14 ipse] *Verg. Aen.* II 264 15 accedentibus *M* cerulius *B* caereleus *M* cerileus *A. Verg. Aen.* III 194 16 ignis] *Verg. Aen.* II 758 17 sunt *Charisius* sint *ABM* 18 grece *B* dicuntur *ABM* 19 ortus *BM* diriuatina *ABM* 20 orticus *ABM* diriuantur *AB* 21 qua (quae *M*) ectitica *AM* quae tethica *B* 22 nerbialia *ABM* 24 abusive — 26 Pleiades *om. M* 25 lacius *B. Horat. carm.* I 31, 18 philiridis *B* fhillicides *A. Verg. georg.* III 550 Inous] *Verg. Aen.* V 823 26 ledea *AM. Verg. Aen.* III 328 27 phetonthiades *B* flethontades *A* fhlethontiades *M* laomedontius *M. Verg. Aen.* VIII 18 28 Belides] *Verg. Aen.* II 82 29 althea *AM* ibicus *AB* ybicus *M* 30 Euandrius] *Verg. Aen.* X 394 31 Aeneia] *Verg. Aen.* X 156 32 romoleoque recensor regebat regia *A. Verg. Aen.* VIII 654

p. 310. 11 P.

et

Phineia postquam

clausa domus

et

Agamemnoniaeque Mycenae.

haec interdum poetae quasi patronymica proferunt, ut est Orestes Agamemnonius. sed quod patronymicon est poni quasi κτητικόν non potest.

Paronyma sunt quae ab alio quodam trahuntur et nihil de supra memoratis significant, ut equus eques.

Ῥηματικά sunt quae a verbis derivantur nomina. haec non absurde verbalia dixerimus, ut dico dictio; item in conpositione praedico, quod est tertiae coniugationis, praedictio, at in altero, quod est primae coniugationis praedicatio: item lego lectio, oro oratio, parco parsimonia.

Conparativa sunt cum aliquem vel alieno vel suo generi conparamus, ut fortior. superlativa sunt cum aliquem conparamus ad omnes, ut fortissimus omnium. conparationis gradus sunt tres, positivus, qui et absolutus, conparativus superlativus. absolutio est elatio sine conparatione, ut fortis; conparatio *est* elatio cum conlatione ad alium, ut fortior; superlatio est enuntiatio cum superlatione ad omnes, ut fortissimus. ex his tribus conparativus gradus generis est semper communis. conparantur autem nomina quae aut || qualitatem aut quantitatem significant. sed quaedam non amplectuntur omnes gradus, id est non per tres gradus eunt. nam omnia qualitatium nomina sex retinent formas, quas inserendas putavimus. aut enim incipiunt aut sunt aut veniunt aut adiciuntur aut inveniuntur aut exeunt. incipiunt cum conparativo deficiente gradu et superlativo positivum tantum habent, ut mediocris rudis sobrius. sunt quae ex positivi imagine per omnes gradus formantur, ut fortis fortior fortissimus. veniunt quae post positivum per gradus ceteros imaginem alteram sumunt, ut bonus melior optimus, malus peior pessimus. adiciuntur cum extrinsecus positivo tantum adverbia quaedam adiecta vice secundi gradus ponuntur, tam aut minus aut minime aut magis aut maxime. dicimus enim tam bonus tam malus, minus bonus minus malus, minime bonus minime malus, magis bonus magis malus, maxime bonus maxime malus. eodem modo et pius. inveniuntur ea quae trifariam ordinantur in hunc modum, uno scilicet deficiente quolibet gradu, aut positivo aut conparativo aut superlativo; positivo, ut ulterior ultimus, ocior ocissimus; conparativo, pius piissimus; superlativo, senex senior. terminantur quae novissimum tantum habent, ut novissimus summus. conparatio nominum proprie in conparativo et su-

2 fineia *BM* finela *A*. *Verg. Aen.* III 212 5 Agamemnoniaeque] *Verg. Aen.* VI 838 6 ut est — 8 Paronyma sunt *om. M* Orestes] *Verg. Aen.* IIII 471 7 cteticon *A* tethicon *B* 10 Rimatica *ABM* diriuantur *ABM* 11 uerbialia *ABM* 12 at *B* ad *A* aut *M* altera *ABM* 17 elatio *AM* elocu••tio *B* 18 est *post* conparatio *om. ABM* elatio *AM* eloquutio *B* 19 his *om. AM* 29 adiciunt *AM* 34 trifaria *M* trifariae *B* 38 in *om. AM*

perlativo gradu est constituta; positivus perfectus et absolutus est. saepe autem conparativus gradus praeponitur superlativo, ut stultior stultissimo et maior maximo. saepe idem minus a positivo significat, quamvis recipiat conparationem, ut 'mare Ponticum dulcius quam cetera' minus amarum significat quam cetera. saepe idem pro positivo positus minus significat et nulli conparatur, ut

iam senior, sed cruda deo viridisque senectus.

sunt nomina significatione diminutiva, intellectu conparativa, ut grandiusculus maiusculus. conparativus gradus ablativo casui iungitur utriusque numeri. sed tum hoc utimur, cum || aliquem vel alieno vel suo generi conparamus, ut Hector fortior Diomede vel audacior Patroclo Achilles fuit; et unum cum multis alienis, ut fortiores Graeci Troianis. sed gradu conparativo in uno et altero prope aequalibus ac similibus [non] utimur (nam dissimilium conparatio nulla est), ut 'hi duo viri fortes, sed hic altero fortior'; verum superlativo, cum unum antecellere pluribus significamus, ut, si tres pluresve sint viri, eum quem superferimus fortissimum ceterorum dicimus, et semper genetivo plurali adiungitur, ut 'optime Graiugenum'. sed tum hoc utimur, cum aliquem suo generi conparamus, ut Hector fortissimus Troianorum fuit, Achilles Graecorum. plerumque superlativus pro positivo ponitur et nulli conparatur, ut Iuppiter *optimus* maximus. interdum conparativus nominativo iungitur, ut doctior hic quam ille, ut Plautus in Menaechmis

quid ais, homo
levior quam pluma?

Diminutiva sunt quae in diminutione absolutorum nominum fiunt sine ulla conparatione, ut parvus parvulus, adulescens adulescentulus. horum autem tres sunt gradus. quorum forma quamvis magis minuitur, crescit saepe numerus syllabarum. omnia enim nomina feminini generis quae casu nominativo a littera terminantur ante novissimam litteram recipiunt ol syllabam et faciunt diminutionem, tam quam galea galeola. item masculina in us casu nominativo terminata et neutra in um finita eadem ul syllabam recipiunt, ut agnus agnulus, scamnum scamnulum. masculina vero ea quae genetivo casu is syllaba terminantur novissimas syllabas culus reci-

4 mare *sqq. Sallustio tribuunt Servius in Verg. Aen.* I 228 XII 143 *Priscianus p.* 1013 *Sergius in Don. p.* 1841 *Pompeius p.* 135 *Macrobius sat.* VII 12, 34 dulcius est quam *B* 7 iam] *Verg. Aen.* VI 304 10 vel alieno *Donatus p.* 1746 uno alieno *ABM* 11 achillis *ABM* 12 sed gradu — 14 fortior *Charis. p.* 130 13 non *om. Charisius* 14 dissimilium *Charisius* similium *B* simillium *A* simillimum *M* 15 superlatio commune pluribus *A* 16 fortissimum et ceterum *A* 17 optime] *Verg. Aen.* VIII 127 18 tunc *A* 20 optimus *om. ABM, add. Donatus p.* 1746 22 plautus in menecimis quid ais *A* plautus in menecemis quid ait *M* plautus ait *B*. *Menaechm.* III 2, 22 (487 *R*) 23 quid uis ς 24 leuiter *A* 25 Diminutiva — 26 adulescentulus *Charis. p.* 128 sunt **quae (cum *A* aut *M*) in diminutionem *ABM* 26 aduliscens aduliscentulus *AB* aduliscens aduliscentior *M* 27 quamuis magis *A* quam magis *B* quamuis *M* 29 a pluraliter termitur *ABM* ul syllaba *A* la syllabam *B* a syllabam *M* 31 eadem lų *B* eandem ul *M* eandem *A*

p. 312. 13 P.

pinnt, tam quam fons fonticulus, feminina cula, tam quam navis navicula, neutra culum, ut munus munusculum sive municulum. similiter ea quae us syllaba genetivo proferuntur tam masculina quam feminina (nam neutra nulla sunt) easdem syllabas admittunt, tam quam *hic* fluctus flucticulus, haec porticus porticula. apud antiquos aliae diminutiones reperi||untur. descendebant enim ad tertiam usque formam, tam quam arca arcula arcella arcellula, catinus catinulus catellulus, oculus ocellus ocellulus. ex secunda diminutione quaedam sunt in consuetudine, pauca ex tertia, ut ocellulus et catellulus. apud nos diminutionis hoc genus servatur quod est primae positionis, id est prima diminutio. omnis item appellatio primae positionis a littera terminata casu nominativo acceptis syllabis ri et us significat eum qui eam rem aut praestat aut vendit aut emit, veluti amica amicarius *ἐρωμενοπάροχος ἐρωμενοπώλης ἐρωμεναγοράστης*. lactuca lactucarius, culcita culcitarius, charta chartarius, harena harenarius, herba herbarius. quod si rursus detracta a littera a prima positione pro ri et us syllabis adieceris o et sus, erit is locus qui eas res multas habet, amica amicosus *ἐρωμένη πολυερώμενος*, lactuca lactucosus *θρῖδαξ πολύθριδαξ θριδακώδης*, culcita culcitosus, charta chartosus, harena harenosus, herba herbosus. eadem quoque diminutiva fiunt, si ante a n et l posueris, ut amica amicula, lactuca lactucula, culcita culcitula, charta chartula, harena harenula, herba herbula. ea autem quae ante a habent i sic figurantur, ut controversia controversiola, gratia gratiola, hirnia hirniola et cetera omnia similiter. meminisse autem debemus quod non omnia diminutiones faciunt. quaedam enim quae singula sunt non veniunt in comparationem, tam quam caelum mare et his similia. sunt etiam quasi diminutiva, quorum origo non cernitur, ut fabula macula tabula. sunt item quae non servant genera quae ex nominibus primae positionis acceperunt, ut scutum scutula scutella, pistrinum pistrilla, canis canicula, rana ranunculus, unguis ungula ungella ungellula.

DE GENERE

Genus est dictio qua plures continentur species, animale et inanimale.

DE SPECIE

Species est dictio originem trahens a genere, paucioribus confusa significationibus quam genus, ut homo arbor. ||

2 neutrum *ABM* munus munusculus sine munusculum *B* manus manus manusculus sine municulum *M* 3 genitiuum *BM* proferunt *M* 4 hic *om. ABM* 6 discendebant *M* ad *om. AB* 7 arcellola *A* catellulus] catillicus *ABM* 9 ocellus *B* catellilus *M* 13 eromeno parochos eromeno poles eromeno agorastes *B* eromeno parachos eromeno polus eromeno acorastis *A* eromeno pa^a^rochos eromeno agarestes *M* 14 arena arenarius *B* 16 adiceris *B* amica amicosus eromene polyeromenos lactuca lactucosus polythridachos tridachodes *B* amica amicosus lactuca lactucosus *AM* 18 arena arenosus *B* 20 lacticula *M* arena arenula *B* harena harenola *A* 22 hernia herniola *M* 27 acceperunt *B* acciperint *AM* 28 pristrilla *M* ungula *om. B* 29 ungella *om. A* 31 Genus — 35 arbor *Charis. p.* 125 plures *Charisius* plurales *AB* pluralis *M* contenentur *M*

Nominum genera numero saepe plurali mutantur et sunt anomala. masculina in neutrum, ut hic intibus Maenalus tartarus locus iocus, sed haec intiba tartara Maenala dumtaxat neutro. nam haec loca hi loci et haec ioca hi ioci dupliciter declinantur. feminina in neutrum, ut haec Pergamus Pergama, neutra in masculinum, ut hoc porrum caelum forum, hi porri caeli fori; sed haec fora melius declinantur. item neutra in femininum, ut hoc balneum epulum caepe, balneae epulae cepae; sed et haec balnea sive balinea pluraliter per ordinem declinantur. caepe vero singulariter aptoton nomen est generis neutri, ut Caere Praeneste, pluraliter genere feminino sublata priore diphthongo velut Musae Medeae declinabitur. quaedam incerti sunt generis, inter masculinum et femininum, ut cortex finis silex stirps pinus pampinus dies radix, inter masculinum et neutrum, ut clipeus vulgus specus sal frenum, inter femininum et neutrum, ut pecus buxus pirus prunus malus; sed neutro fructum, feminino saepe ipsas arbores dicimus.

Sunt quaedam nomina quae singulariter tantum efferuntur, sunt quae pluraliter. haec paene maiore ex parte collecta suo quoque ordine subiciemus. masculina semper singularia, ut hic genius, pulvis, sanguis, fimus, limus, muscus herba quae in parietibus vel in corticibus arborum haeret. item feminina semper singularia, haec lux pax culpa galla eloquentia elegantia labes memoria prosapia rabies sanies socordia supellex. item neutralia semper singularia, ut hoc virus, pus, baratrum, locus apud inferos, proprie autem apud Athenienses, in quem noxii praecipitabantur: hoc callum, caenum, crocum, ingenium, allec, iustitium, rudus ruderis, sinapi, siler. masculina semper pluralia, hi antes, carceres, cani, casses, cancelli, foci pro sedibus et penatibus, hi furfures, fori loca spectaculorum; item fori sunt in navibus, quo nautae sedentes remigant: freni; et frena dicimus: inferi, lendes, liberi, lares; et la||rem legimus: ludi, loculi, manes, mores, maiores, natales generis nobilitas, optimates, pugillares, primores, proceres, posteri, penates, Quirites; sed Flaccus in satura Q u i r i t e m dixit: Quinquatres, sentes, lemures, sales, cum religionis causa dicimus per hos sales; sales autem et ioci dicuntur: hi vepres. feminina semper pluralia, hae arae pro penatibus, hae aedes; sed aedis singulariter si dixeris, templum significas: blanditiae, bigae, quadrigae, compedes, caerimoniae, cunae, crates, divitiae, dilitiae, exequiae, excubiae, fruges, fo-

1 Nominum *Putschius* hominum *ABM* horum ς 6 declinatur *AB* 12 cortix *M* 13 specus *BM* pecus *A* penus ς frenum infrenum inter *M* frenum infernum item *B* 16 Sunt — 328, 23 mustum *Charis. p. 19 sqq. exc. Bob. p. 96 sqq.* 17 subiciemus *Charisius* subiecimus *ABM* 20 haec] ut *B* culpa *AB* fames *in litura M* eligantia *M* 21 labes *Charisius* lapis *ABM* suppellex *ABM* 23 praecipitantur *B* callum *B* gallum *M* allum *A* 24 sisapi *AM* sinape *B* 25 silex *A* 26 expectaculorum *B* 28 lentes *M* 29 optumates *AM* 30 Flaccus] *Pers.* 5, 75 quibus una Quiritem Vertigo facit 31 Quinquatres sentes *Charisius* quinquadria egentes *A* quinquadriae gentes *M* quinquadrigae gente• *B* 33 penatibus haedes sed haedis *ABM* 34 bige conpedis quadrigae caerimoniae *M* bigae compedes quadrigae caeremoniae *B* bigae cum pedes quadrige cerimogeniae *A* 35 diliciae *A*

p. 315.-16 P.

res, fortunae, gingivae, indutiae, inferiae, insidiae, inimicitiae, Idus, inlecebrae, Kalendae, lactes, litterae epistula, manubiae, nuptiae, nares, nundinae, nugae, neniae, plagae, preces, primitiae, praestigiae, falerae, quisquiliae, grates quas agimus ob merita, Gratiae deae, sarcinae, sortes, subpetiae, sordes, scopae, scalae, tenebrae. sunt quaedam numeri communis, quae nominativo singulari pluralique similiter efferuntur, ut res spes. neutralia semper pluralia, haec moenia, cibaria, crepundia, iuga id est summa montium, iusta, intestina, magalia casae Afrorum, Neptunalia, Parentalia, praecordia, rostra ubi contionantur, spectacula, spolia; Vergilius *spolium* dixit: serta, sponsalia, Terminalia, cunabula, lumina; apud Vergilium '*luminis effossi*': verbera; '*verbere torto*' Vergilius dixit: viscera, vada, Vulcanalia. item metallica sunt semper singularia, ut aurum argentum ferrum aes plumbum cassiterum orichalcum et aurichalcum stagnum. quamvis aera dicimus, ceteris casibus non utimur. illud vero sciendum quia neque deorum nomina neque elementorum neque montium neque civitatium neque fluviorum, nisi quae civitates plurali numero declinantur, ut Cumae Thebae Athenae Mycenae Puteoli Baiae Ostia, nec ea quoque quae mensurae vel ponderi subiecta sunt pluraliter declinantur, ut triticum et frumentum, quamvis frumenta, ut '*mox frumentis labor additus*', et hordea legimus: || far, ador, faba, cicer, milium, panicium; et siqua horum nominativo pluraliter efferuntur, ceteris casibus cessabunt: item oleum, vinum; quamvis *vina* dixerit Vergilius: mulsum, defrutum; *defruta* Vergilius dixit: mustum. sunt item nomina quorum nominativus in usu non est, ut siquis dicat hunc laterem et ab hac dicione. item per ceteros casus nomina multa deficiunt. nomina aut fixa sunt, ut pater mater frater soror, aut mobilia, ut bonus bona bonum, amicus amica amicum; alia nec in totum fixa nec in totum mobilia, ut Marcius Marcia, Gaius Gaia, draco dracaena, leo leaena, gallus gallina, rex regina. sunt nomina tota Graecae declinationis, ut Themisto Calypso Pan; sunt tota conversa in Latinam regulam, ut Pollux Πολυδεύκης, Vlixes; sunt inter Graecam Latinamque formam, quae notha appellantur, ut Achilles Agamemnon. sunt praeterea alia sono masculina, intellectu feminina, ut Eunuchus comoedia, Orestes tragoedia. satis instructi de nomine transeamus ad pronomen.

1 gengiuae *A* induciae *B* 2 epistulae *M* epistolae *AB* 5 suppetiae *Charisius* subpeditiue *ABM* communes qui (qui in *A*) nominatiuo *ABM* 7 menia *ABM* 9 concionantur *AB* expectacula *B* 10 Vergilius] *Aen.* XII 94 Actoris Aurunci spolium 11 apud Vergilium] *Aen.* III 663 verbere] *Verg. Aen.* VII 378

12 unl[g]xeitalia *M. fortasse* Vulcanalia Genialia 13 oricalcum stagnum et auricalcum quamuis *AM* auricalcum stagnum et oricalcum quamuis *B* 15 illud sciendum uero *AB* elimentorum *M* 17 cumae *B* cymae *M* cyme *A* 19 mox] *Verg. georg.* I 150 20 hordea] *Verg. georg.* I 210 serite hordea campis 21 panicum *M* nominatiuo pluraliter *Charisius* nominum pluralia *ABM* 23 Vergilius] *georg.* IIII 268 aut igni pinguia multo Defruta mostum *AM* 24 et] uel *B* ditione *M* 27 nec in totum fixa *om. AM* 28 galina *A* 30 pollyx polydences *A* pollux polludences *B* pollix polythences *M*

DE PRONOMINE

Pronomen est pars orationis quae pro ipso nomine posita minus quidem, paene idem *tamen* significat personamque interdum recipit. pronomini accidunt septem, qualitas genus numerus figura persona ordo casus. qualitates pronominum sunt tres, finita infinita minus quam finita. qualitas finita in prima et in secunda persona est, infinita et minus quam finita in tertia invenitur. finita est quae notat certum numerum et gestum dirigit ad certam personam, ut ego. infinita est quae certam non recipit personam sed cuilibet potest aptari, ut quis quae quod. minus quam finita est quae certis et incertis personis aptari potest, ut ipse. genera pronominibus accidunt quattuor, masculinum ut hic, femininum ut haec, neutrum ut hoc, commune ut ego || tu. sunt alia duobus generibus [nominibus] communia, masculini et neutri, ut quo quanto; alia tribus, ut huius eius cuius. numeri pronominum sunt duo. aut enim singularia sunt, ut ego, aut pluralia, ut nos. sunt quaedam numero communia, ut qui quae. nam et qui vir et qui viri et quae mulier et quae mulieres dicimus. figurae sunt duae. aut enim simplicia sunt pronomina, ut quis, aut conposita, ut quisquis. personae accidunt finitis pronominibus, prima ut mihi, secunda ut tibi. tertia quoque in minus quam finitis invenitur, ut ipsi. ordo quoque * aut praepositiva sunt, ut quis quantus, aut subiunctiva, ut is tantus: veluti praepositiva, [ut] quis fecit? subiunctiva vel quae responsi vim habent, iste fecit; item quantus ille est, tantus ille est. pronomina quaedam, ut nomina, aut gentem significant, ut cuias vestras nostras; aut numerum, ut quot tot; aut ordinem, ut quotus; aut qualitatem, ut qualis talis; aut quantitatem, ut quantus tantus. quaedam possessiva finita ad aliquid referuntur, et ea quattuor modis enuntiantur. aut enim utraque significatione singularia sunt, ut meus tuus, aut utraque pluralia, ut nostri vestri, aut intrinsecus singularia extrinsecus pluralia, ut mei tui, contra extrinsecus singularia intrinsecus pluralia, ut noster vester. casus pronominibus, ut nominibus, accidunt sex, per quos omnium pronominum genus inflectitur hoc modo.

Declinationes pronominum finitivae sive absolutae sunt hae. ego pronomen finitum generis omnis numeri singularis figurae simplicis personae primae casus nominativi, quod declinabitur sic, ego mei mihi me o a me: sed vocativum habere non potest, quia nemo dicit o ego, nisi o exclamatio sit, ut apud Horatium 'o quisquis volet': pluraliter nos nostrum nobis nos || o a nobis. nec pluralis habet vocativum, nisi aeque exclamatio

1 EXPL. DE NOMINE. INCIPIT DE PRONOMINE *A*. *cf. Charis. p.* 131 *sqq. exc. Bob. p.* 111 *sqq. Prob. p.* 345 *sqq. ed. Vindob. Donat. p.* 1752 *sq.* 3 tamen *om. ABM, add. Charisius et Probus* recepit *AM* 4 accedunt *AM* 8 recepit *AM* 10 potest *BM* possit *A* 11 accedunt *ABM* 16 nam et qui uir *A* nam et quis *BM* 18 accedunt *ABM* 20 ordo quoque aut *A* ordo quo aut *B* ordo quo *M* ordo quoque pronominibus accidit. aut enim ς 21 vel *om. M* 30 accedunt *ABM* 34 me o a me *M*: o *om. AB* 36 apud Horatium] *carm.* III 24, 25

p. 318. 19 P.

sit, ut cum dicimus o nos felices: Cicero in invecti * non est reprobanda eorum sententia qui dixerunt in quibusdam pronominibus vocativum non posse cadere, cum etiam paene in omnibus pronominibus non debeat esse vocativus. sed nos non dum refragamur rationi vocativum adiecimus, sed quoniam contextum declinationis habere voluimus, inseruimus, *quamquam* non solum vocativum non invenimus verum etiam in quibusdam casus deficere videmus. tu pronomen finitum generis omnis numeri singularis figurae simplicis personae secundae casus nominativi, quod declinabitur sic, tu tui tibi te o a te, pluraliter vos vestrum vobis vos o a vobis. personae item tertiae generis masculini numeri singularis ille illius illi illum o ab illo, pluraliter illi illorum illis illos o ab illis; generis feminini *numeri singularis* illa illius illi illam o ab illa, pluraliter illae illarum illis illas o ab illis; generis neutri numeri singularis illud illius illi illud o ab illo, pluraliter illa illorum illis illa o ab illis. item finita generis masculini numeri singularis iste istius isti istum o ab isto, pluraliter isti istorum istis istos o ab istis; generis feminini ista istius isti istam o ab ista, pluraliter istae istarum istis istas o ab istis; generis neutri istud istius isti istud o ab isto, pluraliter ista istorum istis ista o ab istis.

Minus quam finita generis masculini ipse ipsius ipsi ipsum o ab ipso, pluraliter ipsi ipsorum ipsis ipsos o ab ipsis; generis feminini ipsa ipsius ipsi ipsam ó ab ipsa, pluraliter ipsae ipsarum ipsis ipsas o ab ipsis; generis neutri ipsum. quare non ipsud, ut illud et istud? quoniam veteres nominativum non ipse dicebant sed ipsus ipsa ipsum, ut altus alta altum [ipsus], quod et in comoediis est et apud Tullium, 'ipsum decretum'. sed || recentiores ipsus conmutaverunt et pro eo ipse consuetudini tradiderunt. ipsum vero obtinuit suam extremitatem, ut etiam exemplum Tullianum docuit. ipsum ipsius ipsi ipsum o ab ipso, pluraliter ipsa ipsorum ipsis ipsa o ab ipsis.

Item infinita generis masculini quis cuius cui quem o a quo vel a qui, pluraliter qui quorum quis vel quibus quos o a quis vel a quibus; generis feminini quae cuius cui quam o a qua, pluraliter quae quarum quis vel quibus quas o a quis vel a quibus; generis neutri quod cuius cui quod o a quo vel a qui, pluraliter quae quorum quis vel quibus quae o a quis vel a quibus.

Item articulare praepositivum vel demonstrativum qualitatis finitae ge-

1 cum *A* aut *M* si *B* dicamus *B* in *om. M*: in innecti *om. B. Cic. in Catil.* II 5, 10 o nos beatos 2 sententia quibusdam in pronominibus *M* 4 non quoniam refragamur *Caesarius*: nondum refragamur rationi vocativum adicientes *Charisius* 5 contextum declinationis *Charisius* contextum declinationem *BM* declinationem contextum *A* uoluimus *A* uidimus *BM* quamquam *om. ABM, add. Charisius* 8 nominatiui et uocatiui *B* 11 numeri singularis *om. ABM. reliqua eius modi supplementa, sicubi praeter fidem librorum in declinatione pronominum addidi, non adnotato defectu inclinatis litteris expressa sunt* 23 nominatiuum masculini non ipse dicebant sed ipsus quod *Charisius* altum ipsos *A* 25 consuetudini ς consuetudine *BM* consuetudinem *A* 26 obtenuit *B* optinuit *A* 31 a qua uel a qui *B*

neris masculini hic huius huic hunc o ab hoc, pluraliter hi horum his hos o ab his; generis feminini haec huius huic hanc o ab hac, pluraliter hae harum his has o ab his; generis neutri hoc huius huic hoc o ab hoc, pluraliter haec horum his haec o ab his.

Item pronomen articulare subiunctivum vel relativum qualitatis finitae *generis masculini* is eius ei eum o ab eo, pluraliter ei eorum eis eos o ab eis; generis feminini ea eius ei eam o ab ea, pluraliter eae earum eis eas o ab eis; generis neutri id eius ei id o ab eo, pluraliter ea eorum eis ea o ab eis.

Item possessiva finita ad aliquid dicta ex una parte singularia: personae primae generis masculini numeri ex utraque parte singularis meus mei meo meum o a meo, pluraliter ex altera parte mei meorum meis meos o a meis. sed veteres mius dicebant, ut sit vocativus secundum regulam *o mi. nam* omnia nomina quae nominativo ante us novissimam syllabam *i* habent vocativo i terminantur. generis feminini numeri ex utraque parte singularis mea meae meae meam o a mea, pluraliter ex altera parte meae mearum meis meas o a meis; generis neutri *numeri* ex utraque parte singularis meum mei meo meum o a meo, pluraliter *ex altera parte* mea meorum meis mea o a meis. personae secundae generis masculini numeri ex utraque parte singularis tuus tui tuo tuum o a tuo, pluraliter ex altera parte tui tuorum tuis tuos o a tuis; generis feminini numeri ex utra||que parte singularis tua tuae tuae tuam o a tua, pluraliter ex altera parte tuae tuarum tuis tuas o a tuis; generis neutri numeri ex utraque parte singularis tuum tui tuo tuum o a tuo, pluraliter ex altera parte tua tuorum tuis tua o a tuis. personae tertiae generis masculini numeri ex utraque parte singularis suus sui suo suum o a suo, pluraliter ex altera parte sui suorum suis suos o a suis; generis feminini numeri *ex utraque parte* singularis sua suae suae suam o a sua, pluraliter ex altera parte suae suarum suis suas o a suis; generis neutri *numeri ex utraque parte singularis* suum sui suo suum o a suo, pluraliter ex altera parte sua suorum suis sua o a suis. item possessiva ad aliquid dicta ex una parte pluralia: personae primae generis masculini *numeri ex altera parte singularis* noster nostri nostro nostrum o a nostro, pluraliter ex utraque parte nostri nostrorum nostris nostros o a nostris; generis feminini *numeri ex altera parte singularis* nostra nostrae nostrae nostram o a nostra, pluraliter ex utraque parte nostrae nostrarum nostris nostras o a nostris; generis neutri numeri ex altera parte singularis nostrum nostri nostro nostrum o a nostro, pluraliter ex utraque parte nostra nostrorum nostris nostra o a nostris. personae secundae generis masculini numeri ex altera parte singularis

10 ex una] ex utraque *ABM* 13 o mi nam *om. ABM*: ut merito et uocatiuus secundum regulam manserit, ut sit o mi. nam omnia *exc. Bob.* 14 ante *om. B* i *om. ABM, add. Charisius* 39 personae (persona *M*) secundae numeri ex altera parte singularis generis masculini *BM* personae secundae numeri singularis generis masculini *A*

p. 320. 21 P.

vester vestri vestro vestrum o a vestro, pluraliter ex utraque parte vestri vestrorum vestris vestros o a vestris; generis feminini numeri ex altera parte singularis vestra vestrae vestrae vestram o a vestra, pluraliter ex utraque parte vestrae vestrarum vestris vestras o a vestris; generis neutri numeri ex altera parte singularis vestrum vestri vestro vestrum o a vestro, pluraliter ex utraque parte vestra vestrorum vestris vestra o a vestris.

Sunt item pronomina finita personae tertiae generis omnis numeri communis sine nominativo et vocativo, ut sui sibi se vel sese a se. hoc quoque pronomen omnium generum est commune * mihi tibi sibi, mihimet tibimet sibimet; me te se et sese, memet temet semet; egomet tumet illemet, egomet ip||se tumet ipse illemet ipse; meapte tuapte suapte nostrapte vestrapte; mecum tecum secum nobiscum vobiscum cum illis.

Generis masculini quisque cuiusque cuique quemque o a quoque, pluraliter quique quorumque quibusque quosque o a quibusque; feminini quaeque cuiusque cuique quamque o a quaque, pluraliter quaeque quarumque quibusque quasque o a quibusque; neutri quodque cuiusque cuique quodque o a quoque, pluraliter quaeque quorumque quibusque quaeque o a quibusque. generis masculini quisquam cuiusquam cuiquam quemquam o a quoquam, pluraliter quiquam quorumquam quibusquam quosquam o a quibusquam; feminini quaequam cuiusquam cuiquam quamquam o a quaquam, pluraliter quaequam quarumquam quibusquam quasquam o a quibusquam; neutri quodquam cuiusquam cuiquam quodquam o a quoquam, pluraliter quaequam quorumquam quibusquam quaequam o a quibusquam. generis masculini quiscumque cuiuscumque cuicumque quemcumque o a quocumque, pluraliter quicumque quorumcumque quibuscumque quoscumque o a quibuscumque; feminini quaecumque cuiuscumque cuicumque quamcumque o a quacumque, pluraliter quaecumque quarumcumque quibuscumque quascumque o a quibuscumque; neutri quodcumque cuiuscumque cuicumque quodcumque o a quocumque, pluraliter quaecumque quorumcumque quibuscumque quaecumque o a quibuscumque. generis masculini quislibet cuiuslibet cuilibet quemlibet o a quolibet, pluraliter quilibet quorumlibet quibuslibet quoslibet o a quibuslibet; feminini quaelibet cuiuslibet cuilibet quamlibet o a qualibet, pluraliter quaelibet quarumlibet quibuslibet quaslibet o a quibuslibet; neutri quodlibet cuiuslibet cuilibet o a quolibet, pluraliter quaelibet quorumlibet quibuslibet quaelibet o a quibuslibet. generis masculini quivis cuiusvis cuivis quemvis o a quovis, pluraliter quivis quorumvis quibusvis quosvis o a quibusvis; feminini identidem;

8 et vocativo *om. A* hoc quoque — 9 commune *de* tu *pronomine dicta exstant apud Charisium p.* 132 *et in exc. Bob. p.* 112. *videtur autem praeterea de compositis pronominibus et de adiectamentis quae dicit Charisius p.* 134 *dictum fuisse. itaque lacunam indicavi.* commune. De compositis pronominibus. composita pronomina sunt, ut mihimet tibimet *sqq. Caesarius* 12 mecum — cum illis *om. M unius versus spatio ad indicandam lacunam a librario relicto* 24 quiscumque *AB* quisque etc. *M* 36 quiuis *BM* quisuis *A*

neutri similiter. generis masculini alius alii alio alium o ab alio, pluraliter alii aliorum aliis alios o ab aliis; feminini alia aliae aliae aliam o ab alia, pluraliter similiter; neutri aliud alii alio aliud o ab alio, pluraliter similiter. || generis masculini alter alterius alteri alterum o ab altero, pluraliter alteri alterorum alteris alteros o ab alteris. generis masculini neuter neutrius neutri neutrum o a neutro. generis masculini uter utrius utri utrum o ab utro. generis masculini uterque utriusque utrique utrumque o ab utroque. generis masculini alteruter alterutrius alterutri alterutrum o ab alterutro. generis masculini unus unius uni unum o ab uno, pluraliter uni unorum unis unos o ab unis. generis masculini unusquisque uniuscuiusque unicuique unumquemque o ab unoquoque. generis masculini quidam cuiusdam cuidam quendam o a quodam. generis masculini aliquis alicuius alicui aliquem o ab aliquo. generis masculini ullus ullius ulli ullum o ab ullo. generis masculini nullus nullius nulli nullum o a nullo, pluraliter nulli nullorum nullis nullos o a nullis; feminini nulla nullius nulli nullam o a nulla, pluraliter nullae; neutri nullum nullius nulli nullum o a nullo, pluraliter nulla. generis masculini totus totius toti totum o a toto; feminini tota totius toti totam o a tota. generis masculini qualis qualis quali qualem o a quali, pluraliter quales; feminini qualis qualis quali *qualem o a quali*, pluraliter quales; neutri quale qualis quali quale o a quali, pluraliter qualia. hoc pronomen quod est qualis, item quod sequitur talis, communia sunt masculino et feminino generi. qualis ποταπὸς οἷος ὁποῖος. *generis* masculini talis, pluraliter tales; feminini talis, pluraliter tales; neutri tale, pluraliter talia. *generis* masculini idem eiusdem eidem eundem o ab eodem, pluraliter iidem eorundem iisdem eosdem o ab iisdem; feminini eadem, pluraliter eaedem; neutri idem, pluraliter eadem.

Nemo pronomen non habet genetivum, ut dicamus neminis, ut quibusdam videtur; sicut et alius pronomen aeque genetivum non habet, ut dicamus alius, etsi antiqui genetivum alius producta *i* dixerunt, quorum auctoritatem secuti et nos adiecimus. || cuius nominativum veteres non tantum alius dixerunt sed etiam alis, sicut et Sallustius ait 'alis alibi stantes ceciderunt, omnes tamen adversis vulneribus conciderunt'. convincitur vero haec opinio auctoritate Plauti, qui ita dixit in Captivis,

neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem.

1 alius alii alio *AB* alius alii alii *M*. *fortasse* alius alius vel alii alii vel alio: *cf. v.* 29 2 alia aliae alii *ABM* 3 aliud alii alio *AB* aliud alii alii *M* 6 o a neutro ptr geñr masc̄ *M* 12 o a quidam *M* 22 genere *ABM* qualis potaposios opios masculi *A* qualis pos...mas̄ *M* *lacuna viginti fere litterarum a librario relicta:* qualis — generis *om. B* 26 neutri iddem *AM* neutri idem *B* 29 producta (*om.* i) *AM* producte (*om.* i) *B* producta us *codex Charisii* quorum — 31 dixerunt *om. M* 30 sequnti *A* 31 salustius *ABM*: *cf. Sall. Catil.* 61 34 in Captivis] III 5, 106 35 niminis *B* nimins *A* miseri *A* quia mei *Charisius* quamei *ABM*

p. 323. 21 P.

DE VERBO

Verbum est pars orationis praecipua sine casu. etenim haec universae orationi uberes praebet ad facultatem vires. cuius operae pretium est penitus intueri potestatem, ne inscitia vitiosum exerceamus sermonem. vis igitur huius temporibus et personis administratur. verbum autem dictum est ab eo quod verberato lingua intra palatum aere omnis oratio promatur. verbo accidunt tempora cum personis sociata, nec omnino haec secerni a se possunt quin simul verbi vis dissolvatur. in aliis enim partibus orationis sunt tempora a personis distracta, ut in participiis; item in aliis personae nequaquam temporibus indigent, ut in pronominibus. admittit quoque verbum praeter personas et tempora numerum, figuram, qualitatem, significationem sive genus, modum sive inclinationem, coniugationem: personas quidem, quibus sermo exercetur; numerum vero, cum quis quive sint qui loquantur; tempus, cum quando quid factum aut dictum sit quaeritur; figuram, cum quaeritur simplex sit verbum an conpositum; qualitatem, cum cuius sit speciei vel qualitatis verbum exploratur; significationem, cum cuius generis et significationis sit verbum ostenditur. quae singula diligentius exponemus.

DE PERSONIS VERBORVM

Persona est substantia rationalis. personae in verbo sunt tres, per quas universus administrabitur sermo. prima est quae loquitur, ut dico, secunda quacum sermo habetur, ut dicis, tertia de qua quis loquitur et relatio indicatur, ut dicit. ||

DE NVMERO

Numerus praeterea accidit verbis prorsus uterque, singularis et pluralis. dualis enim apud Graecos dumtaxat valet, a nobis excluditur, eodem modo quo et in nominibus. nequaquam enim reperiri potest Latino sermone ulla dictio quae dualem exprimat numerum. antiquitatis enim Romani memores dualem numerum posteritatis usu receptum quasi novellum usurpare noluerunt. is namque, sicut a primordio adseritur sermonis a natura proditi, in obscuro habitus ignorabatur et diutius incertus inter utrumque numerum, tam singularem quam pluralem, latebat. sero autem supervenientibus saeculis scrupulosae curiositatis observationibus captus quasi intercalaris inrepsit, et hac de causa apud veteres raro reperitur, quoniam erroribus inlaqueatus multiplicatur. adeo per huius modi omnes

1 EXPLICIT DE PRONOMINE INCIPIT DE VERBO *A* finit DE VERBO ITA *B* DE VERBO ITA *M* 7 accedunt *A* 10 admittit ς admittunt *ABM* 13 *fortasse* cum quaeritur quis 14 loquuntur *M* 22 quacum *B* quęcum *A* quecum *M* quis *om. B* 23 dicit ς dixit *ABM* 25 accedit *B* 27 in latino sermone ς 28 expremat *A* numerum ς personam *ABM* 30 adseritur *Putschius* adserit *ABM*: sicut a primordio sermonis — ignorabatur, sic diutius ς 31 abitus *AM* 35 qui iam erroribus illaqueatis multiplicatur ς multiplicatus *M* omnis *B*

usus Graecorum linguae nesciae declarantur. apud Atticos vero dumtaxat plurimum valet, et maxime apud Homerum, qui cum sit Atticae linguae cultor, utpote patrii sermonis adsertor, ut quidam putant, tamen non erat nescius antiquitatis, sicut versus ille testatur. cum enim duo fuissent, ipse vetustatis memor pluraliter salutationem protulit hoc modo, „*χαίρετε κήρυκες ἄγγελοι.*“ praeterea superfluus antiquis visus est, si quidem ex numeri pluralis imagine dualis declinatio formata normabatur.

DE FIGVRA VERBORVM

Figura verbi bipertita est. aut enim simplicia sunt verba, ut scribo, aut conposita, ut inscribo. conponuntur autem verba, sicut nomina, modis quattuor; aut ex duabus partibus integris, ut conduco convoco; aut ex duabus corruptis, ut efficio, malo, id est magis volo, effringo; aut ex integra et corrupta, ut accumbo; aut ex corrupta et integra, ut ostendo.

DE TEMPORE PRINCIPALI

Tempus est vicissitudo rerum trifor||miter mutabilitate conprehensa, si quidem potest conprehendi quod numquam stat, vel spatium aetatis volubile [quod] in eisdem usurpationibus patiens declinationem, quod numero videtur conprehendi. hactenus de tempore principali; nunc de temporibus verborum dicemus.

DE TEMPORIBVS VERBORVM

In primis tempus per se nullum diremtum est omnino, cum per se in se revolvatur et sit perpetuo unitum. verum quoniam differt noster actus nec semper idem est (aut enim facimus aut fecimus aut facturi sumus), hac ex re individuo tempori inponimus partes temporis, non tempus dividentes sed actum nostrum diversum significantes. universa enim quae aguntur in tres dividuntur portiones. diverso igitur agendi tempore tempus ipsum quasi inpertimur. trifariam tamen cuncta gerimus, ideoque tria tempora esse dicimus, instans perfectum futurum; instans, quod et praesens, cum adhuc agimus, praeteritum perfectum, cum iam fecerimus, futurum, cum acturos nos pollicemur. unum tamen ex his, praeteritum perfectum, dividuum est. ex eo enim scinditur praeteritum inperfectum, item praeteritum plusquamperfectum. hoc pacto tria tempora praeterita videntur esse, quoniam omnium quae egimus triplici modo differentiam reperimus. praeteritum enim inperfectum est quidem praeteritum, non tamen perfectum, cum quasi praeterisse tempus adfirmamus; alioquin coe-

1 nesciae *A* atticae *B* attice *M* declarantur *AB* declinantur *M* 5 cherete ceryces (kyrices *B* cherices *M*) agely (ageli *B*) *ABM*: *Hom. Il. A* 334 *χαίρετε, κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν* 12 efficio *AB* officio *M* 15 triformium *ABM* triformi ς 19 dicemus *B* dicimus *AM* 22 perpetuo *AB* perpetuum *M* differt *B* differet *M* diferet *A* 27 inpertimus *M* 32 pacto ς facto *ABM* 33 quo omnium quae *B* quo nimium quae *AM* quo nimirum quae ς differentia ς 34 inperfectum est id est praeteritum *ABM* imperfectum id est praeteritum ς

p. 325—27 P.

pimus nec perfecimus, quasi legebam et scribebam et similia. in enim praepositio plerumque derogativa, non numquam adiectiva, ut in aliis patebit; quae addita actui plerumque derogat, non addita ad finem perductum significat. perfectum etenim tempus, cum tempus quo egimus eo quod egimus finitum est. item praeteritum plusquamperfectum, cum tempus iam pridem exactum demonstramus quo quid egimus. || hoc enim distat a perfecto, quod superioris temporis recens videri potest actus, sequentis longa intercapedo. id enim Graeci ὑπερσυντελικόν appellant, quasi ὑπὲρ τὸν συντελοῦντα χρόνον, quod nos praeteritum plusquamperfectum dicimus. at vero tempus perfectum apud nos pro ἀορίστῳ καὶ παρακειμένῳ valet. ratione igitur statuta sunt actus nostri tempora, instans, quod et praesens, cum quid maxime agimus; praeteritum inperfectum, si quod agimus non perficimus et agere desinimus, unde non nulli inchoativum tempus appellaverunt; perfectum, cum actum perficimus et facere desinimus; plusquamperfectum, *cum* quod egimus tempore inveteraverit; futurum, cum nondum agere instituimus, verum acturos repromittimus. haec de temporibus; deinceps cetera persequemur.

DE SIGNIFICATIONIBVS SIVE GENERIBVS VERBORVM

Genera verborum sive significationes quo pacto significentur referemus. ut enim in nominibus sunt genera quibus sexus exploratur, ita quoque sunt in verbo quibus effectus significatur, utrumne activum sit an passivum. genera verborum sive significationes sunt principales duo, activa et passiva. ex his etiam nascuntur aliae, neutra communis deponens. ita fiunt numero quinque. inpersonalis quoque a quibusdam admittitur.

DE ACTIVA SIGNIFICATIONE

Activa significatio est cum alio agente sit qui patiatur, id est cum actum nostrum cum alterius patientia significat, ut laudo. haec ita o littera terminatur ut recipere possit etiam passivam significationem adiecta r littera. itaque cum utraque persona constet in declinatione verbi, ut tam adficere quam adfici queat, proprie dicitur activum itemque passivum.

DE PASSIVA SIGNIFICATIONE

Passiva est cum alio patiente penes alium sit administratio, id est cum patientiam nostram || cum alterius actu significat, ut laudor. haec ita

4 quod egimus eo *AM* quo egimus et *B* 8 intercapido *AB* id enim *B* ita enim *AM* ypersintelicon *BM* ypressitilicon *A* yperton sintelunta chronon *BM* perton sinthelunta chronon *A* 10 at] id *ABM* pro aoristo ceparacimeno ualet *A* pro auristo te paricimeno ualet *BM* pro ἀορίστῳ παρῳχημένῳ ualet ς 11 statuta *B* statu *A* stata *M* 12 cum quid ς cum quidquid *M* cum quid quod *AB* si quod egimus non perfecimus sed agere desinimus ς 13 desinemus *ABM* 14 desinimus ς desinemus *ABM* 15 cum *om. ABM, add.* ς egimus *B* agimus *AM* 16 agere *AM* facere *B* 19 referemus *B* referimus *AM* 21 effectus *BM* effectum *A* 23 etiam *BM* enim *A* aliae ς alia *ABM* 29 constet *AM* constat *B* 33 actu *M* actus *AB*

p. 327. 28 P.

or syllaba terminatur ut recipere possit activam significationem amissa r littera, ut laudo.

DE NEVTRA SIGNIFICATIONE

Neutra est quae specie activae enuntiationis o littera cluditur, sed r litteram numquam recipit et ob id passivam formam non potest exprimere. ubi enim vis patiendi non est, ex activa declinatione locum declinatio passiva non habet. item si alio patiente sub activa specie penes alium non sit administratio, similiter neutra dicimus. alterutrum itaque uniformiter significat, agentem vel patientem; agentem, ut facio ambulo curro; patientem, ut ardeo veneo vapulo. ex hac quoque forma sunt et illa verba in quibus nec agentis nec patientis significatio plene dinoscitur nec effectus ostenditur, ut sedeo sudo dormio iaceo sto algeo sitio esurio. nescis enim agat quis an patiatur. quae quidam supina dixerunt, alii absolutiva appellant, non nulli depositiva nominant.

DE COMMVNI

Communis est quae tam activam quam passivam significationem in se habet. haec ita r littera terminatur ut eam non possit amittere, quem ad modum et deponens, ut osculor criminor amplector. dicimus enim osculor te et osculor a te, similiter et cetera. communia autem dicimus, ut in nominibus quae sub una specie genera diversa admittunt, ita in verbis quae sub passiva declinatione dumtaxat diversi actus significationem exprimunt.

DE DEPONENTI

Deponens est quae in r litteram desinit, ut passiva, sed ea dempta Latinum non est, unde per antiphrasin, id est e contrario, sic appellatur, quia verbum r littera finitum deponere eam non potest, ut loquor nascor sequor. non enim dicimus nasco. et cum sit passiva specie, activam non habet. itaque nec passiva sunt, quia activa non reddunt, nec communia esse possunt, quoniam || communia sub uno genere declinationis utramque continent significationem. placuit itaque aliis ea deponentia dici, quod una significatione deposita a communi separentur, vel quia deponit ambiguitatem sermonis qui dicit loquor.

DE INPERSONALI GENERE

Inpersonalis verborum significatio tam sub activa specie quam passiva extat, dicta inpersonalis, quod sine persona pronominis intellegi non potest, quamvis formam activorum aut passivorum habere videatur. nam etsi ter-

5 recepit *AM* 19 autem *BM* enim *A* 24 Deponens — 27 non habet *Charis. p.* 143 ea demta *A* ea adempta *BM* 25 antifrasin *ABM* e contrario *M Charisius l. c. Claudius Sacerdos p.* 4 a contrario *B* contrario *A* 27 actiuam *BM* actiuum *A* 29 quoniam *AM* quia *B* 30 contenet *B* dici quod per omnis qui audit loquor (*rell. om.*) *A* 31 separetur *BM*: separantur uel quia deponunt ς 32 qui audit loquor *BM*, *om.* ς

p. 328. 29 P.

tiae personae formam exprimat, tamen tribus modis verbis omnibus iungi solet. propriis quoque personis non enuntiatur, sed, ut plenus sit sensus, extrinsecus necessario adduntur pronomina, sine quibus nihil huius modi verba significare possunt, quasi pudet me te illum, itur a me a te ab illo.

DE MODIS SIVE INCLINATIONIBVS VERBORVM

Quoniam de generibus quod satis erat dixi, modos quoque subiungam, quos quinque esse omnes fere grammatici consentiunt. nam qui sex voluerunt, vario iudicio alii promissivum, quidam inpersonalem coniungunt; qui septem, utrumque prioribus adiciunt; qui amplius, percontativum adsumunt; qui novem, subiunctivum a coniunctivo separant; qui decem, etiam adhortativum adscribunt. verum ex his, ut ipsa declinatio verborum exposcit, inpersonalis et participialis a quibusdam admittitur, de quibus postea referre placuit. modus itaque verborum sive inclinatio in quinque deducitur partes. aut enim finitivus est modus aut imperativus aut optativus aut subiunctivus aut infinitivus.

DE FINITIVO MODO

Finitivus modus est cum quasi definita et simplici utimur expositione, ipsa dictione per se commendantes sensum sine alterius diversae conplexu, ut accuso accusabam, identidem per omnia tempora, quod in subiunctivo parum est. ‖ subiunctivus enim dictus est, quoniam necesse est ut alius sermo suggeratur quo superior patefiat, hoc modo, cum dicam cum dixerim cum dixero. procul dubio necdum hic finitur sermo, finietur hoc modo, cum dixero venies, cum fecero aspicies, et similia; quod in modo finitivo non desideratur. idem a quibusdam indicativus appellatur, quo indicamus; ab aliis pronuntiativus, quo pronuntiamus.

DE IMPERATIVO MODO

Deinceps imperativus modus est, quo enuntiamus externo officio imperantes. et hic modus singulari quidem numero primam non admittit personam, ut lauda laudet. etenim absurdum omnino quemquam sibi imperare, quoniam promptum sit sua sponte facere: imperii enim indigent externae personae. plurali vero necessario tres personae adhibentur. conserit enim se prima persona cum aliis et, dum imperat, se quoque in idem ministerium vocat: quem quidam hortativum potius, non imperativum esse putaverunt, cum dicimus faciamus legamus et similia. illud praeterea non nullis absurdum visum est, tertiam personam modo imperativo inesse, quo-

1 exprimat *B* exprimant *M* expremant *A* 2 enuntiatur ς enuntietur *ABM* 3 adduntur ς addantur *ABM* 8 iudicio *Putschius* piditio *B* peditio *A* piditicio *M* 11 adortatiuum *B* adoratiuum *M* abortatiuum *A* 12 participalis *A* 13 diducitur *B* 17 diffinita *A* utimur *B* utamur *M* utamor *A* 22 hic finitus *AB* 25 pronunciatiuus ς pronuntiantibus *ABM* 30 prumptum *AM* 33 quidem ortatiuum *AM*

niam nemo absenti imperat. quorum non nimis firma reprehensio, quoniam ferme universus sermo inseritur inter primam et secundam personam; tertia vero succedit usu materiam praestatura et primae dicenti et secundae audienti. imperamus *aut* ut pareat ipse, velut accusa, aut ut alii nostrum nuntietur imperium, velut accuset. unde vel merito hoc pacto et in hac declinatione erit nuntiandi persona. hoc tantum a ceteris differens erit, quod [de] aliis nuntiatur, cum dicimus faciat legat tertia persona. imperamus enim ut nuntietur illi facere vel legere. in hoc modo instanti tempore numero plurali persona tertia dupliciter declinatur, accusemus accusate accusent et accusanto. posterior sermo more veterum usurpatur. figuratur autem hoc modo: o littera adicitur tertiae personae numeri pluralis tem||poris instantis modi finitivi sic, accusamus accusatis accusant; huic accedit o littera et fit accusanto. item in omnibus. futurum vero tempus differt a ceteris futuris, quia non ut confestim fiat imperamus sed in futurum fieri, ut perpetuum fiat, quasi facito legito, id est semper fac, semper lege. iure ergo diceretur quasi futuri. quem sermonem non nulli censuerunt mandativum potius quam imperativum dici, quoniam praesenti tempore imperare solemus ut fiat, in futurum vero magis mandare. ceterae personae propriae non reperiuntur in hoc modo temporis futuri: non nulli ***personis*** temporis praesentis abutuntur, cum dicunt facito faciat facitote faciant. tamen id ipsum quod nos secunda persona vulgo tempore futuro usurpamus, facito legito dicentes, et pro tertia persona apud veteres admittitur, cum dicunt 'ille heres esto' et, ut proximis utar exemplis, apud Vergilium

primus equum faleris insignem victor habeto,

item

tertius hac galea contentus abito.

in hoc modo declinatione passiva tempus futurum apud veteres, vulgo inusitatum est. loquitor largitor reperimus apud Terentium, 'loquitor paucula', idem 'de te largitor, puer', id est loquere et largire, et Plautus in Pseudulo 'pietatem ergo amplexator'. non nulli veterum etiam activo more tempus futurum imperativo modo ex verbis quoque pas-

2 ferme ς perme *ABM*. *an* per se? 3 dicenti *B* dicendi *AM* 4 aut *priore loco om. ABM* 5 nuntient *ABM* accuset *A* accusat *B* acusat *M* 11 o littera ut dicitur *BM* littera ut dicitur *A* littera o adiicitur ς 12 modi finitiui sic ς modi (modus *BM*) finitiuus sic *ABM* accedit ς cedit *ABM* 13 idem in *ABM* 15 quasi *B* quia *AM* 16 diceretur *AM* differtur *B* 19 nonnulli personis futuri temporis pro praesentis abutuntur, cum dicitur ς 20 personis *om. ABM* cum dicit *ABM* 21 Tamen id *B* mendid *A* manda .... id *M lacuna quattuor fere litterarum relicta. an* mandativo. id? 23 cum dicimus *ABM* cum dicitur ς 25 primus] *Verg. Aen.* V 310 nicto *MA* 27 tertius Argolica hac ς. *Verg. Aen.* V 314 galeae *ABM* habito *A* habeto *BM* 28 uulgo usitatum ς. *fortasse* apud veteres tantum admittitur, vulgo inusitatum est 29 apud Terentium] *Heauton tim.* IIII 6, 24 loquitur *A* (u)

30 de] *Ter. Adelph.* V 8, 17 31 psedulo *M* sedulo *A*. *Plaut. Pseud.* I 3, 58 (292 *R*) amplexator noctu pro phoeniceo ς 32 passiuis declinationes *ABM* passiuis declinantes ς

p. 330, 31 P.

sivae declinationis usurpaverunt, ut Tullius in dialogis de re publica *nitito*, cum nitor sit positio verbi.

DE OPTATIVO MODO

Sequitur optativus modus, quem tum demum usurpamus, cum precibus exposcimus a dis; unde ab optando optativus dictus est. sunt qui excludunt ex hoc modo praesens tempus. necesse est enim omnium consensu in futurum optemus. non nulli vero admittunt, quod nimis videtur absurdum, quoniam nemo optat quod habet, sed ut habeat. identidem hi qui admittunt in ambiguum ducunt tempus futurum, cui simile faciunt instans di||cendo utinam legam utinam faciam, pro instanti et futuro idem usurpantes, nec respiciunt quantum discrimen sit inter haec tempora, quae uniformiter prave declinant. debent enim, cum sint inter se longe discrepantia sensu, declinatione quoque dissentire. rectius ergo alii fecere, qui ob ambiguitatem inperfecto etiam instans iunxerunt, ut sit idem instans et inperfectum, ut utinam facerem. exoritur item altera quaestio, quo pacto praeterita tempora inserantur. qui enim potest quisquam in praeteritum optare? sed haec quaestio non absurda videtur, adseritur tamen ratione idonea, ut non inmerito inserta haec tempora videantur. persaepe enim optamus non modo ut habeamus quod cupimus verum etiam incusantes factum de quibusdam, quae quoniam non habuerimus, in posterum habere non possumus quae velimus, quasi utinam scripsissem ut proficerem, utinam venissem ut audirem haec, et his similia.

DE SVBIVNCTIVO MODO

Subiunctivus sive adiunctivus ideo dictus, quod per se non exprimat sensum, nisi insuper alius addatur sermo quo superior patefiat. subiungit enim sibi vel subiungitur necessario alii sermoni hoc modo, cum dixero audies, cum fecero aspicies, et similia; quod in declinatione finitiva non desideratur: et nihil differt ab optativa nisi tempore tantum futuro. et in hac subiunctiva numero plurali uniformem declinationem perfecti et futuri temporis accentus distinguit. perfectum enim acuto accentu declinatur, futurum circumflectitur, quasi perfecto cum dixerimus, item futuro cum dixerimus.

DE INFINITIVO SIVE PERPETVO MODO

Infinitivus, qui et perpetuus numeris et personis, ideo dictus infinitivus ex eo, quod parum definitas habet personas et numeros. idem enim sermo de tribus personis et duobus numeris usurpatur, ut cum dicimus facere ego tu ille volo et volumus; unde inpersonativum hunc quoque non nulli et insignificativum dixerunt, quoniam parum tali sermone definita est

1 repuplica *M* 3 DE MODO OPTATIUO *ABM* 4 modus optatiuus *BM* 5 adis *M* adiis *B* addis *A* 9 cui *AB* cum *M* 10 pro instanti et futuro ς pro instantis et futuri *ABM* 15 item alte surda uidetur (*rell. om.*) *M* 16 inserantur ς inseruntur *AB* 35 diffinitas *B* et numeros ς et numerum *ABM* 38 diffinita *AB*

persona. perpetuus etiam non inmerito appellatur, si quidem perpe||tuum est quod finem non habet, ut legere scribere omnibus numeris *et* personis accidit. tempora habet ipsa quae sunt praecipua, instans perfectum futurum. hoc modo plerumque veteres praecipue historiae scriptores et inperfecta tempora finitiva significant; quale est apud Sallustium 'hic ubi primum adolevit, non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit, sed, ut mos gentis illius est, iaculari equitare cursu cum aequalibus certare, et cum omnis anteiret, omnibus tamen carus esse'; pro eo sane quod est, uti mos gentis illius est, iaculabatur equitabat cursu cum aequalibus certabat, et cum omnis anteiret, omnibus tamen carus erat. in hoc modo et illud fuit observandum, quod in passiva declinatione er syllabam veteres crebro addunt, quasi accusarier appellarier; quale est apud Vergilium (proximis enim utar exemplis)

magicas invitam accingier artes,

pro eo quod est accingi. est enim moris antiquis in quibusdam sermonem ex abundanti addere. nihil enim syllaba addita confert tali dictioni. meminisse autem debemus futurum tempus non semper infinitis accidere. nam egeo et studeo egere et eguisse, studere et studuisse faciunt; nec tamen studitum ire aut egitum ire dicere possumus, ut lectum ire.

DE INPERSONALI MODO

Inpersonalis quoque verborum modus sine persona pronominis intellegi non potest; unde inpersonalis dicitur. is ab omni genere verborum iuxta similitudinem coniugationis colligitur. nam si prima est vel secunda vel tertia coniugatio, sublata secundae personae s novissima littera et addita tur syllaba, inpersonale facit, ut puta amo ama amatur, teneo tene tenetur, curro curri curritur. praeteritum autem *inperfectum* eius in batur exire debet, ut tenebatur; perfectum in est vel fuit, ut tentum est vel fuit; plusquamperfectum in erat vel fuerat, ut tentum erat vel fuerat; futurum a prima et secunda coniugatione in bitur, sicut est amabitur tenebitur, a tertia in etur, ut est legetur. hac ratione modus inpersonalis colligitur. at vero si r littera verba fuerint terminata, ut sunt passiva et communia et deponentia, uniformiter currunt. ceterum verba inper||sonalia quae a se oriuntur inter genera verborum potius ordinare quidam probaverunt, quibus eloquentiae et doctrinae tributa est auctoritas. haec enim integram declinationem habere desiderant et per omnia tempora atque mo-

2 scribere temporibus numeris personis accedit *ABM* 5 salustium *ABM*. *Iug.* 6 7 illius e. iaculari equitare *B* illius est equitare *AM* 8 cum omnes *AM* cum omnibus *B* anteiret ς anteire *ABM* 10 cum omnis *A* cum omnes *B* cum ōms *M* 13 apud Vergilium] *Aen.* IIII 493 15 quibus sermonem *A* quibus sermone *M* quibusdam sermonibus *B* 17 accedere *ABM* 19 aut egitum *B* adegitum *AM* 23 collegitur *AM* 25 amo amas amatur teneo tenes tenetur curro curris curritur ς 26 inperfectum *om. ABM, add.* ς 29 prima uel secunda *BM* 31 collegitur *BM* 33 probauerunt *AB* putauerunt *M*

p. 333 P.

dos, sicut cetera verba, declinantur, ut pudet paenitet et similia, de quibus in suo loco plenius exposuimus.

DE PARTICIPIALI MODO

Participialis verborum modus est cuius verba, quod sint participiis similia, participialia dicuntur, nec tamen participia sunt, ut legendi legendo legendum, lectum lectu. dicimus enim legendi officium mihi est, legendo didici, legendum est, lectu proficit et lectum *it;* quibus participia similia sunt, ut huius legendi huic legendo hunc legendum et hunc lectum. haec eadem sunt quae Probus supina appellat merito, quoniam nec certum habent tempus nec numerum nec personam nec significatum, quo solo ab impersonalibus differunt. nam impersonalia agentis tantum habent significatum, ut puta legitur scribitur, hoc est omnes legunt, omnes scribunt. nam legitur pro omnes leguntur nemo dixit. participialia autem et patientis habent significatum. nam cum dicit Vergilius

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,

patientem, non facientem ostendit; significat enim dum incantatur: et 'uritque videndo femina', non dum videt, sed dum ab aliis ipsa conspicitur: item

fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures,

pro dum dicitur passiva significatione. aliter enim dictum est 'quis talia fando', activa significatione; item 'miserabile visu', quod significat miserabile, dum videtur; et

finem dedit ore loquendi,

quod significat finem dedit ore, dum loquitur; et

dictu mirabile monstrum,

quod est mirabile, dum dicitur. et huius modi declinatio tam ex activa quam ex passiva significatione nascitur.

DE QVALITATE VERBORVM

Qualitates verborum sunt hae, absoluta sive perfecta, inchoativa, iterativa sive frequentativa, meditativa, transgressiva, defectiva, supina, ambigua.

DE ABSOLVTA VERBORVM SPECIE

Absoluta verborum qualitas est quae semel vel absolute aliquid facere nos indicat, ut caleo curro ferveo horreo.

3 PARTICIPALI *AB* 4 Participalis *A* 5 participialis (participalis *A*) dicitur *ABM* 6 lectu *M* lecto *AB* 7 profecit et lecto *B* it *om. ABM* est ς 8 hoc lectum *M* 13 participalia *A* 14 Vergilius] *bucol.* 8, 71 17 uritur qui uidendo feminam *B. Verg. georg.* III 215 19 fando] *Verg. Aen.* II 81 20 quis] *Verg. Aen.* II 6 21 miserabile] *Verg. Aen.* I 111 23 finem] *Verg. Aen.* VI 76 25 dictu] *Verg. georg.* IIII 554 27 nascitur *AB* dinoscitur *M* 32 DE ABSOLVTA VERBORVM SPECIE *om. ABM*

DE INCHOATIVA VERBORVM SPECIE

Inchoativa verborum species est quae rem inchoatam, futuram tamen signifi||cat et vim incipiendi duntaxat in effectu habet. haec sco syllaba terminatur et figuratur vel ab illis quae o littera terminantur, ut horreo, id est in horrore sum, horresco, horrere incipio, vel ab illis quae r littera cluduntur, ut misereor miseresco, quale est 'miserescimus ultro'; item labascit, ut ait Terentius 'labascit victus uno verbo', ex eo quod est labor. et ardescere [ardere] dicunt et tenerascere, ut Lucretius in tertio

scilicet in tenero tenerascere corpore mentem.

item amo veteres inchoativo modo amasco dixerunt, unde et amasios amatores dicebant, ut Plautus in Truculento 'stos mundulos amasios': Naevius 'nunc primulum amasco'. est praeterea hio hias, ex quo iterativum figuratur hieto hietas; inchoativum vero figuratur, hisco hiscis cum dicimus. sed quamquam ita se habent, tamen plus inesse videtur in eo quod est hiscere quam hiare. hiat enim qui ore patet vel tacitus, quod et in rebus fictis animadverti potest, hiscere vero incipere loqui. illud praeterea libuit non nullis animadvertere, quod *ab* activis non nulla figurata inchoativa reperiuntur esse passiva, quale est gelo gelas gelat, cum inchoativum gelasco facit, quod est incipio gelari. item cum est lento lentas, unde et Vergilius

lentandus remus in unda,

ex hoc inchoativum lentesco facit, ut idem Vergilius 'lentescit habendo'. eius modi verborum figuratio parum admittit ex se perfectum, nec convenit admittere ut aut possit aut debeat, cum ceteris temporibus per totam declinationem vim incipiendi significet. absurdum est ergo ea quae sunt inchoativa perfecto tempore definire et mox futuro declinando inchoativa esse demonstrare. nec enim potest, cum tota verbi species inchoativa dicatur, aliqua parte finitiva videri, ut perfectum admittat. nec enim pallescui horrescui dicimus. per aliam tamen transfigurationem haec verba quidam declinare consuerunt, ut pallesco pallefactus sum, liquesco liquefactus sum. quamvis quidam cum ad perfectum inchoativorum vene-

1 VERBORVM SPECIE *om. ABM* 2 Inchoativa — 6 miseresco *Charis. p.* 223 3 in affectu *Caesarius* 6 cluduntur ut *B* cluduntur clatesco ut *AM* miserescimus] *Verg. Aen.* II 145 7 labescit *A* Terentius] *Eunuch.* I 2, 98 8 ardiscere *M*: ardescere ab ardere dicunt et a tener tenerascere ς 9 in tertio] 765 12 in truculento stos mundolos amasios *A* in truculentos mundolos amasios *B* in truculentos mundulos (*corr.* mundolos) amasius *M* in Truculento iucundulos amascos ς in Truculento mundulos istos amasios *Putschius.* Truc. istos mundulos amasios *Scioppius susp. lect.* IIII 11 '*ex v. c.*' *Plaut. Trucul.* III 1, 13 13 Naevius — praeterea *om.* ς *et Putschius, addidit Scioppius l. c.* Neuius *M* nenios *AB* nunc primolum amasco *BM* nunc primo lumanasco *A* nunc amasco primulum *Forcellinius v.* amasco est praeterea *B* ex praeterea *M* est preterita *A* 17 animaduerti *A* animaduertere *BM* 18 quod actiuis *AB* quod actibus *M* quod ab actiuis actiua ς 21 Vergilius] *Aen.* III 384 23 lentesco *BM* lentisco *A* Vergilius] *georg.* II 250 lentiscit *A* 27 diffiuire *B* 29 aliqua *Caesarius* alia *ABM* 32 quamvis — 344, 18 non habent omnino *Charis. p.* 223

p. 334. 35 P.

rint, declinant modo primitivorum, ut horresco horrui ex eo quod est horreo. nec tamen omnia inchoativa habent primam positionem. albesco|| enim non habet albeo, licet figuravit Vergilius,

campique ingentis ossibus albent.

item puerisco, item grandesco vilesco palmesco silvesco brutesco. iuvenesco non habet iuveneo. nam senesco et seneo apud antiquos dicebatur; unde et Catullus

nunc recondita
senet quiete seque dedicat tibi,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

deducuntur item inchoativa a neutris verbis et appellationibus: ex verbis, ut caleo calesco, deliteo delitesco, frondeo frondesco, floreo floresco; et sunt haec quae a perfecta forma veniunt. sunt item quae originem sui non habent, ut consuesco quiesco. sunt quoque alia inchoativis similia, quae inchoativa non esse temporum consideratione pernoscimus, ut conpesco conpescui. ex appellationibus quoque sic, aeger est aegrescit, ex igne ignescit, ex flamma flammescit, ex dumis dumescit, ex herba herbescit. sed haec quae de appellativis derivantur perfecta non habent omnino.

Errant plerique qui dinoscere quaerunt iterativa verba ab inchoativis. quaedam enim sunt quae utramque speciem admittunt, quasi hietare iterativum, inchoativum hiscere, principale eorum est hio. item lapsor iterativum, inchoativum labiscor, principale eorum est labor. error igitur hoc modo corrigitur: cuiuscumque fuerint ordinis verba, in figuram inchoativam conlata erunt coniugationis dumtaxat tertiae; iterativam vero cum admittunt speciem, erunt ordinis tantum modo primi. hactenus de inchoativis, deinceps de iterativis.

DE ITERATIVA VERBORVM FORMA

Iterativa sive frequentativa est verborum qualitas quae assiduam in agendo vim habet, unde et appellationem subit, quoniam frequenter agendi iteret effectum, velut merso mersas mersat, id est saepius mergo. item exerceo et exerceor, perfecto exercui et exercitus sum, dicimus: hoc iteratur hoc pacto, exercito exercitavi, id est assidue exerceo; item exercitor exercitatus sum, id est assidue exerceor. item habeo et habito dicimus, ut apud Naevium in Dementibus

animae pauxillulum in me habitat.

3 Vergilius] *Aen.* XII 36 5 putresco ς grandisco *BM* 7 Catullus] 4, 25 8 nunc recondita *B* nunc recordita *M* non recordata *A* 9 dedicat *Charisius* dicebat *BM* dicebant *A* 10 et gemelli castores *B* 12 delitisco *A* 16 ex igne — 17 herbescit *om. M* 17 igni *B* igniscit *A* ex dumis *Charisius* adumis *AB* 18 dirivantur *AB* 19 dignoscere *A* 22 labasco ς: labascor pro labo *Nonius p.* 473 30 iteret *B* iter *A* item et *M*: iterat affectum ς uelud *A* 31 perfectum *ABM* 32 assidue *AB* adsiduo *M* 33 assidue exerceor. item habeo et habito ς assidue (adsiduae *M*) exerceor. Item dictitantes (adititantes *B*) ut ennius ad eum aditauere (itauere *M*) item habeo (habio *A*) et habito *ABM*: *cf.* 345, 1 35 in me habet *Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 12

item adeo adis: hoc iteramus adito aditas || dictitantes, ut Ennius 'ad eum aditavere'. item ineo inis et inito dicimus, ut Pacuvius in Antiopa 'loca horrida initas'. similiter halare et halitare: Ennius in Lustris 'sublimiter quadrupedantes flammam halitantes'. hiare et hietare veteres dixerunt: Plautus *

siqua forte contio est,
ubi eum hietare nondum in mentem venit;

Gn. Mattius vicensimo Iliados

ille hietans herbam moribundus detinet ore;

item Caecilius

sequere me. praei hercle tu, qui mi oscitans
hietansque restas;

Laberius etiam in Tauro passivo modo enuntiavit, 'hietantur fores' inquit, pro eo sane quod est hietant, id est patent.

Sunt quaedam iteratorum iterativa, et saepe in tres gradus deducunt verbum, quale est video, deinde viso, et quod plus est, visito. item curro, deinde curso, et quod plus est, cursito. et haec verba cuiuscumque sint coniugationis, cum iterata fuerint, primae erunt coniugationis, excepto eo quod est video et viso; plenam tamen iterationem in ordinem primum confert, ut visito visitas. item saepe in duos tantum gradus deducunt declinationem verbi, ut volo volito. sunt etiam frequentativa de nomine venientia, ut patrissat graecissat. sunt item deminutiva a perfecta forma, ut sorbillo. sunt sine origine perfectae formae, ut pitisso vacillo. haec autem iterantur quae decorem ac sermonis figuram subire possunt.

1 ut Ennius ad eum aditavere, *quae hoc loco omissa in ABMς supra* 344. 33 *adnotata sunt, huc transposuit Putschius praeeunte Scioppio susp. lect.* II 2, '*sed post* dictitantes *reponenda e v. l.* ut Ennius ad eum aditavere, item ineo' 3 inhitas *A* alare et alitare *A* halere et halitare *M* alere et alitare *B* 4 sublimiter *Scriverius apud Vossium castig. in fragm. vet. trag. p.* 27 sublime iter ut *B* lublime iter *A* lublime item *M*. *versuum particulas sic disposuit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 30, sublímiter | quádrupedántes... | ...flámmam halitántes quadrupedantis *B* alitantes *B* 5 plaustus *B*, *om. Putschius. versus Menaechmorum* III 1, 3 (448 *R*), cum in contionem mediam me immersi miser, Vbi ego dum hieto, Menaechmus se subterduxit mihi, *intercidisse, ea autem quae secuntur aut ex eadem scena in codicibus Plauti lacunosa aut ex alio poeta petita esse videntur* 6 concio *B* 7 mente *AM* venerit *Spengelius Caec. Stat. fragm. p.* 58 8 Cn. Mattius *Scaliger coniecit in Varr. p.* 150 GN. attius *ABM et codex Scioppii susp. lect.* II 2 Cn. Atticus ς uigesimo *B* iliados *BM* illi ades *A* 9 ille hiatans herbam moribundo ore (*rell. om.*) ς, *quae ita corrigenda coniecit Scaliger l. c.*, ille hiat at animam moribundior *conl. Hom. Il. T* 403 αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄισθε καὶ ἤρυγεν: ille hietans animam moribundo tinuiit ore *Spengelius l. c.* hietani *M* moribundo tenet (tenit *AM*) ore *ABM* moribundo tenuit ore *Putschius et codex Scioppii l. c.* 10 Caecilius *Putschius* caelius *AMς et codex Scioppii* celius *B* 11 praei hercle *Putschius* peri hercle *M et codex Scioppii* perierele *A* pehercle *B*, *om.* ς qui *om. B* mi *Spengelius l. c.* mihi *ABMς* 12 restans *A* 13 lauerius *ABM* inquid *A* 15 deducuntur uerba ς 18 excepto quod est eo quod est uideo *A* excepto quod est eo et quod est uideo *M* excepto quod est uideo *B* 23 pytisso *ABM*

p. 336. 37 P.

DE MEDITATIVA VERBORVM FORMA

Meditativa est verborum forma qua non actus sed apparatus ostenditur, ut parturio lecturio amaturio esurio.

DE TRANSGRESSIVA VERBORVM SPECIE

Transgressiva verba sunt quae formam suam, id est primae regulae declinationem, servare non possunt. tempore enim praeterito perfecto specie tam absoluta quam exacta transeunt in formam passivorum et deponentium, quae quidam ideo mixta appellaverunt. sic ab eo quod est audeo ausus sum es est, item in exacta specie ausus eram eras erat. item gaudeo et similia.

DE DEFECTIVA VERBORVM SPECIE

Defectiva verborum species est cum in declinatione verba deficiunt nec habent aut omnia tempora aut omnes numeros aut omnes personas aut *omnes* modos. haec in i vocalem exeunt, ut odi coepi memini, quae omnia praesens tempus non habent nec futurum. dicimus enim odi oderam. item cedo, quod non habet nisi secundam personam praesentis temporis, et est imperativus modus.

*

DE AMBIGVA VERBORVM SPECIE

Ambigua verba dicuntur quae o littera terminata et activa possunt esse et neutralia pro significatione dicentis, ut ludo. si enim significat [ut] ludum exerceo, [ludo] erit neutrale, ut apud Vergilium

ludere quae vellem calamo p. a.

sin autem significet deludo derideo, erit activum, ut ludo illum et ludor ab illo, ut apud Terentium 'num ludis tu me?'

DE CONIVGATIONIBVS VERBORVM

Omnia verba indicativo modo finiuntur litteris quinque, o r t m i, sic, o littera, ut laudo, r, ut laudor, t, ut pudet, m, ut sum et quae ex eo conponuntur, ut possum adsum, i, ut odi novi.

DE DISTINCTIONE CONIVGATIONVM

Coniugationes verborum sunt tres. prima est quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari figura simplici persona prima verbo

2 quia — ostenditur *A* quae — ostendit *BM* 4 DE SPECIE UERBORUM *ABM* 11 DE SPECIE UERBORUM DEFECTIUA *ABM* 12 deficiunt ς deficiant *ABM* 14 omnes *ante* modos *om. ABM* 17 imperatiuo modo *ABM* 18 *lacuna quam indicavi supinae verborum speciei definitio excidit* 22 apud Vergilium] *bucol.* 1, 10 ludere quae vellem calamo permisit agresti 24 si autem significat deludo derideo erit ς sit actiuum *ABM* 25 apud Terentium] *Adelph.* IIII 5, 63 31 Coniugationes — 351, 3 nutrieram *Charis. p.* 153 *sqq.*

activo et neutrali aut o littera nulla alia praecedente vocali terminatur, ut amo, aut e et o, ut compeo, aut i et o, ut lanio, aut u et o, ut adiuvo. eadem indicativo modo tempore praesenti secunda persona numero singulari a producta et s litteris terminatur, ut laudo laudas. passivi quoque verbi coniugatio prima est quae pronuntiativo modo tempore praesenti numero singulari secunda persona a litteram habet proximam novissimae syllabae, ut laudaris. secunda est quae eodem modo et tempore et numero secunda persona || verbo activo et neutrali e producta ante novissimam s litteram terminatur, ut doceo doces. huius autem coniugationis semper secunda persona una deterior est syllaba, ut doceo doces, sedeo sedes. haec autem et superior futuro tempore pronuntiativo modo numero singulari persona prima bo syllaba finitur, ut laudabo docebo. secunda quoque coniugatio passivi verbi eodem modo tempore numero et persona e litteram productam iuxta novissimam syllabam habet, ut moneor moneris. in utraque autem coniugatione pronuntiativo modo futuro tempore prima persona per bor syllabam finitur, ut monebor laudabor. tertia est quae eodem modo et tempore et persona et numero i ante novissimam s litteram terminatur interdum correpta interdum producta, correpta, ut dico dicis, producta, ut audio audis. haec i suam productam ubique custodit. correpta autem an producta sit facile perspicimus in indicativo modo tempore praesenti numero plurali prima vel secunda persona, ubi sine summa deformitate adversus naturam verba corripi vel produci non possunt, ut legimus legitis, audimus auditis. et utraque, tam producta quam correpta, futuro tempore pronuntiativo modo numero singulari persona prima per am syllabam finitur, ut audiam dicam; sed etiam in bo, in his tamen dumtaxat quae, cum producta sint, secundae coniugationis formulam in prima persona servant habentque ante o e paenultimam correptam litteram, ut eo is ibo, queo quis quibo. tertia coniugatio passivi verbi ita duplex est ut pronuntiativo modo tempore praesenti numero singulari persona secunda aut i productam litteram iuxta novissimam syllabam habeat, ut nutrior nutriris, aut e correptam, ut rapior raperis, legor legeris. futuro autem tempore pronuntiativo modo prima persona per ar syllabam finitur, ut nutriar rapiar legar. verba neutralia ad coniugationum speciem activum verbum sequuntur; deponentia et communia passivis cohaerent. || quaedam extra has coniugationes, non nulla ex his ipsis verba per anomaliam varie declinari necesse est, quae deinceps ostendentur.

Primae coniugationis verba imperativo modo tempore praesenti secunda persona a littera terminantur, ut amo ama, canto canta. primae coniugationis verba promissivo modo adiecta ad imperativum modum bo syllaba terminantur, ut *ama* amabo, *canta* cantabo. primae coniugationis verba

2 comeo *M* cumeo *Am* 8 e productam ante nouissimam s *AM* e productam et s *B* 11 autem] enim *ABM* 19 i suam productam ς i suum productum *ABM* 22 corripi ς corrumpi *ABM* 30 habeat ς habet *ABM* 33 neutralia ς actiua *ABM* 36 quae deinceps *M* quae inceps *A* deinceps *B* 40 ut amabo cantabo *ABM*

p. 339, 40 P.

infinitivo modo sive perpetuo adiecta ad imperativum modum re syllaba terminantur, ut ama amare, canta cantare. primae coniugationis verba indicativo modo tempore inperfecto specie inchoativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur, ut ama amabam, canta cantabam. primae coniugationis verba indicativo modo tempore perfecto specie absoluta adiecta ad imperativum modum vi syllaba terminantur, ut ama amavi. sed consuetudo saepe brevitatem adpetens a litteram subtrahit et i ab u disiungit, ut tono tonui, intono intonui, ut apud Vergilium

intonuit laevum.

primae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito plusquamperfecto specie exacta adiectis ad imperativum modum veram syllabis terminantur, ut ama amaveram.

Secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praesenti prima persona e littera ante o terminantur, ut sedeo moneo, excepto uno verbo et his quae ex eo conposita sunt, quae secundum tertium ordinem declinantur, eo veneo. secundae coniugationis verba imperativo modo tempore praesenti secunda persona e littera producta terminantur, ut sedeo sede, moneo mone. secundae coniugationis verba promissivo modo adiecta ad imperativum modum bo syllaba terminantur, ut sede sedebo, mone monebo. secundae coniugationis verba infinitivo modo adiecta ad imperativum modum re syllaba manente productione terminantur, ut mone monere, sede sedere. secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito perfecto || specie absoluta et exacta interdum retinent formam generis sui, ut video vidi, moneo monui, interdum formam regulae non servant, sed potius consuetudini vel euphoniae quam rationi succumbunt. resolvuntur enim in formam passivorum et deponentium sic. fit enim ab eo quod est audeo ausus sum es est, in exacta specie ausus eram eras erat. secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur, ut sede sedebam. sunt quaedam verba in quibus tantum imperativo modo declinamus in secunda dumtaxat persona singulariter et pluraliter, item infinitivo modo praesentis tantum temporis. et sunt haec duo, imperativo modo ave salve, et pluraliter avete salvete; item infinitivo modo praesentis temporis avere te volo et vos et illos, similiter salvere. habet hoc verbum et adverbium, cum dicimus salve, id est 'satisne salve domi?'

Tertiae coniugationis correptae verba indicativo modo tempore praesenti prima persona aut o littera nulla alia praecedente vocali terminantur; quam non nulli postremam vocalem corripere oportere censent, veluti dico lego et his similia (cur id ita facere oporteat aut quare non et in ceteris

2 ut ama *A* ut amo *BM* 8 apud Vergilium] *Aen.* II 693. VIIII 631 22 coniugationis *Putschius* declinationis *ABM* 24 formam *om. M*: formam u regulae *A* 30 sunt quaedam — 35 domi *Charis. p.* 225 33 haue et salue *B* hauete *B* 34 hauere *B* habere *A* 35 satis salue domine *M* saltis salue domine *AB* satisne salve est domi *Charisius* 38 quam non nulli — 349, 1 nequeo *Diom. p.* 351 39 quur *A*

p. 310. 41 P.

ordinibus item sit observandum in animum inducere nequeo): aut io, ut rapio facio, aut uo, ut induo inruo. tertiae coniugationis correptae verba *quae* indicativo modo tempore praesenti prima persona aut o littera nulla alia praecedente vocali terminantur aut io, eadem imperativo modo tempore praesenti secunda persona e littera praecedente consonanti terminantur, ut lego lege, peto pete, rapio rape, facio face (sed ammonendum fuit consuetudinem in his tribus verbis non conservasse regulam, quae sunt duco dico facio: sic enim dicitur, veluti dic duc fac); quae vero uo, imperativo modo suam formam retinebunt, ut induo indue, inruo inrue. tertiae coniugationis correptae verba promissivo modo am syllaba terminantur praecedente aut consonanti primae positionis aut vocali, ut lego legam, peto petam, || rapio rapiam, facio faciam, induo induam. tertiae coniugationis correptae verba infinitivo modo adiecta ad imperativum modum re syllaba terminantur, ut lege legere, pete petere, rape rapere, indue induere. tertiae coniugationis correptae verba indicativo modo tempore praeterito specie absoluta et exacta formam regulae non servant, sed potius consuetudine declinantur. fit enim ab eo quod est lego legi legeram, rego rexi rexeram, pungo pupugi pupugeram, expungo expunxi expunxeram, induo indui indueram. tertiae coniugationis correptae verba indicativo modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur praecedente *aut* consonanti primae positionis aut vocali, ut lege legebam, pete petebam, rape rapiebam, inrue inruebam, indue induebam. omnia autem imperativa tertiae coniugationis correptae secunda persona temporis instantis per e litteram terminantur. corrumpuntur haec tria duntaxat, facio fac, dico dic, duco duc, et quae ab his sunt, dico addico addic, praedico praedic, indico indic, duco abduco abduc, induco induc, perduco perduc, seduco seduc. sed facio, quod subnotavimus, si praepositionem acceperit, ad regulam *redit*, velut inficio infice, adficio adfice, conficio confice. sed apud veteres salva est regula, qui dixerunt face dice duce, non minus apud Vergilium antiquitatis amantem in undecimo libro

tu, Volsce, armari Vulscorum edice maniplis;

ratione et competenter analogiae et consuetudini eruditorum, quoniam imperativa in omni verbo omni ordine ex secunda persona finitiva derivantur amissa s semivocali littera, velut nuntio nuntias nuntia, moveo moves

3 quae *om. ABM, add. Charisius p.* 155   8 dici ueluti *A* duci ueluti *BM* dicitur ς   9 tertiae correptae coniugationis *ABM*   10 syllaba ς syllabam *BM* sillabam *A*   16 formae regulam non seruant *ABM* forma regulae non seruiunt *codex Charisii p.* 156   17 declinantur *Charisius* declarantur *ABM*   18 pupungi *M*   21 aut *priore loco om. ABM, add. Charisius*   23 omnia — 30 duce *Charis. p.* 227   25 ab his componuntur ut addico *B*   28 acciperit *BM*   ad regulam.....inficio *lacuna relicta M* ad regulam ūū inficio *A* a regula recedit ut inficio *B* ad regulam uenit ut inficio ς redit ad regulam velut inficio *Charisius p.* 227   31 in undecimo] *Aen.* XI 463   33 competente ς   analogia et consuetudine *ABM*   34 diriuantur *AB*

move, munio munis muni, unde et eundem accentum servare debent qui est in secunda persona, ut producantur. in tertio vero ordine i correptum in e correptum vertitur et fient imperativa, lego legis lege. ita ergo et dico dicis dice, facio facis face debet declinari, et ita positum apud veteres reperitur. praeterea in omni ordine re syllaba addita imperativis fiunt infinitiva, ut est dictum, quasi ama amare, || move movere, muni munire. item in tertio ordine correpto scribe scribere, lege legere. ita quoque, nisi dice face declinetur, dicere facere infinitivum esse non poterit. praeterea id observandum fuit, quod fere in tertio ordine plerumque veteres tertia persona finitiva temporis perfecti numeri pluralis e mediam vocalem corripiunt, quasi legerunt emerunt dicentes; ut apud Terentium quoque legitur in prologo Eunuchi

postquam aediles emerunt,

et his similia. tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praesenti prima persona aut eo litteris terminantur, ut adeo adis, prodeo prodis, aut io, ut audio audis, nutrio nutris. tertiae coniugationis productae verba imperativo modo tempore praesenti secunda persona i producta terminantur, ut adeo adi, nutrio nutri. tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praesenti prima persona, *si* e habuerint ante o, eadem promissivo modo adiecta ad imperativum modum bo syllaba terminantur, ut adeo adi adibo, prodeo prodi prodibo: quae vero io, eadem promissivo modo am syllaba terminantur, ut audio audi audiam, nutrio nutri nutriam. tertiae coniugationis productae verba infinitivo modo adiecta ad imperativum modum re syllaba terminantur, ut adi adire, prodi prodire, nutri nutrire. tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore perfecto specie absoluta adiecta ad imperativum modum vi syllaba terminantur, ut adi adivi, prodi prodivi, nutri nutrivi. sed tamen consuetudo brevitatem adpetens v litteram subtrahit et i ultimam geminat, ut adii prodii nutrii. tertiae coniugationis productae verba quae indicativo modo tempore praesenti prima persona eo litteris terminantur, eadem indicativo modo tempore praeterito specie inchoativa adiecta ad imperativum modum bam syllaba terminantur, ut adeo adibam, prodeo prodibam; quae vero io, eadem e prope ultimam syllabam producta dicuntur, ut audio audiebam, nutrio nutriebam. sed veteres haec sine e littera pronuntiabant, audibam nutribam dicentes, ut apud Vergilium

nutribat Thyrrusque pater

pro nutriebat. || tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore praeterito plusquamperfecto specie exacta adiectis ad imperativum mo-

3 fiet *ABM* fiunt *ς* 11 dicentes id ut *A* dicente. ut *B* dicentes id *M* 12 in prologo Eunuchi] 20 15 aut eo *Charisius p.* 156 aut e aut o *BM* aut e et o *A* 19 si *om. ABM, add. Charisius*, cum *Putschius* 33 prope ultimam syllabam *Charisius* prope (propriae *M*) ultima syllaba *ABM* dicuntur *A* dicunt *BM* 35 audibam *M* adibam *AB* apud Vergilium] *Aen.* VII 485 36 Nutriebat *M* thyrrusque *A* thyrsusquae *M* thyrrum *B*

p. 313. 41 P.

dum veram syllabis terminantur, ut adi adiveram, nutri nutriveram. sed tamen in omnibus consuetudo euphoniam captans v litteram subtrahit et i litteram corripit, ut adieram nutrieram.

Omnium verborum quae o littera terminantur coniugatio etiam ab optativo modo et coniunctivo tempore praesenti dumtaxat colligitur. nam si prima est coniugatio, optativum et subiunctivum in em syllabam terminatum debet habere, sicut est utinam amem vel cum amem. quod si secunda coniugatio fuerit, optativo similiter et subiunctivo in am terminetur, ut est utinam teneam vel cum teneam. tertia vero eodem modo et tempore in rem syllabam terminari debet, ut est utinam legerem vel cum legerem. nam in omni verbo activo et neutrali optativo et subiunctivo modo tempus praeteritum perfectum in rim exire debet, plusquamperfectum in sem [sed simplex], ut est in prima coniugatione utinam amaverim et utinam amavissem *et cum amarerim et cum amarissem;* item in secunda utinam monuerim utinam monuissem vel cum monuerim et cum monuissem; pari modo et tertia utinam legerim utinam legissem et cum legerim et cum legissem. ab his verbis o littera terminatis omne infinitum tempore praesenti in re exire debet, perfectum eius in se, futurum in ire, ut est legere legisse lectum ire.

Verba quae or syllaba terminantur indicativi modi praeteritum imperfectum in bar debent mittere, perfectum in sum, plusquamperfectum in eram, ut legebar lectus sum lectus eram. ab optativo vero et coniunctivo praeteritum imperfectum in rer debent mittere, perfectum in sim, plusquamperfectum in essem, ut est utinam legerer lectus sim lectus essem. ab his verbis infinitivus modus tempore praesenti i debet littera terminari, praeteritum in esse, futurum in iri, ut legi lectum esse lectum iri. ||

DE VERBORVM DECLINATIONE CONIVGATIONVM PRIMAE ET SECVNDAE ET TERTIAE CORREPTAE ET PRODVCTAE

Amo verbum absolutum finitum activum figurae simplicis numeri singularis modi indicativi temporis praesentis personae primae coniugationis primae, quod declinabitur sic. modo indicativo tempore praesenti amo amas amat, pluraliter amamus amatis amant: eodem modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa amabam amabas amabat, pluraliter amabamus amabatis amabant: eodem modo tempore praeterito perfecto specie absoluta amavi, amasti vel amavisti, amavit, pluraliter amavimus, amastis vel amavistis, amarunt vel amaverunt vel amavere: eodem modo tempore

5 collegitur *ABM* 6 terminatum ς terminatam *AB* terminantur *corr.* terminatam *M* 7 debet *A* habet *M* habent *B* utinam tamem uel cum amem *M* utinam eteam uel cum amem *A* utinam̄ eam uel cum eam *B* 9 ut est *AB* idē *M* 10 terminare *B* ut est *AB* idē *M* 12 in sem sed similiter ut in ς 14 et cum amaverim et cum amavissem *om. ABM* 15 et cōmmuissem *A* uel cum monuissem *B* 18 in e exire *AB* exire in e *M* 24 in sem *ABM* 27 DE VERBORVM DECLINATIONE] *Charis. p.* 143 *sqq. cf. Claud. Sacerd. p.* 10 *sqq. Prob. p.* 389 *ed. Vindob. gramm. de verbo p.* 145 *sqq. ed. Vindob.*

p. 314, 45 P.

praeterito plusquamperfecto specie recordativa amaveram et amaram, amaveras, amaverat, pluraliter amaveramus amaveratis amaverant: eodem modo tempore futuro amabo amabis amabit, pluraliter amabimus amabitis amabunt. quidam putant hunc modum esse promissivum tempore tantum futuro. modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam ama amet, pluraliter *amemus* amate ament. quidam putant amemus imperativum esse pluralem in prima persona: hoc nos gerundi sive hortandi appellamus. eodem modo tempore futuro amato tu amato ille, pluraliter amemus amatote ament vel amanto. modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto specie inchoativa utinam amarem amares amaret, pluraliter utinam amaremus amaretis amarent: eodem modo tempore praeterito perfecto specie absoluta utinam amaverim amaveris amaverit, pluraliter utinam amaverimus amaveritis amaverint: eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto specie recordativa utinam amassem vel amavissem, amasses vel amavisses, amasset vel amavisset, pluraliter utinam amassemus vel amavissemus, amassetis vel amavissetis, amassent vel amavissent: eodem modo tempore futuro utinam amem ames amet, pluraliter utinam amemus ametis ament. modo coniunctivo tempore praesenti cum amem ames amet, pluraliter || cum amemus ametis ament: eodem modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa cum amarem amares amaret, pluraliter cum amaremus amaretis amarent: eodem modo tempore praeterito perfecto specie absoluta cum amaverim amaveris amaverit, pluraliter cum amaverimus amaveritis amaverint; et per syncopen cum amarim amaris amarit, pluraliter cum amarimus amaritis amarint: eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto specie recordativa cum amassem amasses amasset, pluraliter cum amassemus amassetis amassent; et secundum veteres cum amavissem amavisses amavisset, pluraliter cum amavissemus amavissetis amavissent: eodem modo tempore futuro cum amavero amaveris amaverit, pluraliter cum amaverimus amaveritis amaverint. modo perpetuo, qui est infinitus numeris et personis, tempore praesenti amare, praeterito amasse vel amavisse, futuro amatum ire vel amaturum esse. modo inpersonali tempore praesenti amatur, inperfecto amabatur, perfecto amatum est vel fuit, plusquamperfecto amatum erat vel fuerat, futuro amabitur. modo participiali amandi amando amandum amatum amatu. haec gerundi sunt apud quosdam, quae Probus supina appellat. participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri; praesentis ut hic et haec et hoc amans, futuri hic amaturus haec amatura hoc amaturum.

Adnotandum est in hac coniugatione quod tertia eius persona finitiva temporis perfecti numeri pluralis persaepe conlidit unam syllabam brevitatis

6 amemus *priore loco om. ABM* 7 hoc *BM* haec *A* 9 ament *om. M* amanto *B* amento *AM et Claudius Sacerdos p.* 11 23 sincopen *AM* sicopen *B* 29 perpetuo] perfecto *ABM* 34 participali *M* 35 gerendi *A*

causa, et hoc fere in alio non admittitur ordine, quasi amarunt appellarunt pro eo quod est amaverunt appellaverunt. amplius solet fere in hoc ordine tempore perfecto subiunctivo tam singulari quam plurali demi syllaba, cum dicunt veteres cum amarim amaris amarit, pluraliter cum amarimus amaritis amarint; pro eo sane quod *est* ‖ cum amaverim. in hac coniugatione secundam personam per as observabis, ut amo amas; in futuro primam personam in bo, ut amabo. imperativo modo a litteram habet subtracta s, ut ama; cui inpones re litteras infinitivo, ut amare.

De declinatione generis passivi. amor verbum absolutum finitivum passivum figurae simplicis numeri singularis modi indicativi temporis praesentis personae primae coniugationis primae, quod declinabitur sic. modo indicativo tempore praesenti amor amaris amatur, pluraliter amamur amamini amantur: eodem modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa amabar, amabaris vel amabare, amabatur, pluraliter amabamur amabamini amabantur: eodem modo tempore praeterito perfecto amatus sum es est, pluraliter amati sumus estis sunt; et ulteriore amatus fui fuisti fuit, pluraliter amati fuimus fuistis fuerunt vel fuere: eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto amatus eram eras erat, pluraliter amati eramus eratis erant; et ulteriore amatus fueram fueras fuerat, pluraliter amati fueramus fueratis fuerant: eodem modo tempore futuro amabor, amaberis vel amabere, amabitur, pluraliter amabimur amabimini amabuntur. modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam amare ametur, pluraliter amemur amemini amentur: eodem modo tempore futuro amator tu, amator ille *vel amamino*, pluraliter amemur ameminor amentur *vel amantor*. quidam putant amemur imperativum esse: hoc nos gerundi sive hortandi appellamus. modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam amarer, amareris vel amarere, amaretur, pluraliter utinam amaremur amaremini amarentur: eodem modo tempore praeterito perfecto utinam amatus sim sis sit, pluraliter utinam amati simus sitis sint; et ulteriore utinam amatus fuerim fueris fuerit, pluraliter utinam amati fuerimus fueritis fuerint: eodem modo tempore praeterito ‖ plusquamperfecto utinam amatus essem esses esset, pluraliter utinam amati essemus essetis essent; et ulteriore utinam amatus fuissem fuisses fuisset, pluraliter utinam amati fuissemus fuissetis fuissent: eodem modo tempore futuro utinam amer, ameris vel amere, ametur, pluraliter utinam amemur amemini amentur. modo coniunctivo tempore praesenti cum amer, ameris vel amere, ametur, pluraliter cum amemur amemini amentur: eodem modo tempore

2 fere *AM* fiere *B* 3 demi syllaba ς disyllaba *B* dysyllaba *A* dyssyllaba *M* 5 est *om. ABM* 7 subtracta s ut *B* tracta s *AM* 8 ama infinitivo re litteras ut amare *B* cui *A* cum *M* 24 vel amamino *om. ABM, alieno loco positum habet Claudius Sacerdos p.* 11: *cf. Madvig. opusc. acad.* II *p.* 239. *non omissam fuisse eam formam a grammatico reliquarum coniugationum conparatio persuadet* ameminor amentor (*om.* vel amantor) *ABM* amaminor amantor ς. *in secunda persona diverso modo a grammaticis ficta et hic et in reliquis verbis fidem librorum servavi, tertiam ad regulam grammatici de verbo p.* 157 *ed. Vindob. revocavi* 25 gerendi *A*

p. 347. 48 P.

praeterito inperfecto specie inchoativa cum amarer, amareris vel amarere, amaretur, pluraliter cum amaremur amaremini amarentur: eodem modo tempore praeterito perfecto specie absoluta cum amatus sim sis sit, pluraliter cum amati simus sitis sint; et ulteriore cum amatus fuerim fueris fuerit, pluraliter cum amati fuerimus fueritis fuerint: eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto specie recordativa cum amatus essem esses esset, pluraliter cum amati essemus essetis essent; et ulteriore cum amatus fuissem fuisses fuisset, pluraliter cum amati fuissemus fuissetis fuissent: eodem modo tempore futuro cum amatus ero eris erit, pluraliter cum amati erimus eritis erunt; et ulteriore cum amatus fuero fueris fuerit, pluraliter cum amati fuerimus fueritis fuerint. modo perpetuo, qui est infinitus numeris et personis, tempore praesenti amari, praeterito [tantum tempore] amatum esse, *et* ulteriore amatum fuisse, futuro amatum iri vel amandum esse. modo inpersonali amatur, inperfecto amabatur, perfecto amatum est vel fuit, plusquamperfecto amatum erat vel fuerat, futuro amabitur. modo participiali amandi amando amandum amatum amatu. apud quosdam haec verba gerundi sunt, quae Probus supina appellat. participia trahuntur a verbo passivo duo, praeteriti temporis et futuri; praeteriti hic amatus, futuri hic amandus. activi verbi regulam neutrale verbum sequitur, passivi commune et deponens. ||

Item verbi secundae coniugationis declinatio. doceo verbum absolutum indicativo modo dictum significationis activae coniugationis secundae numeri singularis figurae simplicis temporis instantis personae primae, quod declinabitur sic. doceo docebam docui docueram docebo. imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam doce doceat, pluraliter doceamus docete doceant; futuro doceto tu, doceto ille, pluraliter doceamus docetote doceant et docento. optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam docerem docuissem doceam. coniunctivo modo tempore praesenti cum doceam docerem docuerim docuissem docuero. infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti docere docuisse doctum ire. * participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri; praesentis docens, futuri docturus.

In hac coniugatione observabimus participia. cum ceterarum coniugationum fere praesens *totidem quot et in* verbis habet syllabas, haec minus una syllaba declinatur, velut moveo movens, sedeo sedens et similia. in

10 eritis erint *A* 12 amatum esse ulteriori *B* amatum amatum esse ulteriore *A* amatum amatum esse ultr̄ modo *M* 14 *modi inpersonalis et participialis declinationem in passivo genere om. Claudius Sacerdos: cf. Prob. p. 394. de participialium vi passiva dixit Diomedes p. 333* 15 plusquamperfecto *om. AM* ulteriori *B* 16 aput *A* 17 appellabat *M* 21 ITEM VERBI SECVNDAE DECLINATIO CONIUG *M* ITEM VERBI DECLINATIO SECVNDAE CONIVGATIONIS *AB* 27 docento ς *et Claudius Sacerdos p. 13* doceanto *ABM* docennto *Probus p. 396 et 424 Cledonius p. 1873* 28 praeterito inperfecto persona prima *B* praeterito in persona prima *AM* docerem docuerim docuissem ς 31 *lacunam qua declinatio modi inpersonalis et participialis excidit indicari* 34 praesens uerbis *ABM*: pares uerbis habent syllabas, haec minus una syllaba declinantur ς 35 uelud *B* in hac — 355, 3 prandidi *Diom. p. 364*

p. 318. 19 P.

hac coniugatione non est reperire ullum verbum in postrema parte geminari, sed a prima tantum, quale est mordeo momordi. quare errant qui dicunt prandidi.

Verbi passivi declinatio. doceor verbum absolutum indicativo modo dictum significationis passivae coniugationis secundae numeri singularis figurae simplicis temporis instantis personae primae, quod declinabitur sic. doceor, docebar, doctus sum doctus fui, doctus eram doctus fueram, docebor. imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam docere doceatur, pluraliter doceamur doceamini doceantur; futuro docetor tu, docetor ille *vel* docemino, pluraliter doceamur doceaminor doceantur *vel docentor*. optativo modo tempore *praesenti et* praeterito inperfecto utinam docerer, docereris *vel* docerere, doceretur, pluraliter *utinam* doceremur doceremini docerentur: eodem modo tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam doctus essem, || et ulteriore doctus fuissem: eodem modo tempore futuro utinam docear. coniunctivo modo tempore praesenti cum docear, cum docerer, cum doctus sim cum doctus fuerim, cum doctus essem cum doctus fuissem, futuro cum doctus ero, et ulteriore cum doctus fuero. infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti doceri, *praeterito* doctum esse, futuro doctum iri. gerundi vel participialia verba docendi docendo docendum doctum doctu. participia trahuntur a verbo passivo duo, praeteriti temporis et futuri; praeteriti doctus, futuri docendus.

Verbi tertiae coniugationis productae declinatio. audio audior verba absoluta indicativo modo dicta significationis activae et passivae coniugationis tertiae productae numeri singularis figurae simplicis temporis instantis, quae declinabuntur sic. audio, et *a* passivo audior; audiebam, *et a* passivo audiebar; audii et audivi, *et a passivo* auditus sum auditus fui; audieram audiveram, et *a* passivo auditus eram auditus fueram; futuro audiam, et *a* passivo audiar. imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam audi audiat, pluraliter audiamus audite audiant, et *a* passivo audire audiatur, pluraliter audiamur audiamini audiantur; futuro audito audito, pluraliter audiamus auditote audiant vel audiunto, et a passivo auditor auditor vel audimino, pluraliter audiamur audiminor audiantur *vel audiuntor*. optativo modo tempore praesenti et inperfecto utinam audirem, et a passivo utinam audirer; perfecto et plusquamperfecto utinam audissem, et secundum veteres *utinam* audivissem, et a passivo utinam

2 a *om. B* 9 docetur tu docetor ille doceminor *B* docetor docetor doceminor *AM*. *de coniunctionibus in declinatione verborum positis, item de nominibus modorum et temporum vel additis vel omissis vel diverso casu positis discrepantiam librorum non adnotari. quae inclinatis litteris expressa sunt praeter fidem codicum addidi* 10 pluraliter doceamur doceminor docentor ς doceantur vel docentor] doceantor *ABM* 14 doctus essem. ses. set. pluraliter utinam doctus fuissem. ses. set. Eodem *B* 32 uel audiunto *M* uel audianto *AB* 33 audimino] audiminor *ABM* pluraliter audiamur audiminor audiuntor ς audiantur vel audiuntor] audiantur *AM* audiantor *B* audiuntor ς

auditus essem, ulteriore *utinam* auditus fuissem; futuro utinam audiam, et a passivo utinam audiar. coniunctivo modo tempore praesenti cum audiam, et a passivo cum audiar; inperfecto cum audirem, et a passivo cum audirer; perfecto cum audierim, et secundum veteres cum audiverim, et a passivo cum auditus sim, ulteriore cum auditus fuerim; plusquamperfecto cum audissem, et secundum veteres cum audivissem, et a passivo cum auditus essem, ulteriore cum auditus fuissem; futuro cum audiero, et secundum veteres cum audivero, *et a passivo cum auditus ero*, ulteriore cum auditus fuero. infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti audire, et a passivo audiri; praeterito audisse vel audivisse, et a passivo auditum esse vel auditum fuisse; || futuro auditum ire, et a passivo auditum iri. inpersonali modo auditur, audiebatur, auditum est auditum fuit, auditum erat et fuerat, audietur. gerundi vel participialia audiendi audiendo audiendum auditum auditu. participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri; praesentis audiens, futuri auditurus: et a passivo duo, praeteriti temporis et futuri; praeteriti auditus, futuri audiendus.

Verbi tertiae coniugationis correptae declinatio. lego legor verba absoluta indicativo modo dicta significationis activae et passivae coniugationis tertiae correptae numeri singularis figurae simplicis temporis instantis personae primae, quae declinabuntur sic. lego legor, inperfecto legebam legebar, perfecto legi lectus sum et lectus fui, plusquamperfecto legeram lectus eram et fueram, futuro legam legar. imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam lege legat, pluraliter legamus legite legant, et a passivo legere legatur, *pluraliter* legamur legimini legantur; futuri ab activo legito legito, *pluraliter* legamus legitote legant vel legunto, et a passivo legitor legitor vel legimino, pluraliter legamur legiminor legantur vel leguntor. optativo modo tempore praesenti et inperfecto utinam legerem legerer, perfecto et plusquamperfecto utinam legissem et lectus essem et lectus fuissem, futuro utinam legam legar. coniunctivo modo tempore praesenti cum legam legar, inperfecto cum legerem legerer, perfecto cum legerim lectus sim et lectus fuerim, plusquamperfecto cum legissem lectus essem et fuissem, futuro cum legero lectus ero et fuero. infinitivo modo tempore praesenti legere legi, *praeterito* legisse lectum esse et fuisse, futuro lectum ire et lectum iri. inpersonali modo legitur, legebatur, lectum est et fuit, lectum erat et fuerat, legetur. gerundi vel participiali modo legendi legendo legendum lectum lectu. participia trahuntur ab hoc verbo quattuor, activa duo, praesentis temporis et futuri, legens lecturus; passiva duo, lectus legendus. in tertia coniugatione correpta non nulli censent || verba prima positione postremam vocalem litteram

17 CONIUGATIONIS *B* DECLINATIONIS *AM* 24 legimini *tuetur Probus p.* 403 *et grammaticus de verbo p.* 156, scribamini *et in futuro* scribaminor *Claudius Sacerdos p.* 17 26 uel legimino *M* uel legiminor *B* uel legitimo *A* pluraliter legamur legiminor leguntor ς legantur vel leguntor] leguntor *A* legantor *B* legantur *M*
36 participiali *M* participialia *AB* 38 in tertia — 357, 3 ratio *Diom. p.* 340

corripere oportere, veluti dico lego et his similia. cur id ita facere oporteat aut quare non et in ceteris ordinibus idem sit observandum non est inventa ratio.

VERBA EX FORMA AGENDI PERFECTO IN PASSIVVM CONVERSA QVAE PER QVALITATEM TRANSGRESSIVA APPELLAMVS

Secundae coniugationis temporis instantis gaudeo, pluraliter gaudemus; gaudebam, *pluraliter* gaudebamus; gavisus sum et fui, es et fuisti, est et fuit, pluraliter gavisi sumus fuimus, estis fuistis, sunt fuerunt; eram fueram, eras fueras, erat fuerat, pluraliter eramus fueramus, eratis fueratis, erant fuerant; futuri gaudebo. modus imperativus temporis instantis gaude gaudeat, pluraliter gaudeamus gaudete gaudeant; futuri gaudeto tu, gaudeto ille, pluraliter gaudeamus, gaudetote, gaudeant gaudento. optativa instantis utinam gaudeam, pluraliter utinam gaudeamus; *inperfecti utinam* gauderem gauderemus; *perfecti* utinam gavisus sim sis sit, gavisus fuerim fueris fuerit, simus sitis sint, fuerimus fueritis fuerint; plusquamperfecti utinam gavisus essem esses esset, fuissem fuisses fuisset, pluraliter utinam gavisi essemus essetis essent, fuissemus fuissetis fuissent; futuri utinam gaudeam, pluraliter utinam gaudeamus. subiunctiva similiter optativis declinantur praeter futurum. nam subiunctivorum futurum cum gavisus ero vel fuero, eris fueris, erit fuerit. infinitiva instantis gaudere, *praeteriti* gavisum esse et fuisse, futuri gavisum ire gavisurum esse et gavisum iri. participia secundum formam quidem activam instantis et futuri, secundum autem formam passivam praeteriti tantum; instantis hic et haec et hoc gaudens, futuri gavisurus gavisura gavisurum, praeteriti [hic] gavisus gavisa gavisum. et cetera similia ordinis secundi, soleo solitus sum, audeo ausus sum. sed soleo omnino futurum non habet, quia vim habet praeteriti nec potest aliquis futuris consuevisse.

Tertiae coniugationis instantis fido || fidis fidit, pluraliter fidimus fiditis fidunt; *inperfecti* fidebam fidebas fidebat, pluraliter *fidebamus fidebatis fidebant;* perfecti fisus sum es est, fui fuisti fuit, *pluraliter sumus estis sunt, fuimus fuistis fuerunt; plusquamperfecti fisus* eram eras erat, fueram fueras fuerat, *pluraliter eramus eratis erant, fueramus fueratis fuerant;* futuri fidam fides fidet, pluraliter fidemus fidetis fident. imperativa instantis fide fidat, pluraliter fidamus fidite fidant; futuri fidito fidito, pluraliter fidamus fiditote fidant et fidunto. optativa instantis utinam fidam fidas fidat, pluraliter utinam fidamus fidatis fidant; inperfecti fiderem; perfecti fisus sim et fuerim; plusquamperfecti fisus essem et fuissem; futuri utinam fidam. subiunctivorum futurum cum fisus *ero et* fuero. infinitiva

1 id *om. M* 4 PASSIUAM *M* 6 Secundae — 358, 19 munire *Charis. p.* 220 *sqq.* 19 praeter] praeteritum *ABM* 21 gauisus esse *ABM* gauisus ire gauisurum esse et gauisurum ire *B* 25 similia | ORDINIS SECUNDI | Soleo *ABM* 27 aliquis futuris *Charisius* aliqui futuri *AM* aliquid futuri *B* 34 futuri — 36 fidant *om. M* fidito fidito ς fidito fidat *AB* 35 fidant et fidunto *A* fidant fidanto *B* fidunto ς

instantis fidere, praeteriti fisum esse et fuisse, futuri fisum ire et fisurum esse et fisum iri. participia activa instantis et futuri, passiva praeteriti tantum; instantis hic et haec et hoc fidens, futuri fisurus fisura fisurum, praeteriti fisus fisa fisum. et quae ab hoc sunt, confido diffido.

Productae coniugationis temporis instantis fio fis fit, pluraliter fimus fitis fiunt; inperfecti fiebam; perfecti factus sum et fui; *plusquamperfecti* factus eram et fueram; futuri fiam fies fiet, pluraliter fiemus fietis fient. imperativa fi fiat, pluraliter fiamus fite fiant; futuri esto ***esto***, pluraliter fiamus estote fiant et sunto. optativa instantis temporis utinam fiam fias fiat, fierem fieres fieret, factus sim et fuerim, factus essem et fuissem, futuri utinam fiam fias fiat. subiunctivorum futurum cum factus ero et fuero. infinitiva instantis fieri, praeteriti factum esse et fuisse, futuri factum ire et facturum ***esse et factum*** iri. participia activa instantis et futuri, passiva praeteriti tantum; instantis hic et haec et hoc fiens, futuri facturus factura facturum, praeteriti factus facta factum. supina fiendi fiendo fiendum. et quae ab hoc sunt, patefio calefio tepefio ma||defio expergefio mansuefio liquefio adsuefio arefio, et quae fio terminantur omnia similiter declinantur. infinitivum huius verbi quod est fio per i facit, fieri, cum omnia verba activa voce elata in e faciant, velut amare docere munire.

VERBA TEMPORIBVS CONFVSA

Instantis temporis memini meministi meminit, inperfecti memineram, perfecti memini, plusquamperfecti memineram, futuri meminero. imperativa instantis non habet; futuri memento, pluraliter mementote. optativa instantis et inperfecti utinam meminerem, perfecti meminerim, plusquamperfecti meminissem, futuri meminerim. subiunctivorum futurum cum meminero. infinitiva praeteriti temporis tantum meminisse. participia non habet. et cetera similiter, novi odi pepigi. haec tria ne imperativum quidem habent omnino, cum etiam in eo quod est memini futurum tantum sit, et hoc in secunda persona dumtaxat [sit]. in his verbis quibus notavimus imperativa deficere, quae sunt novi memini pepigi odi coepi, grammatici inducunt imperativa hoc modo. dicunt enim omnia imperativa tribus modis intendi posse, ut dic dicas dixeris, et ita distingunt: dic ex eo quod est regulae solitae quam in declinatione observamus; dicas autem et dixeris per defectionem imperativi, ut sit fac dicas et fac dixeris. quorum alterum est optativorum instans et futurum, item subiunctivorum instans,

1 praeteriti fisus esse *ABM* 2 et fisum iri *B* et fisurum iri *AM* 4 ab his confido *AM* ab his conponuntur ut confido *B* 8 futuri esto pluraliter *ABM* 12 factum esse *AM* factus esse *B* factum ire (iri *A*) et facturum iri *ABM* 16 ab his patefio *AM* ab his conponuntur ut patefio *B* 17 et quae fio terminantur ϛ atque fio terminantur *AM* aquae fio tepe ita terminantur *B* omnia similiter declinantur *Putschius* omnia similiter terminantur *ABM*, *om.* ϛ 19 faciant *A* faciunt *BM* uelud *B* 21 Instantis — 359, 22 nolit *Charis. p.* 228 *sqq.* 23 non ϛ uno *AM* unum *B* 24 utinam meminerem *B* utinam memineram *AM* 25 fut. meminerem *A* fut. memineram *BM* 27 ne *AM* nec *B* 29 in secunda dumtaxat persona. in his *Charisius* 34 imperatiui *Charisius* impleri *ABM* quorum *Charisius* quod *ABM*

quod est dicas; alterum subiunctivorum futurum sive perfectum, quod est dixeris. hinc ergo imperativa verbis quae proposuimus adsignant, quae non habere notavimus, ut memineris, quod figuratur ita, fac memineris. quod ipsum etiam in omnibus observari verbis potest, quamvis imperativa habeant sua, velut ames, ut sit fac ames, et amaveris, ut sit fac amaveris. similiter et cetera *doceas*, fac doceas, docueris, fac docueris, vincas, fac vincas, viceris, fac viceris, item munias, fac munias, munieris, fac munieris. praeponuntur autem imperativis alia multa, velut || volo rogo peto moneo quaeso hortor, id est *volo* facias, *rogo* dicas et cetera.

Declinationes item eorum verborum inseruimus quae videntur et ipsa defectiva esse et ambigue declinari. instantis volo vis vult volumus vultis volunt; inperfecti volebam; perfecti volui; plusquamperfecti volueram; futuri volam voles volet, pluraliter volemus voletis volent. imperativa instantis fac velis *velit*, pluraliter velimus velite velint; futuri velito velit, pluraliter velimus velitote velint. optativa instantis utinam velim, inperfecti vellem, perfecti voluerim, plusquamperfecti voluissem, futuri velim. subiunctivorum futurum cum voluero. infinitiva instantis et praeteriti tantum; instantis velle, praeteriti voluisse. participia instantis tantum hic et haec et hoc volens et cetera. similiter et nolo malo. quamquam etiam circa haec verba similiter imperativa observare debemus secundum adnotationem praecedentem. sed sunt qui ita dicunt, malis nolis, et optativa utinam malim malis malit et nolim nolis nolit.

Verbum activum finitivum tertiae coniugationis tollo tollis tollit, *inperfecti tollebam*, perfecti sustuli, plusquamperfecti sustuleram, futuri tollam. imperativa tolle tollat, futuri tollito tollito. optativa utinam tollerem, perfecti sustulerim, plusquamperfecti sustulissem, futuri utinam tollam. subiunctiva cum tollam, inperfecti tollerem, perfecti sustulerim, plusquamperfecti sustulissem, futuri sustulero. infinitiva tollere, praeteriti sustulisse, futuri sublatum ire vel sublaturum esse. participia instantis hic tollens, futuri hic sublaturus. supina tollendi tollendo tollendum. passivi declinatio ita. tollor tolleris tollitur, pluraliter tollimur tollimini tolluntur; inperfecti tollebar; perfecti sublatus sum et fui; plusquamperfecti sublatus eram et fueram; futuri tollar tolleris tolletur, pluraliter tollemur tollemini tollentur. imperativa tollere tollatur, pluraliter tollamur tollamini tollantur; quasi fu||turi tollitor. optativa utinam tollerer tollereris tolleretur, perfecti utinam sublatus sim et fuerim, plusquamperfecti sublatus essem et fuissem, futuri utinam tollar tollaris. subiunctiva cum tollar, inperfecti tollerer tol-

2 praeposuimus *Charisius* 5 ut sit fac amaveris *om. B* 6 doceas *priore loco om. ABM, add. Charisius* fac docueris *et* fac vincas *et* fac munieris *om. B* 9 id est volo facias rogo dicas *Charisius* id est facias dicas *ABM* 14 velit *om. ABM* 17 infinita *ABM* 19 similiter ut nolo *ABM* similiter nolo *Charisius* 21 dicunt malis nolis malim malis malit et optatiua utinam nolim nolis nolit *ABM* dicunt malis nolis, et optativa tantum instantis et praeteriti utinam malim malis malit et nolim nolis nolit *Charisius* 23 Verbum — 360, 4 sublatu *Charis. p. 222* 29 sublatum ire *B* sustulaturum ire *A* sustulatur mire *M* uel sublatum esse *ABM* 30 passiua *A*

p. 355, 56 P.

lereris tolleretur, perfecti cum sublatus sim et fuerim, plusquamperfecti cum sublatus essem et fuissem, futuri cum sublatus ero et fuero. infinitiva tolli, praeteriti sublatum esse, futuri sublatum iri. participia praeteriti hic sublatus, futuri tollendus. supina sublatum ***sublatu***.

Verbi corrupti alia declinatio. temporis instantis sum es est, inperfecti eram, perfecti fui, plusquamperfecti fueram, futuri ero eris erit. imperativa instantis es sit, pluraliter simus este sint; ***futuri esto esto***, ***pluraliter simus estote sint*** et sunto. optativa instantis utinam sim sis sit, inperfecti essem, perfecti fuerim, plusquamperfecti fuissem, futuri utinam sim. subiunctiva instantis cum sim, inperfecti essem, perfecti fuerim, plusquamperfecti cum fuissem, futuri cum fuero. infinitiva instantis esse, praeteriti fuisse, futuri fore vel futurum ire et futurum esse. participia futuri tantum hic futurus. et quae ab eo conposita sunt, velut possum adsum praesum desum absum intersum obsum prosum supersum. sed ex his duo ista habent participia etiam instantis, praesum et absum. nam praesens et absens dicimus. inter haec quae cum ***sum*** verbo pronuntiantur hoc solum possum non potest videri (facit enim perfectum potui); cuius declinationem inseruimus. instantis possum potes potest, pluraliter possumus potestis possunt, inperfecti poteram, perfecti potui, plusquamperfecti potueram, futuri potero. imperativa instantis possis possit, pluraliter possimus poteste possint; futuri potesto possit, plura||liter possimus potestote possint et possunto. optativa instantis utinam possim, possem, potuerim, potuissem, futuri possim. subiunctiva futuri cum potuero. infinitiva instantis et praeteriti tantum; futuri non habet: instantis posse, praeteriti potuisse. participia instantis tantum; futuri non habet: instantis hic et haec et hoc potens. sed quidam dicunt participia ne instantis quidem temporis habere. nam potens nomen est, ὁ δυνατός, οὐχ ὁ δυνάμενος.

Aliud corruptum eo is it, pluraliter imus itis eunt; inperfecti ibam ibas ibat, pluraliter ibamus ibatis ibant; perfecti ii isti iit, pluraliter iimus istis ierunt vel iere; plusquamperfecti ieram ieras ierat, pluraliter ieramus ieratis ierant; futuri ibo ibis ibit, ***pluraliter*** ibimus ibitis ibunt. imperativa instantis i eat, pluraliter eamus ite eant; futuri ito eat, pluraliter eamus itote eant et eunto. optativa instantis utinam eam, irem, ierim, issem, futuri utinam eam. subiunctiva futuri cum iero. infinitiva instantis ire,

3 praeteriti] inperfecto *ABM* sublatum esse *B* sublatus esse *AM* 4 sublatu *om. ABM* 5 Verbi corrupti — 363, 2 esu *Charis. p.* 231 *sq.* 7 futuri — 8 sint *om. ABM* 12 fore *AM* fuero *B* 14 obsum] adsum *AM*, *om. B*: obsum *addit Charisius et Diomedes p.* 379 15 praesum et absum. nam et praesens et absens dicimus *Charisius* praesum nam (nam *om. B*) praesens et absum absens dicimus *ABM* 16 Item haec *B* quae sum uerbo pronuntiantur *codices Charisii* quae cum (quae ꝗ *B*) uerbo praeponuntur *ABM* quae cum uerbo reponuntur ς quae cum uerbo componuntur *Caesarius* 24 futurum non habent *ABM* 27 odynatos nox odynamenos *A* odynatos nox odynametos *M* odynatos o.dynamenos (n *suprascr.*) *B* 28 correptum *ABM* 29 iimus iistis *B* imus itis *AM* 33 eant et eunto ς eant et eanto *AB* eant et easunto *M*

p. 356. 57 P.

praeteriti isse, futuri itum ire iturum esse [et itum iri]. participia instantis hic et haec et hoc iens, futuri iturus. et quae ab eo conposita sunt, prodeo exeo circumeo praeeo abeo coeo ineo veneo subeo adeo queo nequeo pereo transeo praetereo anteeo. prodeuntem abeuntem subeuntem dicemus et cetera, non prodientem [non] abientem subientem; alioquin peccabimus. verbum inpersonale itur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito inperfecto ibatur, praeterito perfecto itum est *et fuit*, plusquamperfecto itum erat et fuerat, futuro ibitur. imperativa instantis eatur. optativa instantis utinam eatur, praeteriti inperfecti iretur, praeteriti perfecti itum sit et fuerit, plusquamperfecti itum esset et fuisset, futuri eatur. subiunctiva temporis instantis cum eatur, iretur, itum sit et fuerit, itum esset et fuisset, futuri itum erit et fuerit. infinitiva temporis instantis *iri, perfecti* itum esse, futuri itum iri. participia non habet.

Verbum corruptum activum instantis temporis fero fers fert, *pluraliter*|| ferimus fertis ferunt; inperfecti ferebam; perfecti tuli; plusquamperfecti tuleram; futuri feram feres feret, pluraliter feremus feretis ferent. imperativa instantis fer ferat, pluraliter feramus ferte ferant; futuri ferto tu ferto ille, pluraliter feramus fertote ferant et ferunto. optativa instantis et praeteriti inperfecti utinam ferrem, perfecti tulerim, plusquamperfecti tulissem, futuri feram feras ferat. subiunctivorum futurum cum tulero. infinitiva instantis ferre, praeteriti tulisse, futuri latum ire et laturum esse. inpersonalia instantis fertur, inperfecti ferebatur, perfecti latum est et fuit, plusquamperfecti latum erat et fuerat, futuri feretur. gerundi ferendi ferendo ferendum latum latu. participia instantis hic et haec et hoc ferens haec ferentia, futuri hic laturus. et quae ab eo conposita sunt, ut defero adfero profero praefero offero differo confero refero effero antefero aufero perfero infero suffero.

Passivi verbi declinatio. feror fereris fertur, pluraliter ferimur ferimini feruntur; inperfecti ferebar; perfecti latus sum et fui; plusquamperfecti latus eram et fueram; futuri ferar fereris feretur. imperativa ferre feratur, futuri fertor. optativa utinam ferrer, praeteriti perfecti latus sim et fuerim, plusquamperfecti latus essem et fuissem, futuri ferar. subiunctiva cum ferar, praeteriti inperfecti ferrer, perfecti latus sim et fuerim, plusquamperfecti latus essem et fuissem, futuri latus ero et fuero. infinitiva ferri, perfecti latum esse, futuri latum iri. participia praeteriti hic latus, futuri hic ferendus. supina latum *latu*.

1 itum ire iturum (itum ire irituruın *A*) esse et iturum iri participia *ABM*: itum ire vel iturum esse *Charisius*. itum iri *ex declinatione verbi inpersonalis* itur *interpositum esse videtur* 3 adeo *Charisius* odeo *A* uideo *M*, *om. B* 5 dicemus *Charisius* dicitur *ABM* abientem *B* abeuntem *AM* 6 peccabimus *B* peccauimus *AM* 9 instantis] inperfecto *A*, *om. BM* 11 eatur ς ibitur *ABM* 26 confero (conferor *M*) refero antefero *BM* confero effero antefero *A*. refero *et* effero *habet Charisius* 28 fereris *B et Diomedes p.* 381 feriris *AM* ferris uel ferre *grammaticus de verbo p.* 180 *ed. Vindob.* 30 ferre ferratur *B* 35 praeteriti] instantis *ABM* 36 supina *B* supinam *M* supinum *A* latu *om. ABM*

p. 357. 58 P.

Aliud corruptum edo es est edimus estis edunt, edebam edebas edebat, edi edisti edit edimus edistis ederunt vel edere, ederam ederas ederat, edam edes edet edemus edetis edent. imperativa es edat edamus este edant; futuri esto tu, esto ille vel edat, edamus, estote, edant vel || edunto: veteres ede edat edamus edite edant, futuri edito edat edamus editote edant vel edunto. optativa instantis et inperfecti utinam essem esses esset essemus essetis essent, ut Terentius

ut de symbolis essemus;

perfecti ederim ederis ederit ederimus ederitis ederint, plusquamperfecti edissem edisses edisset edissemus edissetis edissent, futuri edam edas edat edamus edatis edant. subiunctiva instantis cum edam edas edat edamus edatis edant, inperfecti cum essem esses esset essemus essetis essent, perfecti ederim ederis ederit ederimus ederitis ederint, plusquamperfecti edissem edisses edisset edissemus edissetis edissent, futuri cum edero ederis ederit ederimus ederitis ederint. infinitiva instantis esse, praeteriti edisse, veteres edere et edisse; futuri esum ire et esurum esse. inpersonalia instantis estur, inperfecti edebatur, perfecti esum est et fuit, plusquamperfecti esum erat et fuerat, futuri edetur. supina edendi edendo edendum esum esu, non estum estu: vulgaria enim sunt. participia instantis hic et haec et hoc edens, futuri esurus. et quae ab eo derivantur, comedo ambedo abedo circumedo. adnotabimus tamen veteres etiam sic declinasse, edo edis edit: Cato ad filium vel de oratore 'lepus multum somni adfert qui illum edit', et Vergilius

ne te tantus edit tacitam dolor.

passivo genere edor ederis editur, inperfecto edebar, perfecto esus sum et fui, plusquamperfecto esus eram et fueram, futuro edar ederis edetur edemur edemini edentur. imperativa edere edatur edamur edamini edantur, futuri editor. optativa utinam ederer edereris ederetur, perfecti esus sim et fuerim, plusquamperfecti esus essem et fuissem, futuri edar edaris edatur edamur edamini edantur. subiunctiva cum edar, inperfecti ederer, perfecti cum esus sim et fuerim, plusquamperfecti cum esus essem et fuissem, futuri cum esus ero et fuero. infinitiva edi, praeteriti esum esse, futuri esum iri. participia praeteriti hic esus, unde et comesus dicimus et

1 correptum *ABM* 2 edistis ederunt *B* editis edunt *AM* 3 es] est *AM* e** *duabus litteris deletis, ut* est *fuisse videatur, B* este] edite *ABM* 7 Terentius] *Eunuch.* III 4, 2 10 edam edas edat edamus edatis edant *B* edam edes edet edimus editis edent *A* edam edes edet edemus edetis edent *M* 11 edamus edatis edant *B* edimus edetis edint *A* edimus editis edent *M* 15 esse et edisse neteres edere praeterito edisse *BM* esse et edisse neteres plur edis edisse *A* 16 futuro essurum esse et essurum ire inpersonalia *B* futuro esurum esse esurire et inpersonalia *AM* 19 non est tamen estu *ABM* 20 dirinantur *B* 21 adnotanimus *A* id notanimus *BM* 22 Cicero de oratore ad filium *ed. Ascens. a.* 1516 de aratore *coniecit Lerschius ephem. antiq. a.* 1844 *p.* 445: *cf. Iahn. nunt. societ. Saxon. a.* 1850 *p.* 267 mūlti *M* 23 fert ς Vergilius] *Aen.* XII 801 24 nec ς tantum *A* edat ς tacita *M*

comedendus, non comestus neque comesturus, ut vulgus existimat; futuri hic edendus. supina esum esu.

INPERSONALIVM VERBORVM DECLINATIO

Paenitet verbum inpersonale indicativo modo dictum coniugationis secundae numeri singularis figurae simplicis temporis instantis, quod declinabitur sic. paenitet me te illum, paenitet nos vos illos; *inperfecto* paenitebat me te illum nos vos illos; perfe||cto paenituit me te illum nos vos illos; plusquamperfecto paenituerat me te illum nos vos illos; futuro paenitebit me te illum nos vos illos. imperativo modo tempore tantum praesenti paeniteat me te illum nos vos illos. optativo modo tempore praesenti et inperfecto utinam paeniteret me te illum nos vos illos, perfecto utinam paenituerit me te illum nos vos illos, plusquamperfecto utinam paenituisset me te illum nos vos illos, futuro utinam paeniteat me te illum nos vos illos. coniunctivo modo tempore praesenti cum paeniteat me te illum nos vos illos, inperfecto cum paeniteret me te illum nos vos illos, perfecto cum paenituerit me te illum nos vos illos, plusquamperfecto cum paenituisset me te illum nos vos illos, futuro cum paenituerit me te illum nos vos illos. infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti paenitere, praeterito paenituisse. ab hoc inpersonali verbo usurpatum est participium temporis instantis hic et haec et hoc paenitens. quidam autem dicunt inpersonalia neque activa neque passiva participia habere. nam pudens non est participium sed appellatio, unde et inpudens.

Aliud inpersonale. venitur verbum inpersonale indicativo modo dictum coniugationis tertiae productae numeri singularis figurae simplicis temporis instantis, quod declinabitur sic. venitur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, inperfecto veniebatur, perfecto ventum est et ulteriore ventum fuit, plusquamperfecto ventum erat et ulteriore ventum fuerat, futuro venietur. imperativo modo temporis tantum praesentis veniatur. optativo modo tempore praesenti et inperfecto utinam veniretur, perfecto utinam ventum sit *et fuerit*, plusquamperfecto utinam ventum esset et fuisset, futuro utinam veniatur. coniunctivo modo tempore praesenti cum veniatur, inperfecto cum veniretur, perfecto cum ventum sit et fuerit, plusquamperfecto cum ventum esset et fuisset, futuro cum ventum erit et fuerit. infinitivo modo tempore praesenti veniri, praeterito ventum esse et fuisse, futuro ventum iri.

Contingit verbum inpersonale indicativo modo dictum coniugationis tertiae correptae numeri singularis figurae simplicis || temporis instantis, quod

1 exaestimat *B* 2 supina edendi edendo edendum esum esu *B* supina esum *M* supinum esum *A* 11 perfecto] futuro *ABM* 21 neque (a *add. A*) passiua participium habere *ABM* 26 uenitum est *ABM* uenitum fuit *ABM* 27 uenitum erat *ABM* uenitum fuerat *AB, om. M* 29 uenitum sit *ABM* 30 uenitum esset *ABM* 32 uenitum sit *AM* 33 uenitum esset *ABM* uenitum erit *ABM* 34 uenitum esse *M* 35 iri EXPLICT (EXPLT *B*) AUENITUR *AB* 36 contigit *ABM*

p. 360. 61 P.

declinabitur sic. contingit mihi tibi illi nobis vobis illis, inperfecto contingebat, perfecto contigit, plusquamperfecto contigerat, futuro continget. imperativo modo tempore praesenti contingat. optativo modo tempore praesenti et inperfecto utinam contingeret, perfecto contigerit, plusquamperfecto contigisset, futuro contingat. coniunctivo modo tempore praesenti cum contingat, inperfecto cum contingeret, perfecto cum contigerit, plusquamperfecto cum contigisset, futuro cum contigerit. infinitivo modo tempore praesenti contingere, praeterito contigisse.

DE SPECIEBVS TEMPORIS PRAETERITI PERFECTI

Coniugationum omnium verba o littera terminata tempore praeterito perfecto in i litteram ultimam mittunt, ut amo amavi, doceo docui, lego legi. variantur autem species in prima coniugatione quater, in secunda quinquies, in tertia correpta novies, in tertia producta, quae a quibusdam quarta dicitur, quinquies.

Coniugationis primae temporis perfecti formae sunt quattuor, quae mutationem capiunt in hunc modum. *prima est* in qua semper a inest et una abundat syllaba, cum maior pars ita cadet, quasi sospito sospitavi, fortuno fortunavi, aro aravi, famulo famulavi, propalo propalavi, manifesto manifestavi, profano profanavi, duplico duplicavi, noto notavi, tumulo tumulavi, excuso excusavi, amoeno amoenavi, nauseo nauseavi, multo multavi, paedico paedicavi, fermento fermentavi, libro libravi, lamento lamentavi, laeto laetavi, lorico loricavi, humo humavi, stipo stipavi, sacrifico sacrificavi, triumpho triumphavi, fundo || fundavi, fuco fucavi, focilo focilavi, aequo aequavi, laetifico laetificavi, aucupo aucupavi, vestigo vestigavi, supplico supplicavi, hilaro hilaravi, develo develavi, levo levavi, involo involavi, sedo sedavi, deturbo deturbavi, cavo cavavi, insimulo insimulavi, stercoro stercoravi, puto putavi, stimulo stimulavi, fulmino fulminavi, commodo commodavi, iacto iactavi, considero consideravi, sincero sinceravi, manduco manducavi, *id est edo;* proprie autem est quod Graeci dicunt μασσῶμαι, hoc est identidem mando, ideoque Probus negat recte dici piscem vel aliud tenerum quid manduco, sed potius edo, quod significat ἐσθίω. manducatur autem quod dentibus reluctatur. nam cum dicam edo, quid faciam ostendo, cum vero manduco, non tantum quid faciam ostendo sed et qualiter faciam. veteres tamen et in edendi significatione manduco dixere.

1 contigit mihi *ABM* 8 contingere] contingi *ABM* 15 Coniugationis — 372, 18 tunsi *Charis. p.* 215 *sqq.* 16 prima est cum maior pars ita cadet in qua a semper inest et in a abundat syllaba sicut ς cum maior pars ita cadet in qua semper a inest et una abundat (abundet *M*) syllaba quasi *ABM* 17 sospito sospitaui portuno portunaui *ABM* suspiro suspiraui et porto portaui ς 18 aro araui *AB* oro oraui *M* 20 nauseaui *A* nausiaui *B* nausaui *M* pedico pedicaui *ABM* 21 lacto lactaui *M* leto letaui *AB* 23 fuco fucaui *BM* fugo fugaui *A* foclo foclaui *M* 25 deuelo deuelaui *AM* debello debellaui *B* leuo leuaui *Putschius* lauo lauaui *AB* lauo laui *M* 29 id est edo *om. ABM* massume *ABM* ταυτο χαος κοσμος ς 30 idemtidem *BM* edentidem *A* 31 esthio *ABM* 32 denti aut *A* denti haud *B* denti haut *deleto v.* haut *M* denti ς

vindico vindicavi: hoc verbum non pro defendo veteres dicebant sed pro animadverto et punio, ut Sallustius 'nisi vindicatum fuerit in noxios', et in Catilina 'vindicatum in eos qui contra imperium pugnaverant'. decollo decollavi: hoc verbum apud veteres decipio significat, ut apud Plautum 'una est decollavit'; item Lucilius duodecimo 'quibus fructibus me decollavi victus' * quae significatio apud Fenestellam invenitur in libro epitomarum secundo 'quem ad modum Caesar a piratis captus sit utque eos ipse postea ceperit et decollaverit'. veteres autem securi caesos dicebant. praefoco praefocavi Probus quasi novam vocem miratur. angit enim veteres dicebant, ut Vergilius

et angit inhaerens.

Lucilius tamen ait

et suffocare lacunas
conatur.

inchoo inchoavi: sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit conpositum a chao, initio rerum. sed Verrius et Flaccus in postrema syllaba adspirandum probaverunt. cohum enim apud veteres mundum significat, unde subtractum || incohare. Tranquillus quoque his adsentiens in libello suo plenissime edere incohata disseruit. similat non dicimus sed similis est. sane dixerunt auctores simulat per u, hoc est ὁμοιάζει, ut Cicero de re puplica 'nullum est exemplum cui malimus adsimulare rem publicam', Vergilius

formam adsimulata Camerti.

secunda forma est quae licentia antiquitatis vel consuetudinis a libentius

1 non pro defendo ς non defendo *M* non defendendo *B* non deferendo *A* 2 animatuerto *B* salustius *ABM*. *Iug.* 31 in noxios *A* in noxius *BM* 3 in Catilina] 9 4 decipio *BM* dicipio *A* decapito *b* 5 apud Plautum] *Capt.* III 1, 36 una est quae decollauit ς in Captiuis, illic mihi una est spes coenatica, ea si decollabit, rediho huc ad senem ad coenam asperam *Buschius* 6 quibus me fructibu' decollaui *I. Dousa. Lucil. sat. rel.* XII 5 *p.* 51 decollam *A* uictus *om.* ς quae significatio apud Fenestellam aliter inuenitur ς. *excidisse alterius significationis definitionem vidit Wesselingius var. lect.* I 20, *quamvis non recte intellexerit Fenestellae verba* 7 epitomatum ς 8 utque *AM* atque *B* ipse *om. BM* caeperit *M* coeperit *A* et *om. M* 11 Vergilius] *Aen.* VIII 260 12 et faucibus angit inhaerens ς 14 suffucare *M* lacunas *corr.* lagunas *M* laguna *B*, *om.* ς 18 incho inchoaui *A* 17 a chao ς acho *A* acoo *BM* uerius et flaccus *ABM*: Verrius Flaccus aliique *vel* Verrius Flaccus — probauit *coniecit Casaubonus in Suet. Caes.* 46: *quorum posterius probandum fuit, nisi grammatici errorem relinquere maluissem. de Granio Flacco cogitavit Müllerus praef. Fest. p.* XIV 18 probauerunt *AM* putauerunt *B* cohum *Putschius praeeunte Casaubono l. c.: cf. exc. Fest. p.* 39 *ed. Müll.* choum *ABM* cohaum ς enim *AB* autem *M* 19 incohare *Putschius et Casaubonus* inchoare *ABM* adsentiat *corr.* adsentiens *A* iam bello suo plenissime edere inchoata disseruit *ABM et codex Scioppii susp. lect.* II 2 libello suo plenissime aedem inchoatam ita disseruit ς libello suo plenissimo aedem incohatam ita disseruit *Putschius. non pertinere haec ad Suet. Aug.* 60 aedem Iovis Olympii Athenis antiquitus inchoatam *vidit Casaubonus l. c. fortasse* ea de re disseruit 20 similo non *ABM* 21 omyazi *AM* omiazi *B* ὁμοῦ τι *Scioppius l. c.* 22 nullum est exemplum *om.* ς quam alimus *BM* quam alius *A* quasi alius ς rem puplicam *M* 23 Vergilius] *Aen.* XII 224 25 libentius *BM* licentius *A*

p. 362. 63 P.

vitat et in i litteram puram desinit *nulla duce consonante, ut est sono sonui, crepo crepui, tono tonui, frico fricui, veto vetui, seco secui, increpo increpui, plico plicui, cubo cubui, domo domui, mico micui, neco necui, quasi crepui; verum tamen et necavi legimus, ut nectus necatus, et hoc differre malunt, necui quasi suffocavi, necavi ferro occidi, unde necem caedem appellamus: et adiectis praepositionibus intono intonui, explico explicui, conplico conplicui, replico replicui. tertia forma est qua a littera eximitur et iteratio syllabae fit, ut do dedi, sto steti; et adiecta praepositione, ut est exto extiti, obsto obstiti, prosto prostiti, praesto praestiti. apud antiquos hoc verbum pro melius est ponebatur aut pro antecedit aut superat. nam in dandi significatione praebeo potius dicebant, nisi quod Sallustius secundo ait 'utrum vicem me aerarii praestare creditis'; et Cato ad Magnum ait 'interempto praestari'; rursum Seneca de officiis 'si cervicem praestitero' ait pro praebuero. est autem hodie horum verborum ista divisio ut sit praebeo patientis, praesto facientis, ac perinde praebui occasionem aut operam, praestiti fidem ac rem dicamus. quarta species in vi quidem syllabam desinit, sic tamen ut prior syllaba, quae in praesenti correpta fuerat, perfecto tempore producatur, ut lavo lavas lavi, iuvo iuvi, et adiecta prae||positione adiuvo adiuvi.

Secundae coniugationis formae sunt quinque. prima est quae in i litteram cadit nulla duce consonante, splendeo splendui, niteo nitui, vigeo vigui, floreo florui, emineo eminui, teneo tenui; sed et tetini legimus: palleo pallui, horreo horrui, stupeo stupui, terreo terrui, tepeo tepui, caleo calui, torpeo torpui, calleo callui, arceo arcui, valeo valui, praebeo praebui, egeo egui, indigeo indigui, studeo studui, rubeo rubui, censeo censui, sorbeo sorbui, Cicero in Tusculanarum secundo

sanguinem omnem sorbui;

item sorpsi apud auctores alios legimus: et adiecta praepositione adhibeo adhibui, prohibeo prohibui, inhibeo inhibui, cohibeo cohibui, redhibeo redhibui. secunda forma est qua prima syllaba ex correpta perfecto producitur, sedeo sedi, faveo favi, foveo fovi, voveo vovi, caveo cavi, video vidi, neo nes nevi, fleo fles flevi, cieo civi, accieo accivi. tertia forma

2 frico fricui ς frigo frigui *ABM* 3 neco] *Priscian. p.* 861 4 necaui *B* negaui *AM* 5 differre malū romę cum quasi *M* 7 qua a *Charisius* quae a *ABM* cum o ς qua o *Putschius* 9 exsto exsteti *M* prosto prostiti *post* praesto praestiti *habent ABM, om.* ς 12 salustius secundo ait *AB* sallustius secundae aut *M* Sallustius ait libro tertio ς: *in epistula Cn. Pompei ad senatum* § 3 aerarii *B* eram *M* eram *corr.* erani *A, om.* ς 13 creditis *B* credetis *AM* ad magnum *AB* ad magnam *M* ad Magnium ς interemto *B. fortasse* interemptum praestaris. sursum sene cadeo si *M* 16 occansionem *M* 17 desine• *A* sic *b*ς s•• *B* sit *M* si *A* 23 sed et tenui *Putschius ex Charisio p.* 220. tetini tuentur *Nonius p.* 178 *et exc. Fest. p.* 366 *ed. Müll.* 24 orreo orrui *B* 25 calleo callui (caleo calui *A*), *quae in codicibus post* 31 redhibui *conlocata sunt, duce Charisio huc transposui* 27 in Tusculanarum secundo] 8, 20 iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit 28 sorbuit *G. I. Vossius de analog.* III *c.* 22 *p.* 96 29 sorpsi *B* sopsi *A* sospi *M* alios *om. B* 30 redibeo redibui *ABM* redebeo redebui *b* 31 qua *Charisius* quae *ABM* 33 ceo cini acceo acini *M*

est quae desinit quidem in i litteram praepositis consonantibus variis, sed inceptiva verbi littera sive syllaba geminata, ut mordeo momordi, spondeo spopondi, tondeo totondi, pendeo pependi; adiecta vero praepositione geminatio cessat syllabae, respondeo respondi, detondeo detondi, despondeo despondi. quarta forma est quae desinit in si syllabam, ut algeo alsi, ardeo arsi, haereo haesi; quasi passivam quoque id verbum admittat declinationem, invenimus *participium* perfecti temporis haesus: mulceo mulsi, in patiendo autem mulsus: suadeo suasi, indulgeo indulsi, fulgeo fulsi, urgeo ursi, torqueo torsi, rideo risi, tergeo tersi, maneo mansi, iubeo iussi. quinta forma est quae extrema syllaba in xi litteras cadit, ut frigeo frixi, mulgeo mulxi, rugeo ruxi, lugeo luxi, || augeo auxi, alliceo allexi; sed apud veteres alliceo *allicui* legimus: pelliceo pellexi, luceo luxi. duo sane verba, video et prandeo, quae nullius formae regulam servant, aut recte excipientur aut sextam sibi formam vindicabunt, ut video vidi, prandeo prandes prandi. nam in secundo ordine non est reperire ullum verbum postrema parte geminari, sed a prima tantum, quale est mordeo momordi. quare errant qui dicunt prandidi.

Coniugationis tertiae correptae temporis praeteriti perfecti formae sunt novem. prima est quae desinit quidem in vi syllabam, sed tamen similitudinem verborum continet primae coniugationis, id est a habet ante novissimam syllabam, ut pasco pavi, sterno stravi. secunda forma in i puram litteram desinit, ut alo alui, arguo argui, acuo acui, colo colui, consuo consui, eruo erui, exuo exui, fremo fremui, molo molui, minuo minui, statuo statui, vomo vomui, tremo tremui, sterto stertui, incumbo incubui, consulo consului, pecto pexui, pono posui, gigno gignis genui, meto messui, quod quidam exterminant: amicio amicui, ut Brutus laudatione Appii Claudii 'qui te toga praetexta amicuit'; sed Varro in cynorhetore 'celerius mater amixit'. tertia forma est quae desinit in i quidem litteram appositis variis consonantibus, sed inceptiva verbi littera sive syllaba geminata in hunc finiuntur modum. primam syllabam iterant curro cucurri, disco didici, cano cecini, tango tetigi, tendo tetendi, pendo

1 desinet *A* 2 inceptina .I. littera *M* inceptina littera *AB* 3 toudeo totoudi *A* tundeo tutundi detundeo detundi *M* 4 detundeo detundi *M* dispondeo dispondi *B* 6 admittei *M* 7 inuenimus perfectum tempus *ABM* 9 tergeo tersi, quod Probus et Charisius et Celsus et Diomedes comprobant *Priscianus p.* 870 10 litteras *Charisius* litteram *A* littera *BM* 11 apud neteres alliceo (alliceo *B* aliceo *A*) legimus *ABM* apud ueteres allicio legimus ς. allicui *addidi ex Prisciano p.* 877 12 polliceo pollexi *M* 15 nam — 17 prandidi *Diom. p.* 348 ullum *om. AM* 19 prima est quidem quae desinit (desinet *AM*) in *ABM* 20 continet (contenet *B*) et primae *ABM* 22 desinit *B* desinet *AM* acuo acui *BM* aguo agui *A* calo (caleo *A*) calui conso consui *ABM* 24 incubui *Ab* incumbui *BM* incubui et incumbui *Charisius* 25 pono pouui *B* genui ς gignui *ABM* 26 mensui *B*: messui et quod *Caesarius* amicio ς unico *ABM* bructus *B* 27 apii *ABM* cludii *B* qui te *Putschius* qui de *ABM deleta in M* d *littera* quae de ς quae te *Rivius* amicuit *A* amicinit *B et corr.* amicuit *M* sed Varro sceleris magister amisit ς 28 cynorhetore *BM* cinorhetore *A* cinostretore *codex Scioppii susp. lect.* 11 6 maGamixit *M*

pependi, pello pepuli, pungo pupugi, Cicero 'intellexi quid eum pupugisset'; sed et punxi dicimus: fallo fefelli, cado cecidi, caedo cecidi, parco peperci; sed et parsi legimus, ut Teren||tius

egone vitam parsi perdere?

item Plautus

labori ego hominum parsissem libens.

sic enim melius veteres, parsi, declinant. nam parsimoniam, non parcimoniam dicimus. volunt autem quidam grammatici differre, ut parsi semel quid factum significet, peperci autem et semel et saepius. facit autem participium futurum parsurus, ut ait Varro in Laterensi. sed Plinio displicet. omnia verba quae perfecto prima syllaba iterantur adiecta praepositione plerumque desinunt iterari, tendo tetendi, pello pepuli, pendo pependi, curro cucurri. adiecta vero praepositione geminatio cessabit, intendo intendi, contendo contendi, expello expuli, inpendo inpendi, percurro percurri. apud auctores autem non numquam invenimus iterari verbum quod est excurro, excucurri; alioquin percurri dicimus et excurri. duo fere verba reperiuntur quae iterantur et admissa praepositione procul dubio in eodem statu sunt, posco poposci, deposco depoposci; item disco didici, edisco edidici, addisco addidici. verba tertii ordinis quae iterantur tempore perfecto ex utraque parte, tam prima quam postrema, geminantur; prima sic, parco peperci, curro cucurri, cado cecidi; item postrema syllaba, addo addidi, reddo reddidi, credo credidi, prodo prodidi, condo condidi, abdo abdidi, indo indidi, trado tradidi, vendo vendidi; participium autem futurum venditurus, passivum autem eius veneo venii. est tamen apud veteres veneor et venditus sum, et apud Plautum 'ego illi venear'; tyrannus de agri cultura primo 'patrem familias vendacem magis quam emacem expedit esse. nam id melius emitur quam venitur'; Cicero causarum decimo tertio 're vendita iterum empta'. unde manifestum fit venita non dici sed aut venundata aut, || ut Cicero, vendita: Gaius Caesar 'possessiones redemi easque

nc
1 pupungi *M* quod eum pupugissem ς 2 punxi *M* puxi *A* pugxi *B* 3 parco] *cf. Priscian. p.* 886. 887 Terentius] *Hecyr.* III 1, 2 5 Plautus] *Pseud.* I 1, 3 (5 *R*) 6 duorum labori ς hominum ς hominem *ABM* 10 passurus *AM* laterense *B* Plinio *Putschius* plenio *ABM* 11 omnia — 19 addidici *Charis. p.* 227 12 desinunt *B* desinet *AM* 13 cessauit *AM* 18 disco dedici *A* 23 uindo uindidi *AM* 24 uenturus *A* ueneo uenii *A* ueneo ueni *M* ueno uenii *B* 25 ueneor *abς, quod probaverunt Struvius de declin. et coniug. Lat. p.* 85 *et Lachmannus mus. Rhen. noviss.* III *p.* 612 uennor *BM* uendor *A* uinditus *M* ut apud Plautum egone illi uenear ς 26 uindar *ABM* tyrannus *ABM* Tirianus *ed. princ.* Titianus etiam ς Cato etiam *ed. Ascens. a.* 1516: *cf. Cat. de agri cult.* 2. *Titiani nomen post Lachmannum l. c. defendit F. Hausius in Gregor. Turon. de cursu stell. Vratisl. a.* 1853 *p.* 37. *fortasse* Turranius: *cf. Varr. r. r.* II *praef.* 6 *Plin. n. h* III 1, 3 patrem — esse *om. Caesarius* 27 emacem ς edacem *ABM* nam ita vilius *Lachmannus* nihil melius *Gesnerus in Cat. l. c.* numquid melius *A. Gronovius ibid.* 28 venitur *Struvius et Lachmannus* uenditur *AM* uinditur *B* ueneatur ς 29 fit ς sit *ABM* duci *B* aut uendita ut Cicero: possessiones redimi eas postea pluris uenditas ς 30 ut *om. A, add. a* caetero *M* uindita *A* possessiones *BM* possessionem *A* easque *BM* casque *A*

postea pluris venditas'. quarta forma est quae desinit *in* si syllabam, ut allido allisi, concutio concussi, cudo cusi, evado evasi, cedo cessi, ludo lusi, mitto misi, nubo nupsi, mergo mersi, plaudo plausi, premo pressi, rado rasi, spargo sparsi, trudo trusi, rodo rosi, uro ussi, carpo carpsi, sumo sumpsi, demo dempsi; sed conpositum adimo *ademi* dicimus. incerta autem est ratio demptae vel adpositae praepositionis, ut, cum sit adimo ademi, demo demi non faciat sed dempsi; repo repsi, unde obrepo dicimus et obrepsi, non obripio obripis obripit, in quo inperiti falluntur. quinta forma est quae desinit in xi syllabam, ut ango anxi, coquo coxi, cingo cinxi, frigo frixi, fluo fluxi, figo fixi, fingo finxi, iungo iunxi, lingo linxi, mingo minxi; sed meio meis meii et meio meias meiavi; dicitur et mixi: pingo pinxi, rego rexi, stringo strinxi, struo struxi, sugo suxi, ungo unxi, vivo vixi, vergo verxi, pergo perrexi, surgo surrexi, adfligo adflixi, diligo dilexi, emungo emunxi, extinguo extinxi, aspicio aspexi, inlicio inlexi, neglego neglexi; Aemilius Macer 'omnium nostrum neglegerit auctoritatem', quod est analogiae propius, quia et legerit: necto nexui vel nexi, Vergilius

palmas amborum innexuit armis,

Livius in Odyssea

nexabant multa inter se,

Maecenas

nexisti retia lecto,

Lucilius satirarum quinto

tum retia nexit.

sexta forma est quae desinit in vi syllabam, ut cupio cupivi, sapio *sapivi*

1 postea *om. B, add. b* pluris *AB* plus *Mb* in *om. ABM* 2 alido alisi *B* cudo cussi *A et corr.* cusi *B, om. M*: cudo cusi, sed potius cudi, ut eius compositum, tum primum silicis scintillam excudit Achates ς cudo secundum Diomeden et Charisium et Phocam cusi. secundum alios cudi *Priscianus p.* 889 caedo (caeso *M*) caesi *ABM* 3 nubsi *M* 4 uro ussi *B* uro usi *A* uso usi *M* 5 ademi *om. ABM, add.* ς 7 faciat *AB* faciet *M* inde obrepo obrepsi dicimus, non obrepi. in quo ς 9 ut ango anxi *AB* tango tanxi *M* 10 cinexi *A* 11 mingo minxi, meio mei et minxi. sed meio meis mei dicitur et minxi. rego ς mingo minxi. sed meio meiis meii dicitur et minxi. rego *Caesarius* sed mio mis mit *ABM* meio meis mixi *Charisius p.* 218 *et* 233 meio meis mexi *Probus p.* 1483. meio meiis meiit *coniecit Struvius de declin. et coniug. Lat. p.* 258 *conl. Priscian p.* 875, *quocum consentit Eutychius p.* 2178 et meio *BM* et meo *A* meiavi *AB* metaui *M* 12 sugxi *corr.* suxi *A* 14 extingo *AB* 15 neclego neclexi *B* Aemilius Macer in XVI annalium *Priscianus p.* 895 Licinius Macer *Weichertus poet. Lat. rel. p.* 92 macer *A* mater *BM* uestrum ς neclegerit *B* 16 auctoritatem ς *et Priscianus* auctoritate *ABM* quod analogiae propius ς quinta analogiae proprius *BM* quinta anolegio propriis *A* necto] *Priscian. p.* 860 *sq.* 903. 904 necxui uel nexi *B* 17 Vergilius] *Aen.* V 425 18 arborum *ABM* innecxuit armi *B* 19 libius in odissea *B* libens in odissea *M* lybin synodysse *A* 20 necxabant *B* nectabant *M* intra se ς 21 mecinas *M* monetas ς: Propertius at tibi qui nostro nexisti retia lecto *Caesarius et Priscianus p.* 903: *Propert.* IIII (III) 8, 37. *Maecenatis nomen ex fragmento Maecenatis a Prisciano l. c. adscripto ortum grammatici errori deberi vidit Lachmannus in Propert. p.* 263 22 recia *B* lectu *AM*ς lectu *B* 23 satirarum V. tum *Lachmannus l. c. conl. Priscian. l. c.* satirarum (satyrarum *AB*) curarum *ABM* 24 recia *B* nexit ς *et Priscianus* nectit *ABM* 25 sapivi et *om. ABM, add.* ς *et Charisius p.* 218. Probo tamen sa-

et sapui, peto petivi, quaero quaesivi, tero trivi, et futuri temporis participium triturus. || septima forma est quae desinit in i quidem litteram, ita tamen ut instantis syllaba prima correpta perfecto tempore producatur, ut cerno crevi, capio cepi, emo emi, fundo fudi, frango fregi, iacio iacui et ieci, incipio incepi, lego legi, rumpo rupi, vinco vici, sperno sprevi, sero sevi, sino sivi; et sii dicitur: lino livi, relino relivi, Terentius

relivi dolia omnia;

in patiendo litus facit, ut Vergilius

lita corpora guttis.

octava forma est quae desinit in i quidem litteram, ita tamen ut a secunda persona instantis temporis venire videatur, ut mando mandi, verto verti, suspendo suspendi, extendo extendi, capesso capessi, viso visi. nona forma est quae desinit in di syllabam, ita tamen ut iteratio mediae syllabae fiat, addo addidi, abdo abdidi, condo condidi, credo credidi, indo indidi, perdo perdidi, prodo prodidi, reddo reddidi, trado tradidi. scindo scidi: hoc autem verbum et siquid ex eo conponi potest, nulli formae paret, nisi forte in octavam formam contruserimus id verbum, conscindo conscindi et conscidi, detracta usu quondam n scilicet consonante.

Quare autem praeteritum tempus aut syllabis crescat aut minuatur aut par sit non est inventa ratio, nec cur a correptis producatur, ut traho traxi, aut a productis corripiatur, ut sto steti, do dedi, aut utroque producatur, ut flo flavi, aut utroque corripiatur, ut iaceo iacui. sed lectio auctorum observantia sua nos certiores de perfectis instituit.

Coniugationis tertiae productae, quam quidam quartam nominant, formae sunt quinque. prima est quae desinit in vi syllabam, ita tamen ut plerumque paenultimam v litteram consuetudo decerpat, ut audio audivi et audii, ambio ambivi ambii, garrio garrivi garrii, gestio gestivi gestii, hinnio hinnivi hinnii, grunnio grunnivi et grunnii, hirrio hirrivi hirrii, lenio lenivi lenii, munio munivi munii, mu||gio mugivi mugii, mollio mollivi mollii, polio polivi polii, saevio saevivi saevii, servio servivi servii, vestio vestivi vestii, insanio insanivi insanii, ligurio ligurivi ligurii, praesagio prae-

pui placet dici, Charisio sapui vel sapivi, Aspro sapivi et sapii secundum Varronem, quod Diomedes etiam approbat *Priscianus p.* 879; *unde* sapivi et sapii *coniecit Struvius de declin. et coniug. Lat. p.* 295 4 cerno cermi *M* caepi *B* coepi *AM* fundo fundi *M et corr.* fudi *B* iaceo *M* 5 incipio incipi *B* rumpo rumpi *M* uinco uinci *corr.* uici *B* sero serui sino sinui et subducitur lino lini *M* 6 lino] *Priscian. p.* 898. 899 Terentius] *Heauton tim.* III 1, 51 8 Vergilius] *georg.* IIII 99 12 capeso capisi *M*: haec eadem secundum Diomeden et Charisium o in i convertentia faciunt praeteritum perfectum, facesso facessi, capesso capessi, viso visi *Priscianus p.* 902 14 abdedi *M* 15 perdedi *M* scindo scidi ς scindo scindi *BM* scindo scindidi *A. fortasse* scindo scindis scidi: *cf. Charis. p.* 218. scidi et scicidi *Priscianus p.* 890 *et* 551 *Gellius* VI 9, 15 16 autem *AM* tamen *B* nisi si forte *A* 17 conscindo conscindi detracta *AB* conscindo conscidi detracta *bM* 19 quare — 22 iacui *Charis. p.* 228 aut syllabis *B* ut syllabis *A* aut syllaba *M* 20 cur a correptis *Charisius* cura inter correptis *AM* cur inter correptis *B* 21 a *om. A* 23 de perfectis instituit *A* defectis instituit *M* dat de perfectis *B* 25 desinit *BM* desinet *A* 26 penultimam *A* 31 liggurrio liggurini liggurrii *AB* liggario liggariui liggarii *M*

p. 308. 69 P.

sagivi et praesagii; participium futurum praesagiturus: sepelio sepelivi sepelii, reperio reperivi et reperii, parturio parturivi et parturii, esurio esurivi et esurii. secunda forma est quae desinit in i litteram puram, ut volo volui, malo malui, operio operui, aperio aperui. tertia forma est quae desinit in vi quidem syllabam ad similitudinem primae formae, *ita* tamen ut illa tantum modo verba contineat quae in prima persona tempore praesenti e ante o habent litteram, et cum sint tertiae coniugationis, secundae formulam servant in persona prima dumtaxat, ut queo quis quivi, nequeo nequivi, eo ivi; et siqua eorum praepositionibus copulantur, ut transeo transivi, adeo adivi, subeo subivi, prodeo prodivi, exeo exivi. horum tantum modo verborum futurum tempus in bo syllabam cadit. ex his etiam plurima tempore perfecto veterum usurpatione v paenultimam detrahunt, ut ii venii transii adii et cetera. quarta forma est quae desinit in si syllabam, ut farcio farsi, sarcio sarsi, sepio sepsi, sentio sensi, haurio hausi, fulcio fulsi. quinta forma est quae desinit in xi syllabam, ut sancio sanxi, vincio vinxi. fere apud veteres verba tertiae coniugationis productae perfecto indicativo duplici i finiebantur, ut adeo adii. sed novitas brevitatis causa cuncta permiscuit. quippe sancio sancii faciebant, ut Pomponius ad Thraseam s a n c i e r a t, et in passivo Cassius Severus 'l e g e s a n c i t u m e s t' ait, item Lucretius

s a n c i t u m q u a n d o q u i d e m e x t a t.

nos autem sanxi dicimus.

Haec de quattuor coniugationibus quae pertinent ad verba quae analogiae parent, quarum exempla passim perscripta || sunt et sunt nota. quae siquis conceperit animo, non facile labetur. sunt enim evidenter exposita. * et Varroni Menippeo.

Sunt quaedam perfecta a diversis instantibus derivata, ut aceo aces acui, acuo acuis acui; frigeo friges frixi, frigo frigis frixi; lugeo luges luxi, luceo luces luxi; fulcio fulcis fulsi, fulgeo fulges fulsi; cerno cernis crevi, cresco crescis crevi; paveo paves pavi, pasco pascis pavi [pavio

1 sepellio sepellini sepellii *AM* 2 repperio repperini repergii *A* 3 purant *AM* sulam *B* 4 operio operui óperii ς 5 ad *AB* et *M* ita *om. ABM* 6 conteneat *B* 7 formulam *AM* formulae *B* 8 nequeo nequini *Buschius* neo neui *ABM* 12 pene ultimam *A* 14 fartio farsi sartio sarsi *ABM* saepio *M* 15 fultio *B* santio *BM* 16 uintio *BM* producta .i. perfecto *ABM* 17 ut adeo adi. ii *A* ut (ud *M*) adio adii *BM* 18 santio sanxii *M: cf. Priscian. p.* 904. 907 faciebant *M* faciebam *A* faciebat *B* ponponius *B* 19 thrarearn *M* traseam *B* traxeam *A* santierat *M* causius seuerus sancitam est *M* 20 Lucretius] I 587 21 extot stos autem xanxi (*corr.* sauxi) *M* 22 sanxi *B* sxansi *corr.* xansi *A* dicimus. Haec ς dicimus 372, 6 sed accentu — 9 enim facit haec *ABM* 23 pertenent *B* 24 et sunt *om. M* 26 et Varroni Menippeo *om.* ς. *videntur haec ad exemplum vel a grammatico vel a librario omissum pertinere et alieno loco interposita esse* uarroni *A* 27 Sunt — 372, 6 conpereo conperii *bis scripta sunt in B* a diuersis ς aduersis *ABM* 28 frigeo friges *B* frigo friges *AM* 29 fulcio fulcis *B* fulceo fulces *AM* 30 pavio pavis pavi *deleta sunt in B priore loco, omissa posteriore et a Charisio*

pavis pavi]; sisto sistis steti, sto stas steti; consisto consistis constiti, consto constas constiti: fero fers tuli (et tetuli dicitur, ut Terentius

hnc tetulissem pedem),

tollo tollis tuli, quod in consuetudine sustuli facit; eius tamen perfecti instans apud veteres sustulo dicitur: pendo pendis pependi, pendeo pendes pependi; conperio conperii, conpereo conperii. sed accentu discernitur sensus. acuto enim accentu profertur, quotiens pro eo accipitur quod est rescii: conpereram enim facit. conperii vero circumflexo accentu declinatur, quotiens pro eo accipitur quod est cum alio perii: conperieram enim facit.

Sunt quaedam verba quae habent perfecta duplicia, ut pango pangis pepigi et panxi, pungo pungis pupugi et punxi, vello vellis vulsi; sed melius velli et avelli, ut Vergilius sine dubio

manesve revelli,

idem

de stirpe revellit;

item Laberius aliqua parte praevulserat: teneo tenes tenui; apud veteres tetini dicitur: tundo tundis tutudi et tunsi, explico explicui, quoniam et plico plicui, ut Vergilius

explicuit legio;

sed explicavi legimus, ut est apud Ciceronem pro Marco Tullio.

Sunt quaedam verba quae ex una positione diversos sortiuntur declinationum ordines et sensus, quasi mando mandas, cum aliquid monemus, mando mandis, cum dentibus quid consumimus, quod in consuetudine manduco dicunt, volo volas, quotiens alitum iter demonstramus, volo vis, quotiens velle quid significamus; pando pandis pandere, *pando pandas pandare;* fundo fun||dis fundere, fundo fundas fundare; conpello conpellis conpellere, conpello conpellas conpellare; dico dicis dicere, dico dicas

1 consistis consistiti *corr.* constiti *B priore loco* consistis consisti *B posteriore loco et A* consistis consistit *M* 2 consto constas *BM* consisto consistas *A* dicitur *B* dicimus *AM* Terentius] *Andr.* IIII 5, 13 3 pedem *AB* pede *M* 5 sustollo ς dicitur *B* dixi *A*, *om. M* 6 comperio compereo comperi ς comperio comperi, compereo comperi *G. I. Vossius de analog.* III 33 *p.* 136 sed — 9 conperieram enim facit *hoc loco omissa post* 371, 22 sanxi dicimus *leguntur in ABM* 7 proferatur *corr.* profertur *B* quociens *AB* 8 compereram *B* conperiram *M* cūperam *A*: compereo enim facit comperi, quod circumflexo accentu declinatur ς conperii uero *BM* conperi uero *A* 9 quociens *B* comperieram *B* cumperieram *A* conperiram *M* 12 pepigi ς pegi *ABM* pauexi *A* pupungi (pu *suprascr.*) *M* punxi *M* punexi *A* puxi *B* 13 Virgilius cineres manesue reuelli, idem ima de stirpe reuelli ς. *Verg. Aen.* IIII 427. *alterum exemplum ad Aen.* XII 787 telumque alta ab radice revellit *pertinere videtur, nisi potius quaedam exciderunt, id quod ante Laberii quoque exemplum factum esse videtur* 17 lauerius *AM* plauerius *B* p̄euulserat *corr.* p̄uulserat *M* 18 tetini *AB* detini *M* tenini ς dicitur *B* dixit *A*, *om. M* tutudi et tonsi *B* tutundi et tunsi *AM* 19 et] est *ABM* Vergilius] *georg.* II 280 21 explicaui ς plicaui *ABM*: explico explicui; sed Cicero pro Tullio explicavit ait *Macrobius de diff. et soc. Graeci Latinique verbi c.* 6 *extr.* tollio *A* 22 Sunt — 373, 1 dicare *Charis. p.* 227 23 cum — mandis *om. M* aliquid *B* aliquod *A* 24 mando ς quando *AB* 25 iter *M* item *A* ire *B* 26 pando pandas pandare *om. ABM* pandeo pandere *in marg. add. b*

dicare; praedico praedicis praedicere, praedico praedicas praedicare; piso pisas, ***piso pisis.*** et est apud Persium ambiguum 'a tergo ciconia pisat' an pisit legendum sit. sed apud veteres reperimus etiam n littera addita pinso, quod est tundo, et pinsit secundum tertium ordinem, ut Ennius decimo annalium

pinsunt terram genibus.

huius perfectum pinsui, ut apud Pomponium

cum interim neque malis molui neque palatis pinsui.

participium erit pinsens; item pinsurus et pinsus et pinsendus. pendo pendis, quasi solvo poenas, pependi; ex quo et conpositum fit sub eodem sensu expendo expendis et dependo dependis. huic additur e littera et fit secundi ordinis sub alio sensu, quasi pendeo, id est in sublimi sum; cui addita praepositio prorsus ordinem et sensum mutat, quasi suspendo suspendis, quod est activum eius. pendeo etenim, ego pendeo, absolutivum, suspendo alium activum, ex quo et suspendor dicetur sub sensu passivo. ceterum tantum differt inter pendeo et suspendor, pendeo per me, quod est naturale, suspendor ab alio. adolesco adolevi facit. nam Vergilius sic declinat, 'mox adoleverit aetas'; cum adolui volunt quidam in sacrificio dici et venire ab eo quod est adoleo. sed et in sacrificio Accius Cassius ad Tiberium secundo adolevi dicit sic, 'est contra Aegyptiis maximum sacrificium, ubi integrum anserem adoleverunt'; et in passiva declinatione adulta, non adoleta. aboleo abolevi, et passiva declinatione abolitus. occino occini. est enim cano cecini: in conpositione, quia ***non*** iteratur, amittit unam syllabam. sed Sallustius dicit in primo

1 piso pisas et est (*om.* piso pisis) *ABM et codex Scioppii susp. lect.* I 16 pinso pinsas est ς pinso pinsas pinsare pinso pinsis pinsere. est *Buschius. coniecturas, non auctoritatem librorum sequitur Casaubonus in Pers. l. c.* 2 apud Persium] I, 58 a tergo *B* ut ergo *AM*: o Iane a tergo quem nulla ciconia pinsit an pinsat ς cigonia *B* 3 pisat an pinsit *Scioppius 'ex membranis veteribus'* n littera additam *B* n littera aditam *A* n litterā additum *M*: a literam additam et pinsit ς 5 ut Ennius] .it. ut ennius *BM* id ut tenius *A* analium *AM* 6 pinsunt *AB* pinsui *M* caeram ς 7 ut *AB* et *M* aput *A* ponponium *B: cf. Priscian. p.* 902 *Mai. class. auct.* VIII *p.* 416 8 cum *AB* cui *M* malis *Ribbeckius com. Lat. rel.* p. 214 molis *ABM* molui ς *et Priscianus* molini *ABM* palatis *ABM* palmis ς 9 item pinsens (pinses *B*) participium erit pinsurus *ABM* 10 paenas *M* penas *A* fit *BM* sit *A* 13 suspendis — absolutivum suspendo *om. M* 15 suspendo *B* suspendeo *A* alium ς aliud *AM* aliud ac *B* dicetur *BM* dicitur *A* 16 pendeo et suspendor *b* pendo et suspendo *ABM* per *om. M* 17 adolesco] *Priscian. p.* 872 Vergilius] *Aen.* XII 438 18 mox cum matura adoleuerit aetas. tamen adolui uult quidam ς quidem in sacrificium *A* 19 dicet uenire *M* accius *AB et, ut videtur, codex Scioppii susp. lect.* II 6 actius *M*, *om. Priscianus.* Titus Cassius *coniecit Kordesius ad Eberhardtii librum de statu artium liberalium apud Romanos p.* 214 *perverso de Cassiis iudicio usus,* Severus Cassius *Weichertus de L. Var. et Cass. Parm. p.* 205 active Cassius *Hertzius in Priscian. l. c. vitiosum nomen ex exemplo Attii ab eo quem Diomedes exscripsit adposito ortum esse videtur. quare errorem grammatici corrigere nolui* 20 adoleuit *BM* adolebit *A* sic est contra Aegyptiis *om.* ς aegyptiis *A* aegyptus *M* egyptius *corr.* egyptios *B* 21 ubi *Priscianus* unu *M* uiui *AB* adoleuerunt *AB* aduluerunt *M et codices Prisciani* 23 occino] *Priscian. p.* 898 cano cecini *BM* caui cecinit *A*: a cano cecini, sed in compositione iteratiuum amittit unam syllabam *Putschius* 24 quia iteratum *ABM* sed *BM* ad *A* salustius *ABM* dicit *BM* dici *A* prima *ABM*

p. 370. 71 P.

historiarum 'iussu Metelli cornicines occanuere'. aio verbum inusitatam habet declinationem, de cuius imperativo non nulli ambigebant. verum dictum est ai, ut Naevius alicubi

an nata est sponsa || praegnans? vel ai vel nega.

inperfectum quoque aiebam aiebas dixerunt. salio: perfectum suavius enuntiare videmur salii, quasi munii; sed plerique veterum salui dixerunt, ut Vergilius

saluere per utres,

id est saluerunt; item Livius ab urbe condita libro primo 'novos transiluisse muros'; non minus et Cicero pro Milone 'reiecta paenula desiluit'; Vergilius

desiluit Turnus biiugis.

sino sivi, ut Publius Rutilius de vita sua 'quodsi me invitum abire sivissent'; item Scaurus de vita sua tertio 'proelium non sivi fieri'; Terentius *. melius tamen dicitur sii, ut Varro epistolicarum quaestionum sexto 'ad mortem me perducere non siit'; item Terentius in Adelphis 'non siit egestas'. excello legimus crebro apud veteres, ut Cicero de re publica excellunt, item de oratore tertio antecellunt, item de divinatione primo antecellunt; Gracchus praeterea similiter cohortatione circum conciliabula antecellant; Cicero de officiis primo antecellimus. verum tamen Macer Aemilius ornithogonias secundo 'cum laude excellet omnis'.

Dicam nunc et de his quae r littera finiuntur. nitor niteris, perfecto

1 iussu metelli *B* iusum metelli *A* iussumcelli *M* sensim Metello ς occanuere *b et Priscianus* occanere *BM* hoccanere *deleta* h *littera A* occinuere ς: cornua occanuerunt *ex primo historiarum libro Servius in Verg. georg.* II 384 aio] *Priscian. p.* 875 *et* 906 2 inusitatam *B* inusitatum *AM* 3 neuius *BM* neuimus *A* 4 an nata est *Priscianus* an est nata *ABM* sponsa praegnans *B* sporis ad praegnans *A* sporis. abregnans *M* uel ai nega *A* 5 agebam agebas *AB* sallio *ABM: cf. Priscian. p.* 905 *sq.* suauius enuntiari *BM* suauis et nuntiari *A*: suauius enuntiari uidetur ς 6 sallii *ABM* salui *BM* silui *A* 7 Vergilius] *georg.* II 384 8 saluere ς*b* saliuere *ABM* 9 libius *ABM. Liv.* I 7 transiluisse (transsiluisse *BM*) se muros *ABM*: se *delevit b* 10 pro Milone] 10, 29 deiecta penula transiluit ς

11 Vergilius] *Aen.* X 453 12 desiluit *B* desiliuit *AM* 13 sino sini ς duplius *corr.* ut publius *A* quodsi — 13 vita sua *om. M* 14 siuissent *B* senissent *A* sinisset *codex Scioppii susp. lect.* III 2 sinisset ς Staurus *B* praedium ς siui *B* sini *A*ς sibi *M et codex Scioppii* fueri *A* 15 terrentius *BM* tertius *A. excidit Terentii versus Andr.* I 2, 17 dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum sii ut *b* sicut *ABM* siui sicut ς (*et codex Scioppii?*)

Varro complexionum sexto ς quaesitionum *A* 16 perducere *BM* perduceres *A et codex Scioppii* sit *ABM et codex Scioppii* sii *b*: non sini me producere ς me perduere res non sinit *coniecit Scioppius* in adelfis *ABM.* I 2, 24 17 non siit *AB* non sit *M* quia non sinit ς excello] p̄t exculi sicut percello perculi *add. b in marg. ex Prisciano p.* 896, *ut videtur* aput *A* ut] et *ABM* 18 item de oratore in tertio item antecellunt de *ABM.* excellit *dixit Cicero de orat.* III 33, 136 excellat *ibid.* 35, 143 19 prima *ABM. de div.* I 41, 91 grachus *A* graccus *M: cf. Meyer orat. Rom. fragm. p.* 240 *ed. sec.* 20 conciliapula *A* de officiis primo] 30, 107 21 materę (*corr.* macerę) milius orithagonias *M* cum *AB* cui *M* 22 excellet *AM* excellit *B.* excelleret *Scaliger in Manil. p.* 104. excelleat *vel* excellent *coniecit R. Ungerus de Aem. Macro p.* 2. *fortasse* cum laude excelleat omni 23 finiunt *ABM*

nisus sum; sed veteres immutantes nixus declinant, ut Vergilius

conixus ab aggere dexter,

item

adnixus viribus hastam,

item

obnixus latis umeris,

item

adnixus acuto

detrudunt.

melius autem dicimus nisus et nisa a nitendo. enixa enim appellatio est et ad partum refertur, cum dicimus 'geminos enixa est', ut apud Vergilium

triginta capitum fetus enixa:

ut sit enisa viribus conata, enixa in genua. alor aleris altus sum: Sallustius 'Arpini altus'. melius autem est dicere vitandae ambiguitatis gratia alitus. nam et alimenta dicuntur. sallior frequens videtur et tritum ut perfecto tempore salsus sum dicamus. sed veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes sallitus sum dixerunt a posiltione sallo non sallio, ut Sallustius historiarum quarto ait, 'reliqua cadavera ad diuturnitatem usus sallere'; Varro ad Ciceronem quinto 'ut servarent sallere'; idem antiquitatum humanarum quinto decimo 'mortuos sallant'; Severus 'distractos atque sallitos'; et Fabianus causarum tertio 'cum caro sallita diuturnior', sallita ut munita. procul dubio sallio dici debebit, cuius frequens perfectum videtur sallitus sum potius quam salsus. abscondor absconsus et absconditus; melius absconditus, quia simplex condor conditus, item *abscondor* absconditus. deleor delitus et deletus: Cicero ad filium 'ceris deletis', Varro in

1 nitus (s supra) sum *M* Vergilius] *Aen.* VIIII 769 2 counixus *M* 3 item *A* idem *BM* 4 aduixis *M*. *Verg. Aen.* VIIII 744 6 obnixus] *Verg. Aen.* VIIII 725 7 item *om. ABM* 8 aduixus] *Verg. Aen.* I 144 9 detradunt *AM* 11 apud Vergilium] *Aen.* III 391. VIII 44 14 enixa et ingenua *A* enixa partum ς alor] *Priscian. p.* 897 salustius *AB* ut salustius *M*. *Iug.* 63 16 salior *B*. *cf. Priscian. p.* 909 18 salitus *AB* 19 salo non salio *B* Sallustius — 20 usus sallere *post* 23 diuturnior *conlocata in ABM*ς *huc transposui*. salustius *A*: Salustius historiarum quarto, reliqua cadauera salita ς Sallustius vero in III historiarum 'parte consumpta reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallerent' *Priscianus* 20 ad diuturnitatem usus ulere *B* addiuturnitatem musa sallere *M* ad iuturnitate musa psallere *A* Varro] *de l. L.* V 110 *p.* 113 *Sp.* ut seruarem salere *B* 21 Item antiquitatem *A* 22 salant *B* sallunt *Buschius* Cornelius Severus in VIII de statu suo 'ad quem salliti pumiliones afferebantur' *Priscianus. Diomedes fragmentum Severi et nomen scriptoris ex quo ea quae secuntur citata erant omisisse videtur.* Serenus *coniecit I. Roverius apud Burmannum anthol. Lat.* I *p.* 14, *quod probavit Wernsdorfius poet. Lat. min.* II *p.* 291 *et* IIII *p.* 227. *Severi nomen defendit I. Beckerus ephem. antiq. a.* 1848 *p.* 595 distractos atque sallitos *AM* distractus atque salitus *B* fa(u supra)uianus *AM* 23 cum *AB* cui *M* salita diuturnior *B* salletaditurnior *A* sallet adiuturnior *M* salita est diuturnior ς salita *B* 24 sallio *M* psallio *corr.* sallio *A* salio *B* uideo *M* salitus sum *B* 26 abscondor *om. ABM* 27 deleor] *Priscian. p.* 872 caeteris deletus ς ceris delitis *coniecit F. Modius apud Scioppium susp. lect.* III 2 Varro pecorinae ς Varro in Praetoriana *Putschius et*

p. 372. 73 P.

praetorina 'delitae litterae', Calvus alibi ad uxorem 'prima epistula videtur in via delita'. ostendor ostentus, quoniam sit tendor tentus. nam ostentatus est frequens: P. Rutilius de vita sua 'uni una ostentata est'; idem pro L. Cesutio ad populum ex hoc derivavit participium, 'quod ego me spero ostenturum', non ostensurum neque tensurum. melius ostenturus dicimus, quoniam ex temporibus perfectis passivis futura participia activa derivantur, velut amatus sum amaturus. et Libius item pro Figulo 'ostenta promissione', Varro rerum rusticarum primo 'locus optimus vino sit et ostentus soli', non ostensus nec tensus. sed quia cacemphaton videtur, deorum vehiculum tensam dixerunt, ne verbum turpe sonaret in sacris. expergiscor experrectus et expergor expergitus, expergefio expergefactus. sed expergitus dicitur qui satiatus somno sponte evigilat, unde et Lucilius ait [ego]

e somno pueros cum mane expergitus clamo;

experrectus autem a quiete inpeditus, unde Sallustius 'interdum somno experrectus arreptis armis tumultum facere'. expergefactus porro est qui per alium somno excitatur. fatigor fatigatus sum facit, non fessus, et longe falluntur qui opinantur ex eo quod fatigat fessus derivari: nam fessus appellatio est. differt autem fatigatus a fesso, ut Verrius ait, || quod fatigatus, cum quis per alium laborare conpellitur, ut lassatus, fessus vero, cum quis labore deficitur, *ut* lassus. inseror insertus et insitus facit; et tradunt quidam insitus arborum et pomi esse, insertus hominis vel ali-

codex Scioppii, quem titulum ad Flaxtabulas περὶ ἐπαρχιῶν pertinere coniecit F. Oehlerus Varr. sat. Menipp. rel. p. 66 *non inprobante Ritschelio de Varr. logist. p.* XIV. *corrigendum videtur* in Plutotoryne, *pro quo* plautorino *codex Charisii p.* 81. litterae delitae *dixit Cicero epistularum ad Calvum primo apud Priscianum l. c. unde suspicari licet Varronis fragmentum excidisse, reliqua autem ita fere scribenda esse,* Cicero ad filium 'ceris delitis', item ad Calvum 'delitae litterae', alibi ad uxorem 'prima epistula videtur in via delita', Varro in Plutotoryne 1 delitae *BM* delita *A* alibi *BM et codex Scioppii* aliui *A*, *om.* ς epustola *B* aepistula *M* 2 ostendor *b*ς ostentor *ABM. cf. Priscian. p.* 892 3 frequens 6 quoniam — 7 amaturus prutilius (praerutilius *A* p***rutilius *B*) de *ABM* 4 ostentata est *AMb* ostentat ** est *B* ostenta est *coniecit I. G. Vossius de analog.* III 26 idem (item *A*) pro l. cesutio *AB* idem ... sutio *lacuna trium fere litterarum relicta M* item pro l. caerutio *codex Scioppii susp. lect.* IIII 2 item P. Lucius Cellius ς ideo P. Lucius Celius *Buschius* Cato pro Lucio Caesare *Priscianus* 5 neque censurum *A* 6 melius melius ostensurus (ostensurum *M*) dicimus *ABM* sed melius ostenturus dicimus ς et melius sane ostentus dicimus *Buschius* quoniam — 7 amaturus, *quae hoc loco omissa post* 3 frequens *conlocata sunt in libris, huc transposui* 7 et Linius item ς *fortasse* et Labienus, *ut intellegatur T. Atius Labienus, qui pro Figulo contra Polionem dixit: cf. Meyer orat. Rom. fragm. p.* 495 *ed. sec.* 8 idē *B* p p figulo *deleto priore* p *M* rerum rusticarum primo] 25 9 locus *AMb* logus *B*: lacus optimus hamo ostentus ς vino] uno *codex Scioppii* et *om. AM* soli] olei *ABM et codex Scioppii* non tentus nec ostensus (ostentus *B*) et quia *ABM et codex Scioppii* 10 cacenfaton *A* catefaton *M* uehiculum *AB* uehiculis *b* uehiculus *M* tensum ς 11 expergiscor] *Priscian. p.* 888 12 qui *AB* quasi *M* saciatus *ABM* excitatus *a*ς non excitatus *Buschius* 13 uigilat *A* Lucilius in III e somno *sqq. Priscianus* ego *ABM et codex Scioppii* ergo ς 14 pueros *B* puteros *A* puero *M* cum *AB* cui *M* clamas *Priscianus* 15 experectus *M* autem *AB* cū *M* a *om. B* quiete *b*ς quite *AM* quete *B* salustius *ABM. Iug.* 72 18 ex fatigor ς fatiget *M* 19 uerius *A* uarrius ς 20 fatigatus dicitur cum *Caesarius* 21 deficitur lassus *ABM* deficit ut lassus ς

cuius rei. fallor falsus sum facit, ut Vergilius

falsi implevit genitoris amorem.

significat enim qui fallebatur. educor eductus sum facit; sed frequentius Cicero educatus et educata dicit: Vergilius

eductum Egeriae lucis.

ordior orsus sum facit et tam incipientem significat,

sic orsus ab alto,

ut Vergilius, quam desinentem, ut idem

sic orsus Apollo
mortalis visus.

figor ambigue declinatur apud veteres tempore perfecto. reperimus enim fictus et fixus: Scaurus de vita sua 'sagittis' inquit 'confictus', Varro ad Ciceronem tertio fixum, et Cicero Academicorum tertio * 'malcho in opera adfixa', et Vergilius

si mihi non animo fixum.

comperior et comperio differunt. nam comperior, ex mea opinione colligo et compertum habeo, pro explorato didici; quod verbum deficit in futuro et imperativo: comperio est ab alio cognosco. meditor et meleto *differunt*, et putat Plinius meditantem esse secum cogitantem, meletantem cum voce discentem.

Sunt quaedam verba r littera terminata ex diversa positione derivata quae eadem sortiuntur perfecta, ut pandor panderis; exigebat analogia ut pansus dicamus, sed passus dicimus, ut Vergilius

crinibus Iliades passis:

item patior pateris passus sum. vertor verteris versus sum, ut

versaque iuvencum
terga fatigamus hasta:

item verror verreris versus sum, Vergilius

et versa pulvis inscribitur hasta.

1 Vergilius] *Aen.* I 716 2 amorem *B* .a. *AM* 4 Vergilius] *Aen.* VII 763 5 eductum ς educatum *AB* edu *M* 6 tam ς tamen *ABM* 7 alto *AB* alta *M* 8 Vergilius] *Aen.* II 2 idem] *Aen.* VIIII 656 10 mortalis uisus medio sermone reliquit ς 11 aput *A* 12 et fixus *AB* elixus figar *M* sagittis *BM* sagittit *A* sagitta ς inquid *A* 13 tertio *post* Ciceronem *om.* *M*ς academiarum tertio *ABM* academicarum secundo ς. fixum *dixit Cicero in Lucullo* 9, 27, stabile fixum ratum esse debeat; *cuius libri partem priorem Nonius p.* 117 *et* 139 *tertium Academicorum numerat. itaque lacunam indicavi. nam ea quae secuntur ex alio scriptore, cuius nomen vel excidit vel in corrupto vocabulo* malcho, *cui Clitomachi nomen subesse suspicabatur Halmius, latet, citata esse videntur* malcho in *om.* ς 14 Vergilius] *Aen.* IIII 15 16 differunt *BM* different *A* 18 cognusco *A* meditor et meleto (melito *A*) ut putat plenius *ABM*: medito et meditor ut putat plinius meditare esse secum cogitare meditari uoce dicere ς medito et meditor item differunt. nam ut putat Plinius *sqq. Buschius.* '*sed legendum sine dubio cum veteri codice* Medito et melito item differunt, ut putat Plinius meditantem esse secum cogitantem, melitantem cum uoce dicentem' *Scioppius susp. lect.* IIII 2 20 discentem *A* dicentem *BM* 21 terminata et ex *B* 23 Vergilius] *Aen.* I 480 24 iliades passis *A* iliades pascis *M* uliade passus *B* 26 versaque] *Verg. Aen.* VIIII 609 27 terga fatigamus hasta *B* t. f. h. *AM* 28 Vergilius] *Aen.* I 478 29 et uersa *BM* euersa *A*

melius est enim tracta intellegere quam inversa. luxurior in crimine est, ut Cornelius Severus ait

luxuriantur opes atque otia longa gravantur;

luxurio autem in laude, ut Vergilius

luxuriatque toris.

significat enim non lasciviam mentis sed habitudinem. ||

Sunt alia praeterea verba quae adempta una littera vel addita diversos sortiuntur ordines, quasi metor metaris dicimus, quotiens ad locum refertur, cum dicimus 'castra prope Tiberim metatus est'; *metior* metiris vero ad fructum, ex quo perfectum fit mensus sum, non metitus sum, contra morem declinationis. mensuram enim dicimus, non metitionem, et futuro activo mensurus, passivo metiendus. miseror miseraris primi ordinis; accedit littera et fit secundi, quasi misereor misereris. nostrum referre veterum exempla, vestrum, ut cuique libido est, auctoritate eorum vel analogia uti.

Omne verbum quodcumque praepositionem recipit eiusdem ordinis declinationem facit, velut scando scandis, ascendo ascendis; mordeo mordes, remordeo remordes:, praeter ista, sapio sapere, adiecta praepositione resipio resipire, et fit producti ordinis, sed desipio desipere facit, non desipire; cieo ciere, accio accire, concio concire, excio excire; do dare, addo addere. et alia non numquam inveniuntur. figura enim quasdam coniugationes inmutat. nam sedeo, cum sit secundae coniugationis, accepta praepositione mutatur in tertiam et facit consido subsido adsido, quippe cum Vergilius dicat

considere in ignes

Ilium,

et Terentius

adsido, accurrunt servi.

nec solum coniugationes verum etiam ipsam positionem verborum conpositio mutat, ut calco; facit enim inculco conculco, non concalco vel incalco: et calcio disculcio, scalpo insculpo; quare gemma scalpta dicendum

1 luxorior *AM* 3 luxoriantur *AM* atque *AB* etque *M* otia *Caesarius* odia *AMbς* ordia *B* granantur ς gratantur *ABM* 4 luxorio *A*, *om. M* Vergilius] *georg.* III 81 5 luxoriatque *M* luxoriadque *A* 6 habitudinem corporis ς 7 una *AB* a *M* 8 metaris *AMb* meteris *B* quotiens — 9 dicimus *om. B*, *add. b* 9 metior *om. ABM*, *add. b*: metor meteris ς: metatores domuum dicuntur, mensores frumenti et frugum *excerpta codicis Vindobonensis* 16 *p.* 208 *ed. Vindob.: cf. Serv. in Verg. georg.* II 274 10 fit mensus *AMb* fit me•sus *B* fit messus ς 11 messuram enim ς metitionem *AMb* mentionem, *ut videtur*, *B* 12 messurus ς metiendus *AM* meciendus *b* menciendus, *ut videtur*, *B* metendus ς miseror miseraris *bς* misereor miseraris *B* misereo miseraris *M* misereor miserearis *A* 13 e littera *b* nostrum non ést referre ς 14 vel] velut *ABM* 16 Omne — 21 inveniuntur *Charis. p.* 211 recepit *AM* 19 resipire *Ab* resipere *BM* desipio desipere *BM* desipio desipire *A* facit non desipire *om. M* non desipire *Ab* non desipere *B* 20 accio *Charisius* acio *b* acieo *ABM* acire *A* contio *M* 24 Vergilius] *Aen.* II 624 25 ignem (igne *b*) silium *B* ignes lium *AM* 27 Terentius] *Heauton tim.* I 1, 72 28 accurrunt *AB* occurrunt *M* 31 scalpta dicendum est non sculpta *AB* sculpta dicendum est non scalpta *M*

est, non sculpta; adiecta enim praepositione facit sculpta: facio conficio, fuco inficio, salio desilio, farcio infercio, sapio desipio, frango defringo confringo, capio concipio decipio, spargo conspergo dispergo, iacio conicio deicio, carpo decerpo, gradior ingredior.

Sunt quaedam verba quae paragoga appellantur, quae ex primitivi verbi declinatione et mutationem et adiectionem litterarum capiunt et nihilo minus idem significant, interdum variant, velut lacesso ex || eo quod est lacero. sed hoc variat. lacessere enim concitare est. facesso aeque hic fit: facessere discedere intellegitur, ut est apud Terentium

hic nunc facessit: tu ne molestus sis.

item accerso per duas c dicitur; item per r et c scribitur, arcesso. sed interest, quia accersere evocare intellegitur, arcessere autem accusare significat et ab arceo nascitur. etenim alium accusare a maleficiis arcere est.

DE HIS QVAE PERFECTVM TEMPVS NON HABENT

Sunt quaedam verba quae, cum ceteram declinationem habeant plenam, tempore perfecto deficiunt, et sunt fere haec, verro meto furis. horum verborum non facile reperimus tempus perfectum, et tamen *ab eo* quod est verro in passiva declinatione perfectum reperimus, quasi verror versus, ut apud Senecam in dialogo de superstitione 'versa templa', et apud Plautum in Pseudulo 'vorsa sparsa'.

DE HIS QVAE PRIMA PERSONA DEFICIVNT

Sunt quaedam verba quae primam *non* ammittunt personam, veluti ovas ovat; raro reperimus ovo dictum: item furis furit; raro furio invenitur: faris fatur; raro for invenitur; verum in conpositione, ut apud Cavium, reperimus effor dictum: roras rorat, vix roro: daris datur; raro dor reperimus. item inquis inquit dicimus. huius verbi declinatio quamvis sit tota plena, prima persona longe dissimilis est ceteris verbis nec congruens secundae personae. est enim inquam inquis inquit quarti ordinis verbum. item forem fores foret pro eo quod est essem esses esset dumtaxat dicimus. cetera declinatione deficit. quaeri autem solet utrum sit positio huius verbi sum et haec duo infinita habeat, esse et fuisse, an tertium

2 fuco *om.* ς farcio infercio *A* fascio infescio *M* partio inpertio *B* 5 Sunt — 13 arcere est *Charis. p.* 226 *sq.* 6 mutationem *BM* mutatione *A* 8 hoc *Charisius* hic *ABM* aequae *A* 9 aput terentium *A. Ter. Phorm.* IIII 3, 30 10 hic nunc *AB* hinc nunc *M* facesse *Putschius* nemo lessus *A* 11 acerso ς accesso *BM* acesso *A* duas .cc. *M* duascen *A et, ut videtur, B* duo c *b* per r et c .e. *ABM* 12 accersere euocare ς accessere enocare *A* accessere uocare *M* arcessio euocare *B* 14 De — 20 sparsa *bis scripta sunt in B* 16 deficiunt ς deficiant *ABM* furio ς 17 ab eo *om. ABM* 19 aput senegam *A* superstitione *M* superstitutione *A* superistione *B priore loco* perstitione *B altero loco* 20 aput *A* pseudulo *A* pseudolo *B* psedulo *M. Plaut. Pseud.* I 2, 31 (164 *R*) uorsa *AB* uersa *M* 22 non *om. ABM* ammittant *M* admittant *B* amittant *A* amittunt ς 24 caninm *AB* caniā *M* Caium ς. *fortasse* Calvum 29 forem *A* fore *BM* 30 deficit *AB* deficitur *M*

p. 375. 76 P.

etiam adsumat fore, quod verbum est apud antiquos, quod dicebant fuo fuas fuat; unde et Terentius ait ||

> fors fuat pol,

et Vergilius

> Tros Rutulusve fuat:

infinitum eius fore.

DE HIS QVAE EX SE NON HABENT PERFECTA SED EX PROXIMIS

Sunt quaedam verba quae nequaquam ex se derivata habent tempora *perfecta*, utuntur tamen proximis, velut ferio perfecto ferii non dicimus sed percussi. item sisto perfecto steti aut statui, quoniam duplici sensu fungitur. item furis furit; furisti nemo dicit sed insanisti. item tollo sustuli: quamquam non nulli ex hoc temptaverunt perfectum facere tuli, quale est ex eo quod est fero tuli, quoniam sustuli ab eo videtur proficisci quod apud veteres reperimus sustollo. item adfero attuli, quoniam et fero tuli dicimus. quamquam et id perfectum quod est attuli ex alio verbo proficisci reperimus apud veteres, ex eo quod est attollo, ut Naevius in Tabellaria

> dotem ad nos nullam attulas.

Plautus pluraliter * conpositum efficit in Rudente 'aullas abstulas', ut sit instans abstulo.

DE HIS QVAE PERFECTVM TEMPVS NON HABENT

Sunt item alia r littera terminata quae, quoniam sua perfecta tempora non habent, usurpant tamen eiusdem significationis verborum perfecta, velut vescor pastus sum facit; ex eo tamen venit quod est pascor. vescitus sum nemo dicit. item arguor convictus sum facit ex eo quod est convincor, habet autem et apud antiquos argutus sum. angor anxius sum; anxius autem nomen est, quod significat sollicitus: reminiscor recordatus sum, operior opertus sum, medeor medicatus sum.

1 qui dicebant ς 2 Terentius] *Hecyr.* IIII 3, 4 4 Vergilius] *Aen.* X 108 5 tros rutulusue *B* tors rutulusue *A* utros rutulus ne *M* 6 fore *B* fare *AM* 8 exe diriuata *A* 9 perfecta *om. ABM* utuntur *AMb* ut unus *B* utimur ς uelud *B* perfecto ferii ς per ferii *ABM* 10 sisto per steti aut statui *AM* sisto perfecti aut (aut̃ *b*) statui *B: cf. Diom. p.* 369 *Charis. p.* 220 13 quale — tuli *om. M* 14 sustulo *Diomedes p.* 369 *Charisius p.* 220 *Priscianus p.* 817 atfero *A* adtuli *M* 15 attuli *A* adtuli *Mb* adtulit *B* 16 attollo *ABM* attulo *b et Putschius* naeuius *AB* neuius *M* Novius *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 53 *et Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 226 18 attulas *BM* atiollas *A* attollat ς attulat *Putschius* 19 pluraliter *om.* ς. *lacunam indicavi, qua et exemplum verbi* attulo *pluraliter a Plauto dicti et quae de verbo* aufero abstuli *dicta erant excidisse videntur: cf. Plaut. Cas.* II 6, 5. *an* Plautus vero aliter? in rudentem *AB* in ridentem *M* ollas *B* ullas *AM* abstollas ς 20 abstullo *M* abstollo ς 22 Sunt — 28 medicatus sum *Charis. p.* 221 quae quoniam non habent sua perfecta tempora usurpant *Charisius* quae tempus non habent quoniam sua perfecta non habent usurpant *AM* quae templis non habent *p*** sua perfecta usurpant *B* quae sua perfecta non habent usurpant *b* 25 conuinctus sum *M* 28 operior opertus *M* operior oppertus *A* opperior opertus *B*

DE HIS QVAE PARTICIPIIS DEFICIVNT

Sunt et alia verba quae, cum solitam habeant ceteram declinationem, nihilo minus participiis deficiunt, quale est timeo. ex hoc vix futurum participium declinamus; item infinitum, quod simile est. timiturus enim non facile reperimus dictum. item fio participium || futurum non habet. futurus enim ex eo quod est sum derivatur. raro etiam instans reperimus, ut fiens dicamus et fientes. item tollo: tolliturus nemo facile dixerit eruditorum. item soleo: soliturus nemo dixerit, vix etiam instans, quasi solens solentes. hactenus de his quae participiis deficiunt.

DE DVBIA VERBORVM CONIVGATIONE

Etiam ipsa verborum coniugatione, prima sit an tertia, item secunda sit an tertia, novitas a vetustate dissentit. nam lavo lavas nos dicimus, illi lavis, ut Plautus in Pseudolo

gestas tabellas, eas lacrimis lavis,

et Vergilius

luminis effossi fluvidum lavit inde cruorem.

sed quidam per i lavit pro umectat et coinquinat intellegi volunt, sed frustra. id enim significat quod lavas per a. denique evidenter 'fluvidum l. i. c.'

DE DIVERSA VERBORVM POSITIONE

Solent in verbis etiam peritiores errare, incerti utrum cum r an sine r debeant proferri. quirito Livius in attico quirit * Varro ad Ciceronem de * Fenestella quiritatur. est autem quiritare Quirites ciere. adsentio Vergilius,

adsensere omnes;

Cicero epistularum secundo ad fratrem 'Philippus' inquit 'adsentit Lentulo'. sed et adsentior Sallustius ait in Catilina, 'alius alii varie adsentiebantur'. adsentio autem observio significat. lacrimo lacrimavi; nec quisquam esse lacrimor credat, quamvis Ovidius dixerit

4 enim non ς non enim *ABM* 11 an tertia — 12 dissentit *om. B, add. b* 12 dissentit *M* dissensit *Ab* lavo] *Priscian. p.* 861 13 pseodolo *M: Plaut. Pseud.* I 1, 8 (10 *R*) 14 labis *A* 15 Vergilius] *Aen.* III 663 17 pro umectat *A* pro humectat *in litura B* per umectat *M* coinquinat *A* 18 euidenter *b* uidenter *B* uidentur *AM* 22 libius *AB* libias *M*: Liuius Varro et Fenestella quiritaui ς in attico *BM* in actico *A* in actiuo *codex Scioppii susp. lect.* V 4 *et Putschius.* in octavo *Müllerus in Varr. de l. L. p.* 268 quiritat *Scioppius l. c. lacunas quibus Livii et Varronis exempla periisse videntur indicari: cf. Varr. de l. L.* VI 68 *p.* 244 *Sp.* 23 de fenestella *post Mercklinum Philol.* III *p.* 151 *defendit I. Poethius de Fenestella dissert. Bonnae a.* 1849 *p.* 6 autem *B* at *AM* quirita.re *A* quirites ciere *AB* quiritescere *M* 24 Vergilius] *Aen.* II 130 26 Cicero ad fratrem inquit adsentio Lentulo ς aepistolarum *AB: Cic. ad Quint. fratr.* II 1, 2 secunda *ABM et codex Scioppii* filippus *A* fylippus *BM* inquid *A* adsentit *B* adsentio *AM et codex Scioppii* 27 salustius *BM: Sall. Cat.* 52 nariae *AB* 28 at obseruio *B* adobseruio *AM* adobseruo *Putschius.* adsentio faueo *gloss Paris. ed. Hildebr.* 29 Ovidius] *fast.* I 339

p. 377. 78 P.

lacrimatas cortice murras.

munero, sed Horatius

muneretur te, Priape.

adfecto, sed Varro 'adfectatus est regnum'. bello, sed Vergilius

bellantur Amazones armis.

sed ne in proferendo singulorum exempla longum faciam, satis erit studioso didicisse quid quo modo dici debeat et ubi possit inveniri contrarium.

DE DVBIA VERBORVM POSITIONE

Sunt praeterea quaedam quorum positionem diversam quam vulgo est apud || veteres reperimus. cui enim in dubium cadit quin abnuo abnuis dicamus? verum apud veteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octavo annalium

certare abnueo, metuo legionibus labem;

idem in Telamone ex eo futurum abnuebunt. item attingo attingis omnium eruditorum consensu dicimus. verum reperimus apud non nullos auctores, quibus eloquentiae et elegantiae tributa est opinio, sine n littera dictum, quasi attigo attigis, ut Pacuvius in Medo

custodite hunc vos, ne quis vim attulat neve attigat;

item Plautus in Mustellaria pluraliter

abscedite. Aedis ne attigatis.

item hortatur quod vulgo dicimus veteres non nulli horitur dixerunt, ut Ennius sexto decimo annalium

prandere iubet horiturque;

idem in decimo

horitatur induperator,

quasi specie iterativa. plaudo frequens est, apud veteres plodo: Cicero de gloria 'o miserum vel potius amentem, de quo necesse erat peius existimare eos qui ploderent quam eos qui non plode-

1 lacrimatas *AB* lacrimatus *M* 2 Horatius] *epod.* 2, 21 3 muneretur tirum ape *B* 4 adperfecto sed sed uarro *B* Vergilius] *Aen.* XI 660 6 satis studiose dixi ς 7 didicisse *Putschius* dedicisse *ABM* inueniri *A* inuenire *M* inniniri *B* 11 et *Putschius* est *ABM*, *om.* ς 13 labem *ABm* labe *M* 14 idem *BM* item *A* telamone *M* telamonem *AB* abnuebunt *Ab* abnuebaut *B* abnue › *M* abnueant ς adtingis *A* omni *ABM* 16 eligantiae *M* 17 adtingo atigis *B* medo *BM* medio *A* 18 et custodite hunc nos ne quis eum attulat neue attigat ς custodite istum nos, ne eum quis attollat (*vel* attulat) neue attigat *G. I. Vossius de analog.* III 37 cústodite istúnc nos ne nim qui áttulat neue áttigat *Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 88. *cf. Non. p.* 246 ne quis eum abstulat *Buschius* ne quis eum attulat *codex Scioppii susp. lect.* V 4 neue *AB* neui *M* neque *codex Scioppii* 19 mustelaria *M: Plaut. Mostell.* II 2, 37 (468 *R*) 20 aedis ne attigatis *Scioppius l. c. et Putschius* taedis ne attigat *ABM et codex Scioppii* telis ne attigant ς 21 ortatur *B* dicimus *AB* dicitur *M* horitur *AB* horum *M* oritur *codex Scioppii* 22 euius *B* 23 libet *codex Scioppii* 25 horitatur *H. Ilbergius apud Vahlenium Enn. poes. rel. p.* 52 horitur *ABM et codex Scioppii* horitor ς 26 plaudo *B* plaudor *AM et codex Scioppii* frequenter ē *M* 27 gloria tertio ordine o miserum *BM* gloria tertio (tertia *cod. Sciopp.*) ordine omnis erum *A et codex Scioppii*: tertio ordine *transposui post* 383, 4 parere amaentem *M* 28 exestimare *B* qui oderunt *B et F. Modius apud Scioppium l. c.* qui odeř *M* quod erunt *A et codex Scioppii* qui ploserunt *coniecit Orellius in Cic. op.* IIII 2 *p.* 488 non ploderent *B*

rent', item in paradoxis Stoicorum apud eundem 'exsibilatur exploditur'; secundum eam consuetudinem qua au syllaba cum o littera commercium habet, ut cum dicimus claustra et clostra, item caudam et codam et similia. pario: cum ex hoc dicamus infinitivum parere tertio ordine, apud veteres parire dictum reperimus, ut apud Ennium

ova parire solent.

item rident procul dubio cuncti dictitant; apud veteres ridunt reperimus dictum, ut M. Brutus de patientia 'inridunt horum lacrimas'. item quod nos auspicatur veteres ospicatur dixerunt: Claudius octavo historiarum 'Flacco ospicatur'. item quod vulgo obsepio dicimus veteres obsipio dixerunt: Caecilius in Hymnide

habes
Miletida, ego illam huic despondebo et gnato saltum
obsipiam.

oleo oles, apud veteres olant: Plautus in Cornicula

facite olant aedes Arabice;

perinde quasi olo olis sit dicendum. item nosco noscis, et huic verbo passim veteres g litteram praeponebant: gnoscit ait Caecilius, quoniam et praepositione addita adgnosco et cognosco dicimus. item eodem modo novi non nulli veterum forma||bant gnovi dicentes. grunnit porcus dicimus; veteres grundire dicebant, ut sit instans grundio: Caecilius

cruento ita ore grundibat miser,

Claudius annalium quinto decimo 'grundibat graviter pecus suil-

non plodere *A et codex Scioppii* non deplorent *M* non ploserunt *coniecit Orellius l. c.* 1 in paradoxis] III 2, 26 aput entem *codex Scioppii* exsibilatur *codex Scioppii et Putschius* insibilatur *ABM* exploditur sine ea consuetudine *ABM et codex Scioppii* 2 qua au *bς et codex Scioppii* quae au *M* qua ea.x. *A* quaetu *B* commertium *BM* 4 pario] *Priscian. p.* 802. 879. 905 tertio ordine *hoc loco omissa post* 382, 27 gloria *habent libri* 5 enium *B. Ennii verba annalibus vindicavit Krahnerus de causis corr. relig. publ. Rom. Halis a.* 1837 *p.* 43; *primo annalium libro tribuerunt H. Ilbergius Enn. annal. lib.* I *fragm. p.* 3. 16 *et Vahlenius Enn. poes. rel. p.* XXI. 5 6 solent *ABM* solet genus pennis condecoratum ς 8 m. brutus *AB* membratus *M* patentia *AM* 9 nos suspicatur *ABMς* nos ospicatur *Papma fragm. hist. Lat. p.* 350 *ed. Haverc.* ospicor *pro* auspicor *dictum hinc citaverunt Forcellinus v.* ospicor *et C. L. Schneiderus gramm. Lat.* I *p.* 59 ueteres ospicatur *A et codex Scioppii susp. lect.* V 2 ueteres sospicatur *BM* ueteres hospicatur ς 10 flacco *AB et codex Scioppii* flaccio *M*, *om.* ς ospicatur *A et codex Scioppii* hospicatur *Bς* sospicatur *Mb* obsopio dicimus ueteres obsopo ς 11 cecilius *BM* in Hymnide *Putschius* in hymnida *BM* im hymnida *A* im hymnita *codex Scioppii*, *om.* ς 12 habes *AMb et codex Scioppii* ubis *B*, *om.* ς 13 Miletida *Bothius poet. scen. Lat.* V 2 *p.* 136 miletidam *ABM et codex Scioppii* mulierculam ς dispondebo *B* et gnato *Spengelius Caec. Stat. fragm. p.* 24 et ex nato *AB et codex Scioppii* et ex tanto *M* ex nato ς saltum *ABM* tum *codex Scioppii* saltem ς 14 obsopam ς 15 olunt ς cornicula *ABMς* Cornicularia *Putschius: cf. Ritschel. parerg. Plaut.* I *p.* 154 16 facite olant *Putschius praeeunte Scioppio* facere olant *ABM et codex Scioppii* olunt ς: *cf. exc. Fest. p.* 28 *ed. Müll.* Arabice olet, id est ex odoribus Arabicis aedes arabicae *AB et codex Scioppii* aedesa Rabicae *M* aedes arabicas ς 18 g *AB* cum *M* gnoscit *AB* ignoscit *M* 19 adgnosco *B* adignosco *M* adnosco *A* agnosco ς eodem modo nonnulli noni ueterum *ABM* 20 formabant cum noni dicebant *M* grunit *AM* 21 cecilius *AM*. Caecilius in Imbris *Nonius p.* 465 22 grundibat *AMb* grund•bat *B* 23 analium *A* sexto decimo *Nonius l. c.* grandibat *A* pecus suillum *Ab* pe•cus s•illum *B* pecus sullum *M*

p. 379. 80 P.

lum'. hinc quoque Grundiles lares dictos accepimus, quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrofae quae triginta pepererat. haec ita esse hoc modo adfirmat Cassius Hemina in secundo historiarum, 'pastorum vulgus sine contentione consentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum et Romulum, ita ut de regno pararent inter se. monstrum fit, sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt laribus Grundilibus'. item vulgo dicimus amplector, veteres inmutaverunt amploctor crebro dictitantes, ut Livius in Odyssea

utrum genua amploctens virginem oraret.

in hoc quidem totum figuravit verbum; amploctens dixit pro amplectens: et amplexens pro amplexans. est enim eius quod est amplector amplexor amplexaris iterativum. ex hoc ergo amplexans, non amplexens fit participium. hactenus de his quae memoria suppeditare potuit. nunc referemus de corruptis.

Analogia apud nos, id est proportio, praetermissis Graecorum ambagibus simplici modo tam in verbis quam in nominibus observatur. in verbis ea videntur verba analogiae respondere quae positionem primam habent ut in activa declinatione in o efferantur, in passiva r addita, et competenter exemplis coniugationum quae demonstravimus declinentur. siqua sunt verba quae ab istis discrepant, corrupta dicimus, quoniam, dum proprio more declinantur, ceterorum corrumpunt analogiam. neque enim [non] est quasi accuso et moneo ita et sum, ut ordini aptari possit; neque volo, quod et ipsum corruptum est, ita declinatur quasi dico dicis; ideoque secernuntur et privatim declinantur. sunt autem admodum pauca, sum et quae ex eo conposita sunt, adsum desum absum possum prosum insum obsum praesum et similia; item volo et quae ex eo conposita sunt, nolo malo et similia; item fero et quae ex eo conposita || sunt, defero infero aufero et similia; item edo et quae ex eo conposita sunt, comedo ambedo et similia; item odi novi memini. haec sunt quasi corrupta verba, quae singula operae pretium esse opinor percensere.

1 Grundiles] *Non. p.* 114 laros *A* accipimus *AM* 2 in honore *M* scrofhe *A* scrophae *B* rarofhe *M* treginta *B*: triginta pepererat porcos ς esse *om. codex Scioppii susp. lect.* V 2 3 emina *A*, *om.* ς 4 uulgus *b*ς uulsus *ABM* praefecerant ς 5 pararent inter se. *I. F. Gronovius obs.* I 10 parent inter se *ABM et codex Scioppii* pares inter se essent ς 6 monstram fit *M* cui rei ς 7 fanum *om.* ς feeerunt *AB* secernunt *M* grundilibus *codex Scioppii* grundulibus *Putschius* grundilis *ABM* grundiles ς amploctor *b* amplector *ABM* amplecto ς: *cf. Priscian. p.* 552 *Cassiod. de orthogr. p.* 2283 8 dictitantes *A* dictantes *BM* libius *ABM*. *ad sextum Odysseae librum rettulit Hermannus elem. doctr. metr. p.* 623 *conl. Hom. Od.* Z 142 9 utrum *in litura b* amploctens *b* amplecteus *AM et codex Scioppii* ampl•cteus *B*: amplecteus dixit et alibi amplexens pro amplexans ς orraret *B* 10 amploctens dixit *B* amplecteus dixit *AM et codex Scioppii* pro ampleteus *codex Scioppii*: pro amplexens *coniecit Scioppius*, pro amplectans *Putschius* 11 amplexor amplexaris *AB* amplexor amplexeris *M*ς 12 amplexens non amplexans *ABM*ς fit ς sit *ABM* 13 subpeditare *AM* 15 id est *B* i est *M* ·i ē *A* 21 analogiam *Bm* analogian *A* analogia *M* neque enim non est *AB* spe quae cui ñ ē *M*: neque enim est qui quasi accuso et moueo ita sum ordini ς 22 ita ut sum ut *BM* ita ut sum *A* ordini *AM* ordinem *B* 29 Sed haec sunt *B*

Sum verbum in primis corruptum est, non tantum propter ceterorum declinationem sed et ipsa positione, quoniam nullum in toto sermone tale est, nisi quae ex eo conposita sunt. id verbum et perfectum eius solet adiungi participio passivo et finitivum perfectum significat, quasi amatus sum amatus fui et similia. id verbum deficit participio temporis instantis. ex hoc verbo conpositum est prosum. sed prosum adicit d litteram, quasi prosum prodes prodest; cetera similiter declinantur, ideoque nec id verbum participium admittit temporis instantis. item possum, quod ex eo conpositum est, t litteram admittit, quasi possum potes potest; cetera similiter declinantur, nisi quod neque futurum infinitivum aut participium admittit, cum principale eius habeat. ex eo enim quod est sum futurum participium futurus facit, ex eo quod est prosum profuturus: nihil tale admittit hoc, nec praesens participium. nam potens appellatio *est*, non participium. est enim quod Graeci dicunt ὁ δυνατός, οὐχ ὁ δυνάμενος. cetera quae ex eo quod est sum conposita sunt similiter declinantur. possum tamen non nulli veterum et passiva declinatione figurarunt, potestur et possuntur; et quitur et quitus sum apud non nullos veterum reperimus, quod est ei synonymon. et hanc adnotant in illis non nulli differentiam ut activa declinatione ad personam feratur, quasi possum ego potes tu potest ille facere ut * quasi tam prona facilisque est ut fieri possit. subtilis adnotatio, verum parum usitata. sed quoniam esse dictum rettulimus, apud quos sit dictum adfirmabimus. Attius quitus sum ponit pro quivi hoc modo,

nam *neque* pretio neque amicitia neque vi impelli neque prece
quitus sum,

idem alibi eodem modo 'unde omnia perdisci ac percipi queuntur'; Caecilius praeterea

si non sarciri quitur.

item potestur apud Ennium reperimus, 'nec || retrahi potestur imperiis'. Scaurus de vita sua tertio poteratur etiam sicut possitur dictitat. ex eodem etiam potis sit dicebant, item potis est pro potest, ut apud eundem Ennium

5 defecit *AM* 6 d *A* o *BM* 7 verbum] tempus *ABM* 11 principio *ABM* principium ς habeat ς habebat *ABM* sum futurum possum dixit (dicit *B*, *om. M*) futurum facit *ABM* sum futurum facit ς 12 admittit haec praesens participium *ABM* admittit hoc praesens tempus eus participium ς admittit hoc, neque praesentis temporis participium *Buschius* 13 appellatio non *AB* appellatione *M* 14 odynatos odynamenos *A* oydinatos odynamenos *M* odynatus odynamenus *B*: *cf. p.* 356 16 potestor et possuntor et quitor *AB* potestor epossunt et quitor *M* 18 ei synonymon *AB* tysinonimon *M* trisynonymum ς adnotant *m*ς adnotat *ABM* 20 *lacunam indicavi, qua passivae declinationis ad rem, non ad personam relatae definitio hausta est:* facere. passiua ad impersonalem modum potestur possuntur. subtilis ς facilisquae *AM* possit *AM* possum *B* 21 retulimus *BM* 22 actius *B* 23 nam neque ς: neque *om. ABM* praetio *AM* praecio *B* amititia *A* amicicia *B* impelli *b*ς impellit *AB* inpellit *M* 24 praece *AM* 26 *trimetrorum particulas ita disposuit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 189, unde ŏmnia . . . perdisci ac pĕrcipi Queúntur quaenuntur *ABM* 27 cecilius *BM* 28 sarcire ς 29 potestur *priore loco* ς potestor *AB* potest *M* 31 dicebant *B* dicebat *AM* 32 *Ennii versum ex*

p. 381 P.

quis potis ingentis oras evolvere belli,

et Vergilius

at non Euandrum potis est vis ulla tenere.

nec non pote veteres crebro dicere reperimus. proximo utar exemplo: Persius ait

qui pote? vis dicam? nugaris.

cuius futurum dicitur potero et potuero, sed potero magis finitivum, potuero subiunctivum, quasi cum potuero.

Est et volo corruptum. positionem quidem habet talem velut cetera quae analogiae parent, quoniam in o terminatur; sed in ceteris confundit declinationem. nullo enim exemplo analogiae declinatur, sed volo vis vult. id verbum deficit futuro infinitivo et participio futuro, quod semper ex infinitivo derivatur. ex hoc verbo conposita sunt malo nolo. mendose qui geminant l litteram et enuntiant *mallo nollo*, quoniam principale eorum unam habet. est enim volo, et conpositione prima decidit syllaba, sequens non inmutatur, quasi nolo malo. cetera declinatione similiter principali declinantur. apud veteres reperimus id quod nolumus non vultis * ut est in Aethrione apud Caecilium

actutum, vultis, empta est; noltis, non empta est.

ex hoc vulgo faciunt imperativum noli. melius est dicere nolis nolit, quoniam ex principali eius velis velit dicimus ut Horatius 'modo velis, quae tua virtus, expugnabis'.

Est et fero corruptum, et id verbum positionem quidem habet competentem analogiae, quoniam in *o* effertur, sed corruptum est, quoniam nullo modo coniugationum declinatur. fero fers fert declinamus, et est passivum feror fereris, et conposita per omnia similiter declinantur, defero confero et cetera similia. sed passiva declinatio non inconpetenter analogiae declinatur.

Est *et* edo corruptum, quoniam edo *es* est declinatur, ut apud Vergilium

est mollis flamma medullas.

sexto annalium libro citaverunt Macrobius sat. VI 1 *et Quintilianus* VI 3. 86 1 qui ς orase noluere *B* orare noluere *A et codex Scioppii susp. lect.* IIII 22 oras euolare *M* causas euoluere ς bellis *M* 2 Vergilius] *Aen.* XI 148 3 et non *B* potis est *AB* potest *M* 4 veteres] potes *ABM* potest *codex Scioppii* pro potes ς pro potest *Buschius* pro potis *Caesarius* proximo ut exemplo *ABM* proximo ut exemplo utar ς 5 Persius] I. 56 7 dicit *ABM* 10 terminatur *b*ς terminantur *ABM* 12 defecit *M* defiat *A* 14 mallo nollo *om. ABM, add.* ς 17 id quod non uultis noltis ut ς. *lacunam qua veterum declinatio* nolumus noltis *excidit indicavi. an* ita quoque, nolumus noltis pro non uultis, ut? 18 est in etherione apud lucilium *ABM* est in etheriore apud lucilium *codex Scioppii susp. lect.* IIII 22 est apud lucilium ς 19 actutum *recenti manu adscriptum est in M* actinum *BM* acti*um' *A, om.* ς: apud Caecilium Statium *coniecit I. Beckerus Philol.* IIII *p.* 78 emta noltis *codex Scioppii* 21 Horatius] *sat.* I 9. 54 22 quia tua uirtus expugnabilis est ς uirtus est *AB* expugnabis *B* expugnabi *A* expugnabit *M* 23 conpetenter *M* 25 fert *Ab* ferit *B* fertur *M* 26 fereris *ABM* ferris ς 27 declinatione *M* 29 et *om. ABM* es *om. ABM, add.* ς apud Vergilium] *Aen.* IIII 66

huius infinitivum instantis et perfecti similiter declinatur, quasi esse, et conposita similiter, comedo am||bedo. in passivo autem declinatur edor ederis estur; *participium* praeteritum esus. item ambedor et comedor, quae declinatio non minus et ipsa secundum analogiam declinatur. de cuius perfecto ambigitur apud veteres, comestus an comesus et comesurus. sed Didius ait de Sallustio 'comesto patrimonio': Valgius autem de translatione 'comesa patina'; similiter et Varro, et ita melius, quasi adesa et ambesa, ut Vergilius

ambesas malis subigat absumere mensas.

Est et odi corruptum. accipitur enim pro instanti et perfecto, quasi μισῶ καὶ μεμίσηκα. non nulli distinguendi temporis gratia perfecto declinant exosus sum et perosus sum illum; similiter et plusquamperfecto. semper enim ex eodem horum temporum est declinatio. imperativum non habet quasi futuri nec futurum infinitivum nec participia. id verbum in significatione passiva, id est μισοῦμαι, aliter formari non potest quam si dicas odio sum illi, et ita declinatur. simile est huic memini. et huic verbo putant idem instans et perfectum esse * memor sum. id verbum idem habet infinitivum instans et perfectum, quasi meminisse. futurum infinitivum non nulli declinant, quasi memorem futurum. alii temptant ex superiore verbo declinare, quasi perosum futurum * sit certe nec memini participia admittit instantia. est tertium his simile, ut quidam putant (nec enim defuerunt qui hoc verbum praesentis temporis esse dicerent), novi novisti novit; et id simile est instanti et perfecto, ut memini. non nulli et in hoc faciunt discrimen, ut sit perfectum notum habui. nec refert si ex diversa positione diversum declinationis modum tempore admittunt perfecto. sunt enim corrupta. imperativum quasi futuri non habet. infinitivum instans a perfecto non nulli ita distingunt ut sit nosse instantis, novisse perfecti. alii similiter declinant utrumque tempus, quasi nosse, ut meminisse. apud veteres pluraliter huius verbi instans colligitur, cum nomus dicunt pro eo quod est novimus, ita ut Ennius in Lustris

1 perfectum *ABM* 3 estor praeteritum esus (essus *B*) *ABM* estur participium esus ς 5 ambiguitur *AM* 6 didius *ABM et codex Scioppii susp. lect.* IIII 22 Didymus ς Epidius *coniecit G. Linkerus Sall. hist. prooem. p.* 90. *ad declamationem de Sallustio* 7, 20 *p.* 1068 *ed. Cort.* patrimonio non comeso sed devorato *rettulit C. Colerus in Valer. Max.* VIIII 12 *ext.* 6 ait *AB* et *M* salustio *Mb* salustius *B* comesta patrimonia ς patromonio *M* Valgius ς *et codex Scioppii* uulgius *ABM* autem *AB* ac *M* 7 tralatione *A* comessa *B* Varro] *r. r.* I 2, 11 num cena comessa, inquit, venimus? 8 Vergilius] *Aen.* III 257 9 adsumere *A* 11 moso ceme misica *A* misoai caceme misica *M* miso cacemisica (*primum* c *in litura*) *B* 12 exosum et perosu···· (perosum *b*) illum *B* exosum ut perosum illum *M* exosum ut perosusum illi *A* exosus et perosus ς exosus sum ut perosus sum illi *Putschius* 15 misume *ABM* quam si *m* quasi *ABM* nisi ς 17 idem *AB* item *M* *excidisse videntur quaedam quibus instans et perfectum tempus ita distingui dictum erat ut perfecto* memor sum *diceretur: cf. Charis. p.* 229 20 uerbo ς uerbum *ABM* decliuare *corr.* -ri *M* declinari *AB* quasi futurum perosum et quemadmodum superius illud sic certe ς 24 ut sit ς ut est *AM* ut semper *B* 25 tempore ς temporum *ABM* 26 non *om. B, add. b* infinitiui *ABM* 29 pluralem *ABM et codex Scioppii susp. lect.* IIII 22 pluralis ς collegitur *M*

p. 382. 83 P.

nos quiescere
aequum est? nomus ambo Vlixem.

apud veteres alio modo ex hoc verbo formatam reperimus declinationem, quasi nosco, ut sit instans. quibus ad||nuere libuit, cum exemplis cognoscerem, quale est apud Vergilium 'nosco crines'. ex quo fit conpositum cognosco cognovi, item agnosco agnovi. ex quo non nulli veterum declinaverunt agnotum et agnoturum, ut Brutus in epistolis. item agnotinum dixerunt. hactenus de corruptis, quorum perfectas declinationes in superioribus habemus.

DE CONIVNCTIONE TEMPORVM

Qualitates sermonis certissimas, quibus tempora copulata sermone conectuntur, ita accipimus, finitivam optativam subiunctivam, quas notas tibi certo scio. id aeque scies, quid quaeque significet, simul, quod non alienum sit eo quod scribere tibi paravimus, tempora quoque omnia principalia et quae ex his derivantur ista esse, instans, quod et praesens, praeteritum inperfectum, perfectum, plusquamperfectum, futurum. de quibus disserere non longe alienum praesenti desiderio tuo est, quibus temporibus, ut breviter dicam, universa nobis administratur oratio. igitur ista tempora, quoniam modo finitiva, non numquam optativa, saepenumero subiunctiva sunt, sic nobis subiunguntur. sermo, dum finitivus est, absolutive effertur, aut dum optamus, aut dum, *ut* repleatur sensus, necessario subiungimus, unde subiunctiva quoque appellata est verbi qualitas. iunguntur igitur inter se tempora hoc modo.

DE MODO FINITIVO

Iungitur instans tempus modi finitivi instanti finitivo, ut Cicero 'de te autem, Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt, cum tacent, clamant'; item Terentius

cum placo, adversor sedulo et deterreo,
tamen vix humane patitur:

iungitur idem instans et subiunctivo instanti, veluti dico ut audias, aro ut semines, scribo ut legas; ut Terentius

2 equum *M* 4 exemplis *M* exemplum *B* exemplo *A* cognoscere *B* 5 apud Vergilium] *Aen.* VI 810 6 cognusco *M* item] ut *AB*, *om.* *M* agnosco agnoui ς ignosco ignoui *BM* ignosco innoui *A* 10 DE CONIVNCTIONE — 400, 22 populus patitur] *adscripta est discrepantia codicis Parisini* 7530 (*p*) DE ORDINATIONE UERBI ID ÷ TEMPORUM IUNCTIONE | Qualitates uerborum quibus tempora copulata sermone conectuntur *p* 11 Qualitates — 391, 17 corrigi *Charis.* *p.* 233 *sqq.* 12 istas accepimus *Charisius* finitiuam optatiuam imperatiuam subiunctiuam *p* 13 id neque (id**q**** *B* id eque *b*) scies quidque *ABMp* ideoque de his quid quaeque *Charisius* significet *AB* significat *M* significent *p* 14 eo] et *ABMp* 15 ista *p* ita *ABM* quod *B* quo *AM* 17 est de quibus *p* 21 effertur *Charisius* efferitur *p* efferimus *ABM* aut dum ut *Charisius* aut dum *ABp* ut dum *M* 24 DE FINITIUA QUALITATE *p* 25 Cicero] *in Catil.* I 8, 21 26 quiescunt *ABM* querunt *p* 27 clamant *AMp* laniant *B* Terentius] *Adelph.* I 2, 64 28 cumplaco *B* cū placa *M* cum placu *A* cum placeo *p* cum placor *Putschius* aduersus saedulo *M* 29 tamen *ABM* tam *p* umane *B* humanae *AM* 31 Terentius] *Andr.* II 3, 14

ducas volo || hodie uxorem:

item imperativo modo, veluti 'ego quod res est ita dico, tu conicito cetera'; ego scribo, tu lege; ego lego, tu audi: item infinitivo instanti, veluti

meditor esse adfabilis,

et bene procedit,

item

credo ita videri tibi,

et 'credo vos, iudices, mirari', volo videre, volo discere: item infinitivo futuro, veluti puto ita eventurum, et 'nempe opinor dicturum patrem': item infinitivo praeterito, veluti

gloriare evenisse ex sententia,

et 'videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae'. iungitur finitivi modi tempus inperfectum modi subiunctivi tempori inperfecto, ut

mirabar hoc si sic abiret, et eri semper lenitas

verebar quorsum evaderet,

et

hic solebamus fere

plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.

iungitur perfectum tempus modi finitivi instanti imperativo, veluti

ita ut dixi facite, Sostrata,

et

fac, ita ut iussi, deducantur isti:

item inperfecto finitivo, veluti

venit et ad ripas, ubi ludere saepe solebat:

item inperfecto subiunctivo, veluti dum hic veniret locum relinquere noluit: item futuro subiunctivo, veluti dixi, feceris; iussi, tu obedieris: item instanti infinitivo, veluti quaerere constituit, facere consuevit: item praeterito infinitivo, veluti 'dixi ego in senatu caedem te optimatium contulisse': item futuro infinitivo, veluti

1 hodie *Ba* hodie ••••• *M* odie *A* odii *p* 2 id quod res est dico ς ego quod res est id dico *Putschius. cf. Ter. Phorm.* I 3, 14 iam depecisci morte cupio; tu conicito cetera conicceto *AMp* 5 meditor] *Ter. Adelph.* V 6, 8 8 credo ita] *Ter. Hec.* I 2, 66 9 credo vos] *Cic. pro Rosc. Amer.* 1 10 nempe] *Ter. Andr.* II 3, 13 12 gloriare euenisse *A* glori•• (glorior *b*) euenisse *B* gloriare uenisse *p* gloriari se euenisse *M. Ter. Heauton tim.* IIII 5, 17 13 videor] *Cic. pro Cael.* 2, 5 iacisse *B* 14 tempori *b*ς tempore *ABMp* 16 mirabar] *Ter. Andr.* I 2, 4 et — 17 evaderet *om. p* semper *om.* ς 17 quorsum *B* quossum *A*, *in lacuna sex litterarum om. M* 19 hic *BMp* hoc *A. Ter. Phorm.* I 2, 39 20 operiri *BM* inde iret *BM* inde ire *p* indieret *A* 22 ita] *Ter. Adelph.* IIII 5, 1 ut *om. p* facite *AM* face *p*ς: facientus (-tos *b*) ostratu *B* 24 fac ita ut *B* facit aut *AM* fata *p* face ut ς. *Ter. Eunuch.* II 1, 1 deducantus isti *ABM* deducant *p* 25 inperfecto *pb* perfecto *ABM* 26 ueni et *p. Ovid. metam.* I 639 ludere solebant *p* 28 iussu si tamen *A* inssis si tamen *p* iussus tamen *M* ego iussi tu *b in litura* 30 dixi] *Cic. in Catil.* I 3, 7 caedem te ς caedente *AMpb* caede te *B*

nam constitui cum quodam hospite
me esse illum conventuram,

et

me tum [cum] uxorem credidisti scilicet
ducturum.

iungitur plusquamperfectum tempus finitivi modi instanti finitivo, veluti

dixerat ille, et iam per moenia clarior ignis
auditur

* iungitur instans finitivorum futuro finitivorum, ut apud Vergilium

quamquam animus meminisse horret *luctuque refugit*,
incipiam;

et est quamquam horret, incipiam: item instanti subiunctivorum, *veluti dico quamvis intellegas: item perfecto subiunctivorum*, veluti dico quamvis intellexeris. reperimus apud veteres instans finitivorum iungi etiam inperfecto subiunctivorum, quod raro fit, cuius exempli prodendi gratia vel sola Tulliana sufficit auctoritas. ait enim in Rosciana sic, 'cum nulla proscriptionis mentio fieret, cum etiam omnes qui antea metuerant redirent ac iam || defunctos se periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sexti Roscii'. iungitur inperfectum finitivorum inperfecto subiunctivorum, veluti dicebam quamvis intellegeres: item idem tempus iungitur et plusquamperfecto subiunctivorum, veluti dicebam quamvis intellexisses. item iungitur perfectum et *plusquamperfectum finitivorum inperfecto et* plusquamperfecto subiunctivorum, veluti dixi quamvis intellegeres, *dixi quamvis intellexisses*, *dixeram quamvis intellegeres*, dixeram quamvis intellexisses. item futurum finitivorum iungitur praesenti subiunctivorum et praeterito perfecto et futuro et optativorum futuro ita, dicam quamvis intellegas, dicam quamvis intellexeris, dicam si intellexeris, dicam ut intellegas. non numquam iungitur

1 nau *p. Ter. Hec.* I 2, 120 hospitem esse *ABM* hospite esse ς: hospite me *om. p* 2 illam ς conuenturum *p*ς 4 me tum cum *AB* me num cui *M* metu cum *p* cum me tum ς. *Ter. Adelph.* V 3, 25 credidistis *A* 7 dixerat] *Verg. Aen.* II 705 9 *lacuna quam indicavi reliqua pars plusquamperfecti temporis et integra futuri definitio cum suis exemplis perierunt. eam excipiebat initium novae de temporibus modi finitivi disputationis, qualis est apud Charisium p. 234 sq.* instans finitiuum (finitino *B*) futuro (futurum *M*) finitino *ABMp* apud Vergilium] *Aen.* II 12 10 luctuque refugit incipiam *om. ABMp. add. Charisius* 13 subiunctiuo *ABMp* veluti — 14 subiunctivorum *om. ABMp* 15 instans *p* instantis *ABM* 16 fit *Charisius* fuit *ABMp* exemplum *p* 17 sufficit *AM* sufficiet *B* sufficeret *p* sufficiat *Charisius* in ruscinna *B. Cic. pro Rosc. Amer.* 8, 21 18 omnis *A* 19 metuerant *ABp* meamauerant *M* meruerant ς redire *p* ac iam *Mp* aciem *A* etiam *B* defunctos se *M* defunctos esse *AB* infunctus esse *p* esse defunctos ς sese defunctos *Putschius* 20 refert *M* tabulas *Charisius* tabulis *BMp* tabolis *A* sexti roscii *AMb* te roscii *B* exti roseus *p* 21 veluti dicebam — 27 subiunctivorum *om. p.* 23 iungitur perfectum et plusquamperfecto (-tum *A*) subiunctiuorum (*rell. om.*) *ABM* 25 ueluti dixi quamuis intellexisses (*rell. om.*) *B* dixi quamvis intellexisses dixeram quamvis intellegeres *om. AM* 28 dicam quamvis intellexeris — 29 intellegas *om. p* 29 ut *Charisius* si *ABM*

perfectum finitivorum futuro optativorum, veluti dixi ut facias. ceterum et inperfecto subiunctivorum iungi diximus, sed hanc adfert differentiam, ut intersit utrum dixi ut faceres an dixi ut facias enuntiemus, quoniam in superiore, dixi ut faceres, et tempus quo *dixi et tempus quo* ut facias dixi praeterisse significat; in eo vero quod est dixi ut facias dicti tempus praeteritum significat, facti in futuro suspendit, cum adhuc, quoniam fieri possit quod iussit, incertum sit fiat necne.

DE SVBIVNCTIVIS

Item subiunctiva vicissim inter se iunguntur hoc pacto: inperfectum inperfecto sic, dicerem si scirem; plusquamperfectum plusquamperfecto sic, dixissem si scissem; item inperfectum plusquamperfecto sic, scriberem tibi si scissem; et versa vice plusquamperfectum inperfecto sic, scripsissem tibi si scirem. et priore quidem sermone, scriberem tibi si scissem, significat fuisse se scripturum vel semel, si saepius cognovisset; sequenti, scripsissem tibi si scirem, significat saepe se scripturum fuisse, si vel semel sciret. siquid difficultatis in se habere videbitur res, non mihi inputabis; poterit tamen haec, qualiscumque est, praesentia communi corrigi.

DE OPTATIVIS

Sermo Latinus duobus modis intellegitur, aut per inperfectum aut per futurum optativorum: sic per futurum, quotiens aut instans aut futurum finitivorum praeponitur, veluti dico ut facias, dicam ut facias; quotiens autem aut inperfectum aut perfectum aut plusquamperfectum, per inperfectum, velu||ti dicebam ut faceres, dixi ut faceres, dixeram ut faceres. sin autem longus sermo effertur, adiuvationis causa recipitur futurum subiunctivorum et plusquamperfectum optativorum, veluti dico ut facias et cum feceris mittas, dicam ut facias et cum feceris mittas; dicebam ut faceres et cum fecisses mitteres, [si dicerem faceres, si dixissem fecisses, si dicerem fecisses, si dixissem faceres] dixeram ut faceres et cum fecisses mitteres.

4 dixi et tempus quo *om. ABMp*, *add. Charisius* 6 facti in futuro *Charisius* in facti futuro *AMp* facti futuro *B* 7 possit *Charisius* posses *ABM* posse *p* 11 scriberem] dicerem *ABMp* 13 significat saepe scripturum fuisse, si vel semel sciret *Charisius* 15 significat scripturum fuisse vel semel, si saepius cognovisset *Charisius* 17 tamen haec *AM* haec tamen *p* haec *B* 18 De optativis *om. ABMp*
23 dixeram ut faceres dicam ut facias sin *ABM* 24 efferetur *p* adiuationis *p* adunationis *ς* 25 dico ut facias et cum feceris mittas dicebam ut faceres et cum fecisses mitteres dixi ut faceres et cum fecisses mitteres dicam ut facias et cum feceris mittas si dicerem faceres si dixissem fecisses si dicerem fecisses si dixissem (dixerem *A*) faceres dixeram ut faceres et cum fecisses mitteres *Ap* dico ut facias ········ et cum feceris mittas dic···· ut fac···· (dicebam ut faceres *b*) et cum fecisses mitteres dicam ut facias et cum feceris mittas faceres si dixissem fecissem fecisses si dixeram ut facias et cum fecisses mitteres *B* dico ut facias et cum feceris mittas dicebam ut faceres et cum fecisses mitteres (*rell. om.*) *M* 27 si — 28 dixissem faceres *ex definitione subiunctivorum huc inlata esse videntur*

p. 386. 87 P.

Superest ut de coniunctionibus dicamus, quae cuique qualitati iungantur.

Cum iungitur modo finitivis modo subiunctivis, veluti cum dico, cum dicebam; item ceteris finitivis temporibus: subiunctivis quoque sic, cum dicam, cum dicerem; item ceteris subiunctivis temporibus. sed interest utrum finitivis an subiunctivis iungatur. finitivis enim iungitur, quotiens ad id tempus quo agebam refertur, veluti 'cum declamo venit', id est ipso tempore quo declamo, cum declamabam [venisset], id est ipso tempore quo declamabam * ut apud Vergilium

cum venit, aulaeis iam se r. s. a. c. s. m. l.

id est tempore ipso quo venit; et apud Ciceronem 'tantum profeci tum cum te a consulatu reppuli', id est ipso tempore quo reppuli profeci. sic quoque modo finitivo tempori futuro iungitur, ut apud Vergilium

cum dabit amplexus a. o. d. f.

id est ipso tempore quo dabit amplexus et figet oscula; sic et Cicero 'an cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas?' significat enim ipso tempore invidia esse conflagraturum quo vastabitur Italia et tecta ardebunt. hoc pacto iungitur finitivis; subiunctivis vero, cum post factum aliquid perfectum significat, veluti 'cum venisset, declamavi'. significat enim prius venisse eum et sic se coepisse declamare, ut apud Ciceronem 'cum ille homo audacissimus conscientia convictus primo reticuisset, patefeci'. nam primum Catilina tacuit et tunc Cicero patefecit.

Item si modo finitivis modo subiunctivis iungitur: finitivis sic, si venio, si ve||niebam; item et ceteris finitivis temporibus: subiunctivis vero sic, si veniam, si venirem, et ceteris item subiunctivis temporibus. sed finitivis iungitur hoc modo, quotiens res facta significatur, veluti apud Ciceronem 'si inlustrantur, si erumpunt omnia'. nec enim dubitat an

1 Superest — 395, 9 revertantur *Charis. p.* 200 *sqq.* quae cuique *Ap* quaecunque *BM* iunguntur *p* iungatur ς 7 veluti — 11 venit *om. p* cum declamo *Charisius* cum dicam. o *AM* cum dic.... *B* cum dicebam *b* 8 quo declamo *Charisius* quo declamabo *ABM* uenisset *AB* uenisse *M*. venit *scribendum fuit, nisi ex subiunctivis inlatum esse videretur* 9 *lacunam qua perfecti temporis cum* cum *coniunctione positi definitio excidit indicavi* apud Vergilium] *Aen.* I 697 cum venit, aulaeis iam se regina superbis Aurea conposuit sponda mediamque locavit 10 anlais *AB* alais *M* 11 apud Ciceronem] *in Catil.* I 10, 27 profeci tum cum *b*ς profecti tum cum *p* profecium cum *B* profectum cum *AM* 12 te a consulatu rep— *in litura b* tempore *ABMp* 13 iungitur *p* coniungitur *ABM* apud Vergilium] *Aen.* I 687 cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet 16 sic — 20 finitivis *om. p* Cicero] *in Catil.* I 11, 29 17 uexantur *B* ardebant *M* 18 exestimans *B* exestimas *b* existimas jnuidiae incendio conflagraturum *Caesarius* invidia esse] inuidia se *AM*ς inuidias et *B* inuidia ipsum *Caesarius* 21 uenisset *AB* uenissem *M* deuenisset *p* uenisse tum et sic caepisse declamare *M* deuenisse et tunc se declamare *p* 22 apud Ciceronem] *in Catil.* II 6, 13 23 conscientia conuictus *om. p* conuictus *Charisius* conuinctus *ABM* retecuisset *p*: reticuisset, postremo patefecit (*rell. om.*) ς 26 veniebam *Charisius* ueniebat *ABM* uenibat *p* 28 apud Ciceronem] *in Catil.* I 3, 6 29 si illustrant *p*

p. 387. 88 P.

inlustrentur, sed quia inlustrantur, suadet ut mutet Catilina mentem. et Vergilius

si te fata vocant.

sic quoque et perfecto iungitur, ut apud Vergilium

si potuit manes arcessere coniugis Orpheus;

adfirmat enim potuisse: item apud Ciceronem 'quid? si haec, non dico maiora fuerunt in Clodio quam in Milone'. subiunctivis vero iungitur, quotiens condicionalis et incertus est sermo, veluti si facias, si faceres. qui enim sic loquitur non factum interim declarat.

Dum iungitur finitivis, veluti dum venio. quotiens vero pro eo quod est dummodo ponitur, subiunctiva recipit, ut apud Vergilium

dum conderet urbem,

id est dummodo conderet. dum etiam, si alius praeponitur sermo declinationis, ad illum reformatur, veluti 'petebas ut dum venires facerem'. sic quoque recipit subiunctiva.

Donec iungitur subiunctivis, ut donec veniam.

Item num, si praepositum fuerit illi aliud verbum finitivum, recipit subiunctiva, veluti Cicero 'interrogavi num dubitaret eo proficisci', ut sit species relativa. fere enim praeposito finitivo verbo parti orationis coniunctivae subiungitur species subiunctiva, veluti nescio quid dixerit, quare venerit, nescio cur dixerit, et cetera similiter [aliter vero finitiva], ut apud Ciceronem 'credo ego vos, iudices, mirari quid sit quod ego potissimum surrexerim': quamquam idem Cicero in eadem aliter enuntiavit 'non est quod metuas, Glaucia, non te scrutor, siquid forte ferri habuisti'. aliter vero finitiva, ut apud Terentium 'numquid me tibi opus est?' item quare venisti? cur dixisti? cur id fecisti? et similia, quia non praeponitur verbum.

Item quamvis et licet recipiunt subiunctiva, veluti quamvis venires, et apud Vergilium ||

quamvis Elusios miretur Graecia campos;

item licet venias.

Item quamquam finitiva recipit, sicut apud Vergilium diximus

quamquam animus meminisse horret.

Item dummodo subiunctiva recipit, veluti dummodo venias.

2 Vergilius] *Aen.* VI 147 3 fata *Bp* facta *A* uano *M* 4 apud Vergilium] *Aen.* VI 119 5 manem *p* coniugis orpheus *p* co *ABM* 6 apud Ciceronem] *pro Mil.* 13, 35 haec quae dico ς 11 ponitur *p* ponetur *AM*: ponitur — 13 dummodo *om. B* apud Vergilium] *Aen.* I 5 13 praeponitur *Charisius* praeferitur *ABM* proferitur *p* 16 donec ueniam donec uenero *p* 17 recepit *M* 18 Cicero] *in Catil.* II 6, 13 quaesivi quid dubitaret proficisci eo quo iam pridem pararet dubitare *M* 19 praeposito *Charisius* praepositio *ABMp* 20 coniunctivae *Charisius* subiunctiuae *ABMp* specie *AM* 21 aliter vero finitiva *om. Caesarius* aliter uero subiunctiuis ς 22 apud Ciceronem] *pro Rosc. Amer.* 1 23 in eodem *ABM*. *Cic. pro Rosc. Amer.* 34, 97 24 glautia *A* clautia *M* 25 apud Terentium] *cf. Charis. p.* 202 28 recipiunt ς recipit *Bp* recepit *AM* 29 apud Vergilium] *georg.* I 38 32 apud Vergilium] *Aen.* II 12 33 meminisse horret *p* mho *ABM* 34 recepit *M*

p. 388. 89 P.

Item ut recipit finitiva acuto accentu elatum. effertur autem, quotiens pro eo accipitur quod est quo modo, ut apud Ciceronem 'ut sustinuit, immo vero ut contempsit?' id est quo modo. quotiens vero pro eo quod est apud Graecos *ἵνα* accipitur, optativa recipit, veluti ut faciam. non numquam tamen et accentu acuto elatum recipit subiunctiva, praeposito sane finitivo *verbo*, more quo supra formari relativa diximus, ut apud Vergilium

infandum, regina, iubes renovare dolorem
T. u. o. e. l. r. e. D.

id est quo modo eruerint.

Item utinam recipit optativa, veluti utinam veniat.

Item ne acuto accentu elatum imperativa recipit, veluti ne fac. quotiens vero gravi accentu pro eo quod est apud Graecos *ἵνα μή* accipitur, optativa recipit, ut apud Horatium

ne facias quod
Numidius quidam.

[dixi mihi placet] non numquam vero, etiamsi acuto accentu efferatur, optativa quoque recipit, veluti ne venias, ne scribas. sed interest inter hoc et illud quod diximus ne fac, quod hoc imperamus, superius suademus. recipit quoque id ipsum acuto accentu elatum finitiva, quotiens *εἰρωνικῶς* accipimus pro eo quod est apud Graecos *ναί* rei factae adfirmatione, quod est apud Ciceronem 'ne illi vehementer errant'. adfirmat enim illos vehementer errare. quotiens verŏ rei dubiae et quasi condicionali aptatur, recipit et subiunctiva eodem accentu elatum, ut apud Ciceronem 'ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus'.

Item postquam modo finitiva modo subiunctiva recipit: finitiva sic, quotiens iunctum accipitur, ut est apud Vergilium

postquam res Asiae P. e. g. i. v. s.

id est postquam visum est superis; subiunctiva vero, quotiens secernitur, veluti 'post ‖ finis quam factus esset' et similia.

1 elata *ABMp* relatum *codices Charisii* 2 apud Ciceronem] *pro Mil.* 24, 64 3 ut tempsit *p* 3 id est quomodo *pb* id est quomodo id est *AM* id est quomodo •••• *B* 4 ina *ABM*, *om. p* optatiua recipit *p et Charisius* optatiuis iungitur *BM* optatiuis uero iungitur *A* 5 accentu acuto relatum *Apb* accentu auctore latum *BM* acuto accentu elatum *Charisius* recepit *B* 6 verbo *Charisius* modo *p*, *om. ABM* formari relativa *Charisius* forma relatina *AB* forma relatino *M* forma relatina *p* 7 apud Vergilium] *Aen.* II 3 8 infandum regina iubet renouare dolorem (*rell. om.*) *p* infandum r. i. d. *ABM* 9 I *om. ABM*, *add. b* 11 recepit *M* 12 recepit *M* veluti — 14 ut *om. p* 13 *ἵνα μή Charisius* M.N. *BM* Mh *A* 14 recepit *M* apud Horatium] *sat.* I 1, 94 17 dixi (dixit *p*) mihi placet *om. Charisius* efferatur *Charisius* efferetur *ABM* effertur *p* 18 inter hoc *Charisius* inter haec *AMp* inter hare *B* 20 recepit *AM* id ipsum *p* idem ipsum *ABM* 21 ironicos *AB* yronicos *M* ironicor *p* ne rei factae adfirmatione *ABp* ne rei factae admiratione *M* *ναί* facta affirmatione ς 22 apud Ciceronem] *in Catil.* II 3, 6 24 recepit *M* apud Ciceronem] *pro Rosc. Amer.* 18, 50 25 erici *Ap* ersci *BM* heri *Buschius* 27 iunctum *AB* tantum *M* intactum *p* apud Vergilium] *Aen.* III 1 postquam res Asiae Priamique evertere gentem Inmeritam visum superis 30 post finis quam factus est *p* postquam finisset factum est *ABM* post quam venisset factum est *Charisius*

Item antequam modo finitivis modo subiunctivis iungitur, contra ac superius: iunctum subiunctivis sic, veluti antequam venisses; disiunctum finitivis, ut apud Vergilium

ante, pudor, quam te violo.

Item ni et nisi subiunctiva recipiunt, veluti ni fecisses et nisi fecisses. quamquam apud Ciceronem non numquam et finitivo iungitur, tunc maxime cum parum dubius sit sensus, ut apud eundem 'nisi forte maius est patefacere vobis provincias quo exire possimus quam curare ut etiam illi qui absint habeant quo victores revertantur'.

DE SPECIEBVS VERBORVM

Species verborum sunt hae, relativa usurpativa adfirmativa concessiva.

DE RELATIVA SPECIE

Relativa species verbi dicta videtur cum ad eum sermonem sequentia referuntur quo dependet sequens. hanc speciem in consuetudine parum multi observant inperitia lapsi, cum dicunt nescio quid facis, nescio quid fecisti. eruditius enim dicetur nescio quid facias, nescio quid feceris. quo more et Cicero loquitur pro Sexto Roscio, 'credo ego vos, iudices, mirari quid sit quod, cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim'; non dixit credo vos mirari quid sit quod surrexi, quod est idiotismos. figuratur autem eius modi sermo hoc pacto (refert enim non modo agnoscere qualis sit species sed adnotare quo modo struatur): praeposito sermone interiecta parte orationis, quid quare cur et similibus, subiunctiva sequitur species, ut apud Vergilium

infandum, regina, iubes renovare dolorem.

refertur renerint ad id quod est iubes renovare. eodem pacto et cetera similia.

DE VSVRPATIVA SPECIE

Vsurpativa species est huius modi, cum || dicimus legendo proficit, id

1 modo subiunctiuis modo finitiuis iungitur *ABM* modo finitiuis iungitur modo subiunctiuis *p* contra — 2 iunctum *om. p* ac *Charisius* ad *ABM* 2 uenires uel uenisses *p* 3 apud Vergilium] *Aen.* IIII 27 5 ni et nisi *p* et ni nisi *ABM* recipit *ABp* recepit *M* ueluti nefecisses et nisi fecisses *p* ueluti ni fecisses et ni fecisset *AB* uelationi fecisses et ni fecisses (*corr.* fecisset) *M* 6 apud ciceronem *ABM* et apud uergilium *p* 7 apud eundem] *in Catil.* IIII 10, 21 maius *A et codex Scioppii susp. lect.* V 6 malus *BM* malum *p* melius *Charisius:* mauis patefacere nobis ς 9 quo *BMp* qui *A* 11 DE SPECIEBVS — 12 concessiva, *quae hoc loco omissa in libris post* 28 similia *conlocata sunt, huc transposui* 13 SPECIE *om. ABMp* 14 dicta uidetur *ABM* dicitur *p* 15 consuetudine *p* consuetudinem *ABM* 17 eruditius *p* eruditus *ABM* dicetur *BM* dicitur *A* dicerent *p* 18 pro Sexto Roscio] 1 19 et quid sit *B* 21 idiotismos *M* ydiotismos *A* idiotissimos *B* iotismos *p* 23 praepositio *Ap* propositio *BM* interiecta parte *Buschius* interiecto (iniecto *p*) pariter *ABMp* 24 cur] qur *B* similibus ς similia *ABMp* 25 apud Vergilium] *Aen.* II 3 28 similia 11 DE SPECIEBUS — 12 concessiua DE USURPATIUA SPECIE *ABMp*

est dum legit; legendi causa venit, id est ut legat; legendum tibi est, id est necesse est ut legas. his enim fere casibus usurpatur dicta, quod usu exerceri quod hoc pacto eloquitur demonstrat. derivatur vero quasi ex participio futuro passivo, et licet verbum non admittat passivam declinationem, nihilo minus fere ex omni verbo talis haberi dictio potest, velut natando exercetur, id est dum natat; et natandi causa venit, id est ut natet; natandum tibi est, id est oportet nates; item cum dicimus vapulando corrigitur et vapulandi causa, item vapulandum tibi est: nec tamen est nator aut vapulor: adeo non est participialis iste sermo sed propria sermonis species. participia enim, cum sunt talia, recipiunt et genus et numerum, ut hic legendus * his legendis. at species usurpativa infinitiva est. nihil enim horum recipit, cum dicimus legendo ego proficio in omni genere; item numero, legendo proficimus et similia.

DE ADFIRMATIVA SPECIE

Adfirmativa autem species est huius modi, cum *in* re dubia, in qua parum altercantibus adsentimur, specie subiunctiva quasi sit factum adfirmamus, cum dicimus fecerit dixerit, id est crede eum dixisse vel fecisse quod neque dixerit neque fecerit. nam si factum esse re vera in animum inducimus, finitivo utimur sermone, id est fecit dixit. hic sermo confitentis est; superior, cum dicimus fecerit legerit dixerit, non confitentis fecisse vel legisse sed adfirmantis, [quod] etiamsi fecerit vel legerit quod nequaquam factum esse constet, nihilo minus nihil esse commissum: quale est apud Ciceronem pro Milone 'servum etiam ut corruperit, Arrius meus amicus dixit'. non ait, servum corrupit: neque enim confitetur corrupisse sed adfirmat, etiamsi corruperit, nihil criminose admisisse Milonem. et alibi idem in eadem 'sit ita factum', id est credite ita factum esse quod non sit factum. talis est adfirmativa, quae altercationis tollendae gratia sub simulatione confessionis inducitur.

DE SPECIE CONCESSIVA

Concessiva praeterea species est, qua ‖ tum demum utimur subiunctivam inserentes qualitatem, cum suadendo cuipiam quod expediat non per-

1 id est *ante* necesse *om. ABM, add. p* 2 usurpatur dicta, quod ς usurpantur dicta quod *ABM* usurpantur dictiones quo *p* 3 exerceri quo pacto *p* uero *ABM* enim *p* 4 et *Caesarius* ut *ABMp*ς admittit *p* 7 corregitur *AM* 8 tibi est *p* est tibi *ABM* 9 ideo ς participalis *Bp* propria *p* proprie *ABM* 10 recipiunt genus *Caesarius* recipiunt et personam *ABM* recipiunt personam *p*ς numerum ut hic legendus huic legendo *p* numerum his legendis *ABM. lacunam qua declinatio participii excidisse videtur indicavi* 11 at *Bp* ut *A* et *M* 12 recepit *AM*
15 cum in re *Caesarius* cum re *ABp*ς scire *M* 16 adsentimus *p* 18 factum — 19 dixit *om. p* re uera ς reuere *AM* uere *B* 20 non confitentis *p* non confitenti *ABM* 21 legerit *p* legit *ABM* 22 comissum *AM* 23 pro Milone] 17, 46 arius *BM* 24 dixit *om. Bp* 25 criminosa *B* criminosi *coniecit Bondamus var. lect. p.* 88 admisisse *ABM* corrupisse *p* 26 et — 27 sit factum *om. p* in eodem *ABM. Cic. pro Mil.* 19, 49 sit ita *B* si ita *A* silta *M* 30 qua tum *M* quantum *ABp* 31 con suadendo *A*

suademus et desistentes, dum nos volumus crimine absolvere, concedimus arbitrio eius remittentes quod pertendat facere, ut cum loquimur ne facias sane suadentes, illo pertendente ut magis faciat addimus videris feceris, id est licet tu videas, tu perspicias quid facias. et hoc dicimus sub specie concedendi potius dehortantes. nam cum facere ex animo suademus, non ita loquimur, feceris videris, sed facias videas, exhortativo utentes sermone. enuntiatione igitur eadem adfirmativa et concessiva est species; sensu vero differt, quoniam quae liqueant nobis non esse adfirmantes quasi sint gesta defendimus. item quae nequaquam volumus fieri verbo velut fiant concedimus, quo pertinaciam contendendi evitemus.

DE INPERSONALIBVS

Inpersonalis verborum declinatio personae tertiae formam habet, quam additis pronominibus et pro prima et secunda personis usurpant, quasi pudet me te illum: et cum ventum est ad numerum pluralem, pronomina dumtaxat numero funguntur plurali, cum dicimus pudet nos vos illos. non numquam et ipsa verba inpersonalia numero plurali funguntur, quotiens in rem sane intenduntur quasi possessiva significatione, ut cum dicimus decet me penula, item decent nos penulae, et similia. quae tali significatione et primam admittunt personam, cum dicimus et ego te deceo et tu me deces, quasi πρέπω σοι πρέπεις μοι. per totam itaque declinationem inpersonalia sunt ea quae trina forma terminantur; et est prima quae in et exit, secunda in it, tertia in tur. et quae in et exeunt duas formas habent. quaedam enim ab indicativo veniunt, ut misereor miseret; alia a se oriuntur, ut pudet taedet decet libet licet. item quae in it, uniformiter terminantur, quasi contingit evenit. identidem quae in tur exeunt tam ab omni genere || verborum nascuntur quam ab indicativi dumtaxat figurata temporibus declinantur, ut lego legitur, curro curritur. quae quibusdam non inter genera sed inter modos verborum placuit rectius ordinare, si quidem alia quae a se oriuntur non nulli inter genera verborum conlocare maluerunt, quorum declinatio, sic uti verba cetera, per omnes modos decurrit. hac itaque ratione inpersonalis modus a ceterorum inpersonalium genere separatur. huius modi praeterea verba casibus accommodantur. haec enim quae in et finiuntur modo dativo modo accusativo casui serviunt, ut libet mihi tibi illi, decet me te illum: quae in it exeunt dativo casui copulantur, ut contingit mihi tibi illi, evenit mihi tibi illi: quae in tur exeunt

1 concedimus ς contendimus *ABMp* 2 ne faciat *ABM* facias *p* 4 licet ς libet *ABMp* tu (tus *A*) perspicias *AB* turper specias *M* tu percipias *p* qui facis *p* 5 deuorantes *ABMp* cunctantes ς 6 exortatiuo *ABM* 8 quasi si sint *B* 9 ueluti fiant *p* uelut fiat *ABM* 15 pudet — 16 funguntur *om. M* 16 funguntur quotiens *p* funguntur cum dicimus quotiens *AB* 17 possessiua significantes *ABMp* 20 preposy *Ap* praeposy *BM* prepysmy *p* prepysmi *A* praepysmi *M* praepismy *B* 21 ea] et *ABMp* 25 contigit *ABM* item quae *p* 26 ab indicatiuo dumtaxat figura *ABMp* 28 ordinari *p* 29 conlocare *AB* ‖ ordinare *p* 33 deseruiunt *p* 35 contingit mihi euenit illi quae *p* contigit mihi tibi illi (illi *om. M*) quae *ABM*

p. 392. 93 P.

dativo et ablativo iunguntur; *dativo*, ut dicitur mihi tibi illi; ablativo, ut geritur a me a te ab illo.

Ex his quoque quaedam sunt primi ordinis, ut iuvat me te illum, restat mihi tibi illi; item alia sunt secundi ordinis, ut decet me te illum, libet mihi tibi illi, oportet paenitet pudet et similia; item tertii ordinis correpti, ut accidit mihi, contingit mihi; item tertii producti, ut expedit et convenit mihi, evenit mihi. haec enim primam et secundam personam non habent, per tertiam tres personae addito pronomine significantur.

Ex his praeterea verbis quaedam licenter veteres tempora figurabant, perfecta ex forma activae declinationis more passivae declinationis, velut libet mihi, libitum est mihi; placet mihi, placitum est mihi, ut est apud Vergilium

sic placitum;

item pudet puditum est, miseret miseritum est: pro eo sane quod est libuit placuit puduit. item taedet me, unde Vergilius ita formavit,

si non pertaesum thalami.

sed tamen haec quidam perfecta ex forma passivae declinationis aliter declinando figurabant, ut est pudetur taedetur licetur; eorum praeteritum perfectum puditum est licitum est. nam puduit et licuit more activae declinationis dicimus; || taeduit autem dicere non possumus, sed nec taesum est, quod tantum modo pertaesum conposita figura dixerunt.

Ex his quoque non nulla inpersonalia sub diverso sensu eadem et personalia sunt et ceteris similia, ut cum dicimus placet mihi, id est videtur; item placeo places placet. licet mihi, id est potestatem habeo, et liceo lices licet dicimus, cum ad pretium referimus, id est liceo denariis totidem. contingit mihi, quasi evenit; sed et contingo contingis contingit dicimus. item iuvat me te illum dicimus, quasi iocundum est mihi; sed et iuvo iuvas iuvat dicimus.

Inpersonalium declinatio non facile admittit participia, et errant qui decens pudens participia opinantur esse, cum sint appellationes.

Passiva vero inpersonalium declinatio huius modi est et figuratur ex verbis quae absolutiva sunt, id est neutralia, quae cum ceteras personas non admittant passivae declinationis, quoniam sunt neutralia, nihilo minus tertiam personam passivam admittunt et declinantur passiva declinatione more inpersonali, quasi pugnatur a me a te ab illo, item certatur similiter, ut

1 iunguntur — ablativo *om. A*: iunguntur *BM* copulantur *p* dativo *om. BMp, add.* ς 3 Ex — 399, 22 passivam significationem *Charis. p.* 224 *sq.* 6 contigit *ABM* 11 licet mihi licitum est mihi libet placet mihi *p* apud Vergilium] *Aen.* I 283 13 sic diis placitum ς 14 libuit licuit placuit item *p* 15 Vergilius] *Aen.* IIII 18 20 nec tesum est *Mp* netessumus est *A* neterum est *B. cf. Charis. p.* 141 21 quod *ABM* quo *p* quidam ς 22 nonnulla *p* nonnullana *ABM* 25 liceo lices licet licemus *p* liceo lices dicimus *B* liceo lices licimus *A* dicet lices licimus *M* 26 contingit mihi *p* contingit mibi contigit tibi *A* contigit mihi contigit tibi *B* contingit tibi contingit mibi *M* euenit ς uenit *ABMp* contigit *M* 31 inpersonalium *p* inpersonalis *ABM* 33 admittant *B* admittunt *AMp* 35 inpersonalium *p*

pugnatur comminus armis,

et

certatur limine in ipso,

item 'discumbitur a nobis',

vivitur hoc pacto,

itur in antiquam silvam.

qua specie non qui facit sed quid fiat demonstratur. numerum pluralem ipsa declinatio admittere non potest. ut enim decent nos penulae sub activa specie impersonali dicimus, euntur a nobis viae, *pugnantur a nobis bella* dici non potest, sed itur a nobis in via, pugnatur a nobis in bello. huius modi autem neutralia accommodantur loco tempori personae, ut bene illo loco studetur, bene illa hora studetur, bene apud illum studetur.

Sunt praeterea verba quae, cum sint personalia sub activa declinatione, collata in personam patientis impersonali more figurantur. ea sunt quae dativo casui cohaerent, velut maledico tibi, invideo tibi, obicio tibi, consulo tibi, provideo tibi, impero tibi, noceo tibi. haec omnia in persona patientis non recte dicimus maledicor a te nec invideor || a te, sed maledicitur et invidetur mihi a te, obicitur mihi, consulitur mihi, providetur mihi, imperatur mihi, nocetur mihi communiter a te et cetera similiter. non enim dicimus noceor noceris nocetur. huius modi enim verba passivam naturam non habent, ceterum hoc modo tantum declinantur: dum illud tamen sciamus etiam *in* infinitivis omnibus cadere utique passivam significationem, ut apud Ciceronem 'nihil mihi ab istis noceri potest', et apud Sallustium in Iugurtha 'cum Gallis de salute, non de gloria certari'. verum haec et similia de consuetudine antiquitatis diversa reperiuntur figurata declinatione. apud quosdam enim et per ceteros modos impersonalium declinatio decurrit, et hac ratione genus potius, non modum esse dixerunt. nam cum sit indicativus curritur, hoc est omnes currunt, facit imperativum curratur, optativum curreretur, coniunctivum cum curratur, infinitivum curri. quam declinationem qui probaverit sciet certari et noceri quoque Latinum esse et Sallustium et Tullium impersonalis modi infinitivum recte posuisse.

1 pugnatur] *Verg. Aen.* VII 553 cumminus *A* cominus *B* 3 certatur] *Verg. Aen.* X 355 4 discumbitur ostro *Charisius. Verg. Aen.* I 700 5 vivitur] *Pers. sat.* 4, 43 6 itur] *Verg. Aen.* VI 179 7 sed quid fiat *p* sed qui[d] fiat *M* sed qui fiat *AB* 9 euntur a nobis in uiam pugnantur a nobis dicere non possumus. huiusmodi *p* pugnantur a nobis bella *om. ABM* 10 in uia *M* in niam *A* uiam *B* 13 personali sub actiua *B* personalis ab (ob *M*) actiua *AM* personalia subiunctiua *p* 18 consolitur *AMp* 19 similiter *M* similia *AB*, *om. p* 22 illud scimus *p* in *om. ABMp, add. Charisii codex Parisinus* cadere *ABM* accidere *p* 23 apud Ciceronem] *in Catil.* III 12, 27 nocere *M*, *om. B* 24 in Iugurtha] 114 pro salute non pro gloria *Caesarius* 25 certare *B* 27 currit *p* 28 non modum *p* nondum *ABM* quam modum *ς* 29 facit imperatiuum curretur *ABM* imperatiuum facit curratur *p* 31 salustium *ABM*

p. 394. 95 P.

DE HIS QVAE APVD VETERES DIVERSA REPERIVNTVR ENVNTIATA DECLINATIONE

Nunc demum operae pretium est veterum invisere et percurrere libros, quo perfacile innotescat per omnes hanc fere cucurrisse licentiam, et perinde ut alios mores itidem prisca aetate alium fuisse sermonem adnotamus, ut praeclare dixerit Terentius

nihil est dictum quod non sit dictum prius.

sed iniecit postera aetas manum et veluti disciplinam pristini saeculi ita et sermonem fastidire coepit et nova velut parturire verba, quae iuvenum ritu ipsa modo florent et vigent, ut ait Horatius

ut folia in silvis pronos mutantur in annos,
prima cadunt, ita [et] verborum vetus interit aetas,
et iuvenum ritu florent modo nata vigentque.

exempli tamen gratia quaedam commemorabimus, quo quibus libeat uti more vetustatis utantur. plura || enim verba quae vulgo passivo more declinamus apud veteres diversa reperiuntur enuntiata declinatione. frustro, quod vulgo frustror recte dicimus, id est decipio; item patio pro patior; moro, quod crebro moror dicimus; item demolio auxilio populo digno: haec et alia apud veteres reperimus contra morem doctorum posita. nunc dicet aliquis quos veteres hoc modo locutos * frustro ait Gaius Caesar apud milites de commodis eorum, 'non frustrabo vos, milites'. item patio Naevius in Proiecto, 'populus patitur' inquit 'tu patias'. moro item Naevius in eodem,

quid moras? Quia imperas;

item Pacuvius in Hermiona

paucis absolvit, ne moraret diutius;

Ennius

an aliquid quod dono illi morare, sed accipite.

demolio Varro in poetico libro, 'et tamen non demolio rostra',

1 DE — 2 DECLINATIONE *om. p* DENUNTIATA *BM* DENUNTIA *A* 3 ueteres *BM* 4 innotescatur *p* currisse *p* 5 priscae et ante *ABMp* 6 Terentius] *Eunuch. prol.* 41 7 sit] est *corr.* sit *M* datum *p* 10 ipsa quoque florent modo et uigent *p* Horatius] *de a. p.* 60 11 ut silvae foliis primos ϛ mittantur *p* 12 prima — 13 vigentque *om. p* uetus (uetur *B*) inerit *ABM* 13 modo donata *B* uigentque *AB* ungentque *M* 14 commemorauimus quo *ABM* commemorabimus quę *p* 16 denuntiata *AMp* denuntiora *B* frusto quod uulgo frustor rite dicimus item decipio *p* frustro quod uulgo frustorte id est decipio *ABM* 20 quos ueteres nominare potes hoc modo loquentes ϛ frustro ait *AM* frustrant *B* frusto añ *p* 21 milites *post* vos *om. p* item patior *p* 22 neuius *M* proiecto *ABp* prolecto *M* proiecto ϛ patitur *ABM* patit ϛ: patitur et de aliis quoque diuersa repperiuntur exempla *p* inquid *ABM* tu patias *A* tu non pacias *B* tu potior *M*: tu patias modo. item Naeuius ϛ tu patias modo. item moro Naeuius *Buschius* 23 neuius *M* maeuius *B* 24 moras *AM* mores *B* quia imperas *AM* quā peras *B* quid imperas ϛ, *om. Caesarius* 25 Hermiona *Putschius* hermione *ABM*ϛ 27 Ennius *om. B* 28 ten aliquid quod dono nil morare? sed accipe! *Vahlenius Enn. poes. rel. p.* 154., *ubi* en *pro* sed *coniecit Fleckeisenius. fortasse* .. an aliquid quod dono nil morares? accipe. item demolio morares sed ϛ 29 in *AM* de *B*: in Prometheo libero *coniecit F. Oehlerus Varr. sat. Menipp. rel. p.* 196 demolior ostra *M* demolio astra ϛ

idem in epistolicarum quaestionum * 'demolivit tectum'; item Naevius in Corollaria 'haec demolite' inquit. item auxilio ait Gracchus adversus Furnium, 'quibus ego primus quo modo auxiliem'. populo ait Plautus in Feneratrice,

quae ego populabo probe.

digno ait Pacuvius in Hermiona,

cum neque aspicere aequales dignarent.

citius me dies deficiet enumerantem exempla. sed hactenus haec quae memoria suggerere potuit, ne inmensum serpat commentarius.

DE PARTICIPIO

Participium est pars orationis dicta, quod duarum partium quae sunt eximiae in toto sermone, verbi et nominis, vim participet. capit enim a nomine genus et casum, a verbo significationem et qualitatem et tempus, ab utroque numerum et figuram. participio accidunt septem, significatio qualitas tempus genus casus numerus et figura. || significationes participiorum quinque sunt, quem ad modum in verbo, activa passiva neutra deponens communis. activa est ut vocans docens, passiva ut vocatus doctus, neutra ut navigans volans, deponens ut luctans sequens, communis ut consolans criminans. qualitas participiorum similiter quem ad modum in verbis in quattuor species distributa est, absoluta inchoativa frequentativa meditativa. absoluta est ut legens dicens, inchoativa ut fervescens luciscens, frequentativa ut cursitans quaeritans, meditativa ut esuriens parturiens. tempora participiorum tria sunt, praesens ut sequens, praeteritum ut secutus, futurum ut secuturus. genera et casus ex nomine tracta facile noscimus. numerus quoque et figura tam ex verbo quam ex nomine intellegi potest. participia trahuntur a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, ut docens docturus; item a passivo duo, praeteriti temporis et futuri, ut doctus docendus; a neutro duo, praesentis temporis et futuri, ut currens cursurus, interdum tria, cum declinatio passiva miscetur, ut gaudens gavisus gavisurus; a deponenti tria, ut luctans luctatus luctaturus, interdum quattuor, ut sequens secutus secuturus sequendus; a communi semper quattuor, secundum formam quidem activam praesentis temporis et futuri,

1 idem *AM* item *B* aepistolicarum *M* *lacunam qua numerus libri excidit indicavi* nenius *M* menius *B* 2 corollario *B* demollite inquid *A* aixilio *B* 3 furium ς primum cum auxilio ς auxiliem *AB* auxilii est *M* 4 feneratrice *codex Scioppii susp. lect.* V 6 *et Putschius* feneratricem *ABM* foeneratricio ς 5 probe *Scioppius l. c. et Putschius* proue *ABM et codex Scioppii* propere ς 6 pacuis *B: cf. Non. p.* 470 *Serv. in Verg. Aen.* XI 169 hermona *M* Hermonia ς 7 cum *AB* cui *M* nequae *B*: neque me adspiceret *Nonius* dignarent meae *Nonius et Servius:* dignarent eius. me dies ς 9 ne in immensum ς 10 EXPLICIT DE UERBO INCIPIT DE PARTICIPIO *A* 14 accedunt *AM* 19 consulans *ABM* criminas *B* 21 ut feruescens calescens luciscens *p*, *in quo quaedam de participio hinc excepta exstant* 22 quaeritans *B* quaeritasis *A* queritans *Mp* 24 ex nomine ς ex nominum *ABM* noscemus *B* 26 participia — 402, 2 criminandus *Charis. p.* 159 31 secutus *A* sequtus *B* sequutus *M*

p. 396. 97 P.

ut criminans criminaturus, secundum autem passivam formam praeteriti temporis et futuri, ut criminatus criminandus.

Participia in activis praeteriti temporis non sunt, ut Graece dicimus *φιλήσας ποιήσας*. recipiuntur autem in positione passiva ea quae non habent passivam declinationem, sicut apud veteres inveniuntur iuratus (non enim dicimus iuror), similiter et pransus cenatus potus, quae participia esse aut verborum significatio aut fi||gura non patitur. minime enim a verbis derivantur. et haec dumtaxat reperiuntur in toto sermone participia quasi passiva quae originem non habent, quale est 'iurati iudices pronuntiaverunt'; item apud Ciceronem 'c e n a t u s c u b i t u m c u m d u o b u s f i l i i s', apud eundem pro Milone 'p r a n s i p o t i o s c i t a n t e s'. sed neque iuror neque prandeor neque cenor dicimus. apud Turpilium comoedia nobili cuius titulus Demetrius legimus iurata sum perfecto finitivo dictum: iuvenis est qui consulit, meretrix respondet 'n o n s u m i u r a t a', pro eo sane quod est 'iurasti? non iuravi'. sed haec in ceteris verbis et participiis dici non possunt. participia in passivis praesentis temporis non sunt; abutuntur autem veteres activo pro passivo, veluti

g e n i b u s q u e v o l u t a n s
h a e r e b a t;

deest se, ut sit volutans se, *κυλιόμενος*: item

p r a e c i p i t a n s t r a x i m e c u m;

deest me, ut sit praecipitans me, *κατακρημνιζόμενος*.

Sunt quaedam participia nominibus similia, quae quoniam verbi originem non habent, propterea non sunt participia sed nomina, ut tunicatus galeatus penulatus togatus. quaedam participia et nomina communiter esse possunt, ut passus visus cultus, quae genetivo casu discernuntur. nam si nomina fuerint, genetivum casum in us longam syllabam mittunt, ut huius passus visus cultus. participia autem genetivum in i mittunt, ut huius passi visi culti.

Errant longe qui opinantur moribundus vitabundus furibundus esse participia; sunt enim appellationes. moriturus vero est participium. cete-

3 Participia — 22 *κατακρημνιζόμενος* *Charis. p.* 233 4 *φιλήσας ποιήσας* *Charisius* fylesas fyesas *A* filesas fyesas *B* filesas fiesas *M* 10 apud Ciceronem] *pro Rosc. Amer.* 23, 64 cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adulescentibus filiis isset cenatus subitum cum *A* caenatus sunitum cum *B* caenatus .... cum *lacuna relicta M* coenatus it cubitum cum *Caesarius* 11 pro Milone] 21, 56 12 prandeor ς prandior *ABM* caenor *BM* dicimus] đ *M* dixit *A*, *om. B* comedia nobilis *ABM* in comoedia nobili ς 14 respondet ς respondit *ABM* 15 iurasti non iuraui sed *AB* iurati non iurabis *M* 18 genibusque] *Verg. Aen.* III 607 uolutas *B* 20 volutans se *Charisius* praecipitans se *AB* praeci[n]tas se *M* ΚΥΛΙΟΜΕΝΟϹ *A* cyliomenoi *B* ryliomenos *M* 21 praecipitas *M*: *Verg. Aen.* VI 351 mecum *AB* me cui *M* 22 deest se ut sit praecipitans (praecipitas *M*) se *ABM* catacremmizomenos *AB* catacrem myzomenos *M* 23 Sunt — 29 culti *Charis. p.* 159: *cf. Max. Victor. p.* 1949 31 ceterum hoc tantum fere distat in hoc sermone quoniam cum dicimus moriturus et dicimus moribundus cum non sit mortem moriturus. similiter furibundus id est similis furientis nihilominus moribundus similis morituro sed non mortem subiturus. furibundus non habens furorem *p*

rum tantum fere distat in hoc sermone, quoniam, cum dicimus moriturus et ad * moribundus, licet mortem non sit subiturus, nihilo minus similis morituro. tale est et furibundus, similis furenti, sed sine furore. item cum legimus apud Sallustium, 'vitabundus' inquit 'per saltuosa loca recedebat', non utique vitans sed vitare simulans. haec plerumque differunt.

Participia saepe etiam temporibus defi||ciunt, ut furens coepturus studens ratus et cetera.

Item observandum est quod, cum verbum accidit quod tantum passivam admittat declinationem, participia recipit et activa et passiva, quasi hortor et consolor. dicimus ex eo hortatus et hortandus, item hortans et hortaturus, quamvis horto non dicatur. si vero tale inciderit verbum quod sub passiva declinatione patiendi vim parum admittat, futurum participium declinatione passiva non fere admittit, quasi expergiscor cunctor: expergiscendus et cunctandus sermo absurdus videtur, quia sensum non admittit.

DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis quae adiecta verbo significationem eius implet atque explanat. ita nam cum dico, Palaemon docet, nondum habet suam vim satis planam, nisi adiecero male aut bene. et ideo adverbium appellatur, quia semper adicitur verbo. Scaurus ita definit, adverbium est modus rei dictionis ipsa pronuntiatione definitus, *ut* recte diligenter optime. adverbium dicitur ideo, quoniam ad verbi tendit in eadem sententia conspirationem, ut recte dixisti, diligenter fecisti, optime legisti. adverbio haec iuncta sunt discrimina generalia tria, forma modus finitio. forma continet aut simplicem aut conpositam; modus continet quantitatem, ut plus minus; finitio continet summam. adverbia aut suae sunt positionis aut ab aliis partibus orationis trahuntur. per se nascuntur, ut nuper. haec quae ab aliis transeunt varias habent formas. a nomine proprio ducuntur, ut Tullius Tulliane; alia a pronomine, ut meatim tuatim; item a verbo, ut cursim; item a nomine et verbo, ut pedetemptim; alia a participio, ut indulgens indulgenter; item a nomine || appellativo, ut docilis dociliter; alia a vocabulo, ut ostium ostiatim. verum ne has quidem varietates

2 *lacunam qua participii futuri explicatio hausta est indicavi* 3 furentis sine *M* 4 salustium *BM: Sall. Iug.* 38 ipse quasi vitabundus per saltuosa loca et tramites exercitum ductare inquid *B* 5 recedebant *corr.* recedebat *B* 9 cum *B* tum *Ab* dum *M* accedit *AM* 10 recepit *M* 11 consulor *ABM* 13 sub *om. B* uim in parum *M* 14 declinationi passiuae *ABM* declinationis passiuae ς 16 DE ADVERBIO] *Donat. p.* 1758. *cf. Charis. p.* 160. *excerpta de adverbio, item de praepositione, de coniunctione, de interiectione exstant in codice Parisino* 7530 (*p*) 17 Adverbium — 19 bene *Charis. p.* 167 adiecto *M* 18 explanat adque implet *p* cum *om. AM* 19 plenam *Charisius* 20 adiicitur ς adeitur *A* dicitur *BM* ita *BM* ait *A* 21 modum *ABM*: rei modus adiectionis ipsam pronuntiationem diffiniens ς quae modum rei ipsa dictionis pronuntiatione definit *Putschius* definit recte *ABM* 25 contenet *A* 30 pedetemtim *AM* pedetentim *B*

p. 399. 400 P.

omnes persequendas putarim; satis est posuisse aliquas, per quas et ceterae colligantur.

Adverbiis accidunt *tria, significatio conparatio figura. significationes adverbiorum sunt plurimae. significant enim* numerum, ut semel bis ter quater quinquies deinceps primum iterum rursus tertium duntaxat saepe saepius saepissime miliens deciens; negationem, ut non nequaquam haud haudquaquam parum secus minime; confirmationem, ut etiam quidni nempe quippe profecto plane maxime scilicet videlicet ilicet nimirum; demonstrationem, ut ecce en em ellum eccum: sed haec pronomina quidam esse dixerunt: optationem, ut utinam, o, o si, quid si, si; aestimationem, ut caro vili; ordinationem, ut primo secundo deinde deinceps tunc ante post denique; interrogationem, ut cur, quare, quid ita, nempe, nonne, utrum, quam ob rem; similitudinem, ut quasi, ceu, ita, perinde ac si, pro ut, item, adeo, velut, tam quam, sic, quem ad modum; dubitationem, ut an utrum fors forsan forsitan fortasse fortassis; invocationem, ut heus eho; responsionem, ut heu; prohibitionem negationem adfirmationem, ut ne prohibendi modo, ne feceris, ne negandi modo, ne id facias, ne adfirmandi modo, 'ne tu, Eruci, accusator ridiculus esses'; communicationem sive congregationem, ut pariter simul una; separationem, ut seorsum separatim semote segregatim; optionem, ut potius immo quam; eventum, ut forte fortuito; qualitatem, ut bene pulchre sapienter prudenter agiliter viriliter expedite; quantitatem, ut nimium, plus, minus, multum, tantum, tantum modo, satis, parum, parumper, sublimiter; precationem, ut sodes; ius iurandum, ut mehercules, mehercle, medius fidius, mecastor, ecastor, perpol, edepol. item temporale, modo heri hodie cras statim nunc nuper perendie olim aliquando quondam; locorum, quae quattuor modis distribuuntur. nam aut adverbia loci sunt in loco, ut hic illic ibi alibi intus foris; aut adverbia loci sunt ad locum, ut huc illuc quo alio intro foras; aut adverbia loci sunt de loco, ut hinc illinc inde aliunde; aut adverbia loci *sunt* per locum, || ut qua hac illac istac recta; aut communia omnium partium, ut peregre penitus rursum deorsum sursum passim anguste late.

Etiam nomina civitatium in adverbia redigi possunt. et illa quidem quae genetivo casu vel i vel ae syllabis finiuntur *ita:* quando in ipsis civitatibus sumus vel illic aliquid agimus, ipso genetivo casu uti debemus, ut

1 et *om. BM* 3 aduerbiis accidunt (accedunt *AM*) numerum (nomina *B*) ut semel *ABM. supplementa praebuerunt Charisius p.* 160 *et Donatus p.* 1759 6 milies dicies *B* milieu decens *M* 8 ilicet *ABp* licet *M* 9 eccam *ABMp* eccum eccam ς 15 ut *ante* an *om. ABM, add. p* 16 prohibitionem — 18 esses *Charis. p.* 169 18 ne tu] *Cic. pro Rosc. Amer.* 18, 50 eryci *AB* ericiy *p* heri ς: eri cac cus adordiculus *M* 21 fortuito *Bp* fortuitu *AM et codices Donati p.* 1760 25 ecastor *Ap* haecastor *B* etcastur *M* 26 perindie *A* quondam *p* quandam *ABM* quando ς 28 locis sunt ad in locum *B* illuc quo illo alio *p* 29 locis de *B* loci de *AM* 30 sunt *om. ABM* istac *ABp* ista *M* 31 paenitus *M* 34 ae ς e *ABM* ita *om. ABM*

Romae sum, Romae studui, Arimini versor, Arimini moror; quando autem ad ipsas civitates pergimus, adverbium facimus in locum casu accusativo, ut Romam vado, Ariminum pergo; si vero inde digredimur, septimo casu utendum est, ut Roma venio, Arimino discedo. ea vero nomina civitatium quae genetivum in is syllabam mittunt in una tantum parte dissentiunt a superioribus. nam etiam adverbium loci in loco septimo casu servabimus, ut Narbone sum, quia facit huius Narbonis, Babylone commoror, quia facit huius Babylonis. rus etiam et domus et humus in adverbia redigi possunt. nam si adverbium loci in locum ponimus, ita dicemus, rus vado, domum pergo; si illic fuerimus, ita dicemus, ruri sum, domi moror; si inde veniamus, septimo casu utemur, ut rure venio, domo discedo. humus autem non recipit nisi adverbium loci in loco, ut humi nascitur, id est *in* humo. aeque adverbia sunt dicenda quibus melius praepositio detrahetur, si tamen civitatium aut locorum certorum nomina fuerint destinata; alioquin provinciis, item * praepositio adplicabitur, ut ab Italia venio, in Italia sum vel fui, ad Italiam vado. poetae tamen saepius ab hac observatione discedunt. sunt praeterea nomina civitatium quae plurali numero figurantur, ut Athenae Thebae, et his utemur accusativo casu euntes, ablativo manentes et exeuntes.

Conparationem recipiunt adverbia, quotiens appellationes unde transeunt conparantur, ut docte doctius doctissime, quia est doctus doctior doctissimus. et quoniam adverbia quoque sunt quae per omnes gradus ire non possunt, ideo his ad augendam significationem pro conparativo et superlativo magis et maxime coniungimus, ad minuendam minus minime. quem ad modum || conparantur, ita deminuuntur adverbia, a positivo, ut primum primulum, longe longule; a conparativo, ut melius meliuscule, longius longiuscule; a superlativo vel nulla exempla vel perrara sunt.

Sunt adverbia aut cum nominibus communia, ut subito sedulo; aut cum pronominibus, ut qui quo hac; aut cum verbis, ut age pone; aut cum coniunctionibus, ut quare, si, quam ob rem, quando, ne, ut, cum; aut cum praepositionibus, ut praeter ante prae contra propter; aut cum interiectionibus, ut em heu eho; aut pro se invicem, ut ubi quando maxime tum ut hic denique. haec aut sensus aut plerumque inter se discernit accentus.

Adverbiis addi praepositiones plurimi negant. sed tamen lectum invenimus in primo, quod est ἐν πρώτοις, et quae dixerunt veteres, a mane et 'ab hinc annos decem natus est', quod est 'ante decem annos natus

3 degredimur *A* 7 quia ς qui *ABM* quia *B* qui *AM* 12 recepit *AM* in *ante* humo *om. ABM, add. Caesarius* 13 praepositio *p* propositio *ABM* 14 distinata aliaqui in *B* prouintiis *AM* provinciis locis regionibusve *Donatus p.* 1761, *unde lacunam indicavi* 18 manentis et exuntis *B* 24 iungimus *M* 27 perrara *Donatus p.* 1760 parua *ABM* pauca ς 30 si *ABM* sic *p* 32 eho *B* heho *M* heo *A* pro ς pre *A* prae *B* p̃ *M*: pro se invicem ponuntur *Buschius* 35 Adverbiis — 37 natus est *Charis. p.* 92 36 en protis *B* in protys *AM* 37 annus *B* annos natus est *p* natus annos *M* natus annus *B* natos annos *A*

est'. item posthac, antehac, exinde, abhinc, ad usque, ab usque, et poetice de subito, de repente, de inproviso. quorum quaedam velut unam partem orationis conpositam, non nulla poetice proferimus.

Notandum sane quod ipsa adverbia varios habent fines. nam quaedam ex nominibus appellativis derivata in ter syllabam exeunt, quotiens dativus casus i littera terminatur, ut molli molliter, volubili volubiliter, explicabili explicabiliter, plausibili plausibiliter, docili dociliter. ex hac regula unum dissentit, quod est facile, quod quidam nomen putant pro adverbio positum, ut est torvum clamat, horrendum resonat. ceterum in compositione facilis, a quo difficilis est, difficulter facit, non difficile. appellationes enim quotiens conponuntur suam regulam servant. sed saepius contra hanc usurpat auctoritas. quotiens vero dativus o littera terminatur, adverbia e aut o litteris exeunt. sed haec quae in e exeunt produci debent, ut docto docte; similiter et cetera. haec autem dissentiunt et e correpta finiuntur quae non conparantur nec veniunt ex quadam appellatione, ut rite magnopere repente, aut ea quae conparationis regulam non servant, ut bene male (faciunt enim melius optime, peius pessime), item ea quae a nomine verbove || non veniunt sed per se inveniuntur, ut inpune. identidem quae o littera exeunt tam corripiuntur, ut citus cito, quam producuntur, ut falsus falso gratuito primo secundo tertio quarto subito perpetuo consulto tuto supervacuo secreto clandestino necessario matutino fortuito continuo opinato bipertito tripertito quadripertito. huc usque figura procedit. quinquepertito enim nemo dicit, nec in cetero numero ita efferre possumus. alia in us, ut funditus, stirpitus, radicitus, caelitus, mordicus, nudius tertius, divinitus, cum et divine faciat, et publicitus et publice; item humanitus et humane. sed in hoc [sensu] distinctio sensum mutat, ut sit humane ἀνθρωπίνως, ut est apud Terentium

tamen vix humane patitur;

et humanitus φιλανθρώπως, ut idem Terentius ait

coepi non humanitus
neque ut animum decuit aegrotum adulescentuli
tractare.

sunt quaedam nomina in us litteris terminata quae ex se bina adverbia faciunt, ut est veterum auctoritas. transit enim in quibusdam rationem et aliter ipsa enuntiat, aliter consuetudo usurpat. nam navus naviter dicunt, quod nos nave; item duriter, quod nos dure; largiter, quod nos large;

1 abhinc usque abusque *M* abhinc usque abus abusque *AB* abhic abusque *p* 2 desubito insubito *p* 3 nonnulla *p* non nullam *ABM* 8 quidam *Mp* quidem *AB* 9 torvum] *Verg. Aen.* VII 399 24 possimus *B* alia in tus *ABM* alia exeunt in tus *p* stiripitus *B* mordi•us *corr.* mordicus *p* morditus *ABM*, *om.* ς mordicitus *Putschius: cf. Priscian. p.* 1015 26 *fortasse* in hoc sermone distinatio *B* 27 anthropinos *ABM* apud Terentium] *Adelph.* I 2, 65 29 filanthropos *M* filanthrophos *A* filanthropinos *B* Terentius] *Heauton tim.* I 1. 47 30 coepit *p* humaniter ς 31 animam *M*: animum aegrotum decuit adolescentulum ς egregium *corr.* aegrotum *M* aduliscentuli *BM* 33 sunt *om.* *ABM*

item celere et celeriter. sunt praeterea alia quae in am finiuntur, ut obviam perperam palam clam nequiquam nequaquam bifariam trifariam quadrifariam multifariam; alia in im, ut gradatim regulatim rotatim unciatim paulatim adfatim glomeratim acervatim catervatim copulatim carptim caesim raptim cursim separatim adflictim strictim ubertim tractim minutatim sensim furtim deditim vicissim statim partim pedetemptim summatim prolatatim pauxillatim privatim nominatim singillatim viritim vicatim turmatim tributim guttatim stillatim geminatim angulatim membratim. invenitur etiam adverbium a littera terminatum, ut iniuria, cui contrarium est iure; item in i, ut vesperi; item in u, ut noctu; item in l, ut semel. in nominibus Latinis propriis quae o littera casu ablativo terminantur in adverbiis mutata o littera in a accedente syllaba ne adverbia faciunt, ut a Vergilio Vergiliane, a Tullio Tulliane. et quae apud Graecos adver||bia κως terminantur, ea apud nos iuxta Latinum sermonem in e littera finiuntur, ut Ὁμηρικῶς Homerice. omnia nomina quae in a exeunt casu ablativo et sunt feminina adverbia in tim mittunt, ut regula regulatim, uncia unciatim, rota rotatim et similia. item quae in e exeunt interdum adverbia in tus mittunt, ut ab imitate imitus, ab stirpe stirpitus, a fundamine funditus.

Item ex praepositionibus, quae mutato accentu in adverbia accedunt, ut infra, infra stat; supra, supra stat; extra, extra erat; intra, intra sedebat; ultra, ultra non faciam; citra, citra discurrit; circa, circa equitat; iuxta, iuxta fecit, ut sit similiter; contra, contra tendebat; subtus, subtus erat; coram, coram stetit, id est palam; ante, ante venit; post, post sedit; prope, prope cecidit, id est paene; usque, usque illum mulcavit, ut sit valde, item * super, super *. quam diu sine casibus enuntiantur, adverbialiter eunt; receptis casibus praepositiones sunt.

Inter adverbia quidam haec posuerunt, quae etiam apud veteres observata sunt, translatui dimissui receptui ostentui, et siqua eius modi sunt alia quae casui dativo dantur, in quibus observabimus ita dicere, trans-

2 clam nequicquam nequaquam *p* 7 nicatim *AB* uicutim *M* uictim *p* 8 geminatim *A* gemmatim *BMp* angulatim *ABM* ungulatim *p* memoratim *ABMp* numeratim *Caesarius* 12 aduerbia fiunt ς 13 a *ante* Tullio *om. ABM* κως] cos *ABM* 15 omericos omerice *ABM* et sunt feminina, *quae post* 16 mittunt *conlocata sunt in ABM, post* 17 similia *in p, huc transposuit* ς 16 untia untiatim *B* 18 ab unitate unitus ς 19 Item — 26 praepositiones sunt *Charis. p.* 170. 206 quae *om. M* accedunt *Charis. p.* 206 recedunt *Ap* recidunt *BM* 20 supra stat *p et Charisius* supra est *ABM* exstra exstra *B* sedebam *p* 21 equitatur *M* aequitatur *AB* equitat̄ *p* equitatum *codices Charisii* 22 ut sit *AMp* ut est *B* tendebat *Caesarius* condebat *ABM* contendebam *p* subtus eram *p* 23 post sedet *B* 25 item super super *ABMp* item super super stetit *b* item super super fronde ς: item illo usque cum venisset, subter super. et quam diu *Charisius p.* 170, *unde lacunas indicavi. an* item subter super. et quam diu? quandiu *M* enuntiantur *ABM* est *p* 26 aduerbialiter eunt *M* aduerbia aliter eunt *A* aduerbia liter unt (eunt *b*) *B* aduerbialiter profertur *p* 27 Inter — 408, 3 diximus *Charis. p.* 170 quidam etiam haec posuerunt quae apud *p* 28 translatui *p* translacui *M* tralatui *AB* transitui ς dimissui *Mpb* dimisui *AB* dinisui ς 29 translatui est *AM* translatiui est *B* translatum est et *p*: transitui est erit. transitui facit, mittit transitui non dicimus ς

p. 403. 404 P.

latui est erit, translatui facit, mittit translatum; *translatui* non dicimus, et cetera similiter. quidam tamen dicunt similia his esse decori honori usui et cetera quae supra diximus.

Haec adverbia prototypum non habent, post posterior postumus, supra superior supremus, infra inferior infimus, prope propior proximus, intra interior intimus, extra exterior extremus, ultra ulterior ultimus, citra citerior, *superlativum* non habet; penitus penitissimus.

Figura *in* adverbiis, sicut in omnibus partibus orationis, aut simplex est, ut iuste, aut composita, ut iniuste.

DE VT ADVERBIO

Vt adverbium est modo temporis et significat postquam, ut
at me tum primum saevus circumstetit horror,
ut regem aequaevum;
modo qualitatis et significat quem ad modum, ut
Troianas ut opes; ||
modo loci et significat ubi, ut est
caesis ut forte iuvencis;
modo optandi et significat utinam, ut est
ut veniret antehac;
modo admirandi et significat o quam,
ut te post multa tuorum
funera;
modo coniunctio causalis,
ut faciem mutatus et ora Cupido.

DE PRAEPOSITIONE

Praepositio est pars orationis quae conplexa aliam partem orationis significationem eius inmutat * vel supponitur, ut mecum tecum, aut verbum praecedit, ut perfero, aut adverbium, ut indocte, aut participium, ut praecedens, aut coniunctionem, ut absque, aut se ipsam, ut circum circa. praepositiones tam casibus serviunt quam loquellis aut loquellis et casibus. coniunguntur enim aut separantur aut separantur et coniunguntur: coniun-

1 erit transit facit *ABMp* et translatui facit *Charisius* translatui *ultimo loco om. ABMp* 2 his *pb* iis *BM* mis *A* 4 postumus *AM* postum *B* posthumus *p* postremus ς 5 propior *p* proprior *ABM* 6 extremus *ABM* extimus *p* 7 superlativum *om. ABMp* penes penitus (*om.* penitissimus) *ABMp: cf. Charis. p.* 170 *Priscian. p.* 599 8 in *ante* adverbiis *om. ABM, add. Charisius p.* 160 12 ad metam primum suetus *M. Verg. Aen.* II 559 15 Troianas] *Verg. Aen.* II 4 17 caesis] *Verg. Aen.* V 329 19 ut veniret] *Ter. Andr.* V 4, 13 21 ut te] *Verg. Aen.* II 283 24 ut faciem] *Verg. Aen.* I 658 25 DE PRAEPOSITIONE *b* DE PRAEPOSITIONIBUS *ABM* 26 Praepositio — 409, 5 casus *Donat. p.* 1763 *sq.* 27 aut mutat aut conplet aut minuit. nam aut nomini praeponitur, ut invalidus, aut pronomini praeponitur, ut prae me, vel supponitur, ut mecum tecum nobiscum vobiscum *Donatus, unde lacunam indicavi* mecum tecum *B* mecum mecum *A* mecum mecui *M* 29 aut se — circa *om. B* ipsam *p et Donatus* ipsa *ABM* 31 coniunguntur (congnutur *B*) enim et separantur *ABM* aut coniunguntur aut separantur *Donatus*

guntur di dis, ut diduco distraho; separantur, ut penes apud; coniunguntur et separantur ceterae omnes. ex quibus in et con praepositiones, si ita conpositae fuerint ut eas statim s aut f littera consequatur, plerumque producuntur, ut insula infula consilium confessio. praepositioni accidunt casus. sunt autem qui putant accidere praepositioni et figuram et ordinem; figuram, quia sunt praepositiones simplices, ut abs, compositae, ut absque; ordinem, quia sunt praepositivae, ut sine, subiunctivae, ut tenus. sed haec nos et similia in his numeramus quae inaequalia nominantur. sed scire nos convenit praepositiones ius suum tunc retinere, cum praeponuntur, suppositas vero et significationem et vim nominis et legem propriam non habere. separatae praepositiones separatis praepositionibus non cohaerent. et adverbia faciunt, si quando illas non subsecuntur casus. praepositiones aut ipsae verba corrumpunt, ut conficio, aut ipsae corrumpuntur, *ut suffero*, *aut et corrumpunt et corrumpuntur*, *ut suscipio.* casibus serviunt praepositiones accusativo dumtaxat et ablativo. antiqui etiam genetivo casui praepositiones coniungebant, ut Vergilius 'crurum tenus' et

laterum tenus hispida nanti. ||

sunt quaedam communes utriusque casus. non nullae tam casui quam verbo praeponuntur, aliae tantum verbo, quaedam tantum casui. aliae mutato accentu in adverbia accedunt. non nullae loquellis serviunt, ut si dicas scribo, adiectis praepositionibus hoc genere varietur, ut con de sub, conscribo describo subscribo.

Praepositiones aut casibus tantum modo serviunt aut solis loquellis aut utrisque communiter. casibus tantum serviunt, ut apud penes: sunt aliae quae harum inveniuntur exemplo. loquellis tantum iunguntur, ut am con di dis se re au, ut amplector congredior diduco distraho separo refero aufero. ceterae praepositiones et verbis cohaerent et casibus, ut per, *perfer* per hunc, *ad*, admove ad urbem. quae casibus serviunt aut accusativo casui aut ablativo copulantur. quae accusativo casui serviunt iunguntur hoc modo: ad, ad domum; ante, ante indices; adversus, adversus hostem; cis, cis Tiberim; citra, citra Italiam; contra, contra Grae-

4 accidunt *B* accid̄ *M* accedunt *A* accidit *Donatus* 5 accedere *AM* 8 sed — 17 tenus *Donat. p.* 1766 nominantur. casibus seruiunt accusatiuo dumtaxat et ablatiuo. sed scire *ABM* 9 praepositionis in suum *M* retinere *Donatus* retinent *BM* retenent *A* 12 subsecuntur *B* subsequuntur *AM* subsequitur *Donatus* 13 ipsae uerba *M* ipse uerba *A* ipsa uerba *B* 14 ut suffero — suscipio *om. ABM, add. Donatus* 16 casui *Donatus* casu *ABM* crurum] *Verg. georg.* III 53 18 laterum] *Verg. Aen.* X 210 hispida nati *B* hispidam anti *M* 19 sunt — 21 accedunt *Charis. p.* 205. sunt *om. ABM, add. Charisius* tam casui quam verbo, *quae hoc loco omissa post* 21 accedunt nonnullae *habent ABM, huc transposui duce Charisio* 21 accedunt *A et Charisius* cedunt *B* caedunt *M* 24 Praepositiones — 411, 5 subter mari *Charis. p.* 204 *sq.* aut solis — 25 serviunt *om. M* 25 utrisque ς utriusque *AB* poenes *M* sunt alia nequae *B* 28 ut per. per hunc admoue ad urbem *M* ut per nut admoue ad urbem *B* per per hunc admoueat orbem *A* ut perfer huc admoue ad urbem *codex Neapolitanus Charisii* 32 cis tiuerim *AM* cis tisuerim *B*

ciam; circum, circum muros; circa, circa forum; erga, erga conscientiam; extra, extra civitatem; inter, inter propinquos; intra, intra oppidum; infra, infra potentes; ob, ob amicitiam; post, post domum; penes, penes plurimos; praeter, praeter paucos; propter, propter spem; pone, pone tergum; secundum, secundum disciplinam; trans, trans Alpes; per, per provinciam; iuxta, iuxta aedem; ultra, ultra terminum; usque, usque Galliam; prope, prope me' est, ut dicit Cicero in Pisonem dixit. item 'proximus Pompeium sedebam'. sed et dativo casui idem Cicero dixit ad Atticum: 'propius grammatico accessi'; Nepos inlustri * Sallustius 'proxima Carthagini loca'; Vergilius

proximus huic, longo sed proximus intervallo;

idem

propius stabulis armenta tenerent.

ablativo casui hae sic iunguntur: a, a propinquis; ab, ab homine; absque, absque nobis; cum, cum sociis; coram, coram amicis; clam, clam patre; de, de civitate; || e, e foro; ex, ex provincia; pro, pro fratre; prae, prae dolore; palam, palam omnibus; sine, sine domino; tenus, tenus crure. et quae utrisque casibus serviunt, ut in *et* sub praepositiones, accusativo casui tunc iunguntur, quando aliquo nos transferimus, ut in ius eo, in provinciam vado, sub montem pergo. cum autem in ipso loco sumus, ablativo casu utemur, ut in iure sto, in provincia sum, sub monte moror. super etiam et subter, licet rarius, utrisque casibus serviunt. nam dicimus et super terram et super terra, ut

stratoque super discumbitur ostro,

et

2 propinco *B* 3 poenes poenes *M* 4 pene pene tergum *ABM* pone tergum ς 5 alpes ς alipis *AM* alipsis *B* prouintiam *ABM* 7 prope prope me est *A* prope prome est *B* prope prope est *M* prope prope me et *Caesarius* ut dicit Cicero in Pisonem proximus ς ut dicit Cicero in Pisonem: dixit idem: proximus *sqq. coniecit Halmius in Cic. op. ed. Orell.* II *p.* 1067 *ed. sec.* in Pisonem *in exemplis praepositionum casibus cohaerentium posuerunt Cominianus et Palaemon apud Charisium p.* 205 *et p.* 206: *cum dativo casu* proximus *dixit Cicero ad Att.* I 14, 3, *ubi* proximus Pompeio sedebam *est in codice Mediceo,* propius *Cornelius Nepos Hann.* 8, propius Tiberi quam Thermopylis. *quare omissis* in Pisonem, *quae perperam inlata esse videntur, in reliquis perturbata librorum scriptura ita emendari poterit,* prope, 'prope me', ut dicit Cicero. sed et dativo casu idem Cicero dixit ad Atticum 'proximus Pompeio sedebam'; item 'propius grammatico accessi'; Nepos: *vel ita.* prope, prope me est, ut dicit Cicero * item 'proximus Pompeium sedebam' idem Cicero dixit ad Atticum. sed et dativo casui iungitur, 'propius grammatico accessi'; Nepos. *in quibus quod priore loco adscriptum est Ciceronis exemplum vel ad Cic. ad fam.* VII 23, 4. non modo prope me sed plane mecum habitare posses, *pertinere poterit, vel ad Cic. pro Mil.* 22, 59 proxime deos accessit, *quorum posterius habent Priscianus p.* 1172 *et Arusianus p.* 536 *ed. Mai.* propius grammatico accessi *autem, quae inter fragmenta Nepotis recepit A. Schottus p.* 138, *a grammatico ficta esse videntur* proxime *Buschius* 8 casu *Putschius* 9 proprius *B* accessi *B* accensi *M* accessis *A* inlustri *AB* inlustris *M* salustius *BM. Iug.* 18 loca quae proxime Carthaginem Numidia appellatur 10 cartagini *AM* loco *M* Vergilius] *Aen.* V 320 12 idem] *georg.* I 355 14 hac *BM* haec *A* 16 prouintia *M* fratre *lacuna relicta om. M* 18 utrisque ς utrinsque *ABM* et *post* in *om. ABM* 20 prouintiam *M* 21 prouintia *M* 22 utrisque ς utriusque *ABM* 24 strataque *A. Verg. Aen.* I 700 discumbuntur *B* ostra *A*

p. 406 P.

gemina super arbore sidunt,

et

ligna super foco
large reponens.

item subtèr testudinem et subter testudine et subter mare et subter mari.

Praepositiones in ex e de per pro prae tam verbis praeponuntur quam casibus * amplectuntur. sed iunctae verbis sive nominibus modo significationem augent, ut inpotens exosus edurus deamo perodi, promissa barba, praepingue; modo diminuunt, ut inscius exors enervis deformis perfidus profanus.

DE PRAEPOSITIONIBVS QVAE SVB VARIA SIGNIFICATIONE APVD AVCTORES INVENIVNTVR

DE IN PRAEPOSITIONE

In praepositio significat modo id quod est valde et vim verbi cui praeponitur, ut superius diximus, auget, ut increpuit insonuit, ut Vergilius

Turnus ut infractos a. M. L.

modo significat idem quod non et vim verbi inminuit cui praeponitur, ut invalidus infirmus. ponitur et pro eo quod est inter, ut

Penthesilia furens mediisque in milibus a.

item

aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici;

et pro adversus, ut in parricidam, in tyrannum, ut Vergilius

quid meus Aeneas in te c. t.

et

ipse deos in Dardana suscitat arma;

et pro modo qualitatis, ut

quem pellis aenis
in plumam squamis a. c. t.

et

atque huic in faciem soror ut conversa Metisci;

interdum et pro particula supervacua, ut

1 gemina] *Verg. Aen.* VI 203 3 ligna] *Hor. carm.* I 9, 5 foco large reponens *A* fogolar gere ponens *M* l•g• reponens *(om.* foco) *B* 5 super testudinem et super testudine *AB* super testitudinem et super testitudine *M*: subter *utroque loco Buschius. cf. Verg. Aen.* VIIII 514 7 casus amplectuntur ς. *excidisse videntur quaedam de coniunctione et separatione praepositionum* amplectantur *M* 8 barba *Buschius* uerba *ABM* 9 dimminuunt *B* excors ς eneruis *B* ineruis *AM* inermis ς 13 DE IN PRAEPOSITIONE *b* DE IN PRAEPOSITIONIBUS *BM, om. A* 14 In — 18 inter *exc. orthogr. p.* 2788 15 ut increpuit insonuit *AM* increpuit insonuit ut *B* Vergilius] *Aen.* XII 1 Turnus ut infractos adverso Marte Latinos 18 inualidus inpunitus et pro *M* 19 Penthesilia] *Verg. Aen.* I 491 21 aut capiu *ABM. Verg. Aen.* I 183 22 parricidam *p* parricida *AM* paricida *B* Vergilius] *Aen.* I 231 quid meus Aeneas in te committere tantum 23 quod *Putschius* 25 ipse] *Verg. Aen.* II 618 27 quem] *Verg. Aen.* XI 770 quem pellis aenis In plumam squamis auro conserta tegebat 30 adque *A* adquae *M. Verg. Aen.* XII 623 ut *BM* aut *A* comuersa metisci *AB* conuersam metiscum *M*

p. 406. 407 P.

nosco crines incanaque menta.

interdum qualitatem habet ad peius deteriusve tendentem, ut

quam semel informem v. v. s. a. S.

non enim nullius formae || significat sed malae formae, [sed et] quae dicitur vulgo deformis. item apud Vergilium

et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae.

nam et hic non nullius sed malae tempestatis ac per hoc insalubres pestilentesque. ponitur et pro qualitate ordinativa, ut cum dicimus opus in dies crescit, ut Vergilius

inque dies avidum caput altius effert,

et apud Tullium 'crescit in dies singulos'; et pro spatio temporali, cum significat usque adhuc, ut cum dicimus a mane in noctem, ut apud Vergilium

felix si protinus illum
aequasset nocti ludum in lucemque tulisset.

ponitur et pro praepositione pro, ut cum dicimus hoc munus in magno habeo, ut Vergilius

in magno munere Cisseus
f. s. d. m. e. p. a.

et Sallustius in primo historiarum libro 'ut et facta in gloria numeret et, si liceat, avidius fecerit'.

DE SVB PRAEPOSITIONE

Sub praepositio significat modo supra, ut

ter flamma ad summum subiecta reluxit,

et

corpora saltu
subiciunt in equos,

id est supra iaciunt; modo infra,

caudamque remulcens
subiecit pavitantem utero silvasque petivit,

item

pedibusque rotarum
subiciunt lapsus.

1 nosco] *Verg. Aen* VI 810 2 deteriusue tendentem *Caesarius* deterius pendentem *ABM* 3 quam] *Verg. Aen.* III 431 informes uasto uidisse sub antro Cyclopas ς 4 sed aeque dicitur ς 5 apud Vergilium] *Aen.* X 184 7 non nullius ς a nonnullis *ABM* pestilentesquae *B* pentilesque *A* pentiles quae *M* 9 Vergilius] *georg.* III 553 10 capud *AB* 11 apud Tullium] *in Catil.* I 2, 5 12 a *om. ABM, add. bp* apud Vergilium] *Aen.* VIIII 337 17 Vergilius] *Aen.* V 537 in magno munere Cisseus Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris 18 cissecissens *ABM* 19 fis. D. M. e. a. *A* f. s. d. m. u. a. *B* f. s. d. m. eam *M* 20 salustius *BM. in oratione M. Aemilii Lepidi* § 19 ut *om.* ς et *om. B* numeret *AM* muneret *B* numero ς 23 Sub — 414, 7 imperium *exc. orthogr. p.* 2798 *sq.* 24 ter] *Verg. georg.* IIII 385 flammam *B* 26 corpora] *Verg. Aen.* XII 287 saltus *Mp* 29 caudamque] *Verg. Aen.* XI 812 30 pauitatem *M* 32 pedibusque] *Verg. Aen.* II 235

significat et prope, ut

quo deinde sub ipso
ecce volat,

item

classemque sub ipsa
Antandro.

ponitur et pro praepositione in, ut

namque sub ingenti lustrat dum singula templo,

et ut

quam semel informem vasto vidisse sub antro S.

id est in templo et in antro.

DE SVPER PRAEPOSITIONE

Super praepositio significat modo de, ut

multa super Priamo rogitans,

et

haec super arvorum cultu pecorumque canebam
et super arboribus.

modo et pro praepositione pro, ut

nec super ipse sua molitur laude laborem,

et

nil super imperio moveor.

ponitur et pro insuper et amplius, ut

cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi
Dardanidae,

item

ecce super maesti magni Diomedis ab urbe
legati respon‖sa ferunt;

et pro desuper, ut

haec super e vallo prospectant Troes,

et

superque inmane baratrum
cernatur,

item

gemina super arbore sidunt;

2 quo deinde *AB* quod de ipso *M*. *Verg. Aen.* V 323 3 ecce uolat *AB* et euolat *M* ipse uolat *Putschius* 5 classemque] *Verg. Aen.* III 5 8 namque] *Verg. Aen.* I 453 10 quam] *Verg. Aen.* III 431 informes ς ˙s *B* y *AM*, *om.* ς 14 multa] *Verg. Aen.* I 750 Priamo — 17 arboribus *om. B* 15 et ς aut *AM* 16 haec] *Verg. georg.* IIII 559 aruorum ς arborum *AMp* pecorumque ς pecodumque *AMp* 19 nec] *Verg. Aen.* IIII 233 ipsa *Ap* 21 nihil *ABM*. *Verg. Aen.* X 42 23 cui *AB* cum *M*. *Verg. Aen.* II 71 24 dardanidae *B* dardanidē *AM* 26 ecce] *Verg. Aen.* XI 226 magna ς orbe *AM* ore *p* 27 legati *Ap* legatur *corr.* -ti *B* legatio *M* 29 haec] *Verg. Aen.* VIIII 168 e *AB* et *M* 31 superque] *Verg. Aen.* VIII 245 32 caenatur *M* cernitur ς 34 gemina] *Verg. Aen.* VI 203

p. 408 P.

et pro superest, ut

ille autem, neque enim fuga *iam* super ulla pericli,

et

o mihi sola mei super Astyanactis imago.

interdum et ultra significat, ut

super et Garamantas et Indos
proferet imperium.

DE PRO PRAEPOSITIONE

Pro praepositio significat porro, ut cum profundum dicimus pelagus, cuius porro fundus sit, ut

hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni,

et

proiecto dum pede laevo
aptat se pugnae.

significat et ante, ut

soli pro portis Messapus et acer Atinas
sustentant aciem;

et cum pronaum et procoetona et proscenium dicimus locum qui est ante scenam et ante coetona. item prodere ante dare significat, ut prodere patriam dicitur proditor; modo porro dare et propagare, ut

Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
proderet.

modo pro in praepositione, ut cum dicimus pro rostris, pro tribunali, ut apud Vergilium

hirsutumque supercilium promissaque barba,

id est immissa; et pro eo quod est ἀντί apud Graecos, ut cum dicimus 'cervam pro Iphigenia', et

pro dulci Ascanio veniat;

et pro eo quod est ὑπέρ, ut

unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum.

DE EX ET AB PRAEPOSITIONIBVS

Ex et ab praepositiones, si sequens verbum a vocali incipiat, integre

2 ille] *Verg. Aen.* VIII 251 enim superest fuga superest ulla periculi *B* iam *om. AM, add. exc. orthogr.* nunc ς 4 o mihi] *Verg. Aen.* III 489 astianactis *AM* 5 interdum et *exc. orthogr.* indera est *A* item et *B*: interdum — 7 imperium *om. M* 6 super] *Verg. Aen.* VI 795 garamanthas *Ap* garamathas *B* 9 Pro — 30 unum *exc. orthogr. p.* 2794 11 hinc *AB* hac *M. Verg. Aen.* III 699 13 proiecta *AB. Verg. Aen.* X 587 16 soli] *Verg. Aen.* XII 661 messabus *A* 17 sustentaut *A* sustentans *M* susteut *B* 18 pronaum *AB* pronanium *M* 19 item prodere *bm* item procedere *ABM* 20 proditor *B* proditur *M* producitur *A* 21 Italiam] *Verg. Aen.* IIII 230 22 prodere *M* 24 apud Vergilium] *bucol.* 8, 34 26 anti *ABM* 27 ifigenia *ABM* 28 pro] *Verg. Aen.* I 659 29 yper *ABM* 30 unum] *Verg. Aen.* III 435 32 Ex — 415, 11 index *exc. orthogr. p.* 2776 *sq.*

efferuntur, ut ex oppido, ab illo: si consonantes sequantur, extremam litteram perdunt, ut e foro, a Marco; similiter si vocalis sequatur consonantis loco posita, ut a Iunone, e virtute, a vino. hae praeterea praepositiones, ut quibusdam videtur, non idem unumque significant. nec enim unum est a theatro venire et ex theatro. nam qui dicit a theatro non ex ipso theatro sed e loco qui est proximus theatro, qui ex theatro se venire dicit ex ipso venit theatro. his praepositionibus contraria potestate || sunt ad et in, quae et ipsae non unum idemque significant, quia in forum ire est in ipsum forum intrare, ad forum autem ire, in locum foro proximum; ut in tribunal et ad tribunal venire non unum est, quia ad tribunal venit litigator, in tribunal vero praetor aut iudex.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio est pars orationis indeclinabilis copulans sermonem et coniungens vim et ordinem partium orationis. nam ob hoc meruit nomen, quia pro vinculo interponitur orationi. laxatum enim et diffusum sermonem more catenae interposita devincit. Palaemon eam ita definit, coniunctio est pars orationis conectens ordinansque sententiam. coniunctionum quaedam sunt principales, aliae subsequentes, aliae mediae, quibus utralibet parte positis sine vitio coniungitur oratio. principalis est coniunctio *sed*, ut

sed te qui vivum casus age fare vicissim.

nam ille ordo ubi postponitur poeticus est per anastrophen factus,

ipsa sed in somnis i. u. v. i. c.

subsequens est que, media est etiam. coniunctioni accidunt figura ordo potestas. figura est qua apparet aut simplex sit, ut nam, aut conposita, ut namque. ordo coniunctionum triplici genere servandus est, [primo] quo apparet utrum praepositiva sit, ut nam, an subiunctiva, ut que, vel quae praeponi et subiungi possit, ut itaque namque. potestas coniunctionum in quinque distributa species dividitur. sunt enim copulativae disiunctivae expletivae causales rationales. copulativae hae, et que ac at ast atque (at, haec particula, cum coniunctio est, per t scribitur, cum praepositio est, per d); disiunctivae, aut ve vel nec neque an ne neu neve; expletivae, quidem equidem quoque autem tamen porro profecto deinde

2 consonantis ς consonantium *ABM* 5 ex theatro qui ex theatro se uenire dicit ex ipso uenit theatro. Nam qui dicit a theatro non ex ipso theatro sed e loco qui est proximus theatro his *ABM: rectum ordinem indicant exc. orthogr.* 7 contraciae sunt *p*: ad et in praefatis praepositionibus pares sunt contraria potestate sunt *exc. orthogr.* 8 quae] quod *ABM* 10 quia *A* qui *BM* 14 partium ς partis *ABM: cf. Priscian. p.* 1025 16 deuincit ς demsit *A* dempsit *M* demset *B* densat *b* Palaemon — 416, 31 quam hic *Charis. p.* 198 *sqq.* definit *M et Charisius* definiit *B* definiuit *A* 19 sed *om. ABM, add. m et Charisius* 20 sed te qui uinum *B* sedit equi ninum *M* sed equi uium *A* sed qui te uiuum ς. *Verg. Aen.* VI 531 21 anastrofen *AM* 22 ipsa] *Verg. Aen.* I 353 ipsa sed in somnis inhumati venit imago Coniugis 23 est quae *AB* quae (*om.* est) *M* accedunt *AM* 27 potestas — 416, 14 si quidem *Donat. p.* 1763 *Prob. p.* 365 *sq. ed. Vindob. Claud. Sacerd. p.* 22 *sqq. ed. Vindob:* 29 ac *om. AB* 30 ad haec *A*

p. 409—11 P.

saltem || nimirum vero; causales, si, etsi, etiamsi, si etiam, si tamen, tamen si, siquidem, quando, quandoquidem, quin, quin etiam, sin, sin etiam, sin autem, seu, sive, nam, namque, ni, nisi, nisi si, praeterea, enim, etenim, sed, quia, quoniam (hae coniunctiones, quia et quoniam, hoc distant: quia referentis est, quoniam iterantis post interrogationem alicuius) eo, ideo, idcirco, propter, causa, gratia. hae ubi causa redditur rerum, coniungere orationem solent ita, 'non dedit, quia non habuit'. si coniunctio et simplex et conposita producitur, sed praeposita quidem particulae, ut siquidem, subposita vero corripitur, ut nisi. ratiocinativae, sed, quam ob rem, praesertim, item, itemque, sine, ceterum, alioquin, atquin, enim, etenim, enimvero, quia, quapropter, praeter, quippe, quoniam, quoniamquidem, ergo, igitur, ideo, ideoque, scilicet, propterea, quare, quocirca, quippe, utpote, sane, [scilicet] videlicet, itaque, quamvis, licet, quamquam, quando gravi accentu, quatenus, quandoquidem, siquidem. dictae sunt ratiocinativae, quod quamque rem praepositam ratione confirmant, in hunc modum, 'lucet, igitur dies est'. nam hic ratione colligit lucem ideo esse, quod dies est, seu diem ideo esse, quod lux est. sunt item praeterea, ut ait Plinius, inlativae hae, quamquam quamvis etsi tametsi. item finitivae dicuntur hae, dum [quamquam] postquam antequam quatenus; item optativae, utinam ut ne velim. subiunctivae, cum, si et quae ab eo conposita sunt, tametsi, antequam, donec, quamvis, dummodo, licet, postquam, priusquam, dum cum pro donec accipitur aut pro dummodo. nec te moveat, si quaedam esse et adverbia et coniunctiones recognoveris. sunt etiam dictiones quas incertum est utrum coniunctiones an praepositiones an adverbia nominemus, quae tamen omnes sensu facile dinoscuntur. nam et coniunctiones pro aliis coniunctionibus positae inveniuntur potestate mutata. sunt aliae ad aliquid relativae, ut ait idem Plinius, sive comparativae, magis potius immo, in hunc modum, 'hic eat, immo ille vel potius ille'. idem ait conparandi potestatem habere tam quam. sed haec videntur adverbia magis similitudi||nis, ut 'tam quam bonus amicus' et 'tam ille quam hic'.

1 saltim *M* etiamsisi. etiamsi. tamen. tamensi *ABM* etiam etiamsi tametsi si tamen *Probus* 3 ni. nisi. nisi. si *M* ni. nis. nisisi *B* nisi si uisisi *A* *post* praeterea *omissae sunt rationales coniunctiones, quae secundum Cominianum definitae exstant apud Charisium et Probum. interpositis quibusdam, quae a Palaemone petita sunt, utriusque grammatici definitionem coniunxit Diomedes* 4 hae coniunctiones *b* haec iunctiones *p* hae iunctiones *AB* haec iunctione *M* 10 siue ceterum *B* sine cetero *Mp* siue ueterum *A*: item sunt qui figurate legerint sine et putent coniunctionem esse rationalem *Probus p.* 366 12 ideo *M* adeo *AB* quocirca *AMb* quodcirca *B* 15 praepositam *p et Charisius* proposita *ABM* 18 plinius *B* pleuius *AMp* 20 cum *Charisius* tum *p* dum *M* tam *AB* 23 ea aduerbia *ABM* ea et aduerbia *p* coniunctio… ..cognosceris *lacuna relicta M* recognoveris *Charisius* recognosceris *Bp* recognusceris *A* recognosces ς 24 sunt — 27 mutata *Donat. p.* 1763 27 plenius *AM* 29 tamquam *AB* numquam *M* videntur *Charisius* uideantur *ABM*

DE ET CONIVNCTIONE

Et coniunctio id valet quod que; sed hoc differt, quod haec non modo subiungitur sed etiam praeponitur, modo geminata, ut

qui foedere certo
et premere et laxas s. d. i. a.

modo simpliciter elata, sed figurata, ut

labitur uncta vadis abies, mirantur et undae,
miratur nemus;

modo interrogativa, ut

et quae Romam tibi fuit c. v.

modo indignativa, ut

et quisquam numen I. a.

modo confirmativa, ut

et dubitamus adhuc virtutem extendere vires;

modo causalis, ut

et gens illa quidem sumptis n. t. ph.

modo admutiva et promissiva, ut

dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo;

modo auctiva pro etiam, ut

quorum Iphitus aevo
iam gravior Pelias et vulnere tardus Vlixi;

modo ordinativa, ut

corpusque lavant frigentis et unguunt;

modo superlativa, ut

quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes;

modo diminutiva per gradus, ut

felix qui potuit rerum cognoscere causas,
fortunatus et ille deos qui novit agrestis.

DE AVT CONIVNCTIONE

Aut coniunctio dubitativam, si geminetur, habet potestatem. qui enim dicit 'aut librum volo aut pretium' utrumque ex aequo desiderare significat, ut illis,

3 geminata *Buschius* geminatur *ABMp* 4 qui] *Verg. Aen.* I 62 qui foedere certo et premere et laxas sciret dare iussus habenas 7 lanitur *ABp*. *Verg. Aen.* VIII 91 uncta] unda ς abies *b* auies *B* auines *AM* auices *p* 9 ut quae romam tibi fuit cura eundui *p*. *Verg. bucol.* I, 27 et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi 12 et quisquam] *Verg. Aen.* I 48 nomen *M*: numen Iunonis adoret ς 14 et dubitamus] *Verg. Aen.* VI 807 vires] factis ς 15 ut *om. ABM, add. p* 16 et gens] *Verg. georg.* II 125 illa sumptis quidem. inf. t. h. *p* n. t. f. h. *ABM* non tarda pharetris ς 17 adnutiua *AB* adnotiua *M* adnuntiatiua *p* adiunctiua ς 18 dic] *Verg. bucol.* 3, 104 19 actiua *ABMp* adiectiua ς 20 quorum] *Verg. Aen.* II 435 ipithus *AM* epithus *p* 23 lauant corpus ς. *Verg. Aen.* VI 219 frigentes *Mp* uncunt *B* ungent *p* 25 quidquid] *Verg. Aen.* II 49 timendanaos *ABM* timent danaos *p* 26 dimminutiua *B* ut *om. ABM, add. p* 27 felix] *Verg. georg.* II 490. 493 30 dubitatiuam ς dubitatiua *Bp* dubitantiua *A* diuitatiua *M* quia dicit *BMp* quę dicit *A* ut qui dicit ς

p. 411. 12 P.

aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
praecipitare iubent, s. i. u. f.
aut terebrare cavas uteri e. *t.* l.

aut, si semel subiciatur, diminutiva est et gradum habet ad inferiora tendentem, ut cum dicimus 'librum volo aut pretium'; ut, si liber, quem potissimum volo, minime reddatur, tum, quod secundum est, vel pretium, ut

incute vim ventis ss. o. p.
aut age diversas.

nam furens Iuno et irata quod gravissimum credebat optavit, deinde quod secundum intulit. || huius coniunctionis qualitates sunt multae. modo comminativa est, cum dicimus 'aut da mihi aut rapio', ut

Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen,
quale meo Codro concedite (proxima Phoebi
versibus ille facit), aut si non possumus omnes;

modo hortativa est ita,

aut tu, magne pater divum, miserere,

ut est dictum et illud,

vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
si mereor, demitte;

modo coniunctiva pro et, ut

molirive moram aut veniendi poscere causas;

et pro que, ut

liquidas corvi presso ter gutture voces
aut quater ingeminant,

pro ter quaterque; modo pro separativa, ut

aut onera accipiunt venientum aut agmine facto,

item

aut ante ora deum pinguis s. a.

modo fundit modo spatiatur; item

semineces volvit multos, aut agmina cursu
proterit, et raptas fugientibus ingerit hastas.

1 aut] *Verg. Aen.* II 36 insidiae *M* insidie *A* inspecta (*corr.* suspecta) quae *M* 2 iubent (iuuent *B*) s. t. u. f. *ABM* iubet subiectisque urere flammis ς 3 e. l. (*om.* t) *ABM* et tentare latebras ς 5 ut cum dicimus librum ς ut dicimus cum librum *AMp*: ut — pretium *om. B* liber *AM* librum *p et in litura B* 6 pretium *p* spatium *M* spacium *AB* 8 incute] *Verg. Aen.* I 69 incute vim ventis submersasque obrue puppes submissosque opuppis *p* 9 aut age diuersus *p* aut agendi uersus (uersos *b*) *ABM* 11 comminatiua *b et Caesarius* comminutiua *ABM* diminutiua *p* coniunctiua ς 13 nymfhae *B*. *Verg. bucol.* 7, 21 14 foebi *ABM* 16 ortatiua *A* optatiua *p* est ita *Ap* est ista *B* et ista *M* 17 aut] *Verg. Aen.* VIIII 495 19 vel] *Verg. Aen.* V 691 quos *B* 20 demitte *AB* dimitte *Mp*ς 21 subiunctiua *p* 22 molirive] *Verg. Aen.* I 414 24 liquidas] *Verg. georg.* I 410 guttere *B* 26 pro ter et quaterque *AM* propter et quater quae *B* propterque quaterque *p* 27 aut onera] *Verg. georg.* IIII 167 *Aen.* I 434 29 aut ante] *Verg. Aen.* IIII 62. media inter cornua fudit aut ante deum pinguis spaciatur ad aras ς 30 spaciatur *A* 31 seminices *M*. *Verg. Aen.* XII 329 curru ς 32 proterit *BM* poterit *A* raptas *B* raptus *A* raptos *M*

DE INTERIECTIONE

Interiectio est pars orationis affectum mentis significans voce incondita. interiectioni accidit significatio tantum; quae aliis partibus orationis interiaci et inseri solet. haec vel ex consuetudine vel ex sequentibus verbis varium affectum animi ostendit. exultantem significat, ut evax; aut voluptatem, ut va; aut dolentem, ut vae; aut gementem, ut heu; aut timentem, ut ei attat; aut admirantem, ut babae papae; aut adridentem, ut hahahe; aut hortationem, ut eia, age, age dum; aut irascentem, ut nefas, pro nefas; aut laudantem, ut euge; aut vitantem, ut apage; aut vocantem, ut eho; aut silentium, ut st; aut ironiam, ut phy hui; aut intentius aliquid demonstrantem, ut em; aut ex inproviso aliquid deprehendentem, ut attat; et siqua sunt similia, quae affectus potius quam observationes artis inducant. sunt plurimae dictiones incertae inter adverbia et interiectiones, ut est heus heu eia em. etiam aliae partes orationis || pro interiectione singulae pluresve ponuntur, ut est o mi, ellum, amabo, nefas, pro nefas, malum, miserum, infandum. has enim, ut adserunt multi, in quibusdam locis interiectiones esse ipse declarat affectus. et fere quidquid motus animi orationi inseruerit, quo detracto textus integer reperitur, numero interiectionis accedet. interiectionem Graeci inter adverbia posuerunt; Latini ideo separa||runt, quia huiusce modi voces non statim subsequitur verbum, et late multiplex interiectionis causa consistit.

[DE MEMORIA

Memoria est velox animi et firma perceptio, cuius facultatem fovet exercitatio lectionis enarrationisque intentio, stili cura, redditio sollicita et diligens et iteratio atque repetitio frequens.] ||

2 incondita *p* condita *ABM* 3 accedit *AM* 4 interiacens inseri ς 5 exultatem *B* 6 ua *AB* uua *M* dolorem *p* ut ue *AMp* uae (*om.* ut) *B* 7 ei *om. Mp* atat *B* babe *Bp* habe *A* aue *M* pape *ABMp* adridentem *Ap* ridentem *M* admirantem *B* 9 uitantem *ABM* dubitantem *p* 10 heo *A* st *Ap* sit *M* scit *b*, *om. B* 11 inprouisu *M* atat *B* 15 o mi *Mp* om *B* omni *A* 18 animus *ABM* 19 accedet *B* accedit *A* accedat *M* 24 curare dictio *M* 25 dilegens *B* frequens. EXPLICIT ARS DIOMEDIS GRAMMATICI *M*

LIBER SECVNDVS.

p. 413. 14 P.

In primo libello sermonis universi membra, quae prima legentibus artis grammaticae studia praecipua esse videbantur, pro qualitate ingenii puto me satis exposuisse, nec ullius fugere scientiam arbitror totam loquendi materiam disputandique substantiam partibus orationis administrari; in hoc vero quid sit grammatica et quibus aliis adminiculis instruatur explicabimus.

DE VOCE

Vox est, ut Stoicis videtur, spiritus tenuis auditu sensibilis, quantum in ipso est. fit autem vel exilis aurae pulsu vel verberati aeris ictu. omnis vox aut articulata est aut confusa. articulata est rationalis hominum loquellis explanata. eadem et litteralis vel scriptilis appellatur, quia litteris conprehendi potest. confusa est inrationalis vel inscriptilis, simplici vocis sono animalium effecta, quae scribi non potest, ut est equi hinnitus, tauri mugitus. quidam etiam modulatam vocem addiderunt tibiae vel organi, quae, quamquam scribi non potest, habet tamen modulatam aliquam distinctionem. unde quidam vocis tria officia designant, eloquium tinnitum sonum. eloquium est humanae pronuntiationis || expressa significatio facilem mentibus efficiens intellectum; tinnitus est fabricatae materiae inlisio tenui sono auditionem acuens; sonus est corporalis conlisio repentinum auribus inferens fragorem. quid quod veteres omnes sonos voces dixerunt? ut

fractasque ab litore voces.

DE DEFINITIONE

Definitio est oratio quae id de quo quaeritur aperte describit et de-

1 Liber II diomedis *AB* incipit liber secundus diomedis *M* 3 praecipue *M* praecipuę *A* 4 fugire *B et corr.* fugere *M* 5 octo partibus ς 6 sit ς essit *A* esset *M* esse *B* 8 de voce] *Mar. Victor. p.* 2449 *Max. Victor. p.* 1939 *Donat. p.* 1735 *Prob. p.* 229 *ed. Vindob.* 9 audito *A* 10 exilis *Bm* exillis *AM* 12 et *om. BM* scriptilis *A* scribalis *M* scripturalis *B* 13 inscriptulis *B* 15 modolatam *AB* modolati *M* addederunt *A* 16 potest *BM* possit *A* modolatam *ABM* 17 designantur *M* 19 efficiens *BM* efibens *A* exhibens *Putschius* fabricata *BM* 20 acuens *B* aguens *A* augens *M* 21 quid quod *A* quid quid *BM* 23 fractasque] *Verg. Aen.* III 556 ab litore *AM* ab latore *B* ad littora ς 24 de definitione] *Charis. p.* 125 *Max. Victor. p.* 1938 *Mar. Victor. p.* 2451 25 aperte *AB* apte *M* discribit *B*

p. 414. 15 P.

terminat. Cicero sic eam definit, 'definitio est oratio quae quid sit de quo agitur ostendit quam brevissime'.

DE ARTE

Ars est rei cuiusque scientia usu vel traditione vel ratione percepta tendens ad usum aliquem vitae necessarium. Tullius hoc modo eam definit, 'ars est perceptionum exercitatarum constructio ad unum exitum utilem vitae pertinentium'. ars dicta, quod arto praecepto singula definiat et velut vias quasdam ostendat; vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, unde veteres artem pro virtute appellabant. artium genera sunt plura, quarum grammatice sola litteralis est, ex qua rhetorice et poetice consistunt; idcirco litteralis dicta, quod a litteris incipiat. nam et grammaticus Latine litterator est appellatus et grammatica littera||tura, quae formam loquendi ad certam rationem dirigit.

DE LITTERA

Littera est pars minima vocis articulatae ab elemento incipiens una figura notabilis. Scaurus sic eam definit, littera est vocis eius quae scribi potest forma. elementum est minima vis et indivisibilis materia vocis articulatae vel uniuscuiusque rei initium a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur. huius figura littera vocatur; et sunt omnes figurae litterarum numero XXIII. sed harum potestates, quas elementa nominamus, plurimae intelleguntur. litteras etiam veteres elementa dixerunt, quod orationem velut quaedam semina construant atque dissolvant. etenim differt utrum quis dicat elementum an litteram an per se, quia elementum quidem est vis ipsa et potestas, littera autem figura est potestatis, a vero nomen est et potestatis et figurae. igitur elementum intellegitur, littera scribitur, a nominatur. littera dicta quasi legitera, quia legitur, vel quod legentibus iter ostendit, vel a litura quam patitur, vel quod legendo iteratur. accidunt unicuique litterae tria, nomen figura potestas. nomen est quo dicitur vel enuntiatur; figura, cum scripta aspicitur vel notatur; potestas qua valet in ratione metrica, id est cum ad proprietatem suam a reliquis segregatur.

Litterae quibus utimur XXIII hae sunt, a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. harum differentiae sunt tres. prima differentia *in* litteris qualitates habet duas, quod aut Latinae sunt aut Graecae. Latinae sunt una et viginti, Graecae

1 Cicero] *orat.* 33, 116 definit *M* diffinit *B* definiuit *A* 3 DE ARTE] *Mar. Victor. p.* 2449 *sq. Prob. p.* 229 *ed. Vindob. Serv. in Donat. p.* 312 *ed. Vindob.* 4 vel ratione *om. B* 5 definit *M* defininit *A* diffiniuit *B* 8 definiat *AB* definiuit *M* apotis (apotes *M*) aretes *ABM* 10 ex *om. B* 12 litterator *BM* litteratus *A* 14 DE LITTERA] *Donat. p.* 1735 *sqq. Mar. Victor. p.* 2452 *sq. Prob. p.* 230 *sqq. ed. Vindob.* 15 elimento *ABM* 16 definit *B* definiit *AM* 17 elimentum *M* est *om. AB* 20 elimenta *ABM* 21 elimenta *AM* 22 rationem *BM* coustruunt *BM* difert *A* 23 elimentum *ABM* elimentum *AM* 25 elimentum *AM* 28 accedunt *ABM* 29 quod dicitur *BM* 30 qua ualet *B* qua uel *M* quia uel *A* 33 diferentiae *M* in *om. ABM, add.* ς

duae, y et z, quae in usum nostrum propter nomina Graeca venerunt. ex his vocalis est y (nam et in ea observare debemus quaecumque in vocalibus observantur), semivocalis z. || secunda differentia in litteris qualitates aeque duas habet, quod aut vocales sunt aut consonantes; item consonantium quaedam semivocales, quaedam mutae. vocalium potestates sunt duae, quod tam pronuntiatae singulae syllabas faciunt et per se proferuntur quam cum consonantibus iunctae syllabam facere possunt. vocales ideo dictae, quod ad scribendas voces articulatas necessariae habentur. has quidam sonantes appellant. sunt autem numero quidem quinque, a e i o u, potestate autem septem, si quidem e pro *η* et pro *ε* [et pro *ει*] Graecis ponitur. namque e brevis est scriptura, pronuntiatione longa, ut conticuere [et moenia]. et o pro *ο* et *ω* Graecis similiter ponitur, ut

rapti Ganymedis honores.

ex his igitur vocalibus i et u transeunt in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter se geminantur, ut Iuno vita, aut quando aliis vocalibus adplicantur, ut vates velox vox Ianus iecor, ita tamen ut quae prior et praeposita fuerit vicem et vim consonantis obtineat. hae etiam mediae dicuntur, quia in quibusdam dictionibus expressum sonum non habent, ut vir optumus. extra quam formam u littera interdum nec vocalis nec consonans habetur, cum inter q litteram consonantem et aliam vocalem constituitur, ut quoniam quidem. huic item digammon adscribi solet, cum sibi ipsa praeponitur, ut servus vulgus. i litteram geminari in una syllaba posse plurimi negant. Latinae vocales omnes et produci et corripi possunt. atque his solis adspirari quidam existimant. consonantes vero sunt sedecim, b c d f g h k l m n p q r s t x, et adiecta z, quae Graeca est, fiunt decem et septem. nam et in ea consonantium sonum observare debemus. consonantes appellantur, quod interdum proiectae interdum subiectae vocalibus consonant. tertia differentia in litteris qualitates habet tres, quod aut semivocales sunt aut mutae aut duplices. semivocales || sunt septem, f l m n r s x; sed adiecta z octo fiunt. ex his x duplex est, ante quam inventam g et s vel c et s veteres scriptitabant. et adiecta z fiunt duae. sed haec Graeca admissa Graecorum nominum causa. pro hac veterum quidam i vocalem, non nulli duas s ponere solebant, unde iugum dictum est velut zugon et Iuppiter velut zeus pater. item Messentius et

8 ad scribendas *AB* ad repugnandas *M* 10 e pro h et pro e et pro i graecis (graece *B* grecae *M*) ponitur *ABM* 11 conticuere et *μηνια* ς conticuere omnes *Caesarius*. moenia *si genuinum est, ita suppleri potest oratio*, moenia Pallantea (*Verg. Aen.* VIIII 196. 241) *vel* Pelopea ad moenia (*Verg. Aen.* II 193), *ut exemplum* e *Latinae litterae pro ει Graeca positum sit. videtur autem et hoc et ipsum illud* et pro *ει posteriore manu adscriptum esse* 13 rapti] *Verg. Aen.* I 28 ganimedis *AB* ganimidis *M* honoris *BM* 15 et quando *ABM* aut *Caesarius:* vel quando cum aliis vocalibus iunguntur *Probus p.* 231 17 obteneat *BM* optineat *A* 19 optimus *ABM*: i ut vir, u ut optumus *Donatus p.* 1735 21 item *AB* autem *M* dymmon *A* 22 ut serfus fulgus *Caesarius* uulgar *BM* i *om.* ς nam u *Putschius* 24 adque *A* exaestimant *B* aestimant *M* 25 sedicem *A* 26 decim *A* 28 in ς a *M*, *om. AB*

pytissare et tablissare et cetera huius modi usum veterem declarabant. liquidae quattuor, l m n r; ex quibus l et r subiectae mutis communes syllabas faciunt. et s littera suae cuiusdam potestatis est ideoque apud Graecos μοναδικόν appellatur, quae in metro plerumque vim consonantis amittit. item ex illis f littera superponitur liquidis, quem ad modum muta quaelibet, et communem syllabam facit. semivocales dictae, quod dimidium eius potestatis habent. etenim per se enuntiantur, sed per se *nec* syllabam nec plenam vocem faciunt. mutae sunt quae sine auxilio vocalium non possunt enuntiari. mutae sunt quae nec proferri per se possunt nec syllabam facere. sunt autem numero novem, b c d g h k p q t. ex his quibusdam supervacuae videntur k et q, quod c littera harum locum possit implere; sed invenimus in Kalendis et in quibusdam similibus nominibus, quod k necessario scribitur * et quod q secundum consuetudinem tum scribitur, cum in una eademque syllaba u littera antecedat et habeat sibi adiunctam aliam vocalem, ut Quirinus. h quoque interdum consonans interdum adspirationis creditur nota. haec si c mutae subiuncta fuerit, χ notat Graecam; si p praeposita fuerit, φ significat. item si t praeposita fuerit aspirationi, pro ϑ ponitur Graeca; sicut p et s simul positae ψ Graecam adserunt litteram. ceterum h vocalibus numquam subponitur nisi in interiectione ah, quae obturbantis vel dolentis ostendit affectum. g nova est consonans, in cuius locum c solebat || adponi, sicut hodieque cum Gaium notamus Caesarem, scribimus C. C.; ideoque etiam post b litteram, id est tertio loco, digestà est, ut apud Graecos γ posita reperitur in eo loco. mutae dictae, quod per se sine adminiculo vocalium non possunt enuntiari. ita fiunt omnes qualitates litterarum numero septem, quod aut Latinae sunt aut Graecae aut vocales aut consonantes aut semivocales aut duplices aut mutae.

Et hoc scire debemus quod f littera tum scribitur, cum Latina dictio scribitur, ut felix. nam si peregrina fuerit, p et h scribimus, ut Phoebus Phaethon.

Quidam Latino sermoni sufficere decem et septem litteras crediderunt, si quidem ex viginti et tribus una adspirationis nota est, h, una duplex, x, duae supervacuae, k et q, duae Graecae, y et z.

4 monadicon *AB* monadic *M* 5 ammittit *M* 7 etenim inter se *ABM*: per se quidem proferuntur sed per se syllabam non faciunt *Donatus p.* 1736 *et Marius Victorinus p.* 2452. *cf. Prob. p.* 232 nec *om. ABM, add. Buschius* 12 calendis *B* in *posteriore loco om. A* 13 *lacuna quam indicavi exciderunt quaedam quibus k litteram sequente a necessario scribi monitum erat: cf. Donat. p.* 1737 21 consonans AN in *A* odieque *A* odiae quae *M* cum g notamus *AM* cum c notamus *B*: cum Gaium Caesarem notamus scribimus C. Caesarem ς. 22 caesare *M* scribimus CG ideoque *A* scribimus ideoque *BM* 28 dictio scribatur *BM* 29 nam *om. M* 30 phaeton *B* phoeton *A* pheton *M* 31 decim *A* 33 z tunc perscribimus cum latinus est sermo nam si peregrinus. p. h. ponimus. DK *A*

p. 418, 19 P.

DE INTERROGATIONE LITTERARVM

A vocalis *δίχρονος* per se facit syllabas et breves et longas, itemque conexa cum aliis tam praeposita quam media finiensque, ut Ahala: nota etiam praenominis, cum Aulum sola significat. b consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur: praeponitur et semivocalibus, ut in bleso brachioque: propinqua p litterae, qua saepe mutatur, ut supponit opponit. c consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut capit accipit concidit occidit: C nota praenominis, cum sola Gaium notat; item numeri, cum centum significat. d consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut *: *praeponitur* quoque litteris consonantibus numero septem his, c g l p r s t; quae succedunt in locum eius, ut accipe aggere alliga appete arripe asside attende: nota praenominis Decimum significat; item numeri, cum quingentos scribimus. e vocalis *δίχρονος* per se nominata itemque cum aliis iuncta et breves facit syllabas et || longas. f consonans semivocalis praepositiva, quae sola ex semivocalibus praeponitur liquidis, quem ad modum muta quaelibet, et communem syllabam facit. pro hac in Graecis dumtaxat nominibus p et h utimur, ut Phaethon. tam incipit in syllaba praepositiva vocali quam semivocali, vocali tam quam facit, semivocali * item subiunctiva vocali, ut efficit officit. g consonans muta praepositiva, quae tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut gere aggere: praeponitur et consonantibus, ut in agmine magno agno grege glire. h consonans muta proprie continens adspirationem subiunctiva r liquidae consonantis recepta vulgo in numerum mutarum omnibus vocalibus praeponitur, nulli subiungitur nisi consonantibus, ut in Thrasea Thracia et nominibus Graecis. i vocalis *δίχρονος* media, quae interdum geminatur et praeposita sibi aut alteri vocali transit in consonantium potestatem: nota numeri, cum unum significat. k littera notae tantum causa ponitur, cum calumniam aut clades aut Caesonem quaqua aut caput significat. k consonans muta supervacua, qua utimur, quando a correpta sequitur, ut Kalendae kaput kalumniae. l consonans

1 DE INTERROGATIONE LITTERARVM] *Charis. p. 9 sq. huius ed.* 2 dichronos *A* dichronus *BM* 3 ut Ã. hala *A* uta ha la *BM* ut adhala *Caesarius* 4 aulum *B* aium *AM* 6 in bleso *B* in blesso *A* inlisio *M* brachiumque *AM* brachium q. *B* propinquat *B. fortasse* praeponitur quoque literae qua saepe ς litteraque saepe *A* littera quae saepe *BM* literae in p saepe *Caesarius* ut subponit obponit *AB* Aut subponit̃ Ob. ponit *M* 8 accepit *A* gaius notatur *ABM* 10 subiungitur ut qua litteris *ABM. lacunam qua exempla d litterae cum vocalibus iunctae perierunt indicavi* 12 adside *M* adtende *BM* 13 idem *AM* 14 dichronos *A* dichronus *BM* 18 pheton *ABM* 19 *lacunam qua exemplum f litterae praepositae semivocali excidit indicavi* 22 conteneus *B* 25 thrase (trase *AB*) athrachia *ABM* nominibus *AM* in omnibus *B* dichronos quae interdum media geminatur *ABM'* 26 alterę *A* alterae *BM* 27 significat h. d. 29 k consonans *M* significat 29 k consonans *A*: k littera — 29 caput significat, *quae hoc loco habet B, post* 425, 14 copulata *conlocata sunt in AM, om.* ς k *om. B* 28 calumnia mus ut *M. fortasse* calumniam aut calendas (*vel* cardinem) aut Caesonem quoque aut caput caessonem *B* qua qua ut *M* 29 k *om. B* superuacua qua ς superuacuam *ABM* 30 capud calumuiae *B*

semivocalis liquida, quae tam praeponitur vocalibus quam subiungitur: praeponitur, cum laudem legem lites locum et his similia scribimus; subiungitur, tam quam alma: item subiungitur consonantibus, cum Claudium clementem clientemque et Clodium Clusiumque nominamus: nota praenominis, cum sola posita Lucium significat; item numeri, cum pro quinquaginta ponitur. m consonans semivocalis liquida tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, tam quam monet amat; item consonanti liquidae *n* praeponitur, ut Mnestheus; subiungitur, cum agmina fragmenta dicimus: nota praenominis, cum sola scripta Marcum significat et adiecta ad extremam lineam virgula Manium. n consonans semivocalis liquida tam praeponitur quam subiungitur vocalibus, ut natus ante; item subiungitur mutis, ut Cnidius Potn||ias: nota praenominis sola Numerium significat, item praeposita c Gneium, quem antiqui Cnaeum dicunt. o vocalis δίχρονος tam producitur quam corripitur et singularis et cum aliis copulata. p consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut in his, ponit deponit: praeponitur et consonantibus, ut plaudit: nota praenominis, cum sola Publium significat, et cum r posita populum Romanum, et subiecta r litterae rem publicam, et praeposita c litterae patres conscriptos. q consonans muta ex c et u litteris conposita supervacua, qua utimur, quando u et altera vocalis in una syllaba iunguntur, ut Quirinus: nota praenominis Quintum significat, item honoris quaestorem indicans, nec minus populum, cum ea notamus Quirites. r consonans semivocalis liquida praepositiva et eadem subiunctiva vocalibus, ut Roma ramus arma orbis; item consonantibus subiungitur, ut in Crasso crure prudente; h quoque consonanti vel adspirationis notae, ut Rhodius, sed in Graecis dumtaxat nominibus. s consonans semivocalis suae cuiusdam potestatis praepositiva vocalibus et subiunctiva, ut satis asper; item praepositiva t consonanti tantum, ut status. t consonans muta praepositiva liquidarum et vocalium et eadem subiunctiva p c s consonantium, ut Ctesipho Stichus trabea Aetna: nota praenominis, cum sola Titum significat. t littera tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut tulit attulit; praeponitur et consonantibus, ut trabe. u vocalis δίχρονος media, quae geminata digammon accipit et praeposita sibi aut alteri vocali transit in consonantium potestatem, ut vulgus valens vivi velox vox: nota numeri quinque significans. x littera conposita, quam ideo duplicem dicimus, quoniam constat ex c et s litteris in media tantum

2 subiungitur tam quam alma, *quae hoc loco omissa post* 6 ponitur *habent ABM, huc transposuit Buschius:* subiungitur item, ut tellus tolle *Charisius* 4 clusiumque ς clisiumque *ABM* 6 ponitur nam subiungitur tamquam alma m *ABM* 7 monet *A* moneat *BM* consonanti liquidae praeponitur *A* consonantibus quidae (quidem *M*) praeponitur *BM* 9 et] net *M* 10 uirgulam alium *ABM* uirgula mille *ed. Ascens. a.* 1516 uirgula Mallium *Putschius* 12 potnius *B* postnius *M* postnidius *A* potniades ς numerium *B* numerum *A* numeri cum *M* 13 Cnaeum] gneum *ABM* dichronos *A* dichronus *BM* 15 ponit deponit *Charisius* ponitur deponit *AB* ponitur deponitur *M* 21 nec minus ς ne minus *ABM* 29 ctesipo *B* stichos *BM* 31 ut trabea *Buschius: fortasse* ut in trabe 32 dichronos *A* dichronus *BM* accepit *AM* et] aut *M* 33 alteri *B* alterę *A* alter *M*

parte locutionum vocalibus apud nos praeposita, ut in axe fraxino; aliquando finiens, ut vertex frutex; in peregrinis tantum nominibus prima ponitur, ut in Xantho Xenone: nota numeri, cum decem significat. || item x consonans semivocalis duplex quae constat aut ex c et s, ut pix picis, aut ex g et s, ut rex regis. sed sunt nomina in quibus neque c neque g possit proferri, ut nix nivis, senex senis. haec autem nomina privilegio quodam contra rationem declinantur. y vocalis δίχρονος Graeca, quae propter Graecas dictiones admittitur, ut Hylas Hyacinthus. z consonans semivocalis duplex Graeca, quae propter Graeca vel barbara nomina admittitur, ut Zenon Zacynthus Mezentius gaza. pro hac veteres duabus s utebantur, ut Messentius et pitisso tablisso et cetera.

DE GRAMMATICA

Grammatica est specialiter scientia exercitata lectionis et expositionis eorum quae apud poetas et scriptores dicuntur, apud poetas, ut ordo servetur, apud scriptores, ut ordo careat vitiis. grammaticae partes sunt duae, altera quae vocatur exegetice, altera horistice. exegetice est enarrativa, quae pertinet ad officia lectionis: horistice est finitiva, quae praecepta demonstrat, cuius species sunt hae, partes orationis vitia virtutesque. tota autem grammatica consistit praecipue intellectu poetarum et scriptorum et historiarum prompta expositione et in recte loquendi scribendique ratione.

Grammaticae officia, ut adserit Varro, constant in partibus quattuor, lectione enarratione emendatione iudicio. lectio est artificialis interpretatio, vel varia cuiusque scripti enuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque animi habitum cuiusque. enarratio est obscurorum sensuum quaestionumve explanatio, vel exquisitio per quam unius cuiusque rei qualitatem poeticis glossulis exsolvimus: emendatio est qua singula pro ut ipsa res postulat dirigimus aestimantes universorum scriptorum diversam sententiam, vel recorrectio errorum qui per scripturam dictionemve fiunt. iudicium est quo omnem orationem recte vel minus quam recte pronuntiatam speciali||ter indicamus, vel aestimatio qua poema ceteraque scripta perpendimus.

Grammaticae initia ab elementis surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae in syllabas coguntur, syllabis conprehenditur dictio, dictiones

1 aput *A* 2 uertix *B* 3 decim *A* dicem *B* 7 dichronos *ABM* 8 ylas *ABM* hyachinthus *B* hyachintus *A* hyacinethus *M* 10 zachinthus *ABM*
12 DE GRAMMATICA] *Mar. Victorin. p.* 2451 16 narratiua *ABM* 18 uirtutes quae *ABM* 19 antem *AM* in *B* 20 promta *A* prumpta *M* prupta *B* 22 artificalis *B* 23 expremensque *A* exp̄mensque *M* expraemensque *B* 24 cuiusque narratio *A* cuius narratio *BM* 25 quaestionum *BM* exquisitio *AB* adquisitio *M* 26 pro ut *A* ut pro *BM* 27 derigimus *M* sententiam *AB* scientiam *M*
32 Grammaticae — 427, 1 orationis *exstant in excerptis Parisinis* (*p*) elimentis *A* alimentis *M* elimenta *ABM* 33 syllabis conprehenditur dictio dictiones coguntur in partes orationis oratio in uirtutes *p*: syllabis dictio conprehendi (conpraemendi *BM*) dictionibus coguntur (concoguntur *A*) partes orationis *ABM*

p. 422. 23 P.

coguntur in partes orationis, partibus orationis consummatur oratio, oratione virtus ornatur, virtus ad evitanda vitia exercetur.

DE SYLLABA

Syllaba est proprie congregatio aut conprehensio litterarum ***vel unius vocalis*** enuntiatio temporum capax. fit autem ex omnibus vocalibus, etiam ex singulis, syllaba tam brevis quam longa et ex copulatione vocalium consonantiumque. syllabae autem dicuntur Graece *παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα*; Latine conexiones vel conceptiones dici possunt, quod litteras concipiant atque conectant. syllabarum modi sunt tam duo, natura et positio, quam tres qualitates. aliae enim breves, aliae longae, aliae communes sunt. breves sunt quae correptam vocalem habent et non desinunt in duas consonantes vel in aliquid quod positum sit pro duabus consonantibus. longae aut natura sunt aut positione fiunt. natura, cum aut vocalis producitur, ut a o, aut duae vocales iunguntur, ut ae oe au eu ei ui. ex his diphthongis ei, cum apud veteres frequentaretur, usu posteritatis explosa est. item ui Graeca potius quam Latina est in Graecis sumenda dictionibus. sed hae quae natura sunt longae modis quinque ordinantur: primo, quotiens vocalis sola est et producitur, ut est

ah silice in nuda conixa reliquit,

et dicitur is modus 'constat': secundo, cum diphthongus erit, de qua dicimus 'constat diphthongo', ut au eu oe: tertio, quotiens super consonantem est, ut

en Priamus

et

en ego victa situ,

de qua dicimus 'incipit': quarto, quotiens subter consonantem est, ut est

ne pete conubiis,

et dicitur is modus sic, 'terminatur': quinto, quotiens inter duas vel || plures consonantes posita sit, ut

sol qui terrarum,

1 partibus orationis *om.* ***AB*** Partes orationis cum ***M*** consummat ***B*** orationi uirtus ***BM*** 4 Syllaba — 430, 25 perspicaces *Donat. p.* 1737 *sq. Charis. p.* 1 *sqq. Mar. Victorin. p.* 2470 *sqq.* conprehensio literarum enuntiata ς conprehensio litterarum vel unius vocalis enuntiatio temporum capax ***Donatus*** conprehensio hoc est litterarum iuncta enuntiatio ***Charisius*** vel unius vocalis *om.* ***ABM*** 5 temporum capax *hoc loco omissa post* 6 consonantiumque *habent* ***ABM*** autem fit ***M*** 7 syllaba autem dicitur ***ABM*** parato sylamban (silamban ***B*** sylābā ***M***) ninta grammata ***ABM*** 8 conexsiones ***B*** 9 concipiant adque ***AB*** concipiat̆ quae ***M*** naturae ***BM*** et positio ***Buschius*** et positione ***A*** expositione ***B*** expositionem ***M*** 12 quod possit ***ABM*** quod sit ***Donatus*** longae — 428, 19 consonantis *cf. Max. Victorin. p.* 1946 14 dipthongis ei ***A*** dipthon egise ***M*** dipthongis ***B*** 18 ut est a silice ***AB*** ut eia silice ***M***. *Verg. bucol.* 1, 15 19 reliquid ***B*** relinquid ***AM*** 20 constat natura ς dipthongus ***AB*** dyptongon ***M*** 21 dipthongo ***B*** dypthongo ***A*** dyptongon ***M*** 23 en Priamus] *Verg. Aen.* I 461 25 en ego] *Verg. Aen.* VII 452 26 subter ***AM*** super ***B*** 27 ne pete] *Verg. Aen.* VII 96 cunubiis ***A*** conobiis ***M*** 30 sol] *Verg. Aen.* IIII 607

p. 423 P.

et dicitur is modus 'habet in se'. positione longa fit syllaba modis septem: primo, cum correpta vocalis in duas desinit consonantes, ut

est in secessu longo locus:

altero, cum excipitur a duabus consonantibus, ut

Acrisioneis Danae:

tertio, si desinat in consonantem et excipiatur a consonanti, ut 'arma': quarto, si desinat in duplicem litteram, ut 'nox erat': quinto, si sequens a duplici incipiat, ut 'axis': sexto, si desinat in unam consonantem et excipiatur a vocali loco consonantis posita, v vel i, ut 'at Venus' 'at Iuno': septimo, cum correpta vocalis desinat et interposita i excipiatur a vocali, ut

furias Aiacis Oilei

et

Troiaque nunc stares

et

nate dea, *nam te maioribus*,

quoniam inter duas vocales duarum syllabarum posita i geminatur. sic enim scribi per geminatam litteram metri ratione desiderat, si quidem potestatem tuetur duplicis consonantis. vocales correptae singula obtinent tempora, productae bina. dimidium temporis absque duplicibus singulae possident consonantes.

Syllabae, ut ait Varro, aliae sunt asperae, aliae leves, aliae procerae, aliae retorridae, aliae barbarae, aliae graeculae, aliae durae, aliae molles. asperae sunt, ut trux crux trans; leves, ut lana luna; procerae sunt quae vocalem longam extremam habent aut paenultimam, ut facilitas; retorridae sunt quae mutam habent extremam, ut hic hoc; barbarae sunt, ut gaza; graeculae, ut hymnos Zenon; durae, ut ignotus; molles, ut aedes.

DE COMMVNI SYLLABA

Communis syllaba est longa in brevem vel contra certis observationibus versa. communium syllabarum modi sunt septem. primus est, cum correpta vocalis excipitur a duabus consonantibus quarum prior sit muta, sequens liquida. brevis enim *in* hoc est,

vastosque ab rupe Cyclopas

et ||

3 est] *Verg. Aen.* I 159 4 consonantibus nagrisioneis *BM* consonantibus nacumrisioneis *A*. *Verg. Aen.* VII 410 6 consonanti••• ut *M* 7 nox] *Verg. Aen.* III 147 IIII 522 VIII 26 9 ut aduentus *A* 10 desinat ς desinet *ABM* 12 furias aiacis o illi *AB* farias aiacisu illi *M*. *Verg. Aen.* I 41 14 Troiaque] *Verg. Aen.* II 56 stares *AM* stas *B* 16 nate] *Verg. Aen.* III 374 nam te maioribus *om. ABM, add.* ς 19 optinent *A* 21 possedent *AB* possedere *M* 22 leues *B* lene sunt *A* leuae *M* lenes ς procere *A* proceres *BM* 23 retortae *Caesarius* gregulae *BM* 24 proceres sunt *ABM* 25 longam habent in penultima ut facultas ς 27 gregulae *M* ymnos *A* ymnus *B* 33 in *om. ABM* 34 vastosque] *Verg. Aen.* III 647

Albanique patres.

syllaba enim quae sine hac observatione poterat esse positione longa brevis efficitur. f quoque littera, si praeposita fuerit liquidae, quamvis semivocalis sit, mutae tamen obtinens locum, brevem facit quae positione longa fieri poterat, ut est

ore fremebant

et

talia flammato.

secundus est, cum locum brevis longa occupat syllaba per productam vocalem vel diphthongon finita parte orationis nec ulla interposita consonante, ut est

te Corydon, o Alexi,

et

insulae Ionio in magno;

ut est Homericus ille,

οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν

et

ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα.

tertius, cum in fine partis orationis versa vice loco longae ponitur vocalis correpta una interposita consonante, ut

emicat Euryalus et munere,

item

ostentans artemque pater arcumque sonantem

et

omnia vincit amòr;

ut est apud Homerum

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή.

quartus, cum correptam vocalem duae consonantes secuntur quarum prior s littera est, quae syllabae ratione communis velut sibilus posita vim consonantis amittit. interdum enim liquidarum legem mutat, si quidem illae subiunctae mutis utramque potestatem possident, haec vero plurimum sibi defendit. non solum enim subiungitur verum etiam e contrario praeposita loco liquidae fungitur, ut est

ponite spes sibi quisque,

1 Albanique] *Verg. Aen.* I 7 patres. longa ibi (*Verg. Aen.* III 675), at genus e siluis Cyclopum et montibus et cetera. et (*Verg. Aen.* VII 176) perpetuis soliti patres considere mensis. syllaba ς 6 ore] *Verg. Aen.* XI 132 8 talia] *Verg. Aen.* I 50 10 dipthongon *B* dypthongon *A* dyptongon *M* 12 te] *Verg. bucol.* 2, 65 14 insolae *ABM. Verg. Aen.* III 211 16 utymi etiae esset heynymy et tryicin *A* utymi etiae essit heinimy et iyicin *B* uti myetiae esset heyssmy etisi euin *M. Hom. Il.* Γ 164 18 andram henne pemusa *ABM. Hom. Od.* A 1 21 emigat *AM. Verg. Aen.* V 337 23 ostentas *M. Verg. Aen.* V 521 artem pariter ς 25 omnia] *Verg. bucol.* 10, 69 26 apud Homerum] *Il.* Ξ 1 27 nestora duce (ducae *B*) lathen iache *ABM* 28 sequuntur *M* 30 ammittitur *M* 31 possedent *AB* 33 loco *M* loquo *B* loco a *A* 34 ponite] *Verg. Aen.* XI 309

p. 424. 25 P.

et apud Lucilium

infantibus parvis;

sicut Homericus versus ille testatur,

δῶκεν ἔπειτα σκέπαρνον.

quintus est, cum correptam vocalem suscipit z duplex, quae *cum* positione longam possit efficere, vim plerumque duplicis consonantis amittit, ut

nemorosa Zacynthos.

sed hic modus non tam ratione communis admissus est quam nominis necessitate susceptus, ut est

ὑλήεσσα Ζάκυνθος

et

οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον.

sextus est, cum pronomina hic vel hoc c littera terminata vocalis statim subse||quitur, quoniam in his pronominibus c littera crassum et quasi geminatum continet sonum. est enim in hoc tam prima pedis syllaba longa quam tertia brevis,

hic vir, hic est tibi quem promitti saepius audis.

septimus est, cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h, quae plerisque adspirationis videtur nota, ut

terga fatigamus hasta,

item

Aenean hominum quisquam.

sed modus superior quibusdam superfluus visus est [praecipue et hic utimur], cum sufficiat finitam esse partem orationis. ex his omnibus modis uno uti dumtaxat admittunt qui metrorum rationis sunt admodum perspicaces.

DE ACCENTIBVS

Accentus est acutus vel gravis vel inflexa elatio orationis vocisve intentio vel inclinatio acuto aut inflexo sono regens verba. nam ut nulla vox sine vocali est, ita sine accentu nulla est; et est accentus, ut quidam

1 lucilium *Am* lucillium *B* lucium *M. Lucret.* I 186. *Lucilii exempla in eadem re ponit Marius Victorinus p.* 2472 *et una cum Lucretii versu suo auctori vindicato Maximus Victorinus p.* 1963. *itaque vel nomina poetarum mutavisse videtur Diomedes vel exempla Lucilii omisisse librarius* 3 sic et *AM* sic *B* Homericus versus] *Od.* E 237 testatur doce nepitas ceparnon *A* testatur doce nepitas oparnon *B* et ē ut curdo cenepitas oparon *M* 5 suscepit *M* quae cum positione ς quae positione *A* quae positionem *BM* 6 ammittit *M* 7 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 zachynthos *A* zacintus *B* zacinctus *M* 10 yleessa zachycthos *A* yleessa-zacinctas *B* ileessa zacintus *M. Hom. Od.* I 24 12 yde zelimeneon *A* yde zelimeon *B* ide zelimenon *M. Hom. Il.* B 824 13 pronomine *M* pronomen *AB*: pronomen c littera terminatum *Donatus* terminata *B* terminatam *M*: terminata — 14 c littera *om. A* 15 contenet *B* 17 hic] *Verg. Aen.* VI 792 20 terga] *Verg. Aen.* VIIII 610 22 aeneam *A. Verg. Aen.* X 65 23 praecipue autem hic, quoniam sufficit *Caesarius. ea quae seclusi postea adscripta esse videntur, ut praecipue* hic *et* hoc *produci indicaretur* 25 ratione *ABM* 27 DE ACCENTIBVS] *Donat. p.* 1740 *sqq. Max. Victorin. p.* 1942 *sqq. Serg. in Donat. p.* 483 *sqq. ed. Vindob.*

recte putaverunt, velut anima vocis. accentus est dictus ab accinendo, quod sit quasi quidam cuiusque syllabae cantus. apud Graecos quoque ideo προσῳδία dicitur, quia προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς. accentus quidam fastigia vocaverunt, quod *in* capitibus litterarum ponerentur; alii tenores vel sonos appellant; non nulli cacumina retinere maluerunt. sunt vero tres, acutus gravis et qui ex duobus constat circumflexus. ex his acutus in correptis semper, interdum productis syllabis versatur, inflexus in his quae producuntur; gravis autem per se numquam consistere in ullo verbo potest, sed in his in quibus inflexus est aut acutus ceteras syllabas obtinet. in Graecis itaque dictionibus cum acutus tria loca teneat, ultimum paenultimum antepaenultimum, ultra numquam (neque enim refert plurium syllabarum esse partem orationis), apud Latinos duo tantum loca tenet, paenultimum et antepaenultimum; circumflexus autem, quotlibet syllabarum sit dictio, non tenebit nisi paenultimum locum. || omnis igitur pars orationis hanc rationem pronuntiationis detinet. omnis vox monosyllaba aliquid significans, si brevis est, acuetur, ut ab mel fel; et si positione longa fuerit, acutum similiter tenorem habebit, ut ars pars pix nix fax. sin autem longa natura fuerit, flectetur, ut lux spes flos sol mons mos fons lis. omnis vox disyllaba priorem syllabam aut acuit aut flectit. acuit, vel cum brevis est utraque, ut deus citus datur arat; vel cum positione longa est utraque, ut sollers; vel alterutra positione longa, dum ne natura longa sit, prior, ut pontus, posterior, ut cohors. si vero prior syllaba natura longa et sequens brevis fuerit, flectitur prior, ut luna Roma. in trisyllabis autem et tetrasyllabis et deinceps secunda ab ultima semper observanda est. haec si natura longa fuerit, inflectitur, ut Romanus Cethegus marinus Crispinus amicus Sabinus Quirinus lectica. si vero eadem paenultima positione longa fuerit, acuetur, ut Metellus Catullus Marcellus, ita tamen, si positione longa non ex muta et liquida fuerit. nam mutabit accentum, ut latebrae tenebrae. et si novissima natura longa itemque paenultima *sive natura sive* positione longa fuerit, paenultima tantum acuetur, non inflectetur sic, natura, ut Fidenae Athenae Thebae Cymae, positione, ut tabellae fenestrae. sin autem media et novissima breves fuerint, prima servabit acutum tenorem, ut Sergius Mallius ascia fuscina Iulius Claudius. si omnes tres syllabae longae fuerint, media acuetur, ut Romani legati praetores praedones.

1 accinendo ς accidendo *ABM* 2 cantus — 3 συλλαβαῖς *om. M* 3 prosodia dicitur quia prosadet ait dissyllabes *AB* 4 in *om. ABM* 5 nonnulli acumina diffluire maluerunt ς 9 optinet *A* 11 plurium *Putschius* plurimum *ABM* 12 paenultimum — 15 detinet *om. M* 13 quodlibet *AB* 15 monosyllabis *ABM* 17 fax *BM* pax *A* 20 datur *BM* datus *A* arat *AB* erat *M* 21 solers uel alterutraque *M* 25 cetheeus *ABM* musranus *codex Lavantinus Servii p.* 525 *ed. Vindob., ubi* Murranus *editum est, quod nomen peti poterat e Verg. Aen.* XII 529. 639 26 saninus *AM* auinus *B* 28 nam mutauit *ABM* 29 sive natura sive *om. ABM*; natura uel positione ς 31 rimae *B* 32 media aut nouissima breuis fuerint *AM* aut nouissima breuis fuerit (*om.* media) *B* media breuis fuerit ς seruauit *ABM* 33 furcina *M* furcinia *B* syllabae natura longae *B*

pronomina etiam quae duplici modo declinantur, id est aut corripiunt aut producunt mediam syllabam genetivo casu, id ostendunt * ut ipsius illius. si vero mediae longae sunt, primae graves, secundae fiunt inflexae, ut *ipsius illius*. ergo primae acutae sunt, cum mediae breves; cum vero mediae longae, primae graves.

Exponendum etiam placuit qui pedes acuto tenore aut circumflexo item ratione || supra scripta congruunt. omnis pars orationis quae possit infra scriptos pedes conplere hanc accentus legem continet. in disyllabis partibus orationis prior syllaba semper acuitur aut inflectitur. acuitur, si pyrrichium conpleverit, sicut puer bonus amor: item spondium indifferenter positum si habuerit, id est sive natura sit aut positione fuerit longa utraque syllaba, prior acuitur; natura, sicut Cymae Thebae heros; positione, ut sollers: iambum quoque, ut Cato Ceres. trochaeum vero legitimum si conpleverit, id est si natura longam priorem syllabam habuerit, circumflectitur, ut meta bruma praetor; sin autem positione longa fuerit prior syllaba memorati pedis, acuitur, ut pulcher asper. in trisyllabis dactylus indifferenter positus et anapaestus, tribrachys quoque, tertiam ab ultima acui desiderat: dactylus natura qui est, sicut limina moenia sidera Claudius; positione qui fit, ut Sergius: similiter anapaestus, ut Cicero regio: item tribrachys, ut alius. palimbacchius et amphibrachys in paenultima circumflexum habebunt, ita tamen ut sit natura longa eadem paenultima; palimbacchius, ut Romanus legatus; item amphibrachys, ut Cethegus Sabinus monile. horum si positione longa fuerit eadem paenultima, mutabit tenorem et acutum habebit accentum; palimbacchius, ut Marcellus; amphibrachys, ut Metellus Catullus. bacchius et molossus indifferenter positi paenultimam semper acuunt, bacchius legitimus, sicut Athenae Fidenae, positione, ut tabellae fenestrae. huius autem pedis si paenultima positione longa ita fuerit ut excipiatur tam ex muta quam ex liquida, accentus transfertur ad tertiam ab ultima, ut tenebrae latebrae [quod]. quidam hoc genus syllabae paenultimae omnino breve putabant, quia non terminatur consonanti, quidam longum, quoniam, quamvis non terminetur consonanti, nihilo minus proxima syllaba a duabus incipiat consonantibus et quod natura litterarum b et r, quae mollis est, nunc longam nunc brevem syllabam efficiat; ideoque factum est ut varia haec no||mina consuetudo pronuntiaret et tenebras latebras acuto accentu prima syllaba efferret. molossus item semper acui-

2 genitiuo casu cum mediae breues sunt, primas extendunt et fiunt acutae, ut ipsius illius *Caesarius*. *lacuna quam indicavi ita fere expleri poterit*, nam si mediae breves sunt, primae fiunt acutae, secundae graves 3 si *om. B* longae erunt *A* 4 ipsius illius *om. ABM* 6 circumflexo iteratione *ABM* 10 pyrrichium *Caesarius* pyrrichius *M* phyrrichius *B* pirrychiuus *A* 11 id est *AM* item *B* sine natura siue positione ς 13 solers *BM* 16 acuetur *BM* 20 ut iulius *ABM* ut melius *Buschius* 23 cetheus *M* cetens *B* 30 quidam — 31 consonanti *om. A* 31 longum *Putschius* longam *BM* quoniam] quom *B* quo *M* quod ς 32 inciperit *AM* incipiperit *B* 33 ideoque actum *AB* ideoque accentum *M* ideo factum ς 34 uarie ς 35 modo prima syllaba modo secunda efferret ς efferet *ABM*

tur, ut Romani. in tetrasyllabis autem et deinceps eadem accentus ratio semper custoditur. monosyllaba fere quaecumque sunt verba prototypa o litteram tam versu quam etiam prosa similiter productam habent.

Sane Graeca verba Graecis accentibus efferimus, si isdem litteris pronuntiaverimus. in Latinis neque acutus accentus in ultima syllaba potest poni nisi discretionis causa, ut in adverbio pone, ideo ne verbum putetur, et in quibusdam praepositionibus. nam praepositiones separatae monosyllabae, quantum in ipsis est, acui debent, sed iunctae casibus aut aliis partibus interdum vim suam perdunt secunturque illarum naturam et gravi, non acuto sono pronuntiantur, ut produco deduco. item inveniuntur raro disyllabae quae acui desiderant, ut est circum inter. denique circumflexus ponitur in ea particula quae est apud Vergilium, ergo,

illius ergo
venimus.

con quoque praepositio conplexa f vel s subiunctas litteras producta o pronuntiabitur: f, ut confido confero confestim confertus; eodem modo s, ut consulo conscendo consono consisto consul. et versa vice eadem aliis litteris praeposita corripitur, ut contio conduco continuo conloco converto convoco conprehendo congrego. item coniunctio complexiva sive copulativa que et disiunctiva ve et relativa ne adiunctae verbis et ipsae amittunt fastigium et verbi antecedentis longius positum cacumen adducunt ac iuxta se proxime conlocant sic, que, ut

liminaque laurusque dei;

item ve, ut

Hyrcanisve Arabisve parant

et

calathisve Minervae;

ne, ut

hominesne feraene.

in conpositis dictionibus unus accentus est non minus quam in una parte orationis, ut malesanus interealoci. accentus in integris dictionibus observantur, in peregrinis autem verbis et in barbaris nominibus, maxime in interiectionibus nulli certi sunt. in his enim maxime accentuum lex certa esse non potest, cum sit absurdum a tur||bato tenoris exigere rationem. accentuum legem vel distinguendi vel pronuntiandi ratio vel discernendae ambiguitatis necessitas saepe conturbat.

2 monosyllaba — 3 habent *Charis. p.* 6 sint *ABM* 4 p̄ferimus *M* hisdem *B* 5 neque] nunquam ς. neque *tuetur Donatus p.* 1741 9 sequunturque *M* 10 deduco *AB* educo *M* 12 apud Vergilium] *Aen.* VI 670 15 productiua o *ABM* 20 relativa] dubitatiua *Caesarius* amittunt ς emittunt *ABM* 21 acumen *ABM* 23 liminaque] *Verg. Aen.* III 91 25 hyrcanene *AB* hyrcaneni *M*. *Verg. Aen.* VII 605 27 calathisve] *Verg. Aen.* VII 805 29 hominesne] *Verg. Aen.* I 308 31 interealocum *M* 34 exigere rationem *B* ex generationem *A* ex generatione *M*

p. 429 P.

Accentus acuti nota ita / per obliquum ascendens in dexteram partem. gravis nota ita \ a summo in obliquam dexteram partem descendens. circumflexi nota de acuto et gravi figuratur, vel c deorsum spectans Λ. longus linea a sinistra in dexteram partem aequaliter ducta —. brevis virgula similiter iacens, sed panda et contractior, quasi c sursum spectans ᴗ. sed in illis sonos, in his tempora dinosci videmus. horum autem officio sic utimur, ne productionis vel correptionis ratio confundatur. apud Latinos enim quinque litterae vocales tam producuntur quam corripiuntur. inveniuntur itaque quaedam nomina homonyma *et participiis* et verbis similia, alia quoque adverbiis. de quibus quid dici potest, nisi quod accentus sit arbiter discernens utriusque significatus differentiam? sic, [homonyma] parens obsequens significatur, intellegitur et pater: prius participium est tractum a verbo quod est pareo, posterius nomen. quotiens igitur participium significat, primam syllabam producimus, ut est Vergilianus ille,

iamque ibat dicto parens;

eandem vero in altera significatione corripimus, ut est

alma parens.

item verbis similia sic, labor est nomen et verbi prima positio: in nominis significatione primam syllabam corripimus, ut est

tot adire labores;

at in verbi producimus, ut est

matrisque adlabitur aures

et

summas perlabitur undas.

item adverbiis sic, late est et adverbium et verbum modi imperativi: in adverbio tam prima syllaba producitur, ut est

hinc populum late regem,

quam in verbi significatione corripitur, ut est

aut aliquis latet error equo,

item

nec latuere doli

et

ut superi voluere, late.

omnia autem huius modi facilius ex metrica structura comprehenduntur. his adiciunt hyphen, cuius forma est virgula sursum sensim curvata sub-

1 ita ⁓ *A*, *om. B*, *in quo reliquorum etiam accentuum notae omissae sunt*, ita *omissa nota M* oblicum *B* obliquam *M* dextram *B* 2 oblicam dextram *B* discendens *ABM* 3 circumflexus *AB* circaflexus *M* 6 dinusci *A* 9 et participiis *om. ABM*: alia participiis alia uerbis ς 11 sit ς fit *ABM*: *cf. Charis. p.* 7 14 Vergilianus] *Aen.* I 695 18 alma] *Verg. Aen.* II 591 21 tot] *Verg. Aen.* I 10 22 ut in uerbis *M*: *fortasse* at in verbo 23 matrisque] *Verg. Aen.* VIIII 474 25 summas] *Verg. Aen.* I 147 27 tam prima *AM* tamen a *B* 28 hinc] *Verg. Aen.* I 21 30 aut] *Verg. Aen.* II 48 32 nec] *Verg. Aen.* I 130 34 ut] *Lucan. Pharsal.* I 419 36 hyphen ς ifen *AB* fen *M*

iacens versui et inflexa ad superiorem partem ‿. hac nota subter posita utriusque verbi proximas litteras in una pro||nuntiatione colligimus, ita tamen tum cum ita res exegerit copulamus, ut est

Turnus ut antevolans

et

antetulit gressum

et

quam simulac tali persensit p. t. c. l. c.

et apud Sallustium 'iam primum iuventus simulac belli patiens erat': simulac hyphen legendum. est enim una pars orationis. huic contraria est diastole, dextera pars circuli ad imam litteram adposita. hac nota male cohaerentia discernuntur, ut est

ereptae virginis *ira*

et

viridique in litore conspicitur sus.

apostrophos item circuli pars dextera, sed ad summam litteram consonantem adposita cui vocalis subtracta est. et hac nota deesse ostendimus parti orationis ultimam vocalem, cuius consonans remanet, ut est

tanton' me crimine dignum?

ceterum δασεῖαν et ψιλήν apud nos h vocali addita vel detracta demonstrat, id est scripta adspirationem, non scripta levigationem significat.

Illud etiam magna cura videndum est quod veteres omnia vel verba vel nomina quae o littera finiuntur, item adverbia vel coniunctiones producta extrema syllaba proferebant, adeo *ut* Vergilius quoque idem servaverit, in aliis autem refugerit incultae vetustatis horrorem et carmen contra morem veterum levigaverit. invenitur autem apud Vergilium in verbo posita brevis, ut

nunc scio quid sit amor

et

hoc sat erit, scio me Danais e. c. u.

quod quia in uno verbo videtur, episynaliphe contrahunt qui servandam

1 et ς ex *ABM* 2 ita tamen ut cum res ita exegerit copulemus *Caesarius. duas definitiones, quarum altera est apud Donatum, altera apud Maximum Victorinum, posuisse videtur Diomedes* 3 tum *om. B* exigerit *AB* effigeret *M* 4 turnus *B* turrius *A* tustrius *M. Verg. Aen.* VIIII 47 antenocaus *A* 6 antetulit] *Verg. Aen.* VI 677 8 quam] *Verg. Aen.* IIII 90 praesentit peste teneri ς 9 salustium *BM. Catil.* 7 primum iuuentus *AB* primam iubentur *M* 10 yphen *BM* iphen *A* 11 dextra *AB* defera *M* litteram consonantem adposita *M* hac] ac *ABM* 13 ereptae] *Verg. Aen.* II 413 ira *om. ABM, add. Donatus, Maximus Victorinus, Sergius* 15 viridique] *Verg. Aen.* VIII 83 16 dextra *AB* 18 remanit *AM* 19 tanto *AM. Verg. Aen.* X 668 20 dasian et ψuen *B* danan et ψaen *M* dasian et sycilian *A* 22 Illud — 436, 8 vindicavit *Charis. p.* 5 *sqq.* 24 ut *om. ABM, add. Charisius* 25 in aliis *B* iamlis *A* ianilis *M* 28 nunc] *Verg. bucol.* 8, 43 30 hoc] *Verg. Aen.* III 602 danas. d. u. *A* danas ou. *M* danas *B* danais e classibus unum ς 31 quod quia in uno uerbo est, uidetur episynalipha his qui ς esynalife *A* et synalife *B* synaliphe *M* in synaliphen *codex Charisii* contrahunt qui *Charisius* contra hunc quia *AB* contra hunc qua *M*

p. 430, 31 P.

vetustatis consuetudinem putant. illam autem opinor fuisse rationem, quod veteres secuti Graecos, apud quos ω littera ubique quidem natura longa est, plurimum tamen in extrema verbi syllaba ponitur, etiam in communi sermone prosae orationis similiter proferebant. ita dum id usurpavit prosa, versus obtinuit. paulatim autem usus invertit, ut in sermone nostro scribo dico et item in talibus, ubi o non solum correpta ponitur, sed etiam ridiculus sit qui eam produxerit. mirum ergo non est, si consuetudinem sequitur versus, nisi sicubi poeta maiorem sibi licentiam vindicavit. ||

DE DICTIONE

Dictio est vox articulata cum aliqua significatione ex qua instruitur oratio et in quam resolvitur: vel sic, dictio est ex syllabis finita cum significatione certa locutio, ut est dico facio. quaedam dictiones sunt simplices, ut facio, quaedam conpositae, ut conficio. ex conpositis dictionibus quaedam fiunt ex duobus inperfectis, ut est sinciput, cum intellegatur sematum caput; quaedam ex *in*perfecto et integro, ut est cismare, quo significatur citra mare; quaedam ex integro et inperfecto, ut est cornucen, ut intellegatur cornu canens; quaedam ex duobus integris, ut Sacravia.

DE PRONVNTIATIONE

Pronuntiatio est scriptorum secundum personas accommodata distinctione similitudo, cum aut senis temperamentum aut iuvenis protervitas aut feminae infirmitas aut qualitas cuiusque personae ostendenda est et mores cuiusque habitudinis exprimendi.

DE DISCRETIONE

Discretio est confusarum significationum perplana significatio, quae ostenditur modis quinque, continuatione separatione distinctione subdistinctione vel mora.

DE CONTINVATIONE

Continuatio est rerum contexta dictio, ut

Scythiam septemque triones.

DE SEPARATIONE

Separatio est secretio rerum natura iunctarum quae in ambiguitatem cadunt, ut

2 o littera *AM* litteram *B*   4 prosa orationis *M* prosa oratione *A* perrosa oratione *B* prosae *Charisius*   5 optinuit *A*   invertit *Charisius* inueuerit *ABM* inualuit *Caesarius*   6 item talibus *B et Charisius*   o *om. A*   8 sibi licentiam sibi *AB* licentiam sibi *M*   10 dictio — 17 Sacravia *Charis. p.* 6   ex syllabis *AM* et syllaba *B*   15 inperfecto *Charisius* perfecto *ABM*   quo *A* quod *BM*   16 ut intellegatur *A* et intellegatur *BM*   19 Pronuntiatio — 24 significatio *Max. Victorin. p.* 1938   accommodata distinctione *Maximus Victorinus* accommodata (accomodata *A*) dictionis *AM* accomodationes *B* accommodata dictioni *Caesarius*   24 perplana expositio *Caesarius*   29 Scythiam] *Ovid. metam.* I 64   trionis *BM*   30 DE SEPERATIONE, Seperatio *M*

p. 431, 32 P.

cum Turni iniuria matrem
admonuit ratibus sacras depellere taedas.

hic enim mater cum Turno iuncta est, quae ambiguitatis vitandae causa separari debet, ut sit agnitio quae mater; et sacras taedas expresse legendum, ut abominandas ostendas, ut

auri sacra fames.

taedae enim nusquam abominandae sunt quam illic ubi incendia facturae, quoniam || sunt ipsae naturaliter sacris adcommodatae.

DE POSITVRIS

Lectioni posituras accedere vel distinctiones oportet, quas Graeci θέσεις vocant, quae inter legendum dant copiam spiritus reficiendi, ne continuatione deficiat. hae tres sunt, distinctio, subdistinctio, media distinctio sive mora vel, ut quibusdam videtur, submedia. quarum diversitas tribus punctis diverso loco positis indicatur. distinctio quid est? apposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora. quot locis ponitur? tribus. quibus? summo, cum sensum terminat, et vocatur finalis a nobis, a Graecis τελεία; medio, cum respirandi spatium legenti dat, et dicitur media, Graece μέση; imo, cum lectionis interruptum tenorem aliud adhuc inlatura suspendit, et vocatur a Graecis ὑποστιγμή, a nostris subdistinctio.

Distinctio est silentii nota cum sensu terminato, ubi est liberum cessare prolixius, ita ut neuter sui indigeat, ut est

numina nulla premunt, mortali urguemur ab hoste
mortales.

et est huius nota punctum supra versum ad caput litterae positum. distinguere autem oportet ante similitudines, quas Graeci παραβολάς vocant, et ante redditas ἀνταποδόσεις, et si quando a persona ad personam transitus fuerit factus, et ante aut coniunctionem, si quidem non ex abundanti ponitur, et ante casum vocativum, et ante sed, et ante quoniam, et ante tunc cessante reddita, sed superioribus praepositis, et post interrogativam, ut

quis deus, o Musae, qui nobis extudit artem?
unde nova ingressus hominum experientia cepit?

hic enim oportet distinguere et sic inferre,

1 cum] *Verg. Aen.* VIIII 108 2 sacris *ABM* thedas *ABM* 4 thedas *A* 6 auri] *Verg. Aen.* III 57 7 sint quam *B* 10 distinctiones ς dictiones *ABM*: *cf. Donat. p.* 1742 oportet ς oportit *ABM* thesis *ABM* 11 inter legendum ς intellegendi *ABM* 14 distinctio — 19 subdistinctio *Max. Victorin. p.* 1942 quid est *AB* quidem *M* 15 quod locis *ABM* 16 a graecis telia *AM* a greci (grecis *b*) atelia *B* 18 mese *ABM* 19 ypostigme *AB* ypostygme *M* 20 silenti *M* terminata *ABM* 22 nomina *B*. *Verg. Aen.* X 375 praemant *BM* 25 oportit *AB* parabolas *ABM* 26 redditas antapodosis *ABM* redditinas hoc est ἀνταποδόσεις *Caesarius* 27 aut] autem ς 29 et ante interrogatiuam *A* et ante interrogatiuum *BM*: et ante interrogatiuam, ut Musa mihi caussas memora, quo numine laeso, et post interrogatiua, ut quis *sqq.* ς 31 quis] *Verg. georg* IIII 315 o] hanc ς quis nobis ς 32 nouam *ABM* coepit *B* 33 oportit *ABM*

p. 437. 33 P.

pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe

et cetera: et ante interrogativam, ut

Musa, mihi causas memora.

DE SVBDISTINCTIONE

Subdistinctio est silentii nota legitimi, qua pronuntiationis terminus sensu manente ita suspenditur ut statim id quod || sequitur succedere debeat. huius autem *nota* est punctum sub versu positum, ut

me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?
aut ego tela dedi fovive cupidine bella?

non enim similiter ut in distinctione silentium interpositum tacere permisit, ut est illud,

et si fata deum, si mens non laeva fuisset.

DE MEDIA SIVE MORA

Mora est levis in continuatione sensuum interposita discretio legitimae distinctionis subdistinctionisque medium obtinens locum, ita ut nec perfecta in totum nec omissa videatur sed significatione inmorandi alterius desideret principium sensus, et hoc solum modo servat officium ut legenti spiritum brevissima respiratione refoveat et nutriat. sic enim pronuntiando reticere quis debet, quia spiritus ipse quadam defectione vincatur, deinde resumatur, ut est

ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu,
utque acris concussit equos, utque inpulit arma,
extemplo turbati animi.

multae enim causae sunt mediae huius lectionis, primum ne confundantur quae dicola et tricola ponuntur et talia; deinde ut actus verborum emineat et luceat, qui ex aliquo moveatur affectu vel indignatione vel miseratione conlata; vel certe cum quadam artatione sermonis quae ἐμφατικῶς a poetis congeruntur. siquis itaque sine media spiritus suspensione pronuntiaverit, ut est

aut hoc inclusi in ligno occultantur Achivi,
aut haec i. *n.* f. m. m. i. d. v. d. u.
aut aliquis l. e. e.,

1 aristeus *AB* aristheus *M* penela *M* pene iam *A* la *B* 2 aute] post *ABM* 3 Musa] *Verg. Aen.* I 8 5 silenti *M* 6 debeat ς debeamus *ABM*: *fortasse* subicere debeamus 7 nota *om. ABM, add.* ς 8 me] *Verg. Aen.* X 92 dardanus *M* 12 et] *Verg. Aen.* II 54 facta *B* 15 optinens *A* 16 totum *A* toto *BM* 18 sic *AM* sin *B* 19 quia *AM* qualiter *B*: ut, quia — mutatur, deinde resumatur *Caesarius* 21 ut] *Verg. Aen.* VIII 1 signum *AM* nulli *B* 22 raucas trepuerunt *M* cantum *BM* 23 agris *ABM* equo *B* 25 causae] clausulae ς 27 uel in miseratione *B* 28 artatione *AB* rationes *M* emfaticos *BM* emfatigos *A* 29 congeruntur *AM* congruerunt *B* 31 aut] *Verg. Aen.* II 45 aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi, Aut haec in nostros fabricata est machina muros Inspectura domos venturaque desuper urbi, Aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucri in *om.* ς 32 n *om. ABM*

confundetur ratio conpositionis in generali nomine ligni atque machinae equi. item

lectumque iugalem,
quo perii, super inponas,

minus apertum. subdistinguendum enim est pro voluntate dicentis. hoc enim voluit intellegi Dido, non esse lectum iugalem quo perierit. inmorandum est ergo et respirandum *post* iugalem et sic inferendum cum *ὑποκρίσεως* affectu quo pe‖rii. in lectione plena sententia periodos dicitur, cuius partes sunt commata et cola.

DE MODVLATIONE

Modulatio est continuati sermonis in iocundiorem dicendi rationem artificialis flexus in delectabilem auditus formam conversus asperitatis atque inperitiae vitandae gratia.

DE LATINITATE

Latinitas est incorrupte loquendi observatio secundum Romanam linguam. constat autem, ut adserit Varro, his quattuor, natura analogia consuetudine auctoritate. natura verborum nominumque inmutabilis *est* nec quicquam aut minus aut plus tradidit nobis quam quod accepit. nam si quis dicat scrimbo *pro eo* quod est scribo, non analogiae virtute sed naturae ipsius constitutione convincitur. analogia sermonis a natura proditi ordinatio est secundum technicos neque aliter barbaram linguam ab erudita quam argentum a plumbo dissociat. consuetudo non ratione analogiae sed viribus par est, ideo solum recepta, quod multorum consensione convaluit, ita tamen ut illi artis ratio non accedat sed indulgeat. nam ea e medio loquendi usu placita adsumere consuevit. auctoritas in regula loquendi novissima est. namque ubi omnia defecerint, sic ad illam quem ad modum ad ancoram decurritur. non enim quicquam aut rationis aut naturae aut consuetudinis habet, cum tantum opinione secundum veterum lectionem recepta sit nec ipsorum tamen, si interrogentur cur id secuti sunt, scientium.

1 adque *A* 3 lectumque] *Verg. Aen.* IIII 496 iugalem ς iugale *ABM* 5 ** enim est et pro *M* 6 iugalem ς iugale *AB* iugule *M* 7 post *om. ABM, add. Caesarius* cum ypocriseos affectu *A* ypocrisaeos affectum *B* ypochriseos affectu *M* 11 Modulatio — 15 linguam *Max. Victorin. p.* 1938 iuguudiorem *A* dicendi *Maximus Victorinus* discendi *ABM* 12 artificalix *B* 13 vitandae *Maximus Victorinus* uitandi *ABM* 15 incorruptae loquendi *BM* incorrupta eloquendi *A* incorrupta loquendi ς 16 constat — 30 scientium *Charis. p. 35 sq.* his *om. BM* 17 nominumque *Putschius et codex Charisii* omniumque *AM* omnium quae *B* omnium *margo codicis Charisii* inmutabilis est nec quicquam *Charisius* inmutabili ne quicquam *ABM* 18 tradidit *AM* traditur *B* quod accepit *AB* quo accipitur *M* 19 pro eo *om. ABM, add. Charisius* 20 a *om. M* 21 thechinicos *M* technos *B* erudita *Charisius* erudit̃ *M* erudit *AB* 23 par *B* pars *AM* consensione *Charisius* consessione *AM* consesione *B* 24 in medio *codex Bernensis Maximi Victorini p.* 1939, *ubi* modo *editores* 27 anchoram *BM* anachortam *A* aram sacram *Charisius* 29 sint *Putschius* essent *Charisius*

p. 434, 35 P.

DE GENERIBVS LOCVTIONVM

Genera locutionum sunt quinque, rationale artificiale historicum glossematicum commune. ||

DE QVALITATE LOCVTIONVM

Quinque sunt linguae Graecorum, Ias Doris Atthis Aeolis coene. iuxta has igitur quinque linguas et Latina verba conprehensa colliguntur hoc modo. Ias relictis propriis utitur *similibus qua*si propriis nominibus ac versatur in omnibus tropis. Doris in singulis partibus orationis nunc adiectioni nunc brevitati studens barbarismos facit [qui barbarismi metaplasmi appellantur], quos cum sibi vindicaverint docti, metaplasmos appellant, ut

Teucrum mirantur inertia corda

pro Teucrorum, et

aggere moerorum

et

aulai medio.

Atthis, quae brevitati studet, admittit soloecismos, quos cum docti fecerint, non soloecismi sed schemata logu appellantur, ut est

nuda genu

et

urbem quam statuo vestra est.

ibi enim nudum genu habens debuit dicere et urbs quam statuo vestra est. sed serviens schemati quod appellatur hellenismos tres partes orationis redegit in duas usus per Atticismon. Aeolis ultra modum copiosa est et amat per circuitum verba protendere et periphrasi res explicare ac per hoc πλεονάζει; cuius vitium schema dianoeas appellatur. coene communis est, in qua omnes idem sentimus.

DE METAPLASMIS

Metaplasmus est transformatio quaedam recti solutique sermonis in alteram speciem metri aut decoris causa figurata. huius species sunt hae, prosthesis epenthesis prosparalepsis paragoge aphaeresis syncope apocope ectasis systole diaeresis synaliphe episynaliphe ecthlipsis antithesis metathesis.

De prosthesi. Prosthesis est quidam generalis metaplasmus, qui fit per adiectionem. sed specialiter sic dividitur, prosthesis est adpositio quaedam ad principium dictionis, litterae, ut

5 attis *ABM* 7 utitur ac si propriis omnes (oms *M*) uersatur in omnibus tropis *ABM* omnis uersatur in orationis tropis (*rell. om.*) *Putschius* 11 Teucrum] *Verg. Aen.* VIIII 55 13 agere *ABm* agerere *M*. *Verg. Aen.* X 144 moerrorum *BM* murum *m* 15 aulai in medio ς. *Verg. Aen.* III 354 17 schema *M* scema *AB* 18 nuda] *Verg. Aen.* I 320 20 urbem] *Verg. Aen.* I 573 22 ellenismos *BM* elenismos *A* 23 redigit *M* 24 circuitus *A* perifrasi *ABM* 25 pleonazi *ABM* dianias *AB* diansas *M* appellantur *ABM* 27 DE METAPLASMIS] *Charis. p.* 248 *sqq. Donat. p.* 1771 *sqq.* 28 solutique *ABM* solitique *m*ς 30 prothesis *A* paragoge *hoc loco omissum post* 31 metathesis *positum est in ABM* 32 DE PROTHESI *M* Prothesis *BM* 33 diffinitur ς

Turnum gnatoque patrique

pro nato; syllabae, ut

concitum tetuli gradum

pro tuli. ||

De epenthesi. Epenthesis est adpositio, cum inter primam et ultimam syllabam aut littera adicitur aut syllaba: littera, ut

hac casti maneant i. r. n.

pro religione; syllaba, ut

Mavortis in antro

pro Martis. hunc metaplasmum quidam pleonasmon appellant.

De prosparalepsi. Prosparalepsis est cum aliquid ad novissimam partem dictionis accedit, ut

admittier orant

pro admitti, et

magicas invitam accingier artes

pro accingi.

De paragoge. Paragoge est cum ad ultimam simplicis dictionis clausulam aut littera adiungitur aut syllaba: littera, ut apud Plautum, 'quo ted hoc *noctis*' pro te; syllaba, ut potestur pro potest.

De aphaeresi. Aphaeresis est aeque generalis metaplasmus, qui fit per detractionem; sed specialiter observatur.

Item de aphaeresi. Aphaeresis est ablatio de principio dictionis contraria prosthesi, cum aut littera amputatur aut syllaba aufertur: *littera*, ut

ruit omnia late

pro eruit; syllaba, ut 'temnere divos' pro contemnere, et 'linquere castra' pro relinquere.

De syncope. Syncope est ablatio de media dictione contraria epenthesi, ut

extinxti me teque, soror,

pro extinxisti.

De apocope. Apocope est ablatio de fine dictionis prosparalepsi vel paragoge contraria, cum aut littera detrahitur aut syllaba: littera, ut

aspice nunc mage nostrum sit penetrabile telum

pro magis; syllaba, ut 'endo suam do' pro domum.

1 Turno ς. *Verg. Aen.* XI 178 3 concitum] *inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 202 detuli *M* 7 hac] *Verg. Aen.* III 409 hac casti maneant in relligione nepotes r.] o. *ABM* 8 pro relegione *AM* prolreligione *B* 9 Mavortis] *Verg. Aen.* VIII 630 11 a nouissima partem *A* da nouissimam partem *B* a nouissima parte *M* 13 amittier *BM*. *Verg. Aen.* VIIII 231 15 magicam *AB*. *Verg. Aen.* IIII 493 18 littera adiungitur *A* litteram iniungitur *M* littera ut apud iniungitur *B* apud Plautum] *Curcul.* I 1, 1 quod et (quod ē *M*) hoc tis pro te *ABM* quod est hostis pro hosti ς 19 ut potestor *A* ut potestor *B* ut protestor *M* 23 prothesi *AM* littera *posteriore loco om. ABM* 24 ruit] *Verg. Aen.* XII 454 25 temnere] *Verg. Aen.* VI 620 contempnere *M* linquere] *Verg. Aen.* X 68 29 extincti *M*. *Verg. Aen.* IIII 682 30 extinxitis *M* 33 aspice] *Verg. Aen.* X 481 num mage sit nostrum ς magi̥e *A* 34 endo] *Enn. annal.* 563 *ed. Vahl.*

p. 436. 37 P.

De ectasi. Ectasis est extensio, quae fit cum correpta syllaba contra rationem per licentiam producitur, ut

exercet Diana choros.

hic || enim Dianae syllaba prima producta est, cum corripi debeat.

De systole. Systole est correptio contraria ectasi. fit autem cum longa syllaba contra rationem corripitur aliqua necessitate cogente, ut

urbemque Fidenam.

hic enim Fidenarum primam syllabam corripuit, cum producere debuisset. item

aquosus Orion.

De diaeresi. Diaeresis est discisio syllabae unius in duas divisae, ut

dives pictai vestis et auri

pro pictae, et

aulai medio.

De synaliphe. Synaliphe est conlisio, quae fit cum duarum inter se concurrentium vocalium altera [earum] eliditur, ut

adque ea diversa penitus d. p. g.

hic enim unum e praecedens excludi necesse est. haec a quibusdam syncrisis nominatur.

De episynaliphe. Episynaliphe est conglutinatio seu contractio duarum syllabarum in unam syllabam facta contraria synaliphe, ut

fixerit aeripedem cervam licet,

cum aeripedem quinque syllabas dicere debeamus. ita fit una syllaba ex duabus.

De ecthlipsi. Ecthlipsis est conlisio quaedam difficilis ac dura consonantium cum vocalibus aspere concurrentium, ut est

multum ille et terris iactatus et alto.

De antithesi. Antithesis est litterae commutatio, ut

inpete nunc vasto ceu concitus imbribus amnis;

impete dictum est pro impetu: et olli pro illi.

De metathesi. Metathesis dicitur translatio. est autem litterarum ordo mutatus, ut

nam tibi, Timbre, caput E. a. e.

Timber enim ratione dicendum est. ||

3 exercit *BM*. *Verg. Aen.* I 499 coros *ABM* 7 urbemque] *Verg. Aen.* VI 773 10 aquosus] *Verg. Aen.* IIII 52 11 discissio *A* discessio *M* 12 dives] *Verg. Aen.* VIIII 26 picta *B* uestes *M* ueste *B* 14 aulai in medio ς. *Verg. Aen.* III 354 17 adque] *Verg. Aen.* VIIII 1 atque ea diversa penitus dum parte geruntur 18 hic enim ς his enim *ABM* haec *BM* h et *A* syncrisis *B* sincrysis *A* syucrusis *M* synchysis *Donatus p.* 1772 synaeresis *Claudius Sacerdos p.* 30 21 contraria diaeresi *Donatus p.* 1772 *et Claudius Sacerdos p.* 26 22 fixerit] *Verg. Aen.* VI 803 27 multum] *Verg. Aen.* I 3 28 commutatio *M* comutatio *B* communicatio *A* 29 inpete] *Ovid. metam.* III 79 33 nam] *Verg. Aen.* X 394 nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis tibre *B* capud *A*

p. 438. 39 P.

De protheseon parallage. Protheseon parallage est cum alia quam quae debet praepositio ponitur, ut

cui tantum de te licuit?

pro in te.

DE SCHEMATIBVS

Schemata, quae Latine figurae vocantur, sicut nomine ipso patet, conformationes sunt quaedam sententiae remotae a communi * hae, ut Quintilianus existimat, adeo tropis ipsa rei natura coniunctae sunt ut a quibusdam troporum nomen acceperint, sive quod forment orationem sive quod vertant; unde et motus dicuntur. figura igitur est arte aliqua novata *forma* dicendi. huius partes duas facit, dianoéas, quod est cogitationis et sensus, *et* logu, quod est elocutionis atque verborum. sed cum ad oratorias virtutes pertineat schema dianoeas, nos de eo loquimur quod schema lexeos dicitur, cuius finitio est talis, schema lexeos est ordo verborum aliter quam debet figuratus metri aut decoris aut emphaseos gratia. huius species sunt multae, sed necessariae traduntur, per quas similes colliguntur, prolepsis zeugma hypozeuxis syllepsis asyndeton anadiplosis anaphora, alia anaphora, epanalepsis epizeuxis paronomasia, schesis onomaton, paromoeon homoeoteleuton homoeoptoton polyptoton hirmos polysyndeton dialyton climax.

De prolepsi. Prolepsis est pronuntiatio rerum ordine secutarum, id est cum ante numerus verbo redditur quam personae definiantur, ut est

continuo reges, ingenti mole Latinus
quadriiugo vehitur curru,
bigis it Turnus in albis,
tum pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
et iuxta Ascanius, magna spes altera Romae,
procedunt castris. ||

et aliter de prolepsi disputatur, cum id quod posterius accidit ante tempus ascribitur, ut

Laviniaque venit
litora.

1 PARALLEGE *ABM* parallege *M* alia quam ς aliqua quam *ABM* 3 cui *A* cum *M* cur *B*. *Verg. Aen.* VI 502 5 DE SCHEMATIBVS] *Charis. p.* 249 *sqq. Donat. p.* 1773 *sqq.* 7 a ς ac *A* ae *B* haec *M*: figura, sicut nomine ipso patet, conformatio quaedam orationis remota a communi et primum se offerente ratione *Quintilianus inst.* VIIII 1, 4; *unde lacunam indicavi* Quintilianus] *inst.* VIIII 1, 1 8 exaestimat *B* 9 nomen *B* nomina *A*, *om. M* 11 forma *om. ABM*, *addidi ex Quintil. inst.* VIIII 1, 14 dianias *BM* dyanias *A* cogitationis ς cogitationes *ABM* 12 et logu] locu *AB*, *om. M* et λέξεως *Quintilianus inst.* VIIII 1, 17 elocutioni *A* eloquutione *M* sed cum *Charisius* sensuum *ABM* 13 pertineat schema *Charisius* pertineant (perteneant *AB*) id est schemata *ABM* dianias *BM* dyanias *A* quod est schema lexeos dicitur *AM* 15 decoris aut emfaseos *AB* decores fascos *M* 18 alia anafora *M* alia nafora *B*, *om. A* 21 pronuntiatio] praesumptio *Donatus* 23 continuo] interea *Caesarius*. *Verg. Aen.* XII 161 regis *M* latinos *A* 26 tu *B* romani *M* 27 magnae ς 29 accidit ς accedit *ABM* 31 Laviniaque] *Verg. Aen.* I 2

p. 439. 40 P.

Lavinium enim nondum erat, cum ad Italiam venit Aeneas. et apud Sallustium 'montem sacrum atque Aventinum insedit'; qui mons ab hoc, quia illum plebs insederat, postea sacer dictus est.

De zeugmate. Zeugma est unius verbi conclusio diversis clausulis coniuncta, id est cum duo aut conplura ad unam partem orationis iungenda referuntur. huius autem conclusionis diversitas tribus locis posita indicatur. fit enim aut cum praeponitur unum verbum ad quod sequentes sensus conferantur, ut est 'vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia'; aut cum in medio sensuum loco positum reperitur, ut est

Troiugena interpres divum, qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clari laurus, qui sidera sentis
et volucrum linguas et praepetis omina pinnae:

sentis enim verbum tam primis quam ultimis iungitur et ob id mesozeugma nominatur: aut certe cum uno verbo sensus conplures cluduntur, ut est Tullianum 'nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus senatus habendi locus, nihil horum ora vultusque moverunt?' conclusit enim uno verbo moverunt; unde hypozeugma dicitur.

De hypozeuxi. Hypozeuxis est cum singulae res aut personis subiciuntur aut verbis, ut

regem adit et regi memorat nomenque decusque,
quidve petat quidve ipse ferat, Mezentius arma
quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni
edocet, humanis quae sit fiducia rebus
admonet, inmiscetque preces. haut fit mora, Tarchon
iungit opes foedusque ferit.

hypozeuxis est, ut Scaurus ait, figura superiori contraria, ubi diversa verba singulis iunguntur. ||

De syllepsi. Syllepsis est conceptio, cum singularis dictio plurali verbo vel posteriori tantum vel ultimo redditur, ut est

hic illius arma,
hic currus fuit;

item

1 salustium *B*. *in fragmento ex primi Historiarum libri exordio citato ab Augustino de civ. d.* II 18 2 sacrumque (*om.* atque) *B* adque *A* abentinum *ABM* 3 pleps *A* 7 ad quod ς a quod *AB* atque *M* 8 vicit] *Cic. pro Cluent.* 6, 15 9 sensuum *om. M* 11 Troiugena] *Verg. Aen.* III 359 nomina *ABM* foebi *AB* 13 pennae ς 16 Tullianum] *in Catil.* I 1, 1 nocturni praesidii *ABM* 21 obiciuntur *ABM* 23 regem] *Verg. Aen.* X 149 et regem memorat *B* nomenque genusque *Donatus p.* 1773 *Pompeius p.* 456 *Isidorus* I 35, 4 24 quidiu epetant *B*, *om. M* 25 turniae docet *A* 27 aut fit *ABM* tharchon *A* thrarcon *B* 30 iunguntur 445, 3 sylempsis (syllemsis *M* sylemsis *B*) est dissimilium — 445, 4 conceptio. DE SYLLEMSI *ABM* 33 hic] *Verg. Aen.* I 16

sunt nobis mitia poma,
castaneae molles et pressi copia lactis.

syllepsis est dissimilium *rerum* et clausularum per unum verbum conglutinata conceptio.

De asyndeto. Asyndeton est cum plurima nomina sine coniunctione ponuntur.

De anadiplosi. Anadiplosis est cum ultima prioris versus dictio initio sequentis iteratur, ut

sequitur pulcherrimus Astyr,
Astyr equo fidens.

anadiplosis est congeminatio dictionis ex ultimo loco praecedentis et principio *sequentis*.

De anaphora. Anaphora est relatio eiusdem verbi aut similis per principia versuum plurimorum, ut

nate, meae vires m. m. p. s.
n. p. s. q. t. T. t. a. *t.* c. e. *s.* t. n. p.

item

spes tu nunc una senectae,
tu requies miserae, decus imperiumque Latini
te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.

Est et secunda anaphora, per quam elocutio non convenienter respondens *ad* aliud refertur occulte, ut est apud Sallustium 'sed antea item coniuravere pauci, in quis Catilina fuit. de qua quam brevissime potero dicam'. hic de qua intellegitur coniuratione.

De epanalepsi. Epanalepsis est cum maiore significatu facta repetitio, ut est in Horatio

eheu fugaces, Postume *Postume*,
labuntur anni.

et aliter epanalepsis fit, cum eadem dictio et principium versus et clausulam tenet, ut

1 sunt] *Verg. bucol.* 1, 81 3 Syllepsis — 4 conceptio, *quae hoc loco omissa in codicibus post* 444, 30 iunguntur *scripta sunt, huc transposui* dissimilium et clausularum *ABM* dissimilium clausularum *Donatus:* dissimilium rerum una conclusio *Pompeius p.* 456 conglutinatum *M* 5 Asyntheton est cum aliqua incomposite et simpliciter proferuntur, ut ueni uidi uici. haec ab aliis dialyton dicitur ς est conplurima *ABM* 9 sequitur] *Verg. Aen.* X 180 asthyr astir equo *A* astyhratis requo *M* asty at equo *B* 11 praecedentes *AM* pruecedentis *B* et] ex *B* 12 sequentis *om. ABM. add. Donatus* 13 eiusdem verbi *Donatus* eius uerbi *ABM* 15 nate] *Verg. Aen.* I 664 nate, meae vires, mea magna potentia solus, Nate, patris summi qui tela Typhoia temnis, Ad te confugio et supplex tua numina posco 16 N P S Q T T A C E T N P *A* N P S Q T T T *B* Q T E A C E T N *M* 18 spes] *Verg. Aen.* XII 57 20 domus omnis *ABM* 22 ad *om. ABM:* aliud refert occulte ς referetur *ABM* salustium *B. Catil.* 18 antea *A* ante *BM* 26 in Horatio] *carm.* II 14, 1 27 eheu *A* heu *BM* heu heu ς Postume *semel scriptum est in ABM* 28 labantur *M* 30 ut (*Verg. Aen.* I 750) multa super Priamo rogitans super Hectore multa. item pater *sqq. Buschius*

p. 449. 41 P.

[te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda,
te liquidi flevere lacus.

item]

pater, inquam, me lumine orbavit pater,

et

ante etiam sceptrum Dictaei regis et || ante,

et 'haec navis onusta praeda Siciliensi, cum et ipsa esset ex praeda'.

De epizeuxi. Epizeuxis est eiusdem dictionis in eodem versu sine aliqua dilatione geminatio cum impetu pronuntiationis, ut

me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum,
o Rutuli, mea fraus omnis.

De paronomasia. Paronomasia est veluti quaedam denominatio, cum praecedenti nomini aut verbum aut nomen adnectitur ex eodem figuratu, ut fugam fugit, facinora fecit, gratas gratias, Creta decreta est, pugna pugnata est. et aliter paronomasia fit, cum dictio iteratur, mutata tamen aut littera aut syllaba, quotiens nomine simili utimur in significatione diversa, ut est apud Terentium

nam inceptio est amentium, haut amantium,

et apud Ciceronem 'qui fuit lucus religiosissimus, is erit locus desertissimus' et 'custodia sacrorum non honoris sed oneris existimabitur'; item 'si non praetorem te sed praedonem creavimus'.

De schesi onomaton. Schesis onomaton est cum singulis nominibus epitheta coniuncta sunt, ut

Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.

et aliter schesis onomaton fit, cum in conexu vel in textu sententiarum plures antonomasiae ponuntur, ut

armipotens praeses belli Tritonia virgo.

De parhomoeo. Parhomoeon est cum verba vel nomina paululum inflexa et tamen prope similia superioribus inferuntur, ut

1 te] *Verg. Aen.* VII 759. *versus in exemplo epanaphorae positi ab Isidoro* I 35, 9 *ex definitione anaphorae ad epanalepsin translati esse videntur vel a Diomede vel a librariis* augite aebit reate *AM* angit teoit reate *B* 4 pater] *inter incerta tragicorum fragmenta recepit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 228. *cf. Charis. p.* 250 5 et] ut *ABM* item ς 6 ante *om. AM. Verg. georg.* II 536 diete regii *A* dicit ei regis *B* dicit regis *M* 7 haec] *Cic. in Verr. act. sec.* V 17, 44 et *om.* ς esset *M* essit *A* et est *B* 11 me] *Verg. Aen.* VIIII 427 14 figuratum *Caesarius* 17 nomine ς nomini *ABM* 18 apud Terentium] *Andr.* I 3, 13 19 haud ς aut *ABM* 20 apud Ciceronem] *cf. Charis. p.* 251 lucus *M* locus *AB* relegiosissimus *AM* 21 sacrorum] castrorum ς non honoris sed honeris *A* non onoris sed oneris *B* non honoris oneris *M* 22 extimabitur *B* item si non *A* item te si non *B* item cesi *M* 23 creavimus] dicimus ς 26 Marsa] *Enn. annal.* VIII 280 *ed. Vahl.* Vestina *I. Dousa apud Merulam in Enn. annal. fragm. p.* 453: festina uirum uis *A* festinauimus uis *M* festina uirum *B* 27 connexu *A* 29 armipotes *A et super scripto* n *M. Verg. Aen.* XI 483 praese *A* praesse *B* pro se *M* 30 DE PARHOMIONE *AB* DE PARHOMTONE *M* Parhonomion *ABM* paulum *A* 31 tamen prosimilia *ABM* tamen similia ς inferunt *AM*

multa viri virtus animo multusque recursat
gentis honos.

et aliter parhomoeon fit, cum verba similiter incipiunt, ut

machina multa minax minatur maxima muris.

De homoeoteleuto. Homoeoteleuton est oratio similibus clausulis terminata, id est pari verborum exitu finita, ut apud Ennium

eos || reduci *quam relinqui*, devehi quam deseri
malui;

et Sallustius 'in nuda in tecta corpora'; Vergilius

bella horrida bella.

homoeoteleuton est cum simili modo dictiones multae finiuntur.

De homoeoptoto. Homoeoptoton est oratio excurrens in eosdem casus similiter, id est cum uno similique casu totius sensus elocutionis impletur, ut apud Sallustium 'maximis ducibus, fortibus strenuisque ministris'.

Et aliter homoeoptoton fit, cum oratio excurrit in eosdem casus et similes fines, ut Ennius

merentes flentes lacrimantes ac miserantes.

item homoeoptoton est cum in similes casus exeunt verba diversa.

De polyptoto. Polyptoton est oratio casuum varietate distincta, ut est in Terentio

in te spes, Hegio, nobis sita est,
te solum habemus, tu es patronus, tu pater:
ille tibi moriens nos commendavit senex:
si deseris tu, nos perimus.

item

litora litoribus contraria, fluctibus undas.

De hirmo. Hirmos est cum uniformis continuatur series orationis unius casus tenorem ad clausulam usque custodiens, ut

principio caelum ac terras c. l.
l. q. g. l. T. a. s. i. a.

De polysyndeto. Polysyndeton est oratio pluribus nexa coniunctionibus, ut

1 multa] *Verg. Aen.* IIII 3 recusat *M* 6 apud Ennium] *Iphigen. fragm.* VIIII *ed. Vahl.* 7 eos reduci *Donatus* hos seduci *codex Charisii* coste duci *M* eos deduci *AB* quam relinqui *om. ABM, add. Donatus et Charisius* deuihi *M* deuei *A* deserit *M* 8 maluit *B* 9 salustius *B* intectato pora *M* inierta corpora ς Vergilius] *Aen.* VI 86 11 homoeoteleuton — finiuntur *hoc loco omissa post* 19 diversa *habent ABM* finiuntur *Donatus* fiuntur *B* fiunt *AM* 12 eosdem *Charisius* eos *ABM* 13 totius *A* tocius *B* tacius *M* totus ς 14 salustium *B* 17 Ennius] *annal.* I 107 *ed. Vahl.* 18 lacrimantes conmiserantes *Donatus* 21 in Terentio] *Adelph.* III 4, 9 22 spes *Ba* sper *AM* nonis *ABM* 23 abemus *B* 24 commadauit *B* 25 si deris *B* 27 litora] *Verg. Aen.* IIII 628 29 usque custodiens *Charisius* usque ad custodiem *A* usque ad custodiam *BM* 30 principium *M. Verg. Aen.* VI 729 principio caelum ac terras camposque liquentis Lucentemque globum lunae Titaniaque astra Spiritus intus alit 31 q] o *A* b *B*, *om. M*

p. 442. 43 P.

Alcandrumque *Haliumque* Noemonaque Prytaninque,

item

tectumque Laremque
armaque Amyclaeumque c. C. f.

De dialyto sive asyndeto. Dialyton est oratio quae sine coniunctionibus solute ac simpliciter effertur nulla coniunctione interposita superiori contraria, ut

alii navalibus ite,
ferte citi ferrum, date tela, inpellite remos;

item 'venimus, vidimus, placuit', et apud Tullium 'pertulit cogitavit'. hoc etiam brachylogia nominatur.

De gradatione. Climax est quam nostri gradationem vocant, adiectio repetens quae dicta sunt. priusquam enim ad aliud descendat, in prioribus resistit, hoc est quotiens ab eo quo sensus superior terminatur inferior incipitur ac deinceps quasi per gradus idem dicendi ordo servatur, ut est 'industria parit virtutem, virtus gloriam, gloria inimicitias, inimicitiae pericula'. simile est exemplum ex Graeco notissimo translatum, 'non enim dixi *quidem*, sed ***non scripsi***, nec scripsi quidem, ***sed non obii legationem***, ***nec obii quidem*** legationem, sed non persuasi Thebanis'. sunt tamen tradita et Latina, 'Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos conparavit'; item et Calvus 'non ergo magis pecuniarum repetundarum quam maiestatis, neque maiestatis magis quam Plautiae legis, neque Plautiae legis magis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium legum'. invenitur quoque apud poetas, ut apud Homerum in sceptro, quod a Iove *ad* Agamemnonem usque deducit; apud nostrum etiam tragicum sic,

Iove propagatus est, ut perhibent, Tantalus,
ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope *autem* satus
Atreus, qui nostrum porro propagat genus.

1 Alcandrumque] *Verg. Aen.* VIIII 767 Haliumque *om. ABM* pritaninque *M* printaninque *B* parataninque *A* 3 tectumque] *Verg. georg.* III 344 4 armaque *om. ABM* amoecleumque *ABM* 8 alii] *Verg. Aen.* IIII 593 ite] item *AM* inte *B* 9 citi ferrum *BM* cum eptex *A* citi flammas *praeter Donatum Claudius Sacerdos p.* 33 *et Pompeius p.* 463 11 haec etiam ς brachylogian *B* brachylogiam *A* brachilogian *M* 12 De gradatione] *Quintil. inst.* VIIII 3, 54 *sqq.* 13 ad aliud descendat *Quintilianus* ad illud extendat *ABM* 14 hoc est *AB* haec est *M* 17 ex Graeco] *Demosth. de cor. p.* 288 non enim dixi sed ne scripsi quidem legationem sed nenon persuasi thebas *ABM* non haec quidem dixi, sed nec scripsi. nec scripsi quidem, sed nec obii legationem. nec obii quidem, sed nec persuasi Thebanis ς. *supplementa et emendationes verborum praebuerunt Quintilianus et Aquila Romanus p.* 182 *ed. Ruhnk.* 20 Africano] *rhetor. ad Herenn.* IIII 25 uirtus gloria gloriae mulos *BM* 21 et gallus *ABM* et Calvi *Quintilianus* Licinius Calvus in Vatinium *Aquila Romanus p.* 183 *ed. Ruhnk.* ergo *AB* enim *M* 25 legum indicia perierunt ς apud Homerum] *Il. B* 100 *sqq.* 26 a Iove ad Agamemnonem usque deducit *Quintilianus* a ioue agammemnonemus deducit *A* a ioue agamemnonemo deducit *B* adi ouem agamemnonem deducit *M* sic *BM* sit *A* 27 propagatus *Quintilianus* propugnatus *ABM* prognatus ς Tantalus *Quintilianus* tautius *ABM* 28 ortus *om.* ς autem *om. ABM, add. Quintilianus* 29 aetreus *B* et hereus *M*

haec autem gradatio apertiorem habet artem et magis adfectatam, ideoque rarior esse debet. item apud Vergilium

torva leaena lupum s.-l. i. c. f. c. s. l. c.
te Corydon, *o* Alexi.

DE VITIIS ORATIONIS

Vitia orationis generalia sunt tria, obscurum inornatum barbarum. obscuritatis species sunt octo, acyrologia pleonasmos perissologia macrologia amphibolia tautologia ellipsis aenigma. inornatae orationis species sunt quinque, tapinosis aeschrologia || cacenphaton cacozelia cacosyntheton. barbarae orationis partes sunt duae, soloecismus et barbarismus, quorum species ***sunt*** plurimae.

De acyrologia. Acyrologia est dictio minus convenienter elata, vel non propriis dictionibus obscurata sententia, ut est

accede ad ignem hunc, iam calescas plus satis;

ubi nullus significatur ignis verum meretrix: et apud Vergilium

hunc ego si potui tantum sperare ***dolorem.***

sperare pro timere posuit.

De pleonasmo. Pleonasmos est sententia verbo plus quam necesse est abundans, ut

sic ore locuta est,

cum utique sufficeret sic locuta est.

De perissologia. Perissologia est multorum verborum adiectio supervacua sine ulla vi rerum, ut

ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

hic enim excepto ibant omnia supervacua sunt.

De macrologia. Macrologia est oratio sine cultu nimium ***longa***. Scaurus ita definit, longa descriptione producta sententia, ut est

postera vix summo spargebat lumine terras
orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi lucemque elatis naribus efflant,

cum sit satis dixisse sole orto. versibus tamen minus nocet quam solutae orationi. et apud Livium 'legati non inpetrata pace ***retro***, unde venerant, domum reverterunt'. hic enim non tantum pondus ***non*** adiecit sententiae longitudo, sed magis decorem abstulit.

1 artem *Quintilianus* partem *AM* patrem *B* idioque *A* 2 apud Vergilium] *bucol.* 2, 63 torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam, Florentem cytisum sequitur lasciva capella 4 te corydon (coridon *BM*) alexin *ABM* 5 DE VITIIS ORATIONIS] *Charis. p.* 242 *sq. Donat. p.* 1770 *sq.* 11 sunt *om. ABM* 13 non proprias *M* 14 accede *AB* noce de *M. Ter. Eunuch.* I 2, 5 calescam *corr.* calescas *B* calesces ς 15 nero *AM* apud Vergilium] *Aen.* IIII 419 16 dolorem sperare *om. ABM, add. Charisius et Donatus* 20 sic] *Verg. Aen.* I 614 26 macrologia est oratio culta nimium ς macrologia est oratio longa sine cultu *Charisius et Claudius Sacerdos p.* 31 cultu *a* culto *A* cultum *M* culta *B* nimio *B* longa *om. ABM* 28 postera] *Verg. Aen.* XII 113 uix summo *A* uix msummo *B* uix summu *M* lux summo ς 32 apud Livium] *cf. Charis. p.* 242 retro *om. ABM, add. Charisius et Donatus* 33 hinc *B* non *secundo loco om. ABM*

p. 444. 45 P.

De amphibolia. Amphibolia est vitio conpositionis in ambiguo posita sententia, ut

aio te, Aeacida, Romanos vincere posse;

item 'certum est Antonium praecedere eloquentia Crassum'. hi enim duo sensus vitio ambiguitatis carent proprietate, cum sit incertum ab Aeacida Romanos vinci posse an a Romanis Aeacidam; similiter ab Antonio vinci Crassum eloquentia an *a* Crasso Antonium. fit et per homonymian, ut, cum dicimus taurum, nescias utrum de armento an obscenam corporis partem an || montem qui est in Cilicia an qui est in sideribus taurum dicamus. fit item et per communia verba, ut 'vadatur in foro Cato', 'criminatur Cicero'. dubium est enim utrum alium vadetur vel criminetur an ipse ab alio idem patiatur, quia vador et criminor sunt verba communia. item fit et per distinctionem, ut 'vidi statuam auream hastam tenentem'. fit praeterea plurimis modis, quos percurrere omnes, ne nimis longum sit, non oportet.

De tautologia. Tautologia est eiusdem dictionis in eadem sententia supervacua repetitio, ut est 'fletus lacrimarum fluorem fundit', et egomet ipse, cum sufficeret ego.

De ellipsi. Ellipsis est necessaria dictione fraudata sententia, defectus quidam necessariae dictionis quam desiderat praecisa sententia, ut est

terris iactatus et alto,

cum desit in praepositio; item

Italiam fato profugus,

id est ad Italiam.

De aenigmate. Aenigma est per incredibilia confusa sententia, ut 'avia filiorum est quae mater mariti', cum Iocasta significetur.

De tapinosi. Tapinosis est contra dignitatem magnae rei humilis expositio, ut est 'marcido dies sole pallet', cum marceant terrena, non inmortalia; et apud Flaccum 'Pelidae stomachum' pro ira; Vergilius

multa malus simulans

pro scelestus.

De aeschrologia. Aeschrologia est vitio conpositionis inverecunda oratio, conpositio verborum obscenae significationis aut unius verbi obscena significatio et pronuntiatio. compositione fit, ut 'cum Numerio fui'; sed emendatur hoc vitium interposita aliqua particula, ut 'cum quodam Numerio fui': et

numerum cum navibus aequet.

1 uitium *B* 3 aio] *Enn. annal.* VI 186 *ed. Vahl.* eacida *M* romanus *B* uinci *M* 6 an a romanis eacidam *a* an romanos ab eacida *ABM* 7 a *ante* Crasso *om. ABM* 8 nec seias *A* 9 montem qui ς montem quod *ABM* 15 oportit *AM* 17 fleus ς fluorem ς fluore *ABM* fudit *A* 18 sufficerit *AM* suffecerit *B* 21 terris] *Verg. Aen.* I 3 23 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 26 cum iocasta *A* cum coniux casta *B* coniux casta *M* 29 apud Flaccum] *Hor. carm.* I 6, 6 Vergilius] *Aen.* I 352 30 malis *M* 31 pro scelestis *M* 32 uitium *B* 33 obscena significatio] obscenae significatio *M* obscenae significationis *B* 37 numerum] *Verg. Aen.* I 193 aequat ς

item unius || verbi obscena pronuntiatione sic fit, ut est apud Sallustium 'ductabat' et 'arrexit animos militum'.

De cacenphato. Cacenphaton est vitio conpositionis inverecunda suspitio, ut

arrige aures, Pamphile;

item

ad ramum hunc aperit ramum q. v. l.

De cacozelia. Cacozelia est per affectationem decoris corrupta sententia, cum eo ipso dedecoretur oratio quo illam voluit auctor ornare. haec fit aut nimio cultu aut nimio tumore: nimio tumore,

Iuppiter omnipotens, caeli qui sidera torques,
ore tuo dicenda loquar;

nimio cultu,

aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
curvatura rotae, radiorum argenteus ordo,
per iuga chrysolithi positaeque ex ordine musae.

De cacosyntheto. Cacosyntheton est indecens structura verborum, ut est

versaque iuvencum
terga fatigamus hasta.

DE BARBARISMO

Barbarismus est dictio vitiosa. est autem definitio generalis et specialis. sed quoniam dictio et contexta oratio et una pars eius intellegitur, et quia consuetudo hunc tantum barbarismum appellat qui fit in una parte orationis, aptius tamen hac utemur definitione, [barbarismus est contra Romani sermonis legem aut scripta aut pronuntiata vitiose dictio] barbarismus est enuntiatione vel scripto una pars orationis corrupta ac per hoc non Latina. sed hoc vitium in soluta oratione nomen suum retinet, ceterum apud poetas metaplasmus vocatur, soloecismus autem schema. barbarismus est barbaros lexis, id est barbara dictio. sed hoc vitium inter se differt, quod barbarismus in Latina dictione fit, barbaros autem lexis tota peregrina dictio. || barbarismus fit modis principalibus quattuor, adiectione detractione mutatione transmutatione. adiectionis species sunt quattuor, [aut] per adiectionem temporis sive productionem, per adiectionem litterae,

1 salustium *B*. *Sall. Catil.* 17 quia Cn. Pompeius invisus ipsi magnum exercitum ductabat 2 ductabat exercitus ς arrexit] *Sall. Catil.* 39 vetus certamen animos eorum arrexit animos militum *Charisius* animo militum *M* animo milito *AB* 3 uitium *B* suspicio *AM* 5 arrige] *Ter. Andr.* V 4, 30 pamfile *ABM* 7 ad] *Verg. Aen.* VI 406 at ramum hunc, aperit ramum, qui veste latebat 9 quo ς qui *ABM* 11 Iuppiter o praesens ς torquens *A* 14 aureus] *Ovid. metam.* II 107 16 musae] gemmae ς 19 versaque] *Verg. Aen.* VIII 610 22 Barbarismus — 452, 17 Leucaten *Charis. p.* 237 23 orationis *B* 25 utemur *B et Charisius* utimur *M* utetur *A* barbarismus — 26 dictio, *quae ad generalem barbarismi definitionem pertinere videntur, om. B et Charisius* 26 scripta aut pronuntiata ς scriptam (scribtam *M*) aut pronuntiatam *AM* uitiose *Caesarius* uitiosa *M* uiciosa *A*

p. 447. 48 P.

per adiectionem syllabae, per adiectionem adspirationis. adiectione temporis sive productione fit hoc modo, ut

Italiam fato profugus;

i enim prima syllaba cum corripi debeat, producta est, id est, cum habere debeat tempus unum, habet duo: adiectione litterae, ut siquis relliquias geminata l littera pronuntiet, ut

relliquias Danaum:

adiectione syllabae, cum dicimus Mavors pro Mars et tetuli pro tuli, ut

Mavortis in antro,

et

numquam huc tetulissem pedem,

item a l i t u u m pro alitum: adiectione adspirationis; hoc et scripto et sono proditur, ut cum dicimus choronam cum adspiratione, cum debeat leviter pronuntiari; item hemo pro emo. detractionis species sunt aeque quattuor, detractione temporis litterae syllabae adspirationis: temporis, ut siquis dicat fervere correpte, cum produci debeat media syllaba, ut 'fervere Leucaten'; litterae, ut si detracta a littera pretor dicamus, ut Lucilius

pretor ne rusticus fiat,

cum debeat ae pronuntiari, praetor [sed structurae gratia syllaba longa corripitur]; syllabae, ut siquis temnere dicat pro contemnere, ut Vergilius

et non temnere divos;

adspirationis, ut siquis dicat omo sine adspiratione, cum debeat aspere pronuntiari. hae autem species inveniuntur locis tribus, in prima parte dictionis, in media, in novissima: in parte prima fit per aphaeresin, id est detractionem, ut linque pro relinque; in media per syncopen, id est concisionem, ut nantes pro natantes; *in* novissima per apocopen, id est abscisionem, ut volup pro voluptate, et ut si accusativo sine m littera domu dixeris. per *par*allagen, id est mutatione litterae, si litteram aliam pro alia pronuntiemus, ut arvenire pro advenire. transmutatione, cum in eadem dictione commutatis inter se litteris utamur, ut leriquias si per l litteram pronuntiemus, cum debeat per r pri||ma syllaba dici, reliquiae; item lerigionem similiter pro religione mutatis r et l litteris; eodem modo

3 Italiam] *Verg. Aen.* I 2   5 reliquias *ABM*   7 reliquias *AB. Verg. Aen.* I 30   9 Mavortis] *Verg. Aen.* VIII 630   11 numquam] *Ter. Andr.* IIII 5, 13 hunc *A*   12 alituum] *Verg. Aen.* VIII 27 alituum pecudumque genus   hoc et] hoc est *ABM*   13 leniter ς   16 eruere *ABM*   fervere] *Verg. Aen.* VIII 677   17 Leucatem ς   pretor *A* praetor *B* ptor *M*   Lucilius ς lucius *ABM*   18 pretor praetor ne *A* praetor ne *B* pt̃ ne *M*   fiat *M et Varro de l. L.* VII 96 *p.* 372 *Sp.* fias *AB*   19 pretor *A*   sed — corripitur *ad eam barbarismi speciem quae fit detractione temporis pertinere videntur*   20 pro contempnere *M* pro contemnere *B* pro temnere *A*   Vergilius] *Aen.* VI 620   25 linque pro relinque ς lique pro relique *ABM*   26 concisionem ς conlisionem *ABM*   in *om. ABM*   27 volup pro voluptate *Nonius p.* 187 nolupe pro noluptate *ABM* nolup pro nolupe *ed. Ascens. a.* 1516   28 per parallagen ς per allagen *AM* pe allagen *B*   29 arnenire *Buschius* asuenire *ABM*   30 in se *ABM*   leriquias ς leliquias *BM* reliquias *A*   31 dici relique *A* dicere liquiae *M* dicere reliquiae *B*   32 pro relegione *M* prol religionem *B*

tanpister pro tantisper. per ecthlipsin quoque, id est per unius litterae elisionem, ut repsitum pro repositum.

Sunt praeterea pronuntiationis quaedam vitia, quae non nulli barbarismos putant, iotacismi labdacismi myotacismi hiatus conlisiones et omnia quae plus aequo minusve sonantia ab eruditis auribus respuuntur. haec vitia praelocuti controversiam de nomine pertinacibus relinquimus. iotacismi sunt cum i littera supra iustum decorem in distinctionibus extenditur. labdacismi similiter, si lucem prima syllaba vel almam nimium plene pronuntiemus. myotacismi quoque sunt cum in fine partis orationis invenitur m littera et incipiat sequens a vocali quae non sit loco consonantis posita. haec enim scribitur quidem, non autem enuntiatur, ut 'quousque tandem abutere'. tunc autem pronuntiamus m litteram, cum sequitur vocalis loco consonantis posita, ut est

cum Iuno aeternum s. s. p. v.

distinctio quoque, quae separat verba, ut est

dum conderet urbem

inferretque d. L.

quae pronuntiatio servanda, ne sit barbarismus, non in scriptura sed in sermone, si enuntiata fuerit.

DE SOLOECISMO

Soloecismus est contra rationem Romani sermonis disturbans orationem et vitium in contextu partium orationis contra regulanf artis grammaticae factum, id est non conveniens rationi sermonis iunctura verborum. soloecismus dicitur Graece λόγου σώου αἰκισμός, id est integri sermonis corruptio: vel a civitate Ciliciae quae Soloe olim dicebatur, nunc Pompeiopolis vocatur, cuius incolae quia sermone corrupto loquebantur, similiter vitiose loquentes apud Athenienses σολοικίζειν dicebantur, unde id vitium soloecismus dictum est; Latine a quibusdam stribiligo appellatur: vel a Solone legum || auctore, qui indifferenter locutus est. soloecismus fit modis generalibus quattuordecim aut, ut quidam, quindecim; inmutatione generum tam nominis quam pronominis, casuum numerorum personarum temporum, per qualitatem verborum, per modos verborum, per adverbia, per praepositiones, per gradus conlationis, per geminationem abnuendi, per accentus, per ordinis inmutationem. primus modus soloecismi fit per inmutationem generum nominis, cum dicimus 'atra silex' aut 'amarae corticis' aut 'purpurea narcissus', cum ater silex debeat dici et

2 ut repostum ς 3 Sunt — 6 relinquimus *Donat. p.* 1768 10 et incipiat *AB* incipiens *M* 11 quousque] *Cic. in Catil.* I 1 14 tum ς. *Verg. Aen.* I 36 cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus 15 seperat *A* 16 dum] *Verg. Aen.* I 5 dum conderet urbem Inferretque deos Latio 24 logus oues cysmos *M* locus onescismos *A* locoso uescismos *B* 25 solae *AB* 27 soloecizin *AB* solecizin *M* 28 soloecismus *b* soloecismum *ABM* 30 quattuor dicem *A* 34 ordinis inmutationes *ABM* 35 atra] *Verg. Aen.* VI 602 amarae] *Verg. bucol.* 6, 62 36 purporea *BM* porporea *A*. *Verg. bucol.* 5, 38

p. 449. 50 P.

amari corticis et purpureus narcissus: femininum genus factum est quod erat masculinum. secundus modus est per inmutationem generis pronominum, ut quis mulier, cum dici debeat quae mulier, apud Pacuvium

quis tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti nomine?

pro quae: masculinum quis pro feminino posuit. item si finitivum pro infinito ponamus, id est si dicamus de absente hic fecit; aut cum de praesente dicamus is fecit, cum debeamus dicere hic fecit. tertius modus fit per inmutationem casuum sic, cum in sermone alium casum pro alio ponimus, ut

urbem quam statuo vestra est:

accusativum casum pro nominativo posuit. quartus modus per inmutationem numerorum fit, ut

pars in frusta secant:

numerum pluralem pro singulari posuit, cum pars secat debuerit dicere. quintus modus fit per inmutationem personarum, ut siquis aliam personam pro alia ponat, ut

haec prima piacula sunto,

cum debuerit dicere sint: secundam personam posuit pro tertia. sextus modus fit per temporum inmutationem, ut est

nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent,

cum debuerit dicere nec venissem: tempus praeteritum perfectum posuit pro praeterito plusquamperfecto. item

quae manus interea Tuscis comitetur || ab oris

pro comitata sit et armaverit. septimus *modus* per qualitates verborum fit, ut

hoc pinguem et placidam paci nutritor olivam.

finxit enim commune verbum nutritor ab eo quod erat activum nutrio, cum deberet dicere nutrito. octavus modus *fit* per verborum modos, ut

at Rutulo regi ducibusque ea mira videri
Ausoniis.

videri enim infinitum modum posuit pro pronuntiativo, cum deberet dicere videbantur. nonus modus fit per adverbia localia, ut si dicamus intus eo aut intro sum, cum debeat dici intro eo, intus sum; et eamus illic pro

1 cortices et purporeus *ABM* 3 ut aput pacuuium quis tu is mulier quae me insueto nuncupasti pro nomine quae quis dixit masculinum pro feminino possuit *codex Lavantinus* 24 pacuuium *B* cuuium *A* cuium *M* Ennium ς. in Medo *Varro de l. L.* VI 60 *p.* 237 *Sp. cf. Pacuv. Med. fragm.* 20 *ed. Ribb.* 4 quae me *Varro l. c. et Nonius p.* 198 qui me *ABM* 6 si finitum *B* 9 per inmutatione *ABM* 11 urbem] *Verg. Aen.* I 573 14 pars] *Verg. Aen.* I 212 frustra *AM* 18 haec] *Verg. Aen.* VI 153 sunto *A* sunt *B* s̄ *M* 19 sint ς sunt *AB* s̄ *M* 21 nec] *Verg. Aen.* XI 112 22 debuerit ς debuerat *ABM* 24 quae] *Verg. Aen.* X 164 tusci *ABM* 25 modus *om. ABM* 27 hoc] *Verg. georg.* II 425 nutritur (n) *BM* 28 fixit *A* flxit *BM* nutritur *BM* 29 deberet *BM* debuerit *A* nutrit *ABM*: nutritor autem pro nutri *Servius in Verg. l. c.* fit *om. ABM* 30 at] *Verg. Aen.* X 267 uidere *BM* 34 et eamus ς ut eamus *ABM*

illuc. illic enim in loco est, illuc in locum. decimus modus fit per praepositiones, ut

rapuitque in fomite flammam;

ablativum enim casum pro accusativo posuit, cum debuerit dicere in fomitem, quasi rapuit ad fomitem: et apud amicum eo pro ad amicum eo. undecimus modus est per gradus, siquis conparativum ponat pro superlativo aut absolutum pro alterutro, id est si dicat bonus omnium, cum optimus debeat dicere, aut melior omnium, cum melior omnibus debeat dicere; cuius exemplum est

is quaestus est multo uberrimus,

cum debeat dicere multo uberior. duodecimus modus fit per geminationem abnuendi, ut *si* dicas numquam nihil peccavi, cum debeat dici numquam peccavi, quoniam duae abnutivae unam confirmativam faciunt. tertius decimus *modus* fit per ordinis inmutationem, si particulam quam debeas primo loco ponere postponas aut quam debes postponere primo loco conloces, dum dicis 'autem venit', cum oporteat dici 'venit autem'. quartus decimus *modus* fit per inmutationem accentus taliter, ut siquis adverbium loci ubi, quod est positum pro adverbio temporis, acute pronuntiet et ita fiat locale, cum debeat esse temporale, ut est in illo versu,

inde ubi venere ad fauces.

ubi enim graviter legendum || est, quoniam significat postquam. sic et alia similiter, ut si adverbium post gravi accentu pronuntietur, erit praepositio; si acuto, adverbium,

et longo post tempore venit.

quidam adiciunt quintum decimum, qui putant etiam in una parte orationis fieri soloecismum, si inconvenienter fiat, si demonstrantes virum hanc dicamus, aut feminam hunc; aut si interrogati quo pergamus respondeamus Romae; aut unum resalutantes salvete dicamus, cum utique praecedens demonstratio vel interrogatio vel salutatio vim contextae orationis obtineat. multi etiam dubitaverunt scala quadriga scopa soloecismus an barbarismus esset, cum scilicet id genus dictionis barbarismum esse ipsius vitii definitione possit agnosci. ita fiunt modi soloecismi secundum plerosque quattuordecim, secundum quosdam quindecim.

Inter soloecismum et barbarismum hoc interest, quod soloecismus in pluribus partibus fit et discrepantes et inconsequentes inter se dictiones habet, barbarismus autem in una et in soluto sermone. ceterum apud poetas barbarismus metaplasmus dicitur, soloecismus schema nominatur.

3 rapuitque] *Verg. Aen.* I 176 10 is questus *ABM*. *Ter. Eunuch.* II 2, 22 12 si *om. ABM* 13 abnuatiuae *B* abnuetiuae *corr.* abnuatiuae *A* abnuotiuae *M* abnegatiuae ς 14 modus *om. ABM* 16 oportet *M* oportit *AB* 17 quarto decimo *AM* modus *om. ABM* 20 inde] *Verg. Aen.* VI 201 uenire *ABM* 22 pronuntiatur *M* 24 et] *Verg. bucol.* 1, 30 25 quidam — 36 sermone *Donat. p.* 1768 in una parte *Donatus* in unam partem *ABM* 29 optineat *A* 35 inter se *Charisius p.* 238 in se *ABM*

p. 451. 52 P.

Latine barbarismus dissonans vocatur, metaplasmus transfictio dicitur, soloecismus figura appellatur.

DE VIRTVTIBVS ORATIONIS

Virtutes orationis generales sunt duae, proprietas et ornatus. proprietatis est species regula sermonis, quam Graeci analogian vocant, quidam ex nostris proportionem. huic accedit brevitas, quam Graeci syntomian vocant; item tenor, quem illi vocant tasin aut prosodian. ornatus species sunt duae, ex quibus prior debet esse conpositio quam Graeci synthesin dicunt; sequens est culta et sana oratio, quam illi nominant cyriologian, in qua tropi *sunt*. || specie regulae sermonis, quam vocant analogian, servatur recta scripturae ratio, ut sciamus scribsi b littera potius utendum esse quam p, cum exordium * verbi quod est per b scribo. brevitatem, quam syntomian Graeci dicunt, tunc notabimus, cum rei magnae sensus sufficient ad dignitatem, quamvis brevi enuntiabitur sententia, ut apud Vergilium

nascetur pulchra T. o. C. i. o. f. q. t. a. I. a. *m*. d. n. I.

hic enim et Troiana dignitas et Caesaris principatus et Romano imperio possessus indicatur orbis. tenor, quem Graeci dicunt tasin aut prosodian, in flexibus vocis servandus est. nam quaedam acuto tenore, pleraque gravi, alia flexo desiderant enuntiari. in ornatu prima conpositio debet servari, ut non sit dissonans et aspera structura orationis. culta et sana oratio, quam Graeci dicunt cyriologian, sine lenocinio debet ornari, ut

Romanos rerum dominos g. t.

hic etiam ipsa varietas sententiam ornavit. huic accedunt tropi, quibus convenienti adiectione proprietas inlustratur.

DE TROPIS

Tropus est, ut ait Scaurus, modus ornatae orationis et dictio translata a propria significatione ad non propriam decoris aut necessitatis aut cultus aut emphaseos gratia. Quintilianus sic definit, 'tropus est sermo *a* naturali et principali significatione translatus ad aliam exornandae orationis gratia'. tropi sunt metaphora catachresis metalepsis metonymia

1 transformatio ς soloecismus imparilitas appellatur, schema figura ς 6 sytomian *AB* sintomian *M* 7 tasyn *ABM* 9 oratio *AB* ratio *M* cyriologian *om. ABM, add. a* 10 sunt *om. ABM* 11 scribsi *M* scribsa *B* scripsi *A* 12 cum *AB* cuius *M*: cum exordium uerbi quod est scribo b obtineat ς. *lacuna quam indicari ita fere suppleri potest*, cum exordium capiat a prima persona verbi per *om. A* 14 apud Vergilium] *Aen.* I 286 nascetur pulchra Troianus origine Caesar, Imperium oceano, famam qui terminet astris, Iulius, a magno demissum nomen Iulo 16 m *om. ABM* I] p *ABM* 17 hic ς his *B* hyis *M* iis *A* 18 orbis ς urbis *ABM* prosodiam ς prosidonian *ABM* 19 pleraque ς plereque *AB* plerae quae *M* 20 flexu *ABM* 23 Romanos] *Verg. Aen.* I 282 Romanos, rerum dominos gentemque togatam 24 hic ς his *ABM* uarietas *BM* ueritas *A* 25 adiectioni *M* ratione ς 26 DE TROPIS] *Charis. p.* 243 *sqq. Donat. p.* 1775 *sqq.* 29 emfaseos *ABM* Quintilianus] *inst.* VIIII 1, 4 definiit *B* 30 a *om. ABM* ad aliam ornandae orationis gratia *Quintilianus* ad aliquam exornandae orationis gratiam *ABM* 31 metafora metalimpsis (metalimsis *B* metalemsis *M*) antonomasia

antonomasia synecdoche onomatopoeia periphrasis hyperbaton hyperbole allegoria homoeosis. horum omnium generalis est metaphora, ceteri omnes huius species videntur. ||

De metaphora. Metaphora est rerum verborumque translatio a propria significatione ad non propriam similitudinem decoris aut necessitatis aut cultus aut emphaseos gratia. haec fit modis quattuor his, ab animali ad animale, sicut

Tiphyn aurigam celeris fecere carinae;

ab agitatore ad gubernatorem transtulit; item

tondentes campum late candore nivali:

ab animali ad inanimale sic,

ad procul excelso miratus vertice montis;

pro cacumine nunc verticem dixit, qui est animalium tantum; item

fertur in abruptum magno mons improbus actu:

ab inanimali ad animale, ut

si tantum pectore robor
concipis;

a ligno ad hominem transtulit; item

ambo florentes aetatibus:

ab inanimali ad inanimale, ut

pelagus tenuere rates;

pro navibus nunc rates dixit; item

insequitur cumulo praeruptus aquae mons.

metaphorae quaedam sunt communes, quae a Graecis acoluthoe appellantur, ut

Tiphyn aurigam celeris fecere carinae,

quia, quem ad modum in navi auriga dici potest, ita et in curru [communiter] gubernator, ut

cumque gubernator magna contorsit equos *vi*;

hic gubernatorem pro auriga posuit: quaedam non communes, quae a Graecis anacoluthoe appellantur, ut 'vertice montis'. non enim potest invicem dici cacumen hominis, sicut dixit verticem montis. scire autem debemus esse metaphoras alias reciprocas, alias unius partis.

onomatopoeia yperbaton allegoria catachresis (catachesis *M*) metonymia (metonimia *M*) syneugdoche (synendohe *B* sineugdoche *M*) perifrasis hyperbole homoesis *ABM*
4 a *om. A* 5 per similitudinem ς 8 typhir *A* typhyi *B* typhys *M. cf. Charis. p.* 243 celeris *Charisius* celeres *ABM* feceres *B* facerae *A* 10 tundentes *M. Verg. Aen.* III 538 12 ad] *Verg. Aen.* V 35 miratu *M* 14 fertur] *Verg. Aen.* XII 687 apruptum *B* 16 si] *Verg. Aen.* XI 368 19 ambo] *Verg. bucol.* 7, 4 21 pelagus] *Verg. Aen.* V 8 23 insequitur] *Verg. Aen.* I 105 24 quae a] quaedam *AM* acoluthe *AM* acoluthae *B* 26 typhyn *AB* typhin *M* auriga *BM* celeres *ABM* facere *B* 27 et *om. AM* curru *Charisius* cursu *ABM* communiter *om. Charisius* 28 guberna *AM* 29 cum cumque *B. Enn. annal.* III 160 *ed. Vahl. cf. Charis. p.* 244 magna *Charisius* magno *ABM, om.* ς equos ς *et Charisius* equo *ABM* vi *om. ABM, add. Charisius* 31 anacoluthe *AB* acoluthe *M* 32 uerticem *AM* uertice *B*

p. 453. 54 P.

De catachresi. Catachresis est necessaria similium *pro* propriis abusio et usurpatio nominis alieni, id est dictio deficiens proprietate alterius nomen usurpans quasi proprium. haec a metaphora distat, quod illa vocabulum habenti largitur, haec [et], quia non habet proprium, alieno utitur; ut parricida dicitur qui fratrem vel sororem occidit, cum ille proprie parricida sit qui patrem occidit.

De metalepsi. Metalepsis est per transsumptionem dictionum proprietatis dilatio, || dictio gradatim homonymiae ad propriam significationem descendens, ut

speluncis abdidit atris;

ab atris enim nigrae intelleguntur, ex nigris tenebras habentes, et per hoc in praeceps profundae.

De metonymia. Metonymia dicitur transnominatio. est autem dictio ab alia propria significatione ad aliam propriam translata. fit autem modis sex: per id quod continetur id quod continet sic,

crateras magnos statuunt et vina coronant;

non enim vina sed crateras coronant, in quibus vina *sunt:* per id quod continet id quod continetur sic,

caelo gratissimus amnis

pro dis qui caelo continentur: per inventorem dominantemve inventum subiectumve sic,

sine Cerere et Libero friget Venus;

vult enim per Cererem panem intellegi, per Liberum vinum, per Venerem concubitum: per inventum subiectumve inventorem dominantemve *sic,*

vinum precamur. nam hic deus praesens adest:

per efficientem id quod efficitur sic, 'melior remis'; non enim remis eam infert sed velocitate quae per remos fit: ab eo quod fit id quod facit sic, 'frigus pigrum'; item

maestumque timorem,

id est qui maestos facit, hoc est tristes.

De antonomasia. Antonomasia est pronominatio, pro proprio alio utitur, significatio vice nominis posita, et vocabulum quod sine nomine positum loco eius fungitur. ducitur autem antonomasia modis tribus, aut ab animo aut a corpore aut extrinsecus: ab animo, ut

1 similium pro propriis ς similium proprius *AM* similium propria *B* 2 alienis *B* proprietate ς proprietatem *ABM* 4 habenti *Charisius et Isidorus* I 36, 6 habet *ABM* quod habet ς et *om. Charisius et Isidorus* 5 ut paricida *B* 8 discendens *M* 10 speluncis] *Verg. Aen.* I 60 abdit *M* 13 Metonimia est dicitur *B* 14 ad aliam impropriam *Caesarius* ad aliam proximitatem *Charisius* 15 contenetur id quod contenet *B* 16 grateras *ABM. Verg. Aen.* VII 147 instatuunt *A* 17 grateras *B* sunt *om. ABM* 19 caelo] *Verg. Aen.* VIII 64 20 contenentur *B* 22 sine] *Ter. Eunuch.* IIII 5, 6 24 sic *om. ABM* 25 uinumque *Caesarius. Plauti nomine versum citavit Servius in Verg. Aen.* I 724 praecamur *M* pracamur *B* precemur ς 26 melior] *Verg. Aen.* V 153 27 *fortasse* enim praefert 29 maestumque] *Verg. Aen.* I 202 30 faciet *M* faciat *AB* 31 pro *om. BM* propria *ABM* alia significatione (*om.* utitur) *B* 33 ducitur *A corr.* dicitur *M* dicitum *B*

magnanimusque Anchisiades,

id est Aeneas: a corpore, ut

ergo his aligerum dictis,

id est Cupidinem; item 'ipse arduus' *.

Item de antonomasia. Antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum loco eius fungitur, ut est 'arma virumque', et intellegitur Aeneas; || item domitor maris dicitur et intellegitur Neptunus; item 'ipse arduus'. huius species est epitheton. est autem epitheton praeposita dictio proprio nomini aut ornandi aut destruendi aut indicandi causa. ornant epitheta, sicut 'dia Camilla'; destruunt sic,

scelerumque inventor Vlixes;

indicant sic,

Larissaeus Achilles.

sumuntur autem epitheta modis tribus, ab animo, a corpore, extrinsecus: ab animo 'magnanimus Anchisiades' et 'contemptor divum Mezentius': a corpore sic,

aligerum dictis adfatur Amorem

et 'pulcher Iulus'. extrinsecus quae sumuntur in plures species dividuntur. descendunt enim a loco, ab actu, ab eventu: a loco, ut Vlixes dicitur Ithacus aut Pelasgus; ab actu, ut 'Aeneia nutrix' Caieta; ab eventu, ut 'insula dives opum' Tenedos.

De synecdoche. Synecdoche est dictio plus minusve pronuntians magis quam significans. modo enim [a] toto dicto pars intellegitur, modo parte nominata totum accipitur: a toto pars, ut

ingens a vertice pontus;

non enim totum pelagus fuisse dicitur quod navem excusserit sed pars pelagi, id est fluctus; item

fontemque ignemque ferebant:

a parte totum, ut

haut aliter puppesque tuae pubesque tuorum;

a puppibus enim naves significat, a pube totos homines.

1 magnanimusque] *Verg. Aen.* V 407 3 ergo] *Verg. Aen.* I 663 4 ipse] *Verg. Aen.* III 619. ipse arduus, extrinsecus ut (*Verg. Aen.* I 475) infelix puer atque impar congressus Achilli. Antonomasia ς *supplemento lacunae quam indicavi a Donato p.* 1776 *et Isidoro* I 36, 11 *petito* 6 arma] *Verg. Aen.* I 1 intelligitur ς intellegatur *ABM* 7 domitor] *Verg. Aen.* V 799 9 dictio *Donatus* distinctio *A* distintio *B, om. M* 10 dia *AM* dira *B. Verg. Aen.* XI 657 11 scelerumque] *Verg. Aen.* II 164 13 larissens *AM* lariseus *B. Verg. Aen.* II 197 15 magnanimis anchisiade *B. Verg. Aen.* V 407 contemptor] *Verg. Aen.* VIII 7 17 aligerum] *Verg. Aen.* I 663 18 pulcher] *Verg. Aen.* V 570 VII 107 VIIII 293. 310 19 discendunt *BM* 20 Ithacus] *Verg. Aen.* II 104. 122. 128 III 629 pelagus *AB. Verg. Aen.* II 83 Aeneia] *Verg. Aen.* VII 1 21 insula] *Verg. Aen.* II 22 24 nominata totum ς *et Charisius* nominata taxotum *AM* nominatam tum *B* 25 ingens] *Verg. Aen.* I 114 26 dicit *ABM* nautam excusserit *Buschius* navem percusserit *Charisius* 28 fontemque] *Verg. Aen.* XII 119 30 haut *A* aut *BM. Verg. Aen.* I 399 pupesque tuae *B* punesque tuorum *A* pupesque tuorum *M* pupesque eorum *B*

p. 455. 56 P.

De onomatopoeia. Onomatopoeia est dictio configurata ad imitandam vocis confusae significationem, ut

tinnitusque cie *et matris quate cymbala circum*
* clangorque tubarum;

item ut dicimus valvas stridere, oves balare, aes tinnire et cetera his similia.

De periphrasi. Periphrasis est numerosior dictio, dictionum in universa rei significatione congregatio, circumlocutio cum cultu longiore verborum ambitu rem describens, quae fit ornandae rei causa quae pulchra est aut vitandae quae tur||pis est: ornandae rei causa, ut brevitatem splendide producat; vitandae, ut foeditatem circuitu devitet. brevitatem splendide producit sic,

et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

potuit enim dicere 'iam lucebat' aut 'dies ortus erat'. foeditatem circuitu devitat sic,

placidumque petivit
coniugis effusus gremio per membra soporem;

hoc enim circuitu evitata decenter obscenitate ostendit concubitum: item

nimio ne luxu obtunsior usus
sit genitali arvo et sulcos oblimet inertis;

hoc enim circuitu significat conceptum difficilem feminae.

De hyperbato. Hyperbaton est in eodem sensu perlonga dictionis dilatio et transgressio quaedam verborum ordinem turbans. sed hic tropus generalis est. huius enim species sunt quinque, anastrophe, diacope vel, ut quidam, tmesis, dialysis sive parenthesis, synchysis, hysterologia. anastrophe est inversio dictionum contra rectum ordinem orationis et duorum verborum ordo praeposterus nullo interposito extrinsecus verbo, ut

transtra per et remos;

est enim ordo per transtra: item 'lupi ceu'. diacope est sive tmesis diductio compositae dictionis interposito extrinsecus verbo, ut

septem subiecta trioni,

cum iungi debeat septemtrioni. dialysis sive parenthesis est interposita ratiocinatio divisae sententiae, ut

2 ut tinnitusque cie et matris quae te cimbula circum tinnitus aeris stridor balbarum crepitus fulminum. in XII (*Verg. Aen.* XII 922) nec fulmine tanti dissultat crepitus. clangor tubarum conceptus tibicinum uel anium clamore *codex Lavantinus* 24
3 tinnitusque cie clangorque *A* tinnitus aeris clangorque *BM: Verg. georg.* IIII 64 4 clangorque] *Verg. Aen.* II 313 XI 192 5 aes *a* anes *ABM* 13 et] *Verg. Aen.* IIII 584 spargebas *B* 14 liquens *ABM* cuuile *AB* cui uile *M*
17 placidumque] *Verg. Aen.* VIII 405 18 effosus *A* infusus *Charisius p.* 245 *Claudius Sacerdos p.* 44 *Isidorus* I 26, 15 sopor *AB* soror *M* 19 et uitata *AB*
20 nimio] *Verg. georg.* III 135 23 perlonga ς per longam *ABM* 29 transtra] *Verg. Aen.* V 663 30 per transtra et per remos *Charisius* lupi] *Verg. Aen.* II 355 31 dissectio *Caesarius* 32 septem] *Verg. georg.* III 381

tum socios, namque omnis eum stipata tegebat
turba ducum, sic incipiens hortatur ovantes;

cum sit ordo tum socios hortatur ovantes, namque eum stipata tegebat: item

Aeneas, neque enim patrius consistere mentem
passus amor, r. a. *n.* p. A.

ordinandum est sic, Aeneas rapidum ad naves praemittit Achaten. synchysis est hyperbaton obscurum, hoc est ex omni parte confusum, ut

vina bonus [cadis] quae d. c. o. A. l. T. d. a. e. d.

cum sit ordo, deinde heros || dividit vina quae bonus Acestes onerarat cadis et de Trinacrio litore abeuntibus dederat: item

tris notus abreptas in saxa latentia torquet

et cetera; cuius recta conpositio est talis, tres notus a. i. s. t., saxa mediis fluctibus latentia, quae Itali aras vocant, dorsum inmane mari summo. [de hysterologia] hysterologia est vel hysteroproteron cum id quod primum esse debet secundo ponitur loco, sensuum ordo praeposterus, * post redditur, ut

postera Phoebea lustrabat lampade terras u. A. p. d. u.

prius est enim ut noctis umbra discedat, deinde sol oriatur: item

et torrere parant flammis et frangere saxo.

De hyperbole. Hyperbole est dictio fidem veritatis excedens [sive sententia] augendi minuendive gratia: augendi, ut nive candidior, velocior Euro: minuendi, sicut tardior testudine leviorque foliis; item ut

extractam puteo situlam qui ponit in horto
ulterius standi non habet ipse locum;

item ut est apud Vergilium

illa vel intactae segetis per summa volaret
gramina nec teneras cursu laesisset aristas,
vel mare per medium fluctus suspensa tumentis
ferret iter, cursu non tingueret aequore plantas.

De allegoria. Allegoria est oratio aliud dicens aliud significans per similitudinem aut contrarium, ut apud Vergilium

1 cum ς. *Verg. Aen.* XI 12 tenebat *ABM* 2 ortatur *AM* ortatum *B* 3 ortatur *BM* 5 Aeneas] *Verg. Aen.* I 643 6 RAPA *ABM* rapidum ad naues praemittit Achatem ς 9 vina] *Verg. Aen.* I 195 vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes Litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros Dividit T] m *BM* 10 cheros *ABM* 11 item ς iterum *AB* iterum in *M* 12 tres *AB*. *Verg. Aen.* I 108 abrectas *AB* 13 utres *AB* ut tres *M* a i l t *AM* a *B* 14 maris summo *AB* mari in summo *M* maris summi *Charisius* 16 sensus *ABM*: uel cum sensus ordo praeposterus redditur ς. *lacunam qua tertiae definitionis initium excidisse videtur indicavi: cf. Claud. Sacerd. p.* 42 ordo *AB* ergo *M* 18 postea *M*. *Verg. Aen.* IIII 6 postera Phoebea lustrabat lampade terras Umentemque Aurora polo dimoverat umbram fhibea *ABM* (is) 20 et] *Verg. Aen.* I 179 23 sicut *AB* sic *M* folia *A* folia *BM* folio ς 24 extractum *M*. *cf. Charis. p.* 246 orto *ABM* 25 loco *M* 26 apud Vergilium] *Aen.* VII 808 29 fluctu suspensa tumenti ς 30 cursu non] celeres nec ς aequora *ABM* 32 contrariam *A* apud Vergilium] *georg.* II 542

p. 457. 58 P.

et iam tempus equum fumantia solvere colla;

significat enim carmen esse finiendum: item

Maecenas, pelagoque volans da vela patenti;

non enim auctor navigationem quam dicit vult intellegi sed favorem Maecenatis ad carminum consummationem. huius tropi species sunt septem hae, ironia antiphrasis aenigma charientismos parhoemia sarcasmos astismos. ironia est oratio pronuntiationis gra||vitate in contrarium redigens sensum verborum, ut

egregiam v. l. e. s. a. r.

haec enim sententia, nisi graviter pronuntietur, non vituperantis erit sed laudantis: item

me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?

hanc nisi gravitas pronuntiationis adiuverit, confiteri videbitur quod negare contendit. antiphrasis est dictio e contrario significans, ut bellum dicitur, quod minime est bonum, et lucus, quod minime luceat, et Parcae, quod minime parcant. haec ab ironia differt, quod ironia pronuntiando et adfectu mutat significationem, antiphrasis vero diversitatem rei nominat. aenigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerum, dictio obscuritate allegoriae non intellegibilis. aliud enim palam ostendit aliud tegit per obscuram diversitatem, ut

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me;

cum significet ex aqua glaciem concrescere et rursus in aquam resolvi: item ut 'mare concretum in creta ligneo in campo, ubi caro humana ossibus ludebat'; cum significare vult salem in salino fictili fuisse, quod super mensam esset, in qua manus talos iactabat. charientismos est tropus quo dura dictu gratius proferuntur, dictio per ea quae grata sunt auribus aliud significans, ut cum interrogamus num quis nos quaesiverit et respondetur 'bona salus' vel 'fortuna', quo intellegitur neminem nos quaesisse. parhoemia est vulgaris proverbi usurpatio rebus temporibusque adcommodata, cum aliud significatur quam quod dicitur, ut

adversum stimulum calces;

et ut 'cocta numerabimus exta', cum significet ex eventu sciemus. sarcasmos est plena odio atque hostilis inrisio per figuram enuntiata, ut est

en agros et quam bello, Troiane, petisti
Hesperiam metire iacens.

astismos est tropus multiplex numerosaeque virtutis. namque astismos pu-

2 significat — finiendum *hoc loco omissa post* 5 consummationem *habent ABM*, *transposuit* ς 3 Maecenas] *Verg. georg.* II 41 uolens *B* dat *BM* petenti *M* 9 egregiam] *Verg. Aen.* IIII 93 egregiam vero laudem et spolia ampla refertis 10 haec *B* hic *AM* 12 me] *Verg. Aen.* X 92 14 e *AM* et *B* 16 adfectum *ABM* 25 in qua *BM* in quam *A* 27 ecce habemus in Afranio. interrogat servum adulescens 'num quis me quaesiit?' et ille servus 'bona fortuna', id est nullus *Pompeius p.* 477 *sq.* 28 quo *M* quod *AB* 29 prouerbii *BM* 31 adversum] *Ter. Phorm.* I 2, 28 32 numerauimus *ABM* 33 adque *A* 34 en] *Verg. Aen.* XII 359

tatur || quidquid simplicitate rustica caret et faceta satis urbanitate expolitum est, species allegoriae cum urbanitate multiplex, ut est apud Vergilium

qui Bavium non odit amet tua carmina, Maevi,
atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos;

item ut 'Philippus cum vellet Persas in suam potestatem redigere et in hoc exercitum misisset, scripsit milites a se missos, quod conperisset eos seditione vexari, et bonorum esse in tali tempore subvenire'.

De homoeosi. Homoeosis est minus notae rei per similitudinem eius rei quae magis nota est demonstratio et ignotae rei per similitudinem eius quae magis nota est descriptio. huius species sunt tres hae, icon sive characterismos, parabole, paradigma. icon est descriptio figurae alicuius expressa vel personarum inter se eorumve quae personis accidunt comparatio, ut

os umerosque deo similis

et

omnia Mercurio similis,

item

talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus.

hic enim equus equo conparatur. parabole est rerum aut administrationum genere dissimilium conparatio. fit autem modis octo: per habitum, ut

qualis in Eurotae ripis a. *p. i.* C. e. D. e.

et cetera; per magnitudinem, ut

ceu duo nubigenae cum vertice montis *a. a.* d. C.

per colorem, ut

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
siquis ebur;

per vocem, *ut*

clamores simul horrendos ad s. t.
qualis mugitus *f.* c. *s.* a. t.

1 quidquid *Donatus* quia siqnid *ABM* faceta satis rbanitate expolitum est *B* facet aut satis supernanitate expolitum et *AM* 2 apud Vergilium] *bucol.* 3, 90 4 qua bauium *A* quia auium *BM* 5 adque *B* adquae *A* 6 Philippus] *Demosth. Philipp.* III *p.* 114 uellit *AB* Persas] Oritas *Charisius* 10 De homoeosi *om. ABM* 12 discriptio *A* 13 discriptio *B* 14 accedunt *ABM* 16 os meros. adeo *AM* hos nhumerosq adeo *B*. *Verg. Aen.* I 589 18 omnia] *Verg. Aen.* IIII 558 20 talis] *Verg. georg.* III 89 amohaeclei *B* amo et lei *AM* 21 scyllarus *ABM* 22 aut *om. B* 25 qualis] *Verg. Aen.* I 498 qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros erbota cripias. a. c. e. d. c. et cetera *A* cruotaae ripis acede et caetera *M* cruota eripis et cetera *B* 27 ceu] *Verg. Aen.* VII 674 ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto Descendunt Centauri a. a. *om. ABM* 29 Indum] *Verg. Aen.* XII 67 30 ebor *A* 31 ut *om. ABM* 32 clamores *A* clamore *B* clamorem *M*. *Verg. Aen.* II 232 clamores simul horrendos ad sidera tollit, Qualis mugitus, fugit cum saucius aram Taurus horrendos *AM* horrendo *B* 33 mugitus cat *ABM*

p. 459. 60 P.

per similitudinem, ut

qualis apes aestate nova p. *f.* r. e. s. *s.* l.

per energian, ut

in segetem veluti cum flamma furentibus austris
incidit;

per altitudinem, ut

quales aeriae liquentia flumina circum
sive Padi ripas;

per affectum, ut

sic funere primo
attonitae patuere domus, cum corpora nondum
conclamata iacent.

est et conparatio per *dis*similitudinem et habet vim praeferendi, ut

non sic aggeribus r. c. s. a. e.

et ut

non tam praecipites biiugo c. c. c.

in his enim praeponuntur ea || quae *dis*similitudine conparantur. paradigma est enarratio exempli vel rei praeteritae relatio significans adhortationem dehortationemve: adhortationem, ut 'Antenor p. m. e. A.' et cetera; item 'Pallasne e. c. A.' et dehortationem, ut

an non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor:

dehortationem,

an non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in ignis?

DE CONPOSITIONE

Quoniam de conpositione, quae gratiam orationis inluminatam exornat, superius iam coepisse loqui videmur, subiungamus quoque et quem ad modum fiat. etenim hanc tametsi prosae orationi convenire et ad oratorias virtutes pertinere artium rhetoricarum praeceptores adserunt, ita ut auctoritas Tulliana testatur, tamen, quia et particulam attingit artis grammaticae, huic etiam adplicare pro simplicitate ingenii non absurdum putavi.

2 quali apes *A* qualia per *BM*. *Verg. Aen.* I 430 qualis apes aestate nova per florea rura Exercet sub sole labor p. r. e. s. l. *ABM* 3 per energian (energiam *A*) ingentem ut ueluti *ABM*. *Verg. Aen.* II 304 5 incedit *BM* 7 qualis *M*. *Verg. Aen.* VIIII 679 8 ripis ς 10 sic] *Lucan. Pharsal.* II 21 11 actonitae *M* tacuere *Caesarius* domos *B* 13 est et conparatio per dissimilitudinem et habet uim praeferendi *codex Lavantinus* 24 similitudinem *ABM* perferendi *ABM* proferendi uerum ς 14 non sic] *Verg. Aen.* II 496 non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exiit r. i. c. a. e. *B* ric. ae *A* riae *M* 16 non tam] *Verg. Aen.* V 144 non tam praecipites biiugo certamine campum Corripuere 17 similitudine *M* similitudinem *B* similitudini *A* 19 Antenor] *Verg. Aen.* I 242 Antenor potuit mediis elapsus Achivis 20 Pallasne] *Verg. Aen.* I 39 Pallasne exurere classem Argivum 21 at non ς. *Verg. Aen.* VII 363 frigius *BM* frigilius *A* penetra iacaedemona *M* paetrat lacaedemonas *B* petierat rae lacedemona *A* 23 an] *Verg. Aen.* VIIII 144 24 consedere *B* coredere *AM* 27 superius *post* 26 conpositione *conlocatum in ABM huc transposui* 30 attinguit *A*

p. 460, 61 P.

nam structurae observatio bipertita tam ad oratorias virtutes quam ad partes grammaticas pertinet. et alterum quod ab genere rhetorico trahitur trina ratione colligitur, et est primum incisum; hoc Graeci comma nominant: ex commatibus, hoc est incisis, membrum fit, quod illi colon appellant: ex commatibus et colis periodus constat, quam nostri conprehensionem dicunt. alterum ad officium artis grammaticae refertur, hoc est ad pedes, si quidem adsumpta pedum imagine omnis orationis clausula struitur; quod genus [hoc] possis grammaticum, illud rhetoricum magis dicere.

Sed quia conpositionis pars quam *ad* artem grammaticam pertinere diximus pedibus constat, statuendum est quo quemque eorum nomine appellemus. variis enim vocabulis traduntur. sunt ergo quattuor pedes e binis syllabis, octo ternis: spondius longis duabus, pyrrichius, quem alii pariambum vocant, brevibus, iambus brevi longaque, huic contrarius e longa et brevi trochaeus. || in his vero qui ternas syllabas habent dactulum longa duabusque brevibus, huic temporibus parem sed retroactum appellari constat anapaeston. media inter longas brevis facit amphimacron; sed frequentius eius nomen est creticus. longa inter breves amphibrachys: at cum duas longas praecedit brevis, bacchius; huic adversus longis brevem praecedentibus palimbacchius erit. tres breves *trochaeum*, quem tribrachyn volunt dici qui choreo trochaei nomen inponunt, tres longae molosson efficient.

Conponitur igitur et struitur omnis pedestris oratio verbis * conmata cola periodos. comma incisum, colon membrum nominamus; periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum circuitum conprehensionem continuationem circumscriptionem. in verbis observandum est primum, ne a maioribus ad minora descendat honoremque perdat oratio. melius enim dicitur vir est optimus quam vir optimus est. hoc multo magis ibi custodiendum est ubi singula verba sensus habet, cavendumque ne fortiori coniungatur infirmius, ut sacrilego fur, homicidae corruptor. namque sensus omnis a parvo in maius debet insurgere. sit et illa naturalis observatio, ne iunctura verborum cacenphaton sonet, quale est

et numerum cum navibus aequet.

illa quoque conpositio fugienda, ut syllabae duae pluresve quae priorem sensum terminant in prima posterioris sensus parte ponantur,

2 ad genere *AM* a genere *B* trahitur *B* trahit *AM* 3 collegitur *ABM* 10 Sed — 22 efficient *Quintil. inst.* VIIII 4, 79 ad *om. ABM, add.* ς 11 est *om. B* eorum *om. B* 16 retroactum *Quintilianus* rectoactum *ABM* 20 trochaeum *om. ABM, addidi ex Quintiliano:* eum quem tribrachyn uolunt dici, cui et choreo nomen imponunt ς 23 Conponitur — 24 periodos *Isidor.* II 18 uerbis commatibus colis periodis ς. *lacuna quam indicavi videntur quaedam excidisse, quibus verba in commata cola periodos iungi dictum fuit* 24 perihodos *A* periodus *BM* periodo *Quintilianus* VIIII 4, 124 periodos *BM* perihodos *A* 25 Cicero] *Orat.* 61, 204 27 discendat *M* 29 habet *AM* est *B* habent ς cavendumque — 31 insurgere *Quintil.* VIIII 4, 23 30 infirmius *Quintilianus* infirmus *ABM* 33 et] *Verg. Aen.* I 193 aequat ς

p. 461. 62 P.

o fortunatam *natam* me consule Romam.

sed in conpositione iuncturaque verborum maius studium maiorque cura est. fit autem ex coniunctione verborum comma, ex commatibus colon, ex colis periodos. comma est, ut mea fert opinio, sensus non expleto numero conclusus, plerumque pars membri. tale est enim quo Cicero utitur, 'domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas'. fit autem etiam singulis verbis incisum, 'diximus, testes dare volumus'. incisum est diximus. membrum autem est sensus * sed a toto corpore abruptus et per se nihil efficiens, 'o callidos homines'; || perfectum est, sed remotum a ceteris vim non habet, ut per se manus et pes et caput: 'o rem excogitatam'. quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclusio, 'quem quaeso nostrum fefellit id vos ita esse facturos?' quam Cicero brevissimam putat. itaque fere incisa et membra multa sunt et conclusionem utique desiderant. alii sic, comma est iuncturae finitio, 'etsi vereor iudices'; item alterum comma, 'ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere': iam factum est colon, id est membrum, quod intellectum sensui praestat. deinde sic ex plurimis incisis membrisque fit periodos in extrema illa clausula, 'veterem iudiciorum morem requirunt'. periodos autem non longior esse debet quam ut uno spiritu proferatur. modum eius Cicero quattuor senariis versibus terminavit. non nulli vero duo genera eius esse dicunt, unum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur; alterum quod constat ex membris et incisis, quod plures sensus habet, 'aderat ianitor carceris, carnifex praetoris'. sed tamen ita sit aperta ut intellegi possit et memoria contineri.

Iunctura igitur apte convenire et sine hiatu verborum construi debet, quod non aliter efficitur quam si fuerit observatum. sed haec observatio duplex est, altera quae ad pedes refertur, altera quae ad conprehensiones, quae ipsae efficiuntur ex pedibus. item ne praecedentis verbi extrema vocalis vocalem primam inlidat verbi sequentis, ut si dicas 'aere emit' 'illi incumbit' 'fore omnia' et similia. hiat enim iunctura, quae structior pleniorque fieret, si consonantes vocalibus adplicarentur, 'aere mercatur' 'illi totus incumbit' 'fore cetera'. magis autem structura patet, cum in

1 o] *adscripto Ciceronis nomine citavit Quintilianus inst.* VIIII 4. 41. XI 1, 24 natam *om. ABM, add. ς et Quintilianus* 4 perhiodos *B* perhihodos *A* comma — 14 desiderant *Quintil.* VIIII 4, 122 5 Cicero] *Orat.* 67, 223 7 diximus] nostra in Corneliana secunda *Cicero Orat.* 67, 225 8 noluimus ς sensus numeris conclusus *Caesarius secutus Quintilianum l. c.* 9 adruptus *AB* o calidos *B. Cic. l. c.* 11 capud *A* 12 quaeso *Cicero et Quintilianus* quasi *ABM* 13 fefillit *A* refellit *B* ita nos esse ς id ita nos esse *Caesarius* 15 alii — 20 proferatur *Isidor.* II 18 etsi] *Cic. pro Mil.* 1 18 praestat *Isidorus* praestet *ABM* praebet ς fit *M* sit *AB* perhiodos *A* 19 ueterem consuetudinem fori et pristinum iudiciorum morem minime uident *Caesarius* 20 perhiodos *A* 21 modum — 25 contineri *Quintil.* VIIII 4, 124 Cicero] *Orat.* 66, 222 24 aderat] *Cic. in Verr. act. sec.* V 45, 118 27 sed — 29 pedibus *Quintil.* VIIII 4, 121 30 indicat *ABM* includat ς 31 fere omnia ς

se longae vocales incidunt, ut Thebae Aegyptiae, profugo Aeneae. sed habent quendam canorem pronuntiationis, quasi neglegentem decorem. longa magis cum brevi iungitur, 'aere emit' 'illi incubuit', quam si duae || breves iungantur, 'aere exutus' 'arma abiecit'. plurimum vero auctoritatis et ponderis habent longae, celeritatis breves, quae si miscentur quibusdam longis, currunt; si continuantur, exultant. acres quae ex brevibus ad longas insurgunt, leniores quae a longis in breves descendunt. optime incipitur a longis, recte aliquando a brevibus, ut '**novum crimen G. C.**' lenius a duabus, ut '**animadverti iudices**'. clausula quoque e longis firmissima est; sed venit et in breves, quamvis habeatur indifferens ultima. neque enim ego ignoro in fine pro longa accipi brevem, quia videtur aliquid vacantis temporis ex eo quod insequitur accedere. fugienda quoque est et consonans inlisa vocali, 'bonum aurum' 'iustum enim est' et similia, quae deformant orationis integritatem. item ex consonantibus quae in se incidentes stridere et quasi rixari videntur vitanda iunctura est, ut Sextus Roscius, ars studiorum, rex Xerxes, error Romuli. haec de verbis, quorum exemplo indicium etiam de ceteris vitiis quae cavenda sunt fieri poterit, sic tamen ut haec diligentia non anxie sit persequenda sed usu et exercitatione ducenda, ne nos in verbis magis quam in rebus teneat occupatos; potiusque est ut se ultro offerat, quam quae sollicite referatur. ceterum in commatibus et in colis et in periodis componendis struendisque prius sensibus, tunc deinde verbis ordo tribuendus est, ut non tantum decore sed etiam viribus impleatur oratio, ut Cicero in Antonium '**vomens frustis esculentis gremium suum et totum tribunal implevit**'; item in Verrem '**cuius, ut adulescentiae maculas ignominiasque praeteream, quaestura, primus gradus honoris, quid habet aliud in sese nisi Cn. Carbonem spoliatum a quaestore suo pecunia publica, nudatum, inquam, a quaestore et proditum consulem, desertum exercitum, relictam provinciam, sortis necessitudinem religionemque violatam?**' huius periodi compositio decoratur adeo ut, siquid solvere et commutare volueris, pereat omnium rerum atque verborum et dignitas et potestas. ||

1 incedunt *M* 4 plurimum — 12 accedere *Quintil.* VIIII 4, 91 *sqq.* 5 si *B* sic *AM* 6 si *AB* au *M* continuantur *Quintilianus* comminuantur *ABM* acres quae *AB* atres ex quibus *M* alacres quae ς ad ς *et Quintilianus* a *ABM* 7 leniores *ABM* discendunt *M* 8 novum] *Cic. pro Lig.* 1 GC *A* c *B* cum *M* 9 lenius *Buschius* lenibus *ABM* animatuerti *B. Cic. pro Cluent.* 1 e *om. M* 11 accepi *ABM* 15 incedentes *BM* indicentes *A* 17 fieri potuit *ABM* poterit fieri ς 18 sed — 19 ducenda *om. AM* 20 quamque *B* quamquam *AM* quam ς 21 perihodis *A* 23 set etiam *A* in Antonium] *Philipp.* II 25, 63 24 frustris *AM* aesculentis *B* exculentis *M* excolendis *A* esculentis nimum redolentibus ς 25 in Verrem] *act. pr.* 4, 11 aduliscentiae *AM* maculas ignominiasque *a* macula signum iniasque *ABM* 26 quaesturam minus grauis *A* quae structura minus gradus *B* structuram minus gradus *M* quid] quicquam *ed. princ.* quidnam *Caesarius* 27 in se ς nisi sic in carbonem *ABM* 28 puplica *M* 29 prouintiam *AB* 30 necessitatem ς relegionemque *A* relegionem qui *M* 31 conpositione *ABM* siquid *a* siquis *ABM* paereat *B* pareat *AM*

p. 464, 65 P.

Omnis autem structura constat rythmis et pedibus et metris. rythmi certa dimensione temporum terminantur et pro nostro arbitrio nunc brevius artari nunc longius provehi possunt. pedes certis syllabarum temporibus insistunt nec a legitimo spatio umquam recedunt. metra sunt verborum spatia certis pedum temporibus alligata. sed neque rythmis neque metris oratorem uti decet, ne non dicere sed carmen canere videatur. adeo non desunt qui Ciceronem reprehendant, quod in principio divinationis metrum fecerit Sotadium, 'siquis vestrum, iudices, aut eorum qui adsunt': 'etsi vereor iudices' et 'animadverti iudices' principia esse Sotadia; et in Pisonem a trimetro coepisse, 'pro dii inmortales, qui hic inluxit dies'; item in actionis secundae libro primo senarium versum esse 'illa vero expugnatio fani antiquissimi'; Sallustium quoque in principio Iugurthae a rythmo coepisse. verum hoc totum genus reprehensionis eius modi est ut, si calumniatores istos audiamus, conticescendum sit, quia nulla non pars orationis in aliquam rythmi aut metri speciem potest figurari. igitur in conlocatione verborum aptiora et tam ordini quam viribus congruentia contrahere debemus, sic tamen ut potiora sint utilia dure locata conpositis inutilibus. cumque in omni parte orationis ea verba nectenda sint quae structius quadrent, tunc praecipue in clausulis dignitas ista servanda est, in quibus tam dicentis quam audientis sensus atque intentio terminatur; dum modo principia lenius, narratio simplicius, argumenta ornatius, epilogi effusius proferantur.

Sed quia non omnibus sed quibusdam pedibus sibi congruentibus decenter struitur oratio, sciendum est maxime *his* pedibus ordinari clausulas quorum tempora longiora sunt. sed meminerimus ita nos de longis et brevibus temporibus locuturos ut natura tantum, non etiam positione, longas aut breves syllabas iudicemus. neque enim de metro quaeritur, ut necessitas naturam cogatur imitari, sed de prosa oratione tractatur, quae tam soluta ‖ et libera est tamque omnibus dicendi opibus instructa ut non servire verbis sed imperare videatur. hoc adeo verum est ut in structura similiter currat 'iusta reprehensio' et 'iusta videatur', quamvis 'reprehensio' primam syllabam positione longam habeat propter duas consonantes quae secuntur, 'videatur' autem primas duas syllabas breves habeat. item 'omnia locutu-

7 quod] quaque *AM* quamque *B* qui ς divinationis *Santenius in Terentian. Maur. p.* 276 *et Lachmannus ind. lect. Berolin. hib. a.* 1849 *p.* 3 diuisionis *A* diuisiones *B* diuisione *M* dictionis ς. *Cic. div. in Caec.* 1 9 etsi] *Cic. pro Mil.* 1 animatuerti *B. Cic. pro Cluent.* 1 10 in pisonem *BM* in positionem *A* M. Pisonem ς in L. Pisonem *Caesarius* cepisse *AB* caepisse *M* 11 quis *Caesarius* libro primo] 19, 50 12 phani *BM* pani *A* salluntium quoque *A* salusti uero quoque *B* 14 istos audiamus *AM* isto credimus *B* conticiscendum *AM* 15 sit *BM* est *A* 16 in collocatione ς in conlatione *M* in collatione *A* iquolatione *B. cf. Quintil.* VIIII 4. 58 18 cumque] quoque *ABM* quae *ed. princ.* quum *ed. Ascens. a.* 1516 quia *Buschius* 19 structuris ς 20 ista] ita *ABM* 24 his *om. ABM* 25 meminueremus *ABM* 30 uideatur ς uideamur *ABM* 32 sequuntur *A*

rus' et 'omnia propinavit' simili structura feruntur, quia natura paria sunt, quamvis sint positione diversa.

Igitur spondius e duabus syllabis longis aptus est [clausulae vel] clausulis, qualibus maxime Demosthenes utitur, „πᾶσι καὶ πάσαις καὶ πᾶσιν ὑμῖν“. habet enim graves sonos finemque sensus et clausulae firmas sedes constituit, ut 'rei publicae causa' et 'arma sumpsi' et 'esse pro nobis'. gravior est autem longa syllaba praecedente quam brevi. aliter enim sonat 'arma sumpsi', aliter 'esse pro nobis'. sane interest quis eum pes antecedat. nam trochaeus praecurrit, 'arma sumpsi', anapaestus, 'esse pro nobis'. amat et dactylum antecedentem, ut 'criminis causa'. ipse sibi spondius male anteponitur. trochaeus quoque in clausula bene ponitur, maxime si se ipse praecedat, ut 'acta res est' et 'iusta causa', et pyrrichius, 'cape vota', et creticus, 'proditis rebus', et amphibrachys, 'venite mecum', nisi quod haec clausula in rythmum cadit, et anapaestus, 'impetus fecit'. sane quotiens una pars orationis anapaestum et trochaeum receperit, mollem et quasi lubricam structuram dabit, ut archipirata et parricidarum. quamvis enim idem pedes eademque sint tempora, tamen ubi duae sunt partes orationis nescio quo modo in utriusque confinio retentus spiritus ac restitutus adfert quandam conpositioni firmitatem; at in una parte orationis properare verba et continua spiritus celeritate labi videntur. sic fit ut trochaeum quoque tamet*si* bene tribrachys antecedit, ut 'refero causam' 'facite vota', tamen in una parte orationis quae totidem pedum totidemque sit || temporum mollior ac fluxior structura ducatur, ut facilitatis agilitatis temeritatis. iambus quoque clausulis aptus est spondeo antecedente, 'iusta fide', et se ipso praecurrente, 'bona fide', cretico, 'prospera fide'.

Nunc trisyllabos pedes in trisyllabis partibus orationis consideremus. singulis enim partibus orationis singulos pedes dabimus. dactylus in clausula fortis est trochaeo antecedente, 'iure fecimus', pyrrichio, 'esse dicitur', spondeo, 'causas audiat' 'cives dicimus' 'iuste fecimus', et trochaeo, 'vota fecerat', et iambo, 'fide dicitur'. et tribrachys quoque dactylum bene praecedit, 'recole nomina', *et* anapaestus, 'repetes cetera'; unde est 'gladium nobis ab ipsis porrigi legibus'; et palimbacchius, 'sepone cetera', et molossus, 'quaerebas dicere'. facit etiam tribrachys ad clausulam praecedente cretico, ut si dicas 'de ceteris agite' 'de proelio

1 simili ς similis *ABM* 3 igitur — 8 nobis *adposito nomine Diomedis exscripsit Rufinus p.* 2715 4 pasicepasis cepalymmin *A* pasiepassis pininymiu *B* pasice palynymiu *M. Demosth. de cor. init.* 5 firmas sedes *Rufinus* firmas edes *ABM* firmam sedem ς 6 puplicae *M* causa *Rufinus* causae *ABM* 9 antecedat *Putschius* antecedebat *ABM* 10 causae *ABM: cf. Quintil.* VIIII 4, 97 11 anteproponitur *AB* antepponitur *M* 14 inpetus *B* impetu *AM* 16 reciperit *A* 17 idem *M* id est *AB* 18 duae *m*ς dubiae *ABM* 19 ad in *M* 21 tam et bene *ABM* tametsi ς 25 iusta *Caesarius* iuxta *ABM* fidem *priore loco B* 27 orationis ς orationum *ABM* 28 est clausula fortis antecedente pyrrhichio, bene dicitur ς 29 pyrrichius *ABM* 32 et *om. ABM* 33 gladium *B* gaudium *AM. Cic. pro Mil.* 3, 9 porregi *M* purrigi *A* 34 quaerebat *ABM* quaerebant ς

redeo' 'de litteris dubito': ceteris pedibus antepositis in rythmum labitur. amphibrachys quoque recte ponitur in clausula spondeo fere antecedente, 'ludos habete' 'recte locutus', et trochaeo, 'iustam querellam'. hinc est illud Tullianum, 'et pristinum morem iudiciorum requirunt' et 'neminem praeponendum mihi esse actorem putabit' et 'in exilium eiciebam quem ingressum iam in bellum videbam' et 'contra Caesarem est congressus armatus'. etiam anapaestus clausulis convenit, sed mollis et fluens atque in rythmi modum profluens trochaeo anteposito, 'ubi erit imperii nomen [et] dignitas'. creticus eum paulo fortiorem facit, ut 'nobiles homines'. bacchius clausulis aptior spondeo antecedente, 'causas agebas': ceteris pedibus non fere convenit. palimbacchius stabiles clausulas reddit, ut Cicero in Catilinam 'si istius furorem ac tela vitemus', et 'nullum id rursus liberum inpunitum'. creticus, ut 'vicisse quam[quam] plurimos' 'reposcimus deditos'; et molossus, 'rure nutritos' 'esse sanatos'. iam enim de pedibus qui praeponendi sunt parcius loquemur. et amphibrachys primus, 'aedem refecit' 'causam probavit', et pro Milone 'clamoresque maximos prae vestra salute neglexit'. haec de trisyllabis.

Ceterum quattuor syllabarum non mul|ti ad clausulas apti sunt, ex quibus pauca referemus. 'videatur' 'habeatur' et similia pedem habent paeona tertium ex duabus brevibus et longa et brevi temporum quinque, ante quem brevis fere syllaba conlocanda est, ut 'esse videatur' 'facere videatur' 'fortis habeatur'. sic Tullius pro Cluentio 'quantum difficultatis et quantum laboris sit habitura', et in Catilinam 'cum omnibus potius quam soli perire voluerunt'. struimus et ditrochaeo, 'dicere maluerunt' 'ausus est confiteri' 'crimina detulerunt', et paeone tertio, 'exercitum compararunt' 'nuntium pertulerunt'. inde est pro Ligario 'aut levium Graecorum aut inmanium barbarorum', et pro Milone 'pro salute bonorum contra amentiam perditorum'. ille quoque pes quem antispastum vocant ex brevi et longis duabus et brevi bene in clausula ponitur, ut 'vir optimus videretur' et 'sua manu sororem interfectam esse fateretur'. simile est 'Hortensius peroravit'. et ille pes qui vocatur ionicus maior struit clausulam constatque syllabis longis duabus et brevibus duabus, 'curam sollicitudinemque *de*ponite'. unde

4 Tullianum] *pro Mil.* 1, 1 et *om. M* 5 neminem] *Cic. divin. in Caecil.* 1, 1 putauit *ABM* putaui *Caesarius* 6 in] *Cic. in Catil.* II 6, 14 7 contra] *Cic. pro Lig.* 3, 9 8 et fluens ς et ruens *ABM* rhythmi ς rithmis *ABM* 9 ibi erat imperii nomen rigidi *Caesarius* 12 in Catilinam] I 1, 2 13 liberum *om.* ς liberus *A* 14 inpunitum *AM* punitum *B* cretico *ABM*, *quod defendi poterat ita ut quaedam excidissent quibus transitus fieret ad creticum in clausula positum, cuius exempla antecedente ipso cretico relicta sunt* 15 molosus *B* molosso *M* molloso *A* 16 praeponendi sint *A* praeponendis *M* 17 refeci *AM* fecimus *B* probaui *ABM* pro Milone] 2, 3 18 pro nostra ς neglexi *AM* neclexi *B* 21 ante quam *ABM* 23 pro Cluentio] 1, 2 24 sit habitura laboris ς in Catilinam] IIII 7, 14 25 perire] pati ς 27 inde est *A* est *M* et *B* pro Ligario] 4, 11 28 pro Milone] 5, 12 31 sua] *Cic. pro Mil.* 3, 7 34 deponite ς ponite *ABM*

est illud, 'quorum igitur inpunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum te ad crudelitatem acuit oratio'. sed et illa verba quae quinque syllabis constant fluxiorem structuram faciunt, reprehendetis arbitremini inveniretis; eo magis, si sex syllabas habeant, excogitaretis arbitraremini interrogaverunt desideraverunt et similia.

Haec a nobis non idcirco tractata sunt, ut oratoris plenam fluentemque libero impetu facultatem his semper vinculis alligaremus. nam compositio verborum non ex labore anxio veniat sed usu atque exercitatione perpetua fluat magisque de ea auribus iudicetur, quae velut arbitrae conpositionis esse debent, ut quid structum, quid diffusum, quid gracile, quid ubertum, quid durum, quid feminatum sit aestiment. plerumque etiam nimiae artis opinio fugienda est et interponenda simplicitas rudis atque || inperitae dictionis, non propter hoc solum, quod in omnibus rebus nimium lenocinium odio dignum est, sed quod plerumque acribus sensibus *vis* maior est, si naturaliter proferantur. nisi forte Marcus Tullius in structura defecerit, cum de Appia via et Clodii caede loqueretur, 'quae cruentata antea caede honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis et parricidae sanguine inbuta est'; ibidem 'dederas enim' inquit 'quam contemneres populares insanias ab adulescentia documenta maxima'. nempe enim 'parricidae sanguine cruentata' melius struebatur, et 'maxima documenta' melius sonat. sed orator acerrimus vim ac virtutem loquendi secutus contempsit ornatum deditque auribus a continuo cultu quasi respirandi spatium. et pro Ligario 'ad ea arma profectus sum quae erant suscepta contra te'; ibidem 'quid autem contra aliud egimus, Tubero, nisi ut hoc quod hic potest nos possemus?' haec omnia non phaleris sed viribus structa sunt, nec ulla re Cicero gloriosior est quam quod ad summam artis istius laudem mira artis dissimulatione pervenit.

| DE QVALITATE STRVCTVRAE

Structurae qualitates variis vocabulis traduntur. statuendum quoque est quo quamque earum nomine appellemus. si paenultimus fuerit pyrrichius, optime succedit paeon primus, et erit structura quadrata. si paen-

1 quorum] *Cic. pro Lig.* 4, 10   4 eum magis *ABM* et magis ς   7 allegaremus *A* allegeremus *B*   10 structum *B* strictum *AM*   diffusum *BM* effusum *A*   14 vis *om. ABM*   15 proferatur *ABM*   defecerit ς defecerat *ABM*   16 quae] *Cic. pro Mil.* 7, 18   cruentata ante accede *A* cruentata antae caede *B* cruenta tantae acaede *M*   17 adque *A*   18 latrones *AB* latrone *M*   19 dederas] *Cic. pro Mil.* 8, 22   inquid *AB*   contemnis *M* contemnis *A* contempnis *B*   20 insanias ab *B* insania sub *AM* insidias ab ς   adulisceutia *M*   22 ac ς ad *ABM*   23 sequtus *A* sequutus *M*   24 pro Ligario] 3, 6   25 ididem *A* itidem *M* item *B*. *Cic. pro Lig.* 4, 10   26 tu uero *ABM*, *om.* ς   nos possumus *A*   29 peruenit FELICITER EXPLICIT ARS DIOMEDIS GRAMMATICI DE QUALITATE STRUCTURAE INCP LIB. TERTIUS. Structurae *B*   peruenit feliciter EXPLIT ARS DIOMEDIS GRAMATICAE INCIPIT DE QUALITATE STRUCTURE LIB. III. Structurae *A*   peruenit. EXPLIC LIB SECUND INCIPIT LIB TERTIUS. Structurae *M*   32 quamque *AB* unaquaque *M*

p. 468 P.

ultimus fuerit spondeus et successerit tribrachys vel pyrrichius, erit structura incisa. si paenultimus fuerit tribrachys vel pyrrichius et paeones successerint primus et novissimus, erit antiqua structura, quae dicitur confragosa; qua usus est Cato. si in paenultimo tribrachys fuerit vel dactylus vel pyrrichius, et successerit vel tribrachys vel molossus vel pyrrichius vel anapaestus, erit structura quae vel delumbis vel fluxa vel mollis dicitur; qua usus dicitur Antonius maior.] ||

1 erit structura — 2 pyrrichius *om. B*   2 penultimo *AM*   peones (poenes *A*) successerint *AB* peon successerit *M*   7 M. Antonius maior ς

LIBER TERTIVS.

p. 469. 70 P. p. 422. 23 G.

In libro [quoque] secundo quantum ad officium observationis grammaticae structuraeve orationis prosae probabilem cognitionem spectat prudentiae tuae sensibus interim explanasse sufficiat. in hoc vero tertio libro, qui summam totius operis implebit, metra quae sunt tortuosis obscuritatibus implicata ac multarum quaestionum numerosa diversitate perplexa, quibus pedum qualitatibus compositionisve metricae observationibus regantur, certis rationibus edocebo. quae quidem omnia siquis profundis sensibus intimarit ac sincera mentis intentione perspexerit et conpetenti studio diligentiaque servaverit, non tantum in pangenda versificatione pollebit verum etiam de aliorum carminibus, quotiens libitum fuerit, iustis rationibus et inreprehensibili [tractatu] sententia indicabit. nunc tertio quoque libro, qui summam totius operis implebit, quid sit poetica et quibus officiis digeratur tractabimus. |

DE POETICA

Poetica est fictae veraeve narrationis congruenti rythmo ac pede conposita metrica structura ad utilitatem voluptatemque accommodata. distat autem poetica a poemate et poesi, quod poetica ars ipsa intellegitur, poema autem pars operis, ut tragoedia, poesis contextus et corpus totius operis effecti, ut Ilias Odyssia Aeneis.

DE RYTHMO

Rythmus est pedum temporumque iunctura cum levitate sine modo. || alii sic, rythmus est versus imago modulata servans numerum syllabarum positionem saepe sublationemque continens.

1 *Tertii libri initium post* 471, 29 pervenit *indicatum in libris hoc loco posuit Caesarius* 2 In libro — 12 indicabit *Diom. p.* 501 quoque] quidem *Caesarius* 3 prosae *A* per se *BM* 6 perplexa *B* perflexa *A* perflexib; *M* 7 compositionisue ς compositionesue *A* conpositione sue *B* conpositione suae *M* regnantur *AB* regnant *M* 8 edocebo *A* docebo *BM* 9 conpetenti *Diomedes p.* 501 conpererit *hoc loco ABM* 11 et *om. B* 12 tractatus *Buschius, om. Diomedes p.* 501 13 sit] esset *AM* esse *B* dirigatur *Putschius* 17 distat — 20 Aeneis *Mar. Victorin. p.* 2500 18 poeticae a *AM*: poetica — quod *om. B* poetica ars ipsa *B* poetice (poetici *M*) ars ipsa ars *AM* 19 intextus *A* 22 lenitate ς 23 modolata *BM* 24 contenens *A* contempnens *BM*

DE METRO

Metrum est pedum iunctura numero modoque finita. vel sic, metrum est conpositio pedum ordine statuto decurrens modum positionis sublationisque conservans. clarius sic, metrum est quod certis pedum quantitatibus qualitatibusque rythmo discriminatur. distat enim metrum a rythmo, quod metrum certa qualitate ac numero syllabarum temporumque finitur certisque pedibus constat ac clauditur, rythmus autem temporum ac syllabarum | pedumque congruentia infinitum multiplicatur ac profluit.

Metrum tripliciter auditur. nam aut bioticon metrum est aut poeticon aut commune. bioticon metrum est quod in usibus vitae et conversationis humanae * poeticon metrum est quod a poetis per verba ac versus figuratur, quod et ipsum intellegitur modis quattuor, primo per temporis spatium, ut in syllaba brevi aut longa, quoniam metron, id est mensura temporis certa, corripitur atque producitur: secundo per numerum syllabarum [positione metrum quoque finitur], quoniam pes vel disyllabus vel trisyllabus vel duplex nominatur: tertio per qualitatem pedum, quia certis pedibus versus quisque conficitur; unde dactylica spondiazonta metra dicuntur: quarto per numerum pedum, quia versus pro mensura sua quisque pentametri vel hexame||tri vel deinceps intelleguntur. commune quoque metrum, velut musicae rationis sive disciplinae. huius enim species bipertita tam ad mensuram supra memoratae conversationis humanae quam ad poeticam tendit. ex quibus altera duplici ratione colligitur (ex hac enim tempora et intervalla trahit; his namque in usus humanos utimur), altera ad officium | memorati generis poetici refertur. identidem et ex hoc ducit tenores et numeros sonosve, quos Graeci ῥυθμούς et φθόγγους vocant, sicut in canticis demonstratur, hoc est μελῳδίαις, in quibus quaedam Doria, non nulla Phrygia, alia Lydia mele reperiuntur. intellegitur autem et alio modo metrum commune, non ex duobus modis.

DE PEDIBVS

Pes est sublatio ac positio duarum aut trium amplius*ve* syllabarum spatio conprehensa. pes est poeticae dictionis duarum amplius*ve* syllabarum cum certa temporum observatione modus recipiens arsin et thesin, id

3 sublationisque *M* sublationesque *A* quae *B* 4 clarius sic ς clarus sic *AB* clausio *M* 5 rithmus discriminatur *AB* rithmus discriminat *M* a rhythmis discriminatur ς 7 constat *M* consistat *B* consistit *A* ac *post* temporum *om. M* 8 pedum (*om.* que) *B* in infinitum *B* 9 Metrum — 19 intelleguntur *Mar. Victorin. p.* 2494 *sq.* tripliciter *B* dipliciter *M* duplициter *A* 10 quod in usu vitae et humana conversatione taxatur *Marius Victorinus, qui quaternariam divisionem biotici metri vel a Diomede vel a librario omissam addit* uitae et conuersationis *BM* est et conuersationi *A* 12 ipsūd *A* ipsud *BM* 13 metrum *M* 14 adque *A* 15 quoniam] quo *ABM* cum *Caesarius* disyllabis uel trisyllabis *B* 16 nominatur *BM* nutritur *A* mittitur ς inuenitur *Caesarius* 17 uersibusque conficitur *ABM* uersus quique procedunt *Marius Victorinus* dactylica spondaica ionica metra ς 20 disciplinas *BM* 22 collegitur *M* 25 rithmos *ABM* ptongus *A* thongos *B* phongos *M* 26 melodies *A* molodies *M* melodieens *B* 27 frigia *AM* frigya *B* 28 non quod ex *B* 30 sublatio *AM* subleuatio *B* ampliusue ς amplius *ABM*

est qui incipit a sublatione, finitur positione. pes ergo tunc dicitur, quando duae sunt syllabae, quoniam arsin et thesin *in* pedibus quaerimus, non ubi duo tempora sunt. ergo una longa pedem non valebit efficere, quia ictibus duobus arsis et thesis, non gemello tempore perquirenda est. accidunt autem uni cuique pedi arsis thesisque, numerus syllabarum, tempus, resolutio, figura, metrum. et sunt pedes poetici simplices duodecim, ex quibus quattuor binis syllabis constant, ternis octo; duplices, qui et conpositi vel conbinati, sedecim; heteroploci pentasyllabi triginta duo. |

Ergo binarum syllabarum sunt hi. primus pes dibrachys, bibrevis, pyrrichius vel pariambus vel hegemon Graece dicitur. constat ex duabus brevibus temporum duum, ut deus. ante enim brevis quam longa syllaba reperta est, ut prius unum quam duo. ideo autem pyrrichius dictus est, propter pyr||richam, quia brevem syllabam proferentes spiritum artiorem labris concurrentibus explicamus, quae conpositio huius modi modulationis pyrrichae convenit: vel a Pyrro Achillis filio, qui crebris et citis exultationibus bis breviter prominentem clipeum genibus incumbens et per hunc hostibus terrorem inmittens inferebatur, sicut versus inlustrat

ὑπασπίδια προβιβῶντι.

cum ergo gradus vult breviter accedentes ostentare * vel expetentes Athenienses per indictae dispositionem miliens faciem belli ostentare, mobilem decursionem pyrrichio pede conmentus est, et idem eam pyrricham a Pyrro repertam et inlustratam cognominavit. sed ipse a pedum mobilitate, quod tripodiantes ordinaret, Cine|sias est cognominatus. fidem huius enarrationis facit Aristophanes comicus nomen eius istac dictitans, „καὶ εἴ τις τὴν πυρρίχην ἔμαθεν Κινησίαν“. apud Italos vero eius gradus * et Bellonae,

1 sublatione *AM* subleuatione *B* 2 in *om. ABM* 3 ergo — 4 est *Terentian. Maur.* 1342 *sqq.* 4 accidunt — 6 metrum *Donat. p.* 1738: accedunt *ABM* 5 thesisque *AB* et thesis q *M* 6 resolutio *AB* solutio *M* duodecem *A* 8 eteroploci *A* ettroploci *B* etroploci *M* 10 egemon *ABM* duabus *M* duobus *AB* 11 ante — 12 duo *Terentian. Maur.* 1361 *sq.* 13 pyrrichiam *M* pyrriciam *AB* praeferentes *M* 14 explicamus *B* expricamus *AM* modulationi *Buschius* 15 pyrricae *M* pyrrice *A* pyrrichie *B* 16 bis breuiter *AB* bibreuiter *M* p̄minentem *M* promonens *Buschius* *fortasse* genibus incutiens per hoc *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 55 18 ypaspidia probinonti *ABM. Hom. Il. N* 807 εἴ πώς οἱ εἴξειαν ὑπασπίδια προβιβάντι 19 cum *AM* cur *B* vellet *Buschius* accedentis ς *lacunam qua praeter ea quae in priore sententia deesse adparet alia explicatio pyrrichicae saltationis cum nomine inventoris Cinesiae excidisse videtur indicavi*

expetentes *BM* expetenter *A* adthenienses *A* atheniensis *B* 20 per indicte dispositione *AM* per indictae dispositionē̦s *B*: *fortasse* per vindictae dispositionem millies *ABM* militiae *m* militum *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 55 21 et ideo metrum pyrrhichium a pyrrho repertum et illustratum cognominauit ς eam] eum *BM* meum *A* pirricham *M* pyrricam *B* 22 repertam *A* repertum *BM* inlustrata *M* quod tripudians ordines et cinesia est cognominatus *B* quod tripedians ordines et cinesi acest cognomina minatus *A* quod tripedians ordines et cinesiae est cognomina *M* tripudians quoque et κινησίας est cognominatus *Caesarius* 24 Aristophanes] *ran.* 153 istac *AB* ista *M* KAI EI TIC TEN PYRRICHEN EMATHEN KINHCIAN (KIN.HCIAN *M*) *AM* K. Π. I. ei ticten pyrrichene mathen kinhsiam *B* 25 apud italos *B* apitalos *AM* eius gradus ed bellone *A* eius gradu sed bellone *M* eius gradus sed bellone *B*: eius gradinus abellonae et ἄρεος id est ἐνυοῦς filio quem ea primo pede in unum poetae fingunt *ed. princ.* etiam gradinus a bel-

id est Ἐννοῦς, filio, quem caprino pede Inuum poetae fingunt, quod summa montium et difficilia collium concitato cursu caprae more superaret, quotiens praedatoria vice grassaretur, citipedem hunc cursum sibi repperisse testificantur. quo nomine bibrevem pedem nuncupant. sunt qui pyrrichium Graeca interpretatione cognominaverunt, quod calore velocitatis vel tripodio mobilitatis apices flammarum aemularetur. huic contrarius est spondius, qui constat ex duabus longis temporum quattuor, ut heros, dictus *παρὰ τὴν σπονδήν*, quia in templis hoc pede quaedam carmina conponebantur, scilicet *ut* libantes sonum vocis abominosae audire non possent. a Radamantho autem constitutus traditur, qui Arcadiae princeps venerat fors accipitur ab agricolis hoc successu et hoc divino ritu a musicis cumulis paribus ture incensis altaribus musicos choros geminis gressibus explicaret et aequipedi sono tibicen spondalium canere iuberet, ut duabus longis melodiis || quasi duplicibus et iugibus votis prospera deorum voluntas firmaretur. Numam Pompilium divina re praeditum hunc pedem pontificium appellasse memorant, cum Salios iuniores aequis gressibus circulantes induceret *et* spondeo melo patrios placaret indigetes. ergo et dibrachys et spondeus tantum habet in arsi quantum in thesi. iambus, qui constat ex brevi et longa, ut dies, versui maledico habilis, *παρὰ τὸ ἰαμβίζειν* Graece nomina-

lonae et *ἄρεος* id est martis filia quae *ἐννώ* dicta quem a primo pede in unum poetae fingunt *ed. Ascens. a.* 1516 nomen gradiuus a gradiuo *αρηος καὶ ἐνιοῦς* .i. Martis et Bellonae filio quem eo primum pede usum poetae fingunt *Buschius* gradiuos a gradino *ἄριος καὶ ἐννοῦς* id est Martis et Bellonae filio quem (al. eo primum pede usum poetae fingunt) caprino pedem in unum poetae fingunt '*scripta tertio*' *apud Scioppium susp. lect.* V 8 *codicis scriptura, ut adparet, cum editis exemplaribus mixta. Inuum, Martis et Bellonae filium, inventorem pyrrichii apud Italos dici certum videtur. qua re lacuna quam indicavi ita fere expleri potest,* apud Italos vero eius gradus origo derivatur a Martis et Bellonae — superaret et quotiens *sqq. aut simplicius ita,* apud Italos vero etiam Gradivi vel Martis et Bellonae id est Ἐννοῦς filium *sqq.* 1 cuius *B* cusus *AM* caprino pedem inuuum *A* cum primo pede inuuum *B* cum primo pedē inuuum *M* Capripedem Inuum *Putschius* quod cum amontium *ABM* 2 more *A* morem *BM* superaret *AM* superarem *B* 5 cognominauerunt *παρὰ τὸν πύρσον* hoc est a flamma quod *Caesarius* 6 aemularetur *Caesarius* aemularentur *ABM* 7 dictus paratin sponden *A* dictus parat non sponden *M* dicto parens. Non sponden. *B* 8 composita canebantur *coniecit Ruhnkenius apud Santenium in Terentian. Maur. p.* 63 concinebatur *Santenius* 9 ut *om. ABM, add. m et codex Scioppii susp. lect.* V 8 abhominosae *M* ominosae *Salmasius exerc. Plin. p.* 88 possint. radamantho autem constitutus traditur qui archadiae princeps *B* possint. a arcadie principes *A* possint. a archadiae princeps *M* possent arcadiae principes *codex Scioppii* 10 fors *AM* Fons *B* sors ς 11 successu *AM* suoeessu *B* successit ς diuino *AB* diuiso *M* cum aulis paribus *Salmasius l. c.* 12 musicus *Salmasius* choron *A* explicare — iubebant *Caesarius* 13 aequipede *A* aequipede *corr.* -di *B* qui pede *corr.* -di *M* spondalium ••••• canere *M*: spondaulium *Salmasius l. c. corrupta librorum scriptura quam exhibui ita aliquo modo in aptam sententiam redigi potest,* a Rhadamantho autem constitutus traditur, qui ad Arcadiae principes venerat, ubi forte accipitur ab agricolis hoc successu et hoc divino ritu tum primum usis, cum is cumulis paribus turis in altaribus accensis musicos choros geminis gressibus explicaret et aequipedi sono tibicinem spondaulium canere iuberet 14 votis *om. B* nocibus ς prospera *AB* propera *M* 15 nomam *M* pampilium *AM* diuinare *ABM* diuinitate *Buschius* praeditum *A* 16 cum salios *AM* cum alios *B*: et cum Salios — induceret, spondeo melo patrios placasse indigetes *Caesarius* induceret spondeo *BM* inducere spondeo *A et codex Scioppii* 17 indigetis *B* ergo — 18 thesi *Terentian. Maur.* 1380 19 uersu *AM* parato iambizein *ABM*

tur. huius autem origo verbi ex nomine Iambes famulae Celei derivatur, quae, Cererem filiam quaerendo ad Metaniram coniugem Celei delatam cum vidisset sollicitam, male tractavit. quidam autem ferunt iambum quasi thriambum a triumphatore Libero cognominatum esse. alii a Marte ortum Iambum | strenuum ducem tradunt, qui cum crebriter pugnas iniret et telum cum clamore torqueret, *ἀπὸ τοῦ ἰέναι καὶ βοᾶν* Iambus appellatur: idcirco ex brevi et longa pedem hunc esse conpositum, quod hi qui iaculentur ex brevi accessu in extensum passum proferuntur, ut promptiore nisu telis ictum confirment. auctor huius vibrationis Arctinus Graecus his versibus perhibetur,

ὁ Ἴαμβος
ἐξ ὀλίγου διαβὰς προφόρῳ ποδί, ὄφρ' οἱ γυῖα
τεινόμενα ῥώοιτο καὶ εὐσθενὲς εἶδος ἔχῃσι.

igitur hunc pedem vel iambicum gressum prisci Apuli Daunium a duce suo Daunio prodiderunt, quod is primus, cum adversus acrem Diomedis pugnam bellum asperum inisset, gradali pugna suos dimicare instituit, ut conlato pede, adsequenti paulatim dextero distentoque et progredienti laevo, et brevi successu et longo distentu gradus simul et nisus firmaretur. unde non inmerito melum hunc iambicum gradalem quidam nuncupant Gradivoque Marti augurant, quod gradariae pugnae huius effectu moveantur. | huic contrarius est trochaeus, quem chorion appellant. constat ex longa et brevi temporum trium, ut Roma, dictus *ἀπὸ τοῦ ἐπιτρέχοντας λέγειν*. quippe eius modulationem poematum sive metrorum conpositioni ac||commodatam rotatim et volubiliter dicebant. trochaeum etiam a Mercurio repertum satis constat, quod is praecipitem festinationem ex impetu longo in brevem gressum finiri ostenderet. unde plerique Graecorum ex longa et brevi eum pedem conposuerunt; *παρὰ τὸ τρέχειν*, ex discursu, tro-

1 famulae *AB* familiae *M* 2 meganiram *ABM* 4 triambum *A* triiambum *M* esse] se *A*, *om.* *BM* sed ς 6 ΑΡΟΤΥΕΙΜΚΑΙΒΑΝ *A* apo tueim.ΚΑΙ.ban *M* apoteim.kaiban *B* *παρὰ τὸ ἰὸν βάλλειν* ς *παρὰ τὸ ἰέναι καὶ βοᾶν Putschius ἀπὸ τοῦ ἰέναι βάδην Gaisfordius ex Mario Victorino* p. 2487 appellatus *M* 8 ut *B* et *AM* 9 ictum *AB* iactum *M* vibrationis *Schneidewinus Ibyci rel.* p. 148 bibrationis *A* brationis *B* bracionis *M* librationis ς Arctinus *Scaliger in Euseb. chron.* p. 69 aretinius *AB* artiuius *M* agretiuus ς 11 O iambos (Oiamb; *M*) ex oligu (exoligo *BM*) diabas proforo podio frao igyati (igriati *BM*) nomen arnui ΤΟΚΥΙ eust (to kuei ust *BM*) henesidos exnei (ex hoc *M* exlig *B*) igitur *ABM* *διίαμβος ἐξ ὀλίγου διαβὰς προφέρῳ*. Igitur ς. *versus constituit Scaliger l. c.* *ὁ Ἴαμβος vel a grammatico vel a librario versibus Arctini additum esse iudicavit Welckerus mus. Rhenan.* II (*a.* 1834) *p.* 226 *et de cycl. ep.* II *p.* 529. *ὁ δ' Ἴαμβος Gaisfordius* 12 *τόφρ' ἔτι γυῖα coniecit Naekius apud Welckerum l. c.* 13 *τεινομένῳ coniecit Luzacius apud Santenium in Terentian. Maur. p.* 67 *εἶδος*] *ἴχνος Ruhnkenius apud Santenium l. c.*
14 iambicum gressum *A* iambi egressum *BM* a duce u suo *B* 15 quod is primus cum *ed. Ascens. a.* 1516 quod is (his *M*) primus quod *ABM* 16 dimigare *A* dimicari *BM* ut *Buschius* et *ABM* 17 adsequenti *AB* adsequentis *M* dextro *M* lęuo *AB* leui *M* 18 succensu *M* distentu *A* distento *BM* 19 hunc *BM* hanc *A* 21 corion *B* 22 ΑΡΟΤΥ. ΕΡΙΤΡΕCHΟΝΤΑS legin *A* apotu epitrechontras legin *B* apoto epitrechontas. legi *M* 23 modolationem *M* conpositione *M* 25 ex *Buschius* et *ABM* 27 parato trechin *ABM* uel *παρὰ τὸ τρέχειν Caesarius*

chaeum frequentaverunt: ac musici viri ociori melo intenti ex rotae situ et volubili motu rythmulum eius et tonum designant; qui et decursionibus aptum iudicant, quod hi qui in bello laborant, quotiens amissos ordines reparant, ex longo et disperso ambitu in brevem et artum orbem coguntur, rotae scilicet similitudine se ventilantes, cuius satis latus ac breviatus canthus radiatus luminibus in angustum modioli circulum cohibetur. aiunt hunc trochaeum Auruncos rutilum nuncupavisse, nimirum simili ratione qua Graeci a rota invitati; vel diversa appellatione persuasi, quod, cum aciem constituerent, prolatis pedibus scuta brachiis protenderent breviterque dextris succedentibus pedi|bus vestigia sisterent et reductis manibus incentivo clamore quae vibraverant tela iaciebant; quae res huic melo incentivum nomen adquisivit.

Ternarum syllabarum sunt hi. dactylus, quem Graeci politicon appellant. constat ex longa et duabus brevibus temporum quattuor, ut Romulus, a tactu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem faberrime adfectabant, vel ab Idaeis Dactylis, quos Curetas sive Corybantas poetae appellabant. hi namque in insula Creta Iovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, lusus excogitato genere clipeolis aeneis inter se concurrentes tinnitu aeris usi rythmica etiam pedis dactyli conpositione celavere vocem infantis. sed nativitatis eorum causa, ut vetustatis fabulositas docet, haec fuisse traditur. aiunt Opem in Idam montem insulae Cretae fugiendo delatam manus suas inposuisse memorato monti et sic infantem edidisse, et ex hac manuum inpressione emersisse Curetas sive Corybantas, quos a montis nomine et a qualitate facti Idaeos Dactylos appel||lant. hos quidam tres putant, qui Lares esse creduntur, Dannameneus Astheus Pyrrichus, dicti *ἀπὸ τῶν κορῶν*, id | est a formosis oculis, qui *κόραι* vocantur, id est pupulae, vel a cono galeae. huic contrarius est anapaestus, quem antidactylum Graeci nominant. constat ex duabus brevibus et longa temporum totidem, ut nebulae, dictus *παρὰ τὸ ἀναπαίειν κατὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον*, quia recurrendo repercutiens dactylum sono reciproco obloquitur ei per antistrophen. tribrachys,

1 intenti ς intuenti *AM* iunenti *B* 2 motu *BM* modo *A* rhythmulum *Putschius* rithmulis *ABM* rythmum ς designant ς designent *ABM* qui et] quia ς 3 hi *A* hii *M* his *B* amissus *BM* 5 similitudines euertilantes *AB* 6 cantus *ABM* modioli *AM* modi ob *B* aiunt hunc *AB* Aiusthunt *M* 7 rotulum *Caesarius* simile *B* 8 a *om. A* iunicati *A* 9 brachis *AB* breuiter (*om.* que) *B* 10 ingentino *ABM* ingenti ς 11 iacebant *M* ingentinum *A* ingenitiuum *M* intimum *B* ingenitum ς 12 adquesinit *A* 15 tractu ς 16 faberrime *B* falierrime *A* falerrime *M* idaeis *B* ita cis *A* iecta cis *M* coribantas *ABM* 17 appellabant *AM* appellant *B* 18 paruolus *AB* 19 usi] illisi ς 23 hac *om. A* coretas *B* 25 laris *BM* Dannameneus *I. Parrhasius in Claudian. de rapt. Proserp.* I 208, *quem secutus est Buschius*, damiinameneus *ABM* Damimamentiuus ς 26 Asteus ς Acmon *I. Parrhasius. fortasse* Asterius, *qui Asterion a plerisque dicitur*, *ἄναξ Κορυβαντίδος ὕλης a Nonno Dionys.* II 651 pyrrieus *BM* Celmus *I. Parrhasius* Celmon *Putschius* apoton coron *ABM* a *om. B* 27 qui corae *B* quae core *A* quae chore *M* 29 parato anape incatato anapalin anti cruori proston dactilon *A* parato anapae incatado anapalin sed (anapalis *M*) anti cruore proston dactilon *BM* 31 obloquitur *AB* oblitur *M* ei per

tribrevis, teuthasius, quem quidam brachysyllabum, alii triorcheon, non nulli pygmona, plerique chorium nuncupant. constat ex tribus brevibus, a quibus nomen accepit, ut Helena. chorius autem ideo dictus, quia choreis huius conpositio convenit. huic contrarius est molossus, vortumnius, extensipes, quem alii hippium vel Chaonium dicunt. constat ex tribus longis temporum sex, ut Aeneas, ideo molossus dictus, quia Molossi, id est Thessali, ad bellum procedentes huius modulata conpositione utebantur; hippius vero, equestri scilicet pugnae conveniens modulabatur. | amphibrachys, Ianius, amphibrevis, qui et scolius. constat ex brevi et longa et brevi temporum quattuor, ut carina, dictus a duabus brevibus, a quibus ex utraque parte media longa continetur; scolius quoque ideo, quia habiliter conponitur scolio. est autem citharae species mensalis. huic contrarius est amphimacrus, [ut] Fescenninus, amphimeres, quem alii creticon appellant. constat ex longa et brevi et longa temporum quinque, ut Demophon, dictus a duabus longis, a quibus utrimque media brevis amplectitur; creticus quoque, quia Cretes saltando eius rythmica conpositione utebantur. bacchius, Oenotrius, tripodians, quem Graeci pariambum dicunt. constat ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut Agenor Athenae, dictus *παρὰ τὰς Βάκχας*, quia bacchantibus conveuienter conponebatur. || huic contrarius est palinbacchius, Latius, qui et Saturnius, ultimibrevis, quem quidam propompicon, | alii theseleon vocant. constat ex duabus longis et brevi temporum totidem, ut natura, dictus, quia contrarius est bacchio. apud Graecos enim *πάλιν* contrarium significat, adeo *παλίντονα τόξα*.

Ex his omnibus inter se mixtis alii deinceps pedes conplures synzugiaeve nascuntur. nam quem ad modum pedes disyllabi quattuor geminati sedecim duplices fiunt, quos Graeci synzugias vocant, ita idem cum tri-

antistrofen (rei ferantistrofen *B*) 479, 22 quia contrarius est bacchio — 479, 27 cum trisyllabis iuncti tribrachis tribreuis *ABM interpositis iis quae infra suo loco repetita sunt* 1 tanquam tasius ς seu Thasius *Putschius* ceu dibrachys *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 75 trioncheon *B* trochmeon ς, *quod probavit Santenius in Terentian. Maur. p.* 107 trinocheon *Caesarius:* trochieum pygmona brachysyllabon *Caesius Bassus p.* 2666 2 pigmona *M* pygmeona *Caesarius:* idem et pignomus a quibusdam, ne vos praetereat, vocatur *Marius Victorinus p.* 2487 3 quia choris *M* 4 uertumnus ς 5 Chaonium *Santenius in Terentian. Maur. p.* 75 chanium *ABM* canium ς 7 modolata *M* 8 modulabatur ς modulabitur *BM* modolabitur *A* 9 ianus ς amfibreuis *B* utrinque breuis *Caesarius:* amhibreuis *coniecit Wasserberghius apud Santenium in Terentian. Maur. p.* 90 11 scholius *ABM* 12 scholio *ABM* cytharae *BM:* cantilenae *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 90 mensalis qui creticus apellatur huic *B* 13 fescennius *BM* amfimeres *ABM* amphimaros ς 17 tropodians *M* tripodias salutem ς tripodius saltans *Caesarius* pariambum] palimbacchium *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 89 19 paratas bacchas *A* paratas baccas *BM* quia *B* qui *AM* 20 latius *Ma* tatius *A*, *om. B* saturninus *A* ultimi breues *B* ultima breuis *M* ulti breuis *A* ultima breui ς 21 proponticon ς. pompicus *dicitur palimbacchius a Mario Victorino p.* 2488, *προσοδιακὸς καὶ πομπευτικός a scholiasta Hephaestionis p.* 172 *Gaisf. ed. sec.* Thessaleon ς 23 palin *ABM* 24 palinton atoxa *ABM* *παλίντονα τόξα τιταίνων* cornibus inter se contrariis ς 25 Ex his — 480, 6 nominatur *Donat. p.* 1740 27 faciunt *Caesarius*

syllabis iuncti triginta et duo de se reddunt. trisyllabi vero cum trisyllabis geminati sexaginta quattuor colliguntur. atque excepto amphibracho et epitrito, quorum alterum tripla, alterum epitrita divisione partimur, universorum pedum trina conditio reperitur. in aliis enim aequa divisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla; et prima dactylica, secunda iambica, tertia paeonica nominatur. est itaque aequa pedis divisio, quotiens sublatio pedis temporibus positioni par est, ut est in dactylo et anapaesto, item spondeo et pyrrichio. horum enim arsis tantum in se habet quantum et thesis. dupla vero est, quotiens pedis sublatio temporibus inpar est positioni, ut | est in iambo et trochaeo et duobus ionicis. iambi enim arsis unum tempus tam in se habet et eius thesis duo quam trochaei versa vice arsis duo habet et thesis unum. sescupla quoque intellegitur, ut est in paeonibus et in duobus bacchiis et cretico. hi enim pedes qui temporibus quattuor pares sunt per bina tempora dividuntur; identidem uno adiecto, scilicet dunm dimidia parte, terna de se reddunt, per quae sescupla colligitur.

Pedes duplices sive combinati vel quadrati sunt sedecim hi. proceleumaticus ex duobus pyrrichiis quattuor brevium syllabarum temporum totidem, ut Valeria. huic contrarius est dispondius. dispondius ex duobus || spondiis syllabarum quattuor longarum temporum octo, ut Maecenates Suphenates oratores. paeon primus ex trochaeo et pyrrichio, hoc est ex longa et tribus brevibus, temporum quinque, ut Demodocus Stesichorus. huic contrarius est hippius primus. paeon secundus ex iambo et pyrrichio, hoc est ex brevi et longa et duabus brevibus, temporum quinque, ut colonia. huic contrarius est hippius secundus. paeon tertius ex pyrrichio et trochaeo, hoc est ex duabus brevibus et longa et brevi, temporum quinque, ut catamitus. huic contrarius est hippius tertius. | paeon quartus ex pyrrichio et iambo, hoc est ex tribus brevibus et longa, temporum quinque, ut celeritas facilitas. huic contrarius est hippius quartus. et est hippius sive epitritus primus ex iambo et spondeo, hoc est ex brevi et tribus longis, temporum septem, ut Capenates. hippius sive epitritus secundus ex trochaeo et spondeo, hoc est ex longa et brevi et duabus longis, temporum septem, ut conditores. hippius sive epitritus tertius ex spondeo et iambo, hoc est ex duabus longis et brevi et longa, temporum septem, ut discordiae heroici. hippius sive epitritus quartus ex spondeo et trochaeo, hoc est *ex* tribus longis et brevi, temporum septem, ut invitamus. ionicus ἀπὸ μείζονος ex spondeo et pyrrichio, hoc est ex duabus longis et duabus brevibus, temporum sex, ut Demetrius. huic contrarius

4 trina *AM* tripla *B* 6 poeonica *ABM* 7 positionis pars *A* positione par *B* positione pars *M* 11 tam *B* ta *A* ita *M* duo habet *M* duo habeat *B* quod habeat *A* 13 quattuor] quinque *ABM* 14 uno] bina *ABM* adiecta *BM* ac iecto *A* 15 collegitur *BM* 16 sedicem *A* tredecim *B* tridecim *M* 18 ex duabus spondius *A* ex duobus dispondiis *M* ex duabus ex dispondeis *B* 35 ex *om.* *ABM* inuitamus ς limitanus *ABM* 36 ionicus apomizonus *BM* ioicus apomizonos *A*

est ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος, qui constat ex pyrrichio et spondeo, hoc est ex duabus brevibus et duabus longis, temporum sex, ut Diomedes Lacedaemon. diiambus ex brevi et longa et brevi et longa temporum sex, ut Cleonides propinquitas; qui pes dactylus ab iambo appellatur. huic contrarius est ditrochaeus ex longa et brevi et longa et brevi temporum sex, ut cantilena dimicare; qui pes cre||ticus κατὰ τροχαῖον dicitur. | antispastus ex iambo et trochaeo, hoc est ex brevi et duabus longis et brevi, temporum sex, ut medullina Saloninus. huic contrarius est choriambus ex trochaeo et iambo, hoc est ex longa et duabus brevibus et longa, temporum sex, ut nobilitas armipotens. hos omnes, cum de metri tractatu aliquid legimus, diligentius considerare et in memoria habere debemus, ut singuli quique versus quibus pedibus constent scire possimus.

Pedes heteroploci pentasyllabi sunt numero triginta et duo hi. orthius ex brevibus quinque temporum totidem. pariambus ex longa et brevibus quattuor temporum sex. parapycnos ex brevi et longa et tribus brevibus temporum sex. mesomacros ex duabus brevibus et longa et duabus brevibus temporum sex. antispastus ex tribus brevibus et longa et brevi temporum sex. pyrrichioanapaestus ex brevibus quattuor et longa temporum sex. probrachys ex brevi et longis quattuor temporum novem. hypobrachys ex longa et brevi et tribus longis temporum novem. | mesobrachys ex duabus longis et brevi et duabus longis temporum novem. molossiambos ex tribus longis et brevi et longa temporum novem. colobos ex quattuor longis et brevi temporum novem. diphyes ex duabus brevibus et tribus longis temporum octo. orthius ex longa et duabus brevibus et longis duabus temporum octo. amoebaeos ex duabus longis et totidem brevibus et longa temporum octo. molossopyrrichios [hoc est] ex tribus longis et duabus brevibus temporum octo. symplectos ex duabus longis et tribus brevibus temporum septem. musicos ex longa et brevi et longa et || duabus brevibus temporum septem. antanapaestus ex brevi et duabus longis et duabus brevibus temporum septem. antamoebaeos ex duabus brevibus et duabus longis et brevi temporum septem. | dasios ex tribus brevibus et duabus longis temporum septem. thymelicos ex longa et tribus brevibus et longa temporum septem. dochmios ex duabus brevibus et longa et

1 ionicus apoclassonus *BM* hionicus apoclassonos *A* 6 catatrocheon *ABM* 8 saloniqnus *B* salonius *M* 10 tractatu *AM* tractaui *B* aliquod *A* 12 possemus *B* 13 *pentasyllaborum pedum viginti septem descriptio exstat in codice Leidensi Voss. 33. 4 (L). reliquorum enim definitio, qui post anticyprium secuntur, omissa est* ortius *A*: Hortius ex duabus longis et tribus breuibus — — ⏑ ⏑ ⏑ temporum VII ut mirabilia *L* 14 periambus ς: parapaeon *coniecit Gaisfordius* 15 parapienos *M* paragignus *L* parapienos ς: pariambus *coniecit Gaisfordius* 17 antispastos *B* hegemoscolius *Buschius:* antispastus — 18 sex *om. ed. princ.* antispastus ex duabus breuibus et duabus longis et breui *L* 18 pyrrichoanapestus *AB* 19 probrachis *BM* probrachiis *A* ypobrachys *A* ypobrachis *B* hyperbrachys *Buschius:* hypobrachys — 20 novem *om. M* 20 mesobrachis *ABM* 22 colobos *B* calabos *M* calotibos *A* calogus *L* 25 amoebaeos *Putschius* amoeybeos *AML* amebaeos ς: amoebaeos — 26 octo *om. B* 26 molossopyrrhichius ς 27 simplectus *BM* 29 anteanapestus *ABM* antianapestus *L* 30 antemoebeos *B* 31 dasyos *M* 32 timelicos *B*

brevi et longa temporum septem. pariambodes ex brevi et longa et brevi et duabus longis temporum octo. doriscos ex longa et duabus brevibus et longa et brevi temporum septem. iambodes ex brevi et longa et brevi et longa et brevi temporum septem. cyprios ex brevi et longa et duabus brevibus et longa temporum septem. anticyprios ex longa et brevi et duabus longis et brevi temporum octo. bacchiochorios ex duabus longis et brevi et longa et brevi temporum octo. * hypodochmios ex longa et brevi et longa et brevi et longa temporum octo. dochmios per synzugian antistrophos ex brevi et tribus longis et brevi temporum octo. molossospondios ex longis quinque temporum decem.

Hactenus originem et historiam generalium pedum exposuimus. poematum genera metrorumque tractatus ostendere tempus est. |

DE POEMATIBVS

Poematos genera sunt tria. aut enim activum est vel imitativum, quod Graeci dramaticon vel mimeticon, aut enarrativum vel enuntiativum, quod Graeci exegeticon vel apangelticon dicunt, aut commune vel mixtum, quod Graeci *κοινόν* vel *μικτόν* appellant. dramaticon est vel activum in quo personae agunt solae sine ullius poetae interlocutione, ut se habent tragicae et comicae fabulae; quo genere scripta est prima bucolicon et ea cuius initium est 'q u o t e, M o e r i, p e d e s?' exegeticon est vel enar||rativum in quo poeta ipse loquitur sine ullius personae interlocutione, ut se habent tres georgici et prima pars quarti, item Lucreti carmina et cetera his similia. *κοινόν* est vel commune in quo poeta ipse loquitur et personae loquentes introducuntur, ut est scripta Ilias et Odyssia tota Homeri et Aeneis Vergilii et cetera his similia.

DE GENERIBVS POEMATOS DRAMATICI VEL ACTIVI

Poematos dramatici vel activi genera sunt quattuor, apud Graecos tragica comica satyrica mimica, apud Romanos praetextata tabernaria Atellana planipes.

DE SPECIE POEMATOS EXEGETICI VEL ENARRATIVI

Exegetici vel enarrativi species sunt tres, angeltice, historice, didascalice. angeltice est qua sententiae scribuntur, ut est Theognidis liber, item chriae. historice est qua narrationes et genealogiae conponuntur, ut

1 pariambus *L* 2 doricos *B* 3 iambicus *L* 5 anticyprius *M* antycyprius *B* 7 *lacunam indicavi, qua definitio dochmii ex brevi et duabus longis et brevi et longa temporum octo, qui pes ad numerum pentasyllaborum explendum deest, excidisse videtur* ypodochmios *AB*: hypodochmios — 8 octo *om. M* 8 dochemios *ABM* dochimos per *συζυγίαν* ex breui et duabus longis et breui et longa temporum octo. Antistrophos *sqq. Buschius* 9 molosospandios *A* molosospendios *B* molosospendio *M* 13 DE POEMATVS *A* 14 Poematos — 25 similia *Bed. de metr. p.* 1381 *sq.* Poematus *AB* Poematum *M* 17 cynon uel micton *ABM* 18 sine ulla ς 22 lucretica carmina *ABM* 23 cynon *ABM* 28 atellana ς abellana *ABM* 30 DE — ENARRATIVI *om. ABM* 33 chriae *A* diriae *BM*, *om.* ς

est Hesiodu *γυναικῶν κατάλογος* et similia. didascalice est qua conprehenditur philosophia Empedoclis et Lucreti, item astrologia, ut phaenomena Aratu et Ciceronis, et georgica Vergilii et his similia.

DE SPECIE POEMATOS COMMVNIS

Κοινοῦ vel communis poematos species prima est heroica, ut est Iliados et Aeneidos; secunda est lyrica, ut est Archilochi et Horatii.

Poematos characteres sunt quattuor, *μακρός*, *βραχύς*, *μέσος*, *ἀνθηρός*. *μακρός* est character, ut apud Vergilium in undecimo, ubi de Camilla facit narrationem sic,

pulsus ob invidiam regno viresque superbas;

aut ut se habent secundus et tertius liber. *βραχύς* est ut in quinto, ubi de Ganymede strictim narrat sic,

victori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura *maeandro* duplici Meliboea cucurrit,
intextusque puer frondosa regius Ida
veloces iaculo cervos c. f.

μέσος est ut in primo,

huic coniux Sychaeus erat d. a. P. é. m. *m.* d. a.

est enim castigata narratio, sic tamen ut omnia conplexa sit. *ἀνθηρός* ut in septimo, ubi amoenitatem luci ac fluminis describendo facit narrationem sic,

hunc inter fluvio Tiberinus amoeno
verticibus rapidis et multa flavus harena
in mare prorumpit; variae circumque supraque
adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
aethera mulcebant cantu lucoque volabant.

Epos dicitur Graece carmine hexametro divinarum rerum et heroica-

1 hesiodugine concatalogos *AB* hesiodugine contagalogos *M* Hesiodi theogonia ς 2 philosophia ut libri Varronis Empedoclis Lucretii ς 5 Cynu *AB* Cynnu *M* iliadis *ABM* 6 secundae liaca *A* secunda eliaca *BM* secunda lyrica ς archiloci et oratius poematos characteres sunt quattuor 27 epos dicitur — 484, 9 in mutuam ut sic dixerim poematos (poematus *A*) characteres sunt hi brachys (brachis *AB*) macros (machros *A*) mesos (messos *M* meson *B*) macros est ut apud uirgilium narratione character ut in undecimo *ABM*. *in quibus quae interposita sunt infra suo loco repetita exstant, ubi utriusque scripturae discrepantiam adnotavi. haec et quae proxime secuntur cum ita edita essent in principe editione*, Archilochi et Horatii poematos. Characteres sunt quattuor 27 epos dicitur — 484, 10 mutuo ut sic dixerim. 7 Poematos characteres sunt hi *βραχὺς μακρὸς μέσσος ἀνθηρός*. Macros est ut apud Virgilium in decimo de Camilla facit — 25 alueo. 484, 10 Consequentiam primus — 484, 16 homeristae. Elegia, *Putschius perversum ordinem induxit hunc*, Archilochi et Horatii. 27 Epos dicitur — 484, 9 in mutuam ut sic dixerim consequentiam primus — 484, 16 Homeristae 7 Poematos characteres sunt hi *μακρὸς βραχὺς μέσος ἀνθηρός*. *Μακρὸς* est ut apud Virg. cum narratione character ut in undecimo ubi de Metabo facit — 26 lucoque sonabant. De poematis generibus. 484, 17 Elegia 8 in undecimo] *v.* 539 11 secundi et tertii libri *ABM* B.brachys *M* brachis *AB* in quinto] *v.* 250 14 maeandro *om. ABM* 17 mesos *ABM* in primo] *v.* 343 huic coniux Sychaeus erat ditissimus agri Phoenicum et magno miserae dilectus amore 18 e m d a *A* e m d t *BM* 19 antheros *ABM* 20 in septimo] *v.* 30 26 loquoque *B*

rum humanarumque conprehensio; quod a Graecis ita definitum est, ἔπος ἐστὶν περιοχὴ | θείων τε καὶ ἡρωϊκῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Latine paulo communius carmen auditur. epos Latinum primus digne scripsit is qui res Romanorum decem et octo conplexus est libris, qui et annales *in*scribuntur, quod singulorum fere annorum actus contineant, sicut publici annales, quos pontifices scribaeque conficiunt, vel Romanis, quod Romanorum res gestas declarant. epos autem appellatur, ut Graecis placet, ‖ παρὰ τὸ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέρη τοῖς πρώτοις. praecipue vero hexameter versus epos dicitur, quoniam quidem hoc versu verba responsi in mutuam, ut sic dixerim, consequentiam primus deus vates conprehendit, unde postea abusive verbum et solutae orationis ipsa scriptura consequens ab aliis epos dictum. rapsodia dicitur Graece ποιήσεως μέρος, aliqua particula discreta atque divulsa; dicta παρὰ τὸ ῥάπτειν, quod versus in unum volumen velut consuantur et | conprehendantur, vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est virga, pronuntiabant qui ab eodem Homero dicti Homeristae.

Elegia est carmen conpositum hexametro versu pentametroque alternis *in* vicem positis, ut

divitias alius fulvo sibi conserat auro
et teneat culti iugera multa soli.

quod genus carminis praecipue scripse‖runt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus imitati Graecos Callimachum et Euphoriona. elegia autem dicta sive παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας (fere enim defunctorum laudes hoc carmine conprehendebantur), sive ἀπὸ τοῦ ἐλέου, id est miseratione, quod θρήνους Graeci vel ἐλεεῖα isto metro scriptitaverunt. cui opinioni consentire videtur Horatius, cum ad Albium Tibullum elegiarum

1 epos est euperioche thioute ΚΑΙ eroicon ΚΑΙ anthropinou (autropinon *BM*) pragmaton *ABM* epos est ❨e❩nperioche (heuperiochae *B*) thiou tece heroicon (eroicon *M* hieroicon *A*) cea autropinon pragmaton (*ABM*) *h. e. ABM in superiore scriptura, de qua dictum est p.* 483, 6 3 audit *Santenius in Terentian. Maur. p.* 231 scripsit Liuius is qui ς 4 decem (decim *B*) et octo (*ABM*) quindecim *ABM* 5 inscribuntur ς scribuntur *ABM*, *om. codex Scioppii susp. lect.* V 10 puplici (*AM*) publi *AM* puta ς 6 conficiunt de Romanis qui quidem Romanorum ς vel Romani *Vahlenius Enn. poes. rel. p.* XVIII. vel — 7 declarant '*ut glossam resipientia*' *delenda censuit Scioppius l. c.* 7 declarant *AM* declarat (*A*) *B et codex Scioppii* declaratur (*M*) 8 parato epes the eu auto icta excy (exes *BM*) mereto is protois *ABM* parato epese (epesae *B*) enauto (aenaute *B* enaito *M*) ita exes meretis (meretys *M* metris *A*) protys (protis *M*) (*ABM*) παρὰ τὸ ἔπω τὸ λέγω. proprie enim ἔπος est ἔμμετρος λόγος uel ἀκόλουθος ς 12 pyeseos meros *ABM* 13 adque *AB* parato paptiu *B* parato paptini *M* parato aptiu *A* 14 partes ς pares *ABM* 17 alternis uicem *ABM* ad inuicem ς alterna uice *ex codice Parisino* 7538 *saec.* XV *adnotavit Gaisfordius* 19 divitias] *Tibull.* I 1, 1 conserat *AB* conseruat *M* congerat ς conferat *Putschius* 20 multa] magna ς 22 tribullus *ABM* eufo-

riona *ABM* 23 parato eu legintus (legentus *B* legent̄ *M*) tethneotas *ABM* 24 apotu eleu *ABM* 25 quod threnus grecia ea eia isto metron *ABM* quod θρήνους Graeci seu ἐλεγεῖα isto metro *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 306. ἢ ἐλεγεῖόν ἐστι θρῆνος ἐπιτάφιος οἱονεὶ ἐλεεῖόν τι ὄν *scholiasta Dionysii Thracis p.* 750, 20 26 Horatius] *carm.* I 33, 2

auctorem scribens ab ea quam diximus miseratione elegos miserabiles dicit hoc modo,

neu miserabiles
decantes elegos.

apud Romanos autem id carmen quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur nenia dicitur παρὰ τὸ νεἱατον, id est ἔσχατον: unde et in chordis extremus nervus appellatus est νήτη. nam et | elegia extrema mortuo accinebatur sic uti nenia, ideoque ab eodem elegia videtur tractum cognominari, quod mortuis vel morituris ascribitur novissimum.

Iambus est carmen maledicum plerumque trimetro versu et epodo sequente conpositum, ut

mala soluta navis exit alite
ferens olentem Maevium.

appellatum est autem παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod est maledicere. cuius carminis praecipui scriptores apud Graecos Archilochus et Hipponax, apud Romanos Lucilius et Catullus et Horatius et Bibaculus.

Epodoe dicuntur versus quo libet metro scripti et sequentes clausulas habentes particularum, quales sunt epodoe Horatii, in quibus singulis versibus singulae clausulae adiciuntur, ut

nox erat et caelo fulgebat luna sereno,

deinde

inter minora sidera;

et

altera iam teritur bellis civilibus aetas,

deinde

suis et ipsa Roma viribus ruit,

et quicumque sunt similes. dicti autem epodoe συνεκδοχικῶς a partibus versuum quae legitimis et integris versibus ἐπᾴδονται, id est accinuntur.

Satira dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum vitia ar|chaeae comoediae charactere conpositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius. et olim || carmen quod ex variis poematibus constabat satira vocabatur, quale scripserunt Pacuvius et Ennius. satira autem dicta sive a Satyris, quod similiter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur, quae velut a Satyris proferuntur et fiunt: sive satura a lance quae referta variis multisque primitiis in sacro

1 elogos *ABM* 5 adque *A* 6 parato uiaton *BM* paratoui athon *A* eschaton *ABM* 7 nete *A corr.* uete *BM* 8 ob eodem *B* ob eadem *AM* 9 tractum] carmen *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 310 ascribitur] accinitur *Santenius l. c.* 11 Iambum *ABM* iambicum ς 13 mala] *Horat. ep.* 10, 1 14 meauium *ABM* 15 parato iambizin *ABM* 17 catulus *ABM* uiuaculus *ABM* 21 nox] *Horat. ep.* 15, 1 lucebat ς 25 altera] *Horat. ep.* 16, 1 28 cynendo chicos *AB* cysendochy quos *M* 29 apadonte *ABM* 30 Satyra *ABM*: Satyra est carmen apud romanos non quidem apud graecos maledicum ς 31 archeae *ABM* quales *AM* 33 satyra *BM* quales *AB* 34 satyra *ABM* 36 satyra a lance *AB* satyra lante *M* a satyra lance ς in sacris Cereris inferebatur ς

apud priscos dis inferebatur et a copia ac saturitate rei satura vocabatur; cuius generis lancium et Vergilius in georgicis meminit, cum hoc modo dicit,

lancibus et pandis fumantia reddimus exta

et

lancesque et liba feremus:

sive a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum saturam dicit Varro vocitatum. est autem hoc positum in secundo libro Plautinarum quaestionum, 'satura est uva passa et polenta et nuclei pini ex mulso consparsi'. ad haec alii addunt et de malo punico grana. alii autem dictam putant a lege satura, quae uno rogatu multa simul conprehendat, quod scilicet et satura carmine multa simul poemata conprehenduntur. cuius saturae legis Lucilius meminit in primo,

per saturam aedilem factum qui legibus solvat, |

et Sallustius in Iugurtha, 'deinde quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur'.

Bucolica dicuntur poemata secundum carmen pastorale conposita. instituta autem sunt, sicut quidam putant, in Laconica vel, ut alii, in Sicilia. nam inter Lacedaemonios et Siculos diversa fuit conditio. sed quod ad Laconas pertinet, haec eorum fuit origo. quo tempore adventante Xerxe in Graeciam omnes deserta Laconica metu barbarorum perterriti in diversas partes fugisse creduntur, et cum virgines timore laterent, ex hoc evenisse ut eo die quo solitus erat chorus virginum Dianae Caryatidi hymnum canere nemo ad solemne sacrificium inveniretur. tunc itaque pastores ex rure in urbem convenerunt et, ne ritus sacrorum interrumperetur, pastorali carmine conposito deae honorem celebraverunt, unde est bucolismus dictus. a Siculis autem origo quae tra||hitur haec est. antequam Hiero rex Syracusas expugnaret, morbo Sicilia laborabat. variis et adsiduis caerimoniis Dianam placantes finem malis invenerunt eamque Lyaeam cognominaverunt, quasi solutricem malorum. inde res in consuetudinem tracta est, ut greges rusticorum theatrum ingrederentur et de victoria canerent. habitus autem huius modi videbatur. erat panis magnus omnium ferarum imagine completus et uter cum vino | et follis cum omnium leguminum genere;

1 priscos diis *BM* priscordis *A* ac *om. BM* satyra *AM* satira *B* 4 lancibus] *Verg. georg.* II 194 6 lancesque] *Verg. georg.* II 394 7 satyram *ABM* 8 uocitatam *codex Scioppii susp. lect.* V 10 9 satyra *ABM* uva] ubi ϛ polenta nuclea (*corr.* nuclei) *M* pini et mulso conspersi *codex Scioppii* pinei mulso conspersi *Putschius* 11 lege satyra *ABM* 12 carminae *M* carmina *A*: carmina multa simul et poemata ϛ 13 satyrae *AB* satyra *M* 14 per satyram *ABM* quis *coniecit I. Dousa Lucil. sat. rel.* I 9 *p.* 24 15 et salustius *M*, *om. B* in Iugurtha] *c.* 29 satyram *ABM* 18 laconia *M* lacona *AB* 20 *fortasse* antiquo tempore, *nisi potius plura in priore parte sententiae perierunt* 21 desertam laconica *AM* desertam laconicam *B* 22 laterent et ex hoc *AB* 23 curyatidi *M* curiatydi *B* curatidi *B* curiatidi *a* 24 canere *om. B* 26 buculismus *ABM* 27 siculis *B* singulis *AM* 29 placentes *AB* lyaenį *A* lien *BM* lymacam *codices Probi in Verg. bucol. p.* 2, 28 30 et inde *B*

inerat et corona in capite et in manu pedum clavatum; atque ita victorum omnium fores multitudo circumibat, carmen in victoriam quam adepti fuerant canebant et de eo folle limina frugibus spargebant. non nulli et in Italiam et in Lydiam et in Aegyptum transisse creduntur, quos lydiastas et bucolistas appellaverunt. quamquam est et alia opinio, circum pagos et oppida solitos fuisse pastores conposito cantu precari pecorum ac frugum hominumque proventum, atque inde in hunc diem manere nomen et ritum bucolicorum. putant autem quidam hoc genus carminis primum Daphnin conposuisse, deinde alios conplures, inter quos Theocritum Syracusanum, quem noster imitatur.

Tragoedia est heroicae fortunae in adversis conprehensio. a Theophrasto ita definita est, τραγῳδία ἐστὶν ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις. tragoedia, ut quidam, a τράγῳ et ᾠδῇ dicta est, quoniam olim actoribus tragicis τράγος, id est hircus, praemium cantus proponebatur, qui Liberalibus die festo Libero patri ob hoc ipsum immolabatur, quia, ut Varro ait, depascunt vitem; et Horatius in arte poetica |

carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
mox etiam agrestis Satyros nudavit,

et Vergilius in georgicon secundo, cum et sacri genus monstrat et causam talis hostiae reddit his versibus,

non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
caeditur.

alii autem putant a faece, quam Graecorum quidam τρύγα appellant, tragoediam nominatam, per mutationem || litterarum υ in α versa, quoniam olim nondum personis a Thespide repertis, tales fabulas peruncti ora faecibus agitabant, ut rursum est Horatius testis sic,

ignotum tragicae genus invenisse Camenae
dicitur et plaustris vexisse poemata Thespis,
quae canerent agerentque infecti faecibus ora.

alii *a* vino arbitrantur, propterea *quod* olim τρύξ dictitabatur, a quo τρύγητος hodieque vindemia est, quia Liberalibus apud Atticos, die festo Li-

1 inerat et corona *Putschius* inerat ea corona *M* inerat eo corona *AB et codex Scioppii susp. lect.* V 12 inerat corona ς adque *A* 2 circuibat in carmen *codex Scioppii* 5 circum *A* circa *BM* pagos ς pados *ABM* 6 frugum omniumque rerum pronentum *Caesarius* 7 adque *A* 8 bucolicarum *AM* buculicarum *B* dafnia *A* dafin *BM* 11 tragydia *A* tragidia *B* trigidia *M* atheofrasto *A* utheofrasto *B* ut eo frasto *M* 12 tragydia est erotices thyches peristasis *A* tragidia est herotices (eroticnes *M*) tyches peristasis *BM* 13 atragoeto dedicta *AB* atrogoede dicta *M* actoribus *Caesarius* auctoribus *ABM* tragos *ABM*
15 ipsud *ABM* 16 in arte poetica] *v.* 220 17 tragico *B* tragica *A* trugicam *M* 18 mox et satyros (saty *B*) agrestis nouauit *ABM* nominauit *ed. princ.*
19 in georgicon secundo] *v.* 380 23 afece *M* affece *B* affecte *A* tryga *A* triga *M* tirga *B* 24 uersam *ABM* 25 thesipide *AM* tesipide *B* 26 rursum *M* rursu *A* rursus *B* Horatius] *de art. poet.* 275 27 camenae ς carmina *ABM* 28 plaustris ς planctus *A* plantus *BM* 29 infecti] peruncti ς 30 alii uino arbitrabantur propterea olim (olym *BM*) tryx dictitabantur (trix dictabantur *M*) a quo trygoetis (trygetis *B* trigetis *M*) odieque *ABM* alii a uino arbitrantur, propterea quod olim uinum dictitabatur τρὺξ a quo τρύγητος hodie quoque ς

beri patris, vinum cantoribus pro corollario dabatur, cuius rei testis est Lucilius in duodecimo.

Comoedia est privatae civilisque fortunae sine periculo vitae conprehensio, apud Graecos ita definita, *κωμῳδία ἐστιν ἰδιωτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή.* co|moedia dicta *ἀπὸ τῶν κωμῶν. κῶμαι* enim appellantur pagi, id est conventicula rusticorum. itaque iuventus Attica, ut ait Varro, circum vicos ire solita fuerat et quaestus sui causa hoc genus carminis pronuntiabat. aut certe a ludis vicinalibus. nam postea quam ex agris Athenas commigratum est et hi ludi instituti sunt, sicut Romae conpitalicii, ad canendum prodibant, et ab urbana *κώμῃ καὶ ᾠδῇ* comoedia dicta est: vel quod in ea viculorum, id est humilium domuum, fortunae conprehendantur, non ut in tragoedia publicarum regiarumque: vel *ἀπὸ τοῦ κώμου*, id est comessatione, quia olim in eius modi fabulis amantium iuvenum *κῶμοι* canebantur. comoedia a tragoedia differt, quod in tragoedia introducuntur heroes duces reges, in comoedia humiles atque privatae *personae;* in illa luctus exilia caedes, in hac amores, virginum raptus: deinde quod in illa frequenter et paene semper laetis rebus exitus tristes et liberorum fortunarumque priorum in peius adgnitio *. quare | varia definitione discretae sunt. altera enim *ἀκίνδυνος περιοχή*, altera *τύχης περίστασις* dicta est. tristitia namque tra||goediae proprium; ideoque Euripides petente Archelao rege ut de se tragoediam scriberet abnuit ac precatus est ne accideret Archelao aliquid tragoediae *proprium*, ostendens nihil aliud esse tragoediam quam miseriarum conprehensionem. poetae primi comici fuerunt Susarion Mullus et Magnes. hi veteris disciplinae iocularia quaedam minus scite ac venuste pronuntiabant, in quibus hi versus fuerunt,

Σουσαρίων ταῦτα λέγει·

1 corollario *mς* corellario *M* colellario *B* corellarios *A* dabatur *ABm* tradabatur *M* (i superscr.) rei testis *B* rei gestis *M* regestis *A* 4 difinita *B* comoedia est inidioticon pragmaton acindino (achindino *M*) sperioche *ABM* 5 apoton comon *ABM* comae *BM* comoe *A* 7 circum uicos *AB* circum quos *M* fuerat *B* fuerit *AM* 9 ludi *B* ladi *AM* conpitalici *A* compitalici *BM* 10 comice (comicae *M*) odae *ABM* come et oda *ς* *κώμῃ καὶ ᾠδῇ* *Gaisfordius conl. schol. Dion. Thrac. p.* 447, 11 *εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κώμη καὶ τὸ ᾠδή* 11 uel quod in ea *B* uela enea *AM* 12 apotu comu *AB* apotu comin *M* 13 comesationem *B* comisationem *A* commirationem *M* quia *B* qui *AM* 14 comoe *AM* comae *B* canebant *M* 15 adque *A* 16 personae *om. ABM, add. ς* 18 liberorum *ς* hiberorum *M* iberorum *AB* furtunarum quae *M* priorum *ς* prior *ABM* in poenis agnitio in hac tristibus laetiora succedunt. quare *Buschius* nariat (nareat *BM*) difinitione *ABM* 19 acindinos perioche (parioche *M*) altera tychis peristasis dictae sunt *ABM* 20 ideoque *ς* ideo quod *ABM* 21 scriberit *ABM* abnuet *AM* 22 accederet *ABM* proprium *om. ABM, add. ς* aptum *codex Parisinus* 7538 *apud Gaisfordium* 24 mullus *AB* nullus *M* Rullus *Caesarius* 25 ioculatria *AB* ioculae. utra *M* ioculatoria *ς* prounntiabat *AM* 27 susarion tau talogica congyne cecallumoso odemote ncesti eurin yciana neu caen *A* susarion tanta legi cacon gyne cae allumoso odemote ne esti eurin yeian enen caeu *B* susarion tantalegi. cacon gyne cetalumos. oodemote nesti euryni canan. eneacu *M* *Ἀκούετε λέξιν, Συσαρίων λέξει τάδε κακὸν sqq. ς*

κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

secunda aetate fuerunt Aristophanes Eupolis et Cratinus, qui et principum vitia sectati acerbissimas comoedias conposuerunt. tertia aetas fuit Menandri Diphili et Philemonis, qui omnem acerbitatem comoediae mitigaverunt atque argumenta multiplicia Graecis erroribus secuti sunt. ab his Romani fabulas transtulerunt, et constat apud illos primum Latino sermone comoediam Livium Andronicum scripsisse. sunt qui velint | Epicharmum in Co insula exulantem primum hoc carmen frequentasse, et sic a Co comoediam dici. antea itaque galearibus, non personis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret aetatis, cum essent aut albi aut nigri aut rufi. personis vero uti primus coepit Roscius Gallus, praecipuus histrio, quod oculis perversis erat nec satis decorus in personis nisi parasitus pronuntiabat.

Initio togatae comoediae dicebantur, quod omnia in publico honore confusa cernebantur. quae togatae postea in praetextatas et tabernarias dividebantur. togatae fabulae dicuntur quae scriptae sunt secundum ritus et habitum hominum togatorum, id est Romanorum (toga namque Romana est), sicut Graecas fabu||las ab habitu aeque palliatas Varro ait nominari. togatas autem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernariis non modo communis error usurpat, qui Afrani togatas appellat, sed et poetae, ut Horatius, qui ait

vel qui praetextas vel qui docuere togatas.

togatarum fabularum species tot fere sunt quot et palliatarum. nam prima species est togatarum quae praetextatae dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur et publica et reges Romani vel duces inducuntur, personarum dignitate et [personarum] sublimitate tragoediis similes. praetextatae autem dicun|tur, quia fere regum vel magistratuum qui praetexta utuntur in eius modi fabulis acta conprehenduntur. secunda species *est* togatarum quae tabernariae dicuntur et humilitate personarum et argumentorum similitudine comoediis pares, in quibus non magistratus regesve sed humiles homines et privatae domus inducuntur, quae quidem olim quod tabulis tegerentur, communiter tabernae vocabantur. tertia species est fa-

3 cratinus ς oratius *ABM* 4 aceruissimas *AB* aceruinimas *M* 5 difhili *B* phili *M* fili *A* aceruitatem *ABM* 6 adque *A* erroribus] autoribus *Caesarius* 7 primo *ABM* 8 Liuium ς liboeum *ABM* in co insula *A* in chonn insule *B* in cum insulae *M* 9 a coo *AM* a choo *B* 10 galeribus *AM* galerileribus *B* galeris ς: *cf. Charis. p.* 61 11 ruffi *AB* 12 euersis *ABM* obuersis ς: perversis *scripsi ex Cic. de nat. deor.* I 28, 79 at erat (Roscius), sicut hodie est, oculis perversissimis 13 nec satis decorus nisi personatus pronuntiabat *coniecit Reuvensius collect. litt. p.* 10 sine personis *Langius vind. trag. Rom. p.* 43 nisi *om. M* 15 pretextas *M* 17 id est — 18 est *om. M* 19 togas autem *A* 20 quia fauni togatas (togas *BM*) appellant *ABM* quia Fannius togatas appellat ς qui Afranii togatas appellat *coniecit Reuvensius collect. litt. p.* 13 21 Horatius] *de art. poet.* 288 23 pallatarum *AM* pellatarum *B* 26 et argumentorum sublimitate *Buschius* praetextae autem *AB* praetexta autem *M* 28 est *om. ABM* 31 inducuntur (indicuntur *B* indicantur *M*) quaedam olim quod *ABM* inducuntur quae quod olim ς 32 tabernae *Neukirchius de fab. tog. Rom. p.* 40 tabernariae *ABM*

bularum Latinarum quae a civitate Oscorum Atella, in qua primum coeptae, appellatae sunt Atellanae, argumentis dictisque iocularibus similes satyricis fabulis Graecis. quarta species est planipedis, qui Graece dicitur mimus. ideo autem Latine planipes dictus, quod actores pedibus planis, id est nudis, proscenium introirent, non ut tragici actores cum coturnis neque ut comici cum soccis; sive quod olim non in suggestu scenae sed in plano orchestrae positis instrumentis mimicis actitabant. cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in Aedilicia fabula meminit,

daturin estis aurum? exultat planipes.

siquas tamen ex soccis fabulas fecerant, palliati pronuntiabant. togata praetextata a tragoedia differt, quod in | tragoedia heroes inducuntur, ut Pacuvius tragoedias nominibus heroicis scripsit, Orestem Chrysen et his similia, item Attius; in praetextata autem quae inscribitur Brutus vel Decius, item Marcellus. togata tabernaria a comoedia differt, quod in co||moedia Graeci ritus inducuntur personaeque Graecae, Laches Sostrata; in illa vero Latinae. togatas tabernarias in scenam dataverunt praecipue duo, L. Afranius et G. Quintius. nam Terentius et Caecilius comoedias scripserunt. Latina Atellana a Graeca satyrica differt, quod in satyrica fere Satyrorum personae inducuntur, aut siquae sunt ridiculae similes Satyris, Autolycus Busiris; in Atellana Oscae personae, ut Maccus.

Dramata autem dicuntur tragica aut comica παρὰ τὸ δρᾶν, id est agere. Latine fabulae appellantur sive fatibulae; in Latinis enim fabulis plura sunt cantica quae canuntur: vel a faciendo; nam et agi fabula, non referri ab actoribus dicitur. ideoque Horatius utraque significatione interpretatur, cum ita de fabula dicit,

aut agitur res in scenis aut acta refertur, |

sicut in choro. in Graeco dramate fere tres personae solae agunt, ideoque Horatius ait

1 primum •••• caeptae *M* 2 iocolaribus *M* 5 coturnis *ABM* 7 orchesthae *M* orchesthe *AB* minicis *BM* 8 atta *A* acta *B* ac *M* actius ς. *unde* Vectius *coniecerat Nicolaus Loensis epiphyll.* VIIII 18. *Attae nomen e codice Puteaneo restituit L. Carrio emendat.* I 14 edilitia *AB* edicitia *M* 9 daturine estis aurum *B* datur inest scaurum *A* datur inest isairum *M* datum inest aurum ς daturi si estis aurum *Hermannus opusc.* V *p.* 255. *fortasse* aurem 10 siquas *AB* siquis *M* tamen exoticas fabulas *coniecit Reuvensius collect. litt. p.* 64 togata praetextata a tragoedia ς togata a praetextata tragoedia *AB* togata ax pretextetata tragoedia *M* 12 horestem *ABM* Duloresten *Putschius* chrisen *M* 13 actius *ABM* autem scribitur ς inscribit *M* 14 tabernaria *om. B* 15 sustrata *B* 16 itogatas *A* intogatas *BM* ductauerunt ς duo lafranius *M* duo uel afranius *A* duo afranius *B* 17 et g. quintius *AM* et quintilis *B* et Quintus Ennius ς. *quod defendit Welckerus trag. Graec. p.* 1345. Vectius Titinnius *coniecit Nicolaus Loensis epiphyll.* VIIII 18 18 in satyrica ς incatyrica *ABM* 20 autolicus *ABM* busiris *Casaubonus de sat. poes. p.* 95 *ed. Ramb.* busiridis *ABM* burris ς obscoenae personae ς 21 parato dyan *ABM* 22 latinae *AM* sine factibulae *ed. princ.* sine factubulae *Buschius* sine fabululae *Casaubonus l. c. p.* 85 plura] pauca *Casaubonus l. c. p.* 85 24 Horatius] *de art. poet.* 179 27 sicut graeco in choro. dramate uero tres ς dramaticae uero tres (*vel. om.*) *Caesarius* choro *codex Scioppii susp. lect.* V 14 chorum *AB* chorn *M* 28 Horatius] *de art. poet.* 192

ne quarta loqui persona laboret,

quia quarta semper muta. at Latini scriptores conplures personas in fabulas introduxerunt, ut speciosiores frequentia facerent.

Satyrica est apud Graecos fabula, in qua item tragici poetae non heroas aut reges sed Satyros induxerunt ludendi causa iocandique, simul ut spectator inter res tragicas seriasque Satyrorum iocis et lusibus delectaretur, ut Horatius sensit his versibus,

carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
mox etiam *agrestes* Satyros nudavit et asper
incolomi *gravitate* iocum temptavit, eo quod
inlecebris erat et *grata* novitate morandus
spectator.

Mimus est sermonis cuius libet *imitatio et* motus sine reverentia, vel factorum et *dictorum* turpium cum lascivia imitatio; a Graecis ita definitus, *μῖμός ἐστιν μίμησις βίου τά τε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων.* mimus dictus *παρὰ τὸ μιμεῖσθαι*, quasi solus imitetur, cum et alia poemata idem faciant; sed solus quasi privilegio quodam quod fuit commune possedit: similiter at|que is qui versum facit dictus *ποιητής*, cum et artifices, cum aeque quid faciant, || non dicantur poetae.

Membra comoediarum sunt tria, diverbium canticum chorus. membra comoediae diversa sunt, definito tamen numero continentur a quinque usque ad decem. diverbia sunt partes comoediarum in quibus diversorum personae versantur. personae autem diverbiorum aut duae aut tres aut raro quattuor esse debent, ultra augere numerum non licet. in canticis autem una tantum debet esse persona, aut, si duae fuerint, ita esse debent ut ex occulto una audiat nec conloquatur sed secum, si opus fuerit, verba faciat. in choris vero numerus personarum definitus non est, quippe iunctim omnes loqui debent, quasi voce confusa et concentu in unam personam reformantes. Latinae igitur comoediae chorum non habent, sed duobus membris tantum constant, diverbio et cantico. primis autem temporibus, sic uti adserit Tranquillus, omnia quae in scena versantur in comoe-

1 nec ς *et codex Scioppii* 2 mutu at latinis *A* mutat latini *B* mutat latinis *M* mutat *etiam codex Scioppii* 3 introduxerint *BM* speciosiores *Buschius* spaciosiores *A* spatiosiores *BM* 4 Satyrica — 6 spectator *Mar. Victorin. p.* 2527: satyricae est *ABM* 5 iocandique ς *et Marius Victorinus* iocundique *ABM* 6 spectator *A* expectator *M* expectatu *B* Satyrorum *Marius Victorinus* satyrorumque *ABM* satyrorum quoque ς 7 Horatius] *de art. poet.* 220 9 mox et asatyros nouauit et asper *AB* mox et satyros nouaut (*corr.* nouauit) ••••• et corñ *M* ornauit *ed.-princ.* 10 gravitate *om. ABM* iocum *A* ioci *BM* 11 erat et nouitatem eorum spectator (spectatur *B*) *ABM* monendus *ed. princ.* 13 imitatio et *om. ABM*, et *add. Iahnius prol. in Pers. p.* LXXXIV siue *corr.* sine *A* sene *B* 14 dictorum *om. ABM* 15 mimus (mimos *M*) ē in mimesis (mimeisis *M*) biutate syncechorem (synchechorem *B*) enacea sinchoreta (synchoreta *B*) periechon (perdechon *M*) mimus (mumus *A*) dictus parato mimisthe *ABM* 16 quasi a solus *A* cum ς eum *ABM* 18 *ποιητής*] petes *ABM* 19 faciunt *AB* 20 sunt tres *ABM* tria sunt ς 22 in quibus *B* in quis *AM* 24 numerum *om. M* 25 tantum *B* tamen *AM* fuerunt *M* 26 conlocatur *A* 27 iunctim *AB* iuncti *M* 28 concentum ς

dia agebantur. nam et pantomimus et pythaules et choraules in comoedia canebant. sed quia non poterant omnia simul apud omnes artifices pariter excellere, siqui erant inter actores comoediarum pro facultate et arte potiores, principatum sibi artificii vindicabant. sic factum est *ut* nolentibus cedere mimis in artificio suo ceteris separatio fieret reliquorum. nam dum | potiores inferioribus, qui in communi ergasterio erant, servire dedignantur, se ipsos a comoedia separaverunt, ac sic factum est ut exemplo semel sumpto usus quisque artis suae rem exequi coeperit neque in comoediam venire. cuius rei indicia produnt nobis antiquae comoediae, in quibus invenimus 'acta tibiis paribus aut inparibus aut sarranis'. quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id est choraulicis, artifex concinebat, in cantico autem pythaulicis responsabat. sed quod 'paribus tibiis' vel 'inparibus' invenimus scriptum, hoc significat quod, siquando monodio agebat, unam tibiam inflabat, siquando synodio, utrasque. ||

CATHOLICA DE EXTREMITATE NOMINVM

Quoniam extremitas nominum ad metricam conpositionem necessario indaginem inquirit, idcirco singulorum extremitates regulatim quam potuimus definitas contulimus, quo facilius metrorum tractatus, cum legi coeperit, colligatur et pura via in sensus legentis et sine ullis caliginibus veniat. omnis casus numeri singularis et pluralis observata novissima syllaba facilius monstrabit quo modo separare debeamus, quae sit producenda vel quae corripienda ultima nominum syllaba. quinque enim vocales suam potestatem mutant, cum per casus nomina a prima sui positione inflexa varientur. omnia | igitur nomina quibus universa dictionis silva copiosa est non plus quam per duodecim ultimas litteras [syllabas] finiuntur, quinque vocales, a e i o u, sex semivocales, l m n r s x, unam mutam, t, ut Sisenna monile sinapi Cicero veru consul scammum pecten Caesar Livius silex caput. age nunc omnium nominum extremitates per omnes casus, quae sint producendae vel corripiendae, exponemus.

De nominativo casu singulari. Omnia nomina exceptis monosyllabis casu nominativo singulari memoratis litteris duodecim novissimis terminata corripiuntur praeter ea quae o littera finiuntur, ut Cato, syllabave es, ut Alcides fides nubes, vel as, ut Maecenas facilitas Aeneas, in en, ut lien; item Graeca in os, ut heros; feminina quoque nominativo e littera finita, ut Circe Dirce Phoenice.

1 pytaules *AB* pitaules *M et codex Scioppii susp. lect.* V 16 4 ut *om. ABM, add.* ς 5 mimis *B* Remimis *M* se mimis *A* dum *om. BM* 6 communi *Langius vind. trag. Rom. p.* 44 omni *ABM et codex Scioppii* ergesterio *B* magisterio ς dedignarentur *codex Scioppii* 7 ac *om. B* exemplo *B* extemplo *AM* 8 sumtu *A*: sumpto unusquisque ς exaequi *AB* coeperit ς coepit *ABM* 10 saranis *A* 11 cholaulicis *ABM* 12 phithaulicis *M* 14 utrisque *B* utriusque *AM* 21 monstrauit *AM* monstrabat *B* 23 a *om. BM* 24 omnia — 26 mutam t *Charis. p.* 36 *Diom. p.* 278 25 duodecim literis ultimas syllabas finiunt ς syllabas *om. Charisius* 27 libius *ABM* 33 in] uel ς 35 foenice *ABM*

De genetivo casu singulari. Omnia nomina trium generum casu genetivo numero singulari producuntur quae in has litteras syllabasve deferuntur: in ae masculina | et feminina, ut huius Aeneae huius fortunae; in i mascu||lina, ut pueri, feminina, ut huius lauri, neutra, *ut* huius doni; in us masculina et feminina, ut huius portus et huius porticus; in u neutrum tantum, ut huius cornu; in ei masculina et feminina tantum, ut diei aciei; *in* es Graeca, ut huius Dirces Phoenices. corripiuntur vero memorato casu quae in is syllaba terminantur, et sunt trium generum, masculina, ut Catonis, feminina, ut orationis, neutra, ut sideris, et cetera his similia.

De dativo casu singulari. Omnia nomina trium generum casu dativo singulari variisque vocalibus terminata producuntur.

De accusativo casu singulari. Omnia nomina accusativo casu singulari corripiuntur praeter Graeca, si non reformentur in Latinam declinationem. Graeco enim statu terminata in en syllabam producuntur, ut Alciden Dircen Phoenicen.

De vocativo casu singulari. Omnia nomina casu vocativo singulari corripiuntur exceptis his quae o littera vel e vocali producta syllabave es vel as vel en terminantur, o, ut Cicero Iuno, e, ut Alcide Circe, es, ut dies, as, ut dignitas Maecenas, en, ut lien. |

De ablativo casu singulari. Omnia nomina trium generum ablativo casu singulari quinque vocalibus finita producuntur. ex his vero e littera tam corripitur quam producitur; et prius quidem sic, masculina, *ut* ab hoc oratore, feminina, ut ab hac Iunone, neutra, *ut* ab hoc sidere; posterius vero sic, masculina, ut ab hoc die, feminina, ut ab hac re et similia. neutrum enim e littera producta memorato casu nullum terminatur. ||

De nominativo casu plurali. Omnia nomina casu nominativo plurali tam masculina quam feminina quacumque syllaba terminata producuntur exceptis his quae Graeca sunt, ut Troes Phryges delphines.

De genetivo casu plurali. Omnia nomina trium generum casu genetivo plurali quibuscumque syllabis terminata corripiuntur.

De dativo casu et ablativo plurali. Omnia nomina trium generum casu dativo et ablativo numero plurali tam producuntur ea quae in is syllaba finiuntur quam corripiuntur ea quae bus syllaba memoratis casibus terminantur. |

De accusativo et vocativo plurali. Omnia nomina masculina et feminina accusativo casu et vocativo plurali in quibus libet syllabis terminata producuntur praeter Graeca, quae tam accusativo as syllaba finita quam

4 ut *post* neutra *om.* *ABM* 5 portus *B* portuus *AM* 7 in *ante* es *om.* *ABM* poenices *ABM* 16 poenicen *ABM* 23 ut *post* masculina *om.* *ABM* 24 ut *post* neutra *om.* *ABM* 30 fryges *A* friges *B* et friges *M* delfines *ABM* 33 et ablativo *om.* *AB*: ET ALIBI *M*

vocativo es terminata corripiuntur; accusativo sic, Troas Phrygas delphinas, vocativo, o Troes Phryges et cetera similia.

DE METRIS

Metrorum, id est legitimae conpositionis, obscuritas scrupulosae intentionis indaginem vehementer inquirit. quam ob rem omni anfractu circumitionis ablato quaedam metra dilucide et breviter exposui. etenim mihi res videbatur absurda rem nativa obscuritate difficilem etiam caligine expositionis obtegere.

DE VERSV

Versus est partium legitima dispositio et pedum culta copulatio consonandi specie metricam exhibens regulam. ||

DE DACTYLICO HEXAMETRO

| Versus heroicus a duodecim syllabis in septem decem longiatur; ultra non potest. nam si plus habet, excutiuntur per ecthlipsin vel synaliphen. scanditur autem sexiens. recipit etiam pedes, cum est legitimus, inter se variatos duos, spondeum et | resoluta eius posteriore parte dactylum. sed spondeus perpetuo in fine ponitur, cuius loco plerumque trochaeus invenitur, ea ratione qua indifferentem in omnibus metris postremam syllabam veteres esse crediderunt. hi igitur pedes syllabis inpares, temporibus aequales, sex regionibus distributi quaterna tempora sua scandendo partientes quattuor et viginti temporibus metri totius sive tomas vel commata sive cola, quae Latine sectiones incisa membra dicuntur, perfecta conformatione concludunt. observatur autem ne ultimus pes sit trisyllabus, exceptis pauculis versibus qui hypermetri dicuntur, quorum abundantiam excipiunt hi versus qui secuntur incipientes a synaliphe ratione rythmica facta, eoque facto vitium quod erat in fine versus continuatio sequentis emendat.

DE NOMINE VERSVS HEROICI

Versus herous senarius diversis vocabulis appellatur. idem enim et hexameter vel Pythius vel epicus et Priapeus et bucolicus vocatur, super quas appellationes etiam Latine longus [pes] dicitur. heroici igitur sunt, quotiens in primo spondius est et in tertio et in sexto. heroicus autem propterea dicitur, quod virorum fortium res gestas ac facta commemoret; hexametrum quoque, quod sex regionibus spondium et dactylum pedes di-

1 frygas delfinas *ABM* 2 fryges *A* friges *BM* 4 scripulosae *Ma* scripolosae *B* screpolosae *A* 5 omni anfractu *B* omni amfractu *a* omnium fractu *A* omnia fractu *M* 10 consonanti ς 11 exibens *BM corr.* exhibens *A* 13 duodecim *corr.* duodecem *A* duodecem *M* longatur *B* 14 ethlipsin *A* eclipsin *BM* 15 sextiens recepit *ABM* cum est *om. M* legitimos *BM* 18 qua *BM* quia *A* 19 credederunt *A* 20 partientes *a* patientes *ABM* 21 tomas *Caesarius* tomos *B* tumos *AM* 25 a uocali synaloephae ratione ς 30 Priapeus] proprius ς 31 longus *AB* longe *M*: longus uersus dicitur ς 32 heroicus *B* heroici *M* hieroico (*corr.* -cum) *A*

versis modis rationibusque conservet. || Pythii etiam origo inde tracta est (nec enim videtur incongruum fabulosae antiquitatis commenta depromere): Apollo cum Pythona Delphis propter ultionem matris necasset, accolae primum timore carmen heroicum hexametrum initio sex || spondiis conpositum texuerunt; deinde soluta spondii altera syllaba sine damno temporis dactylum quoque suscepit. quidam autem dicunt *quod* iambicum magis gaudio sublevati motu celeri protulerunt. fertur etiam hoc heroicum metrum eius oraculis postea celebratum et ex hoc versum Pythii nomen accepisse. item Priapii sunt, quotiens in primo loco spondius ponitur et in quarto et in sexto, ut apud Vergilium

defecisse videt, sua iam promissa reposci,

item

immotamque coli dedit et contemnere ventos,
cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

bucolici sunt, quotiens in quarta regione dactylus finiens partem orationis invenitur. identidem dactylicus nominatur, cum omnes fere dactylos habet, maxime novissimum, ut est apud Homerum

Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα. |

apud Vergilium tale est,

panditur interea domus omnipotentis Olympi.

item spondiacus appellatur, cum omnes spondios, quem quidam molossicum dixerunt, ut

Romani victores Germanis devictis.

apud Homerum tale est,

ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο.

DE PVLCHRITVDINE HEROICI VERSVS

Versus heroicus is dignitate primus est et plenae rationis perfectione firmatus ac totius gravitatis honore sublimis multaque pulchritudinis venustate praeclarus qui sine ulla coniunctione quascumque alias orationis partes ita mutuis inter se conexionibus colligat ut in scansione propria nullus pes nisi novissimus tantum [interdum] integram partem orationis includat, atque ita sex regionibus suis spondium pedem dactylumque custodiat ut dactylus perraro, et hoc quidem ornandi poematis gratia, quintam regionem suam spondio concedat, spondius vero postremis finibus suis

1 conseruet *M* conseruat *AB* 3 com python adelfhis *B* com pytom (*corr.* cum pythom) adelfis *A* cum phytoma delfis *M* 6 quod *om.* *ABM* 8 uersu *BM* accepisse *A* excepisse *BM* 11 defecisse] *Verg. Aen.* XII 2 12 item ς idem *ABM* 13 immotam recoli *M*: *Verg. Aen.* III 77 14 cui *A* cum *BM*: *Verg. georg.* III 6 17 apud Homerum] *Od. I* 347 18 cyclops te (cyclopy te *B* cyclopite *M*) picoen os epifages andromea crea *ABM* 19 apud Vergilium] *Aen.* X 1 21 item *Putschius* idem *BM* id est *A* 23 Romani] *eundem versum exemplum molossici metri dedisse dicitur Caesius Bassus Diom. p.* 513. Romani muris albam cinxerunt longam *ed. Ascens. a.* 1516 germanis deuinctis *ABM* germanos damnetis ς 24 apud Homerum] *Il.* Ψ 221 25 psychen (psichen *M*) ciclescon patrocleos diloio *ABM* 32 adque *A*

numquam dactylum patiatur insidere. in tertia quoque regione melius spondius penthemimeres quam dactylus dividit. ceteri autem pedes sine ulla inter se dis||cretione variantur. exempli gratia ponamus aliquem versum qui sit his omnibus quae | supra memoravimus clarus, et qui adeo ipsi Vergilio placuit ut nullo inmutato elemento duobus eum voluminibus ponere delectatus sit,

Oceanum interea surgens Aurora relinquit.

animadvertis pedes singulos ita esse scansionis lege divisos ut eorum nullus partem orationis incluserit nisi novissimus, quem finalis necessitas cogit.

DE FIGVRIS VERSVS HEROICI

Versus heroicus recipit figuras triginta duas. aut enim ex omnibus spondeis erit et ob hoc spondiazon dicitur, quod vix apud Latinos invenitur, raro apud Graecos est, et erit huius modi versus monoschematistus, id est unius figurae, ut si facias

aut levis lamnas lento ducunt argento.

aut si auctus numero quinque syllabarum omnes habuerit dactylos, id est quinque, et ob hoc dactylicus nominatur (nam ultimum etiam supra diximus disyllabum esse debere), monoschematistus dicetur, ut est

panditur interea domus omnipotentis Olympi.

versus vero qui est sedecim syllabarum de quinque pedibus habens unum spondeum varie quinque regiones percurrentem erit figurarum quinque, hoc | est penteschematistus, ut est una species illarum in hoc versu,

Aeole, namque tibi divum pater atque hominum rex.

item e contra versus qui est tredecim syllabarum de quinque pedibus habens unum dactylum identidem in vicem quinque regiones percurrentem erit figurarum quinque, hoc est penteschematistus, ut est una species quinque figurarum

cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus.

ille vero versus qui de quinque pedibus duos habuerit dactylos promiscue per quinque regiones variatos decem figurarum erit et nominatur decaschematistos versus, qui constat quattuordecim || syllabis, ut est una species decem figurarum

multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.

et contra si de quinque pedibus duo spondei fuerint in vicem dactylis mixti et item quinque regiones percurrentes, erit decem figurarum versus, qui syllabis quindecim longiatur, ut supra, et est una species

2 diuiditur *M* 5 elimento *M* duobus] *Aen.* IIII 129 XI 1 6 dilectatus *M* 7 relinquid *A* reliquit ς 12 recepit *M* 13 quod *AM* quoxi *B* qui *Caesarius* 16 aut] *cf. Verg. Aen.* VII 634 aut levis ocreas lento ducunt argento 19 dissyllabum *BM* dicitur *B* 20 panditur] *Verg. Aen.* X 1 21 sedicem *A* sedecem *M* 24 Aeole] *Verg. Aen.* I 65 adque *A* 25 tredecim *Buschius* sedecim *BM* sedicem *A* de *Caesarius* et *AB*, *om. M* 29 cum] *Verg. Aen.* I 36 32 constat] contra *ABM* quattuordicem *A* 33 decem] quinque *ABM* 34 multa] *Verg. Aen.* I 5 37 longeatur *BM* legitur ς

arma virumque cano *Troiae qui primus ab oris.*

meminerimus autem figuras maiores dici, si dactyli plures fuerint, si spondei, minores. |

DE INCISIONIBVS

Illud quoque observare debemus ut in heroo hexametro incisiones, quas alii caesuras appellant, non nulli sectiones nominant, facias, quas Graeci rite custodiunt. incisiones versus heroici sunt quattuor. hac finitis partibus orationis fiunt et tali ordine colligentur. prima est penthemimeres, secunda est *κατὰ τρίτον τροχαῖον*, tertia hephthemimeres, quarta tetrapodia bucolice dicitur, quia Theocritus auctor bucolici carminis hac plurimum usus esse creditur. penthemimeres est semiquinaria, ubi post duos pedes et unam syllabam pars orationis expletur, et ideo penthemimeres vocatur, quia quinque ***semi***pedes dividit sic,

defecisse videt,
se signari oculis.

horum residuis partibus trimetri anapaestici hypercatalecti fiunt tales,

sua iam promissa reposci,
ultro inplacabilis ardet.

haec si acceperit unam brevem, faciet finita parte orationis secundam caesuram. secunda est *κατὰ τρίτον τροχαῖον*, in qua finita parte orationis tertium trochaeum ponas, a quo nomen traxit, ut est |

infandum regina.

[huic] addito anapaesto vel spondio tertia constabit incisio. tertia est hephthemimeres, Latina lingua translata semiseptenaria, scilicet quia septem dividit, ut est

Italiam fato profugus,
tum demum movet arma leo,
excutiens cervice toros.

hinc quod remanet sic contexere poesin potest,

gaudetque comantis,
fixumque latronis.

huic parti si adiciatur pyrrichius, eadem || rursus efficit metrum ionicum *ἀπὸ τοῦ μείζονος* hypercatalectum: tale est

gaudetque comantis leo,
fixumque latronis leo,
fremit ore cruento leo,

1 arma] *Verg. Aen.* I 1 Troiae — oris *om. ABM* 2 memineremus *ABM* 9 kata triton trocheon *ABM* 10 hac ς ac *ABM* 13 quinque pedes *ABM* 14 defecisse] *Verg. Aen.* XII 2 uidet *a* nidit *ABM* 15 se] *Verg. Aen.* XII 3 16 talis *BM* 19 faciat *B* finita parte *Putschius* finitam partem *ABM* 20 cata triton trocheon *ABM* 22 infandum] *Verg. Aen.* II 3 reginam *B* regina iubere mandare dolorem *M* 23 huic *AM* hic *B* 26 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 27 tum] *Verg. Aen.* XII 6 28 excutiens] *Verg. Aen.* XII 7 32 eadem *M* eademque *AB* 33 apotumizonos *AM* apotumizonus *B*

haec duabus additis brevibus quartam incisionem efficiet, ita ut quarto dactylum invenias, ut est

inferretque deos Latio g. u. L.

sunt qui quartum trochaeum in hac caesura conlocant et ex eo *κατὰ τέταρτον τροχαῖον* appellant, ut est

quae pax longa remiserat arma novare parabant,

alii vero spondeum, ut est

inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto; |

ita tamen ut per omnia ista intervalla quae diximus pars orationis finiatur. remanebit pars versus quae dicitur comma. hoc comma si priorem habuerit dactylum, dicetur dactylicum, ut est

orsus ab alto;

si spondeum, spondiazon appellabitur, ut est

cornua velatarum obvertimus antemnarum.

hae incisiones, quas Graeci tomas appellant, figuris formantur tribus, simplici conposita coniuncta. simplex est cum invenitur in versu una incisio, ut est

panditur interea domus omnipotentis Olympi;

conposita cum duae inveniuntur, ut est

infandum regina iubes *renovare dolorem;*

coniuncta cum tres inveniuntur, ut est

talibus Ilioneus c. s. o. f. D.

DE PEDIBVS METRICIS SIVE SIGNIFICATIONVM INDVSTRIA

Optimi versus dena proprietate spectantur, principio ut sint inlibati iniuges aequiformes quinquipartes partipedes fistulares aequidici teretes sonores | vocales. itaque et Graeci suos nuncupant *ἀπληγεῖς ἀζυγεῖς ἀπρόσχημοι πενταμερεῖς ποδομερεῖς συρόποδες ἰσόλεκτοι κυκλοτερεῖς ἠχητικοὶ φωναστικοί.* sic vero hac in appellatione inprobantur ut quinque speciebus designentur, mutili exiles ecaudes fragosi fluxi; et hos Graeci *ἀκεφάλους λαγαροὺς μειούρους τραχεῖς κολοβούς* appellant. igitur inlibati sunt qui non aucta vel inminuta aut amputata syllaba vel littera || vitiantur, sed integra et plenissima dictione firmantur, ut

2 inuenias ς inuenies *ABM* 3 inferretque] *Verg. Aen.* I 6 inferretque deos Latio, genus unde Latinum 4 cata tetarton trocheon *ABM* 6 quae] *Terentian. Maur.* 1701 8 inde] *Verg. Aen.* II 2 14 cornua] *Verg. Aen.* III 549 18 panditur] *Verg. Aen.* X 1 20 infandum] *Verg. Aen.* II 3 renovare dolorem *om. ABM* 22 talibus] *Verg. Aen.* I 559 talibus Ilioneus. cuncti simul ore fremebant Dardanidae 23 INDVSTRIA *om. A* 24 optimus *ABM* spectatur *ABM* 25 quinquipertes *A* partipedis fistularis *BM*: paripedes ς aequidicti *A* 26 sonares *M* sonori ς noncupant *AB* apleges. azygis (azigys *A*). aproschemi. pentameris (pentemerisi *B*). podomeris. syropodis (siropodis *A* esyropodis *M*). isolecti. cyclotelis. echeticae (echeticeae *B* echoticee *A*). fonasticy (fonastici *M*) *ABM* 28 sic *BM* si *A*: qui uero in hac appellatione improbantur ii quinque *Caesarius* hanc *M* 29 designantur *ABM* multiles exiles caudes *BM* matilie caudes *A* mutili hiulci ecaudes *a* fracosi *BM corr.* fragosi *A* acefalus (acaefalus *BM*) lagarus miurus trachis colobus *ABM* 32 formantur ς

depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro.

est enim versus integer et nullo vitio contaminatus. iniuges sunt qui nulla coniunctionis syllaba copulantur, quos Graeci ἀσυνδέτους nuncupant, sicut

tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,

sine nexu. nullus enim coniunctionis nexus occursat. aequiformes sunt qui non conposita sed simplici figura ostentantur, ut

urbe fuit media, Laurentis regia Pici.

nusquam hic enim duae partes orationis nectuntur. quinquipartes sunt qui quinque partes orationis liberas possident, ut

ora citatorum cursu detorsit equorum.

partipedes sunt qui in singulis pedibus singulas orationis partes adsignant, ut

miscent fida flumina candida sanguine sparso.

fistulares sunt qui paulatim adcrescente partis orationis numero ab unica syllaba plures adusque ducuntur, ut Homericus ille declarat,

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον.

aequidici sunt qui singulis propositionibus antithetas apparant dictiones, ut

alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

albis enim nigra opposuit, ligustris autem vaccinia tribuit et cadentibus legenda adsignavit. teretes sunt qui volubilem et cohaerentem continuant dictionem, ut

torva Mimalloniis inflatur tibia bombis.

sonores sunt qui crepitant pronuntiatione fragosa et exultantem informant dictionem, ut

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro
increpuit

et

quadripedante putrem sonitu quatit ungula campum.

vocales sunt qui alte producta elocutione sonantibus litteris universam dictionem inlustrant, ut est illud Paconianum, |

1 depresso] *Verg. georg.* I 45   3 asyndetus *ABM*   5 tectum] *Verg. Aen.* VII 170   6 nullis *BM*   8 urbe] *Verg. Aen.* VII 171   9 quinquipertes sunt *B* quinque partes sunt *AM*   11 ora] *Verg. Aen.* XII 373   14 fida] foede *m* fido *Putschius*   15 fistularis *BM*   16 ducuntur ς dicuntur *ABM*   Homericus] *Il.* Γ 182   17 omacara-tride mirigene solbioedemon *M* omacura tridemyrigene solbi eo demon *A* oma ca tride mirigenes olibi. ae demon *B*   18 aequidicti *A*   dictionis ut *B* dictioni sicut *M*   19 alba] *Verg. bucol.* 2, 18   baccinia *ABM*   20 baccinia *ABM*   23 torma lumi malloniis *corr.* torna malloniis *M. cf. Pers.* 1, 29 torva Mimalloneis inplerunt cornua bombis   mimallonis *B*   24 pronuntiatione fragosa ς pronuntiationem fragosam *ABM*   26 ad *BM*. *Verg. Aen.* VIIII 503   terribili sonitu ς sonitus *B*   27 increbuit *B*   29 quadripedante] *Verg. Aen.* VIII 596   30 alte productae (producte *A*) locutione *AB* alta producta loquutione *M*   31 illud *M* illum *AB*   Paconianum Eoo Oceano *conierit Hauptius* paconia non meo oceano *ABM* Pacuvii omnem non meo oceano ς: *unde inter Pacuvii fragmenta versus recepit H. Stephanus fragm. poet. vet. Lat. p.* 257; *Varronis Atacini chorographiae propter argumenti similitudinem tribuit Scaliger catal. vet. poet. p.* 245, *quem secuti sunt Burmannus anthol. Lat.* II *p.* 336 *et Wernsdorfius poet. Lat. min.* V *p.* 1406. *Caesarius*

Eoo Oceano Hyperion fulgurat Euro,
Arctoo plaustro Boreas bacchatur aheno,
Hesperio Zephyro Orion volvitur * [austro],
fulva Paraetonio vaga Cynthia proruit Austro.

De inprobatis vero versibus varia traduntur. mutili vel trunci sunt qui in || principio amputantur et litteram vel syllabam amittunt vel tempore deficiunt; Graece dicuntur ἀκέφαλοι, quale est

fluviorum rex Eridanus;

item Homericus ille,

ἐπεὶ δὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

versus in media parte exiles vel hiulci Graece vocantur λαγαροί, qualis est item Homericus

βῆν δ' εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα.

eaudes sunt qui in ultima conclusione oratiuncula vel syllaba fraudantur vel tempore deficiunt; Graece μείουροι vel σκάζοντες vocantur, ut est

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

fragosi sunt qui inlevigato et incondito sono variantur. | fluxi sunt qui soluto modo et uberi metro vacillanter quatiuntur.

DE QVALITATE METRI

Qualitas metri est qua intellegimus utrum principale sit metrum an derivativum, hoc est finitae an infinitae *qualitatis*. finita est quae statuto pedum convenientium modo, numero etiam syllabarum definito quoad protendi debeat, multiformis structurae conversione decurrit, ut esse in omni principali forma cognoscimus. infinita est in derivativis, quae metrum servat et numerum syllabarum non servat uni structurae adnexa, aut nec metrum nec numerum syllabarum servat sed structurae unitati deservit,

omissis Paconii versibus exemplum Vergilii substituit ita, illud Vergilii (*Aen.* III 570): Portus ab accessu uentorum inmotus et ingens. Ipse sed horrificis iuxta sonat Aetna ruinis. et totus deinde locus ille 1 omninomo oceano *Stephanus:* Memnonio *coniecit Isaacus Vossius in Catull. p.* 271 omniuago *Burmannus* fulgorat euro *M* fulgora teuro *A* fulgorat eruro *B* fulgurat citro ς 2 Arctoo *I. Vossius* arcto *AM* acto *B* arrepto ς Arctaeo *Stephanus* Actaeo *Wernsdorfius* plastro *BM* aheno *Stephanus* rheno *AM* reno *B* ab Aeno *Scaliger* ab Haemo *Burmannus* 3 hesperio *A* spereo *BM* zefyro *A:* zephyro sed Orion *Stephanus:* zephyron sed Orion uoluit ab astro *coniecit Burmannus* austro *B* austrum *M* Istro *Scaliger* haustro *I. Vossius: fortasse* udus *vel* ingens. *nam* austro *de exitu sequentis versus inlatum esse videtur* 4 fulva Paraetonio *Achilles Statius in Catull.* 64, 9 *p.* 252 fuluaretonio *A* fulua aretonen *B* fulua aretoneñ *M* fuluo arettonio ς fuluo aerique Noto *Stephanus* chynthia *M* chynthya *B* cythia *A* atro *Stephanus* Afro *Scaliger* 5 mutili *A* multiles *BM* 7 acefali *A* acaefale *BM* 8 fluviorum] *Verg. georg.* I 482 9 Homericus] *Il.* Ψ 2 10 epideneas tece (epiden astece *B*) ellespontoni kouto *ABM* 11 lagaroe *B* lagaro ē *M* lagroe est *A* 12 Homericus] *Od.* K 60 13 bendeis eolunclyta (eo luclita *B* eum luclyta *M*) domata *ABM* 15 miuri *AB* muri *M* scazontes *A* scanzontes *BM* 16 troes de erriges anoposi (anopusi *BM*) douco lonofiu (lonofim *A*) *ABM*. *Il.* M 208 18 uacillantes ς 21 diriuatum *M* qualitatis *om.* *ABM* 24 diriuatiuis *M* 26 unitate *ABM* mutatae ς

aut diversis versibus et metris constructa a tertio versu vel quarto convaluit. metrum servat et numerum syllabarum non servat, ut in Glyconio vel Pherecratio, quae metra dactylici imaginem habent, sed pedum minore numero concluduntur. at vero nec metrum servat nec numerum syllabarum, ut in Sapphico hendecasyllabo, in quo contrarios pedes unum in versum coniungit. item diversis versibus et metris a tertio versu vel quarto strophen revocat, ut in Ho|ratio Alcaica illa tria vel Asclepiadium et Glyconium et Pherecratium coniunctum videmus.

DE METRORVM SPECIE

Species metri sunt duae, finita et infinita. || finita est qua intellegimus utrum principale sit metrum an derivativum. principale est quod ipsum ex se formatum est et sua lege, non adsumpta, decurrit, et est finita in omnibus metris principalibus. derivativum quod ex principali originem ducit, et est in omnibus derivativis infinita species.

DE FORMIS PRINCIPALIVM METRORVM

Formae principalium metrorum secundum antiquitatis rationem generalissimae duae sunt inventae, dactylica et iambica. his etiam, ut aliorum probat auctoritas, accedunt aliae septem hae, trochaica, anapaestica, antispastica, choriambica, duae ionicae, paeonica, quam plerique rythmicam esse dixerunt. quarum additione vel inminutione reliquae species varie contextae derivantur. et aut a pedum quantitate quaedam nominantur, ut est epos hexametrum; alia a pedum praecipua structura, ut anapaestica trochaica iambica; | alia *a* synzugiae quantitate, ut est trimetrum tetrametrum; alia a numero syllabarum, ut est Sapphicum hendecasyllabum et heccedecasyllabum; alia ab inventoribus, ut est Sapphicum Alcaicum; alia ab iis qui frequentes in illis fuerunt, ut sunt Aristophania Archebulia Phalaecia Asclepiadia Glyconia, quae quidem infinitum possunt variari beneficio rythmorum, quorum velut fuit conpositio.

DE MODIS METRORVM

Modi metrici sunt sex, *κατὰ στίχον* definitivus vel principalis, *συστηματικός* conpositus, *ἀσυνάρτητος* inconpositus, *συγκεχυμένος* confusus, *συνεζευγμένος* coniunctus, *παραγωγός* derivativus. definitivus vel princi-

1 constructa a ς constructam a *BM* constructam at *A* convaluit *A* conuoluit *BM* cum uoluit ς, *quod ita verum esse potest ut exciderint quae infra 7 addita sunt,* strophen revocat 2 ut in glicinio *B* uti glicinio *AM* 5 endecasyllabo *a* eccedecasyllabo *A* eccedecasyllabus *M* eccedasyllabus *B* contrarius *BM* uni in uersu *BM* uni uersu *A* in uno uersu ς. *fortasse* unus versus coniungit 8 coniuncta ς 11 dirinatiuum *M* 13 dirinatiuum *M* 18 antispatica *AB*, *om. M* 19 poeonica *BM* poeonico *A* 20 uariae *ABM* 23 a *ante* synzugiae *om. ABM* 26 frequenter *BM* 30 catasticos *ABM* systhematicos *M* sisthematicos *A* syrtematicos *B* 31 asinarthtos *AM* asinarhtos *B* sinecchymenos *A* synecchimenos *B* synecchymenus *M* 32 sinezeumenos *ABM* paragogon *B* peragogon *A* paragogen *M* deriuatiuum *AB* diriuatiuum *M*

palis est legitimorum metrorum ordo. conpositus constat ex legitimo versu et eiusdem legitimi medietate isdem pedibus. ‖ inconpositus est [peregrinis pedibus versus ornatus], cum fuerit alius versus medius, secutus trimeter heroicus. | confusus est ex peregrinis pedibus versus ordinatus. coniunctus est, quando ex duobus metris versus ordinatur, ut heroicus et iambicus. *

DE SPECIE CARMINVM

Species carminum sunt quattuor, acatalecta catalectica hypercatalecta brachycatalecta. acatalecta est integer versus singulorum metrorum. catalectica est versus minus habens metricae constitutionis. hypercatalecta est super principium versus syllabam plus habens. brachycatalecta pedem plus habet quam poscit pedum dispositio.

DE QVALITATE CARMINVM

Qualitates carminum sunt sex, heroica comica tragica melica satyrica dithyrambica.

DE PEDVM REGIONE

Regiones pedum sunt quinque, thesis arsis basis synzugia dipodia. hae sic ordinantur. thesis in disyllabis constat, arsis in trisyllabis, basis synzugia dipodia in tetrasyllabis constat; sed basis in epitritis et paeonibus fit, synzugia *in* contrariis, sed dipodia *in* paribus.

Haec interim, quantum ad simplicem cognitionem | spectat, prudentiae tuae sensibus explanasse sufficiat. cetera vero metra, quae sunt tortuosis obscuritatibus implicata ac multarum rerum diversitate perplexa, oportunis temporibus ac certis rationibus edocebo. quae quidem omnia siquis profundis sensibus intimarit ac sincera mentis intentione perspexerit et conpetenti studio diligentiaque servarit, non tantum ipse in pangen‖da versificatione pollebit verum etiam de aliorum carminibus, quotiens libitum fuerit, iustis rationibus et inreprehensibili sententia iudicabit, quae metra quibus pedibus regantur.

DE ELEGIO PENTAMETRO

Elegium metrum binis versibus constat, hexametro heroo et ei subiuncto quinario. prior pedes heroi recipit, posterior pentameter, id est quinarius, scanditur duabus semiquinariis, id est ut posterior tome duos

2 et] ut *AM* aut *B* incompositum *A* 3 ordinatus ς 4 ordinatus *Putschius* ornatus *ABM*, *om.* ς coniunctus est quando ex duobus metris uersus ornatus coniunctus est quando ex duobus metris uersus ordinatus *M* 5 *lacunam qua modi derivativi definitio excidit indicavi* 7 acatalecta *AM* accatalectica *B* ypercataleeta *M* hypercatalectica *B* ypercalalectica *A* 10 principium *BMa* principum *A*: praecipuum uersum *Buschius* syllabam ς syllabarum *ABM* pedem minus habet *Buschius* 13 satirica *A* 17 dissyllabis *AM* 19 in *ante* contrariis *et ante* paribus *om.* *ABM* 20 Haec — 28 regantur *Diom.* *p.* 469 25 diligentiaeque *BM* diligentiae quae *A* 29 ELEGO *ABM*: *cf.* *Frank. Callin.* *p.* 34 30 Elegium *M* Elegi *AB* 31 recepit *AM* pentametre *B* pentametri ς 32 scanditur ut duae semiquinariae ita ut posterius comma ς diabus *B* dua *AM* semiquinaris *AB* est *om.* *AM* tome] comma *ABM*

dactylos habeat et semipedem, quod genus scansionis est usitatius. alii vero sic scandunt: feritur quinquies, in primis duabus gressionibus admittit dactylum et spondeum tam in vicem inter se conpositos quam sese iterantes, pro ut ratio postulaverit; tertiam regionem sine dubio perpetuo spondeus debet habere. et si memorati pedis brevem priorem syl|labam pro longa positam inveneris, quod raro fit, ne te moveat. potest enim haec esse communis, quia pars orationis finitur. duobus anapaestis terminatur.

De eodem aliter. Pentametrum elegeum constat ex duabus semiquinariis, id est ut posterior tome duos dactylos habeat et semipedem. quidam vero sic scandunt: tertium pedem spondeum faciunt, ut duo anapaesti sequantur, propter quod oportet semipedem prioris tomes longam esse. alii vero, quia duo commata esse dixerunt, voluerunt brevem esse et prioris tomes semipedem, quia novissima semper indifferens est, atque hoc utuntur exemplo,

hoc mihi tam grande munus habere datur,

id est ut semipes partem orationis videatur implere. nam talis pentameter vitiosus erit,

inter nostros gentilis oberrat equus.

sed et hoc accipiendum est, quod *non tantum* geminum comma, id est elegus, hexametro subiungitur sed, ut Archilochus invenit, et dactylica tome. | ||

DE IAMBICO

Versus ternarius iambicus, quo tragoediae et comoediae scribuntur, ipso iugiter iambo et sine auxilio pedis alterius constat, a quo nominatur. sed varietatis causa recipit dactylum spondeum anapaestum tribrachyn. fiunt itaque numero quinque, qui convenienter, pro ut ratio postulaverit, inter se variantur: sed in sinistris pedibus ipsum debet recipere iambum aut tribrachyn aut pyrrichium, quarta tamen regione ipsum perpetuo dominum; in dextris quem libet, ut fors obtulerit, de supra memoratis. in comoediis vero latius funditur et, licet currit sic uti in tragoediis senarius iambicus, tamen recipit pedes spondium dactylum anapaestum proceleumaticum tribrachyn pyrrichium et ipsum dominum iambum; sed in dextris

3 quam se iterantes *codex Scioppii susp. lect.* V 18 7 quia *Santenius in Terentian. Maur. p.* 291 qua *ABM et codex Scioppii* 9 Pentametrum — 22 tome *Terentian. Maur. p.* 1721 *sqq.* elegium *M* 10 est *om. AM* posterior tome *Gaisfordius* posterior comma *ABM* posterius comma ς 12 sequantur *AM* consequentur *B* 14 indiferens *ABM* adque *A* 16 hoc — datur *om. ABM, addidi ex Terentian. Maur.* 1780: illo quod subiit Aesone natus opus *substituit Buschius* 17 id est *B* id *A* ad *M* semipes *AB* semipedes *M* semper ς 19 inter — equus *om. ABM, addidi ex Terentian. Maur.* 1788: haec nostrae quoque sententia mentis erat *substituit Buschius* 20 non tantum *om. ABM, addidi ex Terentian. Maur.* 1801 21 elegis *B* archilocus *AM* archilocis *B* 25 ipsi iugiter *ABM* ipso iungitur ς 26 recepit *AM* 28 inter se *B* in se *AM* 30 in dextris ς in dextri *ABM* fors ς fores *A* fros *B* foys *M* 32 iambicus ς iambus *ABM* recepit *AM* 33 dexteris *AB*

pedibus in comoedia quemcumque ex his, in sinistris tribrachyn et pyrrichium et se ipsum; aliquando in secundo et sexto loco et anapaestum et proceleumaticum. quarto vero aut ipse aut proceleumaticus esse debet, magis, in quantum potest, ipse. catalexin facit in bacchio. feritur quoque senarius iambicus conbinatis pedibus ter et singulis conbinationibus praeponitur qui libet pes de supra memoratis quinque pedibus. item subiungitur unus | sine dubio ex tribus his, id est tribrachys vel anapaestus vel ipse dominus. non numquam etiam pyrrichium admittit, quia novissima metri syllaba indifferenter ponitur. ex hoc utique derivatur choliambus, in fine clodicans, quoniam expulso pyrrichio versa vice spondeus interpositus utpote contrarius adversarii crura frangit. saepius autem tertiae conbinationis secundo pede invenitur communis syllaba, quae excipitur a duabus consonantibus, quarum prior sit muta, sequens liquida. sane huic metro ternario si accesserit quarta dipodia, fit versus quadratus, qui per conbinationem quater feritur, eosdem recipiens pedes quos iambicus ternarius, aeque tragoediae comoediaeque conveniens; et habet vero in se catalecti||cum et acatalectum. in hoc metro tam inseritur in fine pariambus quam excluditur choriambus.

DE TROCHAICO

Trochaicum metrum recipit pedes quinque, dactylum spondeum anapaestum tribrachyn trochaeum, a quo nominatur. in triplicem autem feritur dipodian, et uni cuique sine dubio pedes tam praeponuntur hi, trochaeus dactylus tribrachys, quam subiungitur qui libet de supra memoratis quinque pedibus. catalexin facit aut in amphimacro aut in epitrito quarto. | hoc autem metrum ab iambico distat, quod in illo conbinatis pedibus, id est singulis conbinationibus, praeponitur qui libet pes de supra memoratis quinque pedibus et subiungitur unus de tribus qui ex brevi constant, in trochaico vero versa vice trinae conbinationi praeponitur unus de tribus et item subiungitur qui libet de quinque pedibus.

DE ANAPAESTICO

Anapaesticum metrum est quod aut solo ipso anapaesto constat aut adiunctis cum eo, pro ut fors tulerit, spondio tribracho dactylo. sed dactylum numquam recipit nisi in dextris pedibus vel quemque ex illis aliis; in sinistris vero quem libet ex tribus, pro ut res exegerit, extra dactylum, spondeum tribrachyn anapaestum. hoc metrum catalexin facit aut *in* ionico ἀπὸ μείζονος aut ἀπὸ ἐλάσσονος aut in molosso * aut in paeone quarto aut

1 tribrachys *B* tribrachis *AM* 15 iambicus ς iambus *ABM* 17 et acatalecticum *ABM* 20 recepit *AM* 24 catalexon *BM* cathalexon *A* *fortasse* in paeone quarto 25 iambico ς iambo *ABM* id est *om. codex Scioppii susp. lect.* V 20 28 combinatione (*corr.* -ni) *A* conbinatione *BM* praeponitur *AM* componitur *B* 31 soli ipso *ABM* ipso solo ς 32 fors *AM* fros *B* tribrachio *M* tribracchio *A* tribrachyo *B* 33 recepit *A* dexteris *AB* 35 in *ante* ionico *om. ABM* 36 apo mizonos aut apelassonos (poelassonos *A*) *AB* apomizonus autapo elassonus *M* *lacunam, qua bacchii ex duabus longis et brevi qui dicitur p.* 512 *memoria excidisse videtur, indicavi* *fortasse* in paeone tertio

in choriambo. scire debemus tum demum in ultimo trisyllabos hoc metrum admittere, cum in paenultimo loco spondeum habet.

Alii de eodem sic. anapaesticum metrum recipit pedes quattuor, dactylum spondeum proceleumati|cum anapaestum, a quo nomen meruit. horum conpositio frequens est anapaesto, per quem plurimum constat; sed dactylum in dextris pedibus tantum habet vel quem libet ex aliis, in sinistris vero extra dactylum quem libet ex tri||bus, pro ut res exegerit, id est spondeum, tribrachyn, ipsum dominum. a dimetro autem in tetrametrum ampliatur. *praeponitur* autem tam dactylus perpetuo dexter et tres alii quam subiungitur unus qui libet ex tribus. huius clausula spondeo et dactylo terminatur.

DE ANTISPASTICO

Antispasticum metrum conponitur antispasto, admittit autem et iambicam basin per synpathian. et prima quidem regio primae gressionis antispasticae magnitudinis omni genere a poetis movetur. longiatur autem a dimetro usque pentametrum. perfectissimum autem est heccedecasyllabon Sapphicum, et hoc quidem acatalectum est et habet novissimam basin iambicam. tetrametrum autem catalecticum | perfectissimum est quod appellatur Priapium, quod πολυειδές admittit.

DE CHORIAMBICO

Choriambicum metrum constat choriambo pede quadrato, a quo nomen sumpsit. a dimetro autem in tetrametrum longiatur. feritur per dipodian quater, in qua antecedit trochaeus, sequitur iambus, sed interdum priore trochaei syllaba in duas breves resoluta tribrachyn admittit. mediae duae quoque dipodiae iambicae optime ponuntur; quartae clausula, id est ultimus pes, aut bacchio aut amphibracho terminatur, vel potius iambica dipodia conlocatur, in qua antecedit anapaestus, sequitur *una syllaba*.

DE IONICO MAIORE.

Ionicus maior constat homonymo pede, admittit autem κατὰ συμπάθειαν basin trochaicen. et huius metri primae gressionis prima regio multiformiter variatur et brachycatalecton desiderat. a dimetro in tetrametrum longiatur.

1 trysyllabus *A* trisyllabum ς 3 recepit *AM* 5 est cum anapaesto ς 7 exigerit *M* egerit *A* 9 praeponitur *om. ABM* 12 DE ANTISPASTO *ABM* 15 longeatur *M* 18 tetrametrum autem catalecticum *Caesarius* tetrametri autem catalectici *ABM* 19 priepium *BMa* prieprium *A* πολυειδές] plyida *AM* plyidam *B* 25 clausula *M* clausulae *AB* 26 ultimum *AM* amphibracho] tribracho *M* tribraccho *B* tribacho *A: cf. Diom. p.* 509 *Mar. Victorin. p.* 2532
27 anapaestus SEQUITUR DE IONICO MAIORE *ABM*. sequitur una syllaba *scripsi, ut intellegeretur de eo choriambicorum versuum exitu, quem dactylicum finem dicit Mallius Theodorus p.* 44 *hoc posito exemplo*, celsus equo Phoenicia veste nitens ibat Arion
29 Ionica *ABM* cata synpathyan basen trochecen (troceuen *M*) *BM* cata synpathiando asen trochecen *A*

DE IONICO MINORE

Ionicus quoque minor constat ex homonyma dipodia, in qua antecedit || pyrrichius, sequitur spondeus, vel anapaestus et pyrrichius. non numquam etiam *κατὰ συναίρεσιν* brevium syllabarum molossus interponitur. et | in dimetris quidem, cum prior basis pentasemos fuerit, id est temporum quinque, erit sine dubio secunda heptasemos, id est temporum septem. a dimetro in trimetrum ampliatur.

DE PAEONICO

Paeonicum metrum, quod plerique rythmicum esse dixerunt, constat priore paeone, admittit vero et quartum et creticum et bacchium a brevi qui est. a dimetro *in tetrametrum longiatur.* hoc ἐν παραβάσει Aristophanes conposuisse creditur. elegantissimum est igitur, cum per singulos pedes pars orationis impleatur.

DE VERSVVM GENERIBVS

Versuum genera praecipua sunt quinque. aut enim dimetri sunt aut trimetri aut tetrametri aut pentametri aut hexametri. sed singulorum plurimae sunt species.

De dimetro. Dimeter [est] ex inferiore parte hexametri, qui habet dactylum et spondeum vel trochaeum. huius exemplum est in Horatio tale,

terruit urbem;

quale illud est,

primus ab oris.

De trimetro. Trimeter herous ex inferiore parte hexametri. huius exemplum est tale, |

iam vaga tollere Phoebus
lumina destinat ortu.

De tetrametro. Tetrameter herous ex inferiore parte. cuius exemplum est tale,

fulmina nubibus obvia torques.

De pentametro heroo. Pentameter herous ex inferiore parte. huius exemplum est ||

sparsaque luminibus polus indicat astra.

haec incisa dicuntur, id est commata. et quaedam ex inferiore parte hexametri detracta possunt videri de superiore eiusdem parte desecta.

2 omonymia (omonimia *B*) dipodiae *ABM* 4 cata synceresin *AM* catasimeresin *B* 11 a dimetri hoc enparabase arestofanes *B* adimetri. hoc en parabasear. ostofanes *M* admetri hocen parabasear estfanes *A* 18 inferiori *ABM* 19 in Horatio] *carm.* I 2, 4 23 primus] *Verg. Aen.* I 1 24 inferiori (*corr.* -re) *A* 26 iam — 29 tale *om. M et ed. princ. lacunam ita supplevit Buschius*, praemia magna petuntur. Tetrameter heroicus ex inferiori parte hexametri. huius exemplum est. Fulmina *sqq.* naca *A* 28 inferiori *A* 31 inferiori *A* 33 sparsaque ϛ sparsa aqua *ABM* polus *AM* populus *B* 34 inferiori *A*

De pentametro elegiaco. Pentameter elegiacus, cuius exemplum est

candida caeruleo nata Venus pelago.

hic constat ex duobus principiis hexametri. recipit in imo duo anapaestos vel certe novissimum tribrachyn praedicta ratione ultimarum syllabarum.

De iambico comico. Iambicus qui verus est constat ex omnibus iambis, ut

anus virente secta pinus in Crago. |

hic recipit spondeos vel alios sui generis pedes, id est totidem temporum, etsi non totidem syllabarum, recipit, inquam, spondeos, sed primo et tertio et quinto loco, ultimo autem aliquando pariambum.

De iambico tragico. Iambicus tragicus. hic, ut gravior iuxta materiae pondus esset, semper quinto loco spondeum recipit. aliter enim esse non potest tragicus. cetera ratio superioris iambici in hoc observanda est.

De iambico scazonte. Iambicus scazon idem Hipponacteus ab auctore dicitur fere similis superioribus, nisi quod in imo habet spondeum. huius exemplum est

ligare guttur pendulo cavum vinclo.

De iambico Archilochio. Iambicus colobus Archilochius. hic de vero iambico syllaba extrema detracta factus est, et est eius exemplum in Horatio tale,

trahuntque siccas machinae carinas.

si esset carinulas, esset iambicus verus. ||

De trochaico. Trochaicus idem septenarius et quadratus. hic si | verus est, omnes septem trochaeos habet et semipedem, id est unam syllabam, cuius exemplum tale est,

inmerens anus virente secta pinus in Crago.

hic fit cum ad iambici veri principium additur pes trisyllabus amphimacrus. hic recipit pedes sui generis, quam rem de iambico diximus.

De trochaico Hipponacteo. * fit trochaicus Hipponacteus, quoniam iambico cognatus est. huius exemplum est

festa dies amoene luce praepotens salve.

hoc sic est ut si facias tale,

Socrates ligare guttur pendulo cavum vinclo.

quos autem pedes recipit ex superioribus lique fiet.

3 recepit *AM* 5 uerus *B* uersus *AM* 7 pinsin grago *ABM* pinus in agro *ed. princ.* pinus ex agro *Buschius* 8 recepit *AM* 9 recepit *AM* 12 recepit *A* 14 idem *BM* id est *A* 17 pendula *M* 19 in Horatio] *carm.* I 4, 2 22 uerus *BM* uersus *A* 23 senarius *ABM* hic si uersus *A* hic seuerus *B* hic uerus *M* 26 grago *ABM* 27 ueri *Ba* uiri *AM* 28 recepit *AM* quam rem] qua ratione ς diximus fit trochaicus *BM et in litura A omisso titulo quem addidi. praeterea in lacuna quam indicavi excidisse videntur quaedam, quibus quem ad modum trochaicus Hipponacteus cum tetrametro iambico clodo, quem dicit Plotius p. 2645 sq., cohaereret explicatum erat* 31 festi *ABM* feste ς amoena *AM* amenia *B* 33 Socratis ligate ς canum ς 34 recepit *AM* liquet fiet de trochaico colobo (colouo *A*) si *AB* liquefiet detraachco colobo. si *M. lacuna quam indicavi excidisse videntur quaedam, quibus ex iambico colobo Archilochio anteposito amphimacro fieri trochaicum colobum dictum fuit*

De trochaico colobo. * si dicam

Socrates trahuntque siccas machinae carinas.

et hic recipit trochaeos et ceteros sui generis pedes et in imo spondeum vel trochaeum.

De Asclepiadeo. Asclepiadeum ab auctore dictum, cuius exemplum est

Maecenas atavis edite regibus.

hic potest, unde ortus est, ad pentametrum elegiacum redigi addita una syllaba sic,

Maecenas atavis edite remigibus.

quod tale est quale illud supra, |

candida caeruleo nata Venus pelago.

potest Asclepiadeus ab hexametro nasci detracto in mediis partibus disyllabo verbo et *in* ultimis, ut si dicas

nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris,
nimborum in patriam feta furentibus;

aut illud

avolsumque humeris caput et ***sine*** nomine corpus,
avolsumque humeris et sine nomine.

rursus illi Asclepiadeo adde disyllabum verbum in medio et in imo, facies hexametrum sic,

Maecenas atavis ades edite regibus olim.

De hendecasyllabo Sapphico. Hendecasyllabum Sapphicum Sappho poetria invenit. exemplum huius tale est,

iam satis terris nivis atque dirae.

superior pars ex trochaico est. nam || si haec verba 'iam satis terris' suppleas, facies integrum trochaicum sic,

iam satis terris virente secta pinus in Crago.

inferior autem, verba haec 'nivis atque dirae', de principio iambici sunt. denique additis quae desunt iambicus poterit inpleri sic,

nivis atque dirae secta pinus in Crago.

haec metra quae ex commatibus constant, unde partes habent, inde et pedes sumunt. |

De choriambico. Choriambicus est qui constat choriambo pede, qui est ex longa et duabus brevibus et longa. huius exemplum est

ergo ades huc ambrosia de Veneris palude.

est in Horatio tale,

hoc deos vere Sybarin quid properas amando.

3 recepit *AM* trochaeos set *B* trochaeos sed *AM* 6 Maecenas] *Horat. carm.* I 1, 1 atavis] stabis *ABM* 9 mecena stabis *ABM* 11 nata] uecta ς 12 dissyllabo *ABM* 13 in *om. ABM* dicas nymborum (nymbrorum *M*) in patriam l. f. f. a. (a *om. A*) aut illud auolsumque (auulsumque *M*) h. c. e. n. c. Rursus *ABM*. *Verg. Aen.* I 51 II 558 21 atabis *ABM* 24 iam] *Horat. carm.* I 2, 1 adquae *A* 27 grago *AM* graco *B* 28 niuis grago atque (adque *A*) dirae *ABM* 30 adque *A* grago *ABM* 33 choriambico pede *ABM* 35 adest *BM corr.* ades *A* 36 in Horatio] *carm.* I 8, 2

recipit hic in imo vel palimbacchium pedem, qui est ex brevi et duabus longis, vel amphibrachyn, qui est ex brevi et longa et brevi.

De Archilochio. Archilochium de proximo superiore praecisum est huius modi,

Lydia dic per omnes.

hoc tale est quale si facias

cur properes amando.

quod magis apparebit unde sit sectum, si sic iungas,

hoc deos vere Sybarin Lydia dic per omnes.

sic enim integer est choriambicus.

De hendecasyllabo Phalaecio. Hendecasyllabum Phalaecium a Phalaeco inventum tale est,

vidi credite per lacus Lucrinos. |

huius pars prior de hexametro est, quam supplebimus sic,

vidi credite per liquidos Nereida fluctus.

posterior autem pars de principio iambici est, quam si suppleamus, integrum iambicum faciemus sic,

lacus Lucrinos inter alta navium.

Anacreontius in Horatio talis est,

sic te diva potens Cypri.

praecisus hic est de proximo superiore hendecasyllabo et tale est quale illud,

vidi credite per lacus.

rursus hendecasyllabos ex isto superiore potest *fieri sic*,

sic te diva potens Cypri Lucrinos.

ergo apparet tris syllabas hendecasyl||labo esse *de*tractas, ut Anacreontius fieret.

Archilochium aliud in Horatio tale est,

solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni.

hoc ut fieret, indita est hexametro syllaba ante duas ultimas. denique si eam detrahas, facies hexametrum sic,

solvitur acris hiems grata vice veris et oni.

Alcaicum ab Alcaeo inventum in Horatio tale est,

vides ut alta stet nive candidum.

hoc ex duobus commatibus constat. nam superius illud | 'vides ut alta' tale est quale illud in iambico 'ibis Liburnis'; inferius illud 'stet nive candidum' tale est quale illud in Asclepiadeo 'edite regibus'.

1 recepit *AM* 5 Lydia] *Horat. carm.* I 8, 1 per *AM* ad *B* 7 properas *M* 9 deos uere *AB* destruere *M* 10 choriambus *ABM* 11 falecium a falecco *ABM* 13 lacos *BM* 15 nereida ς nereidas *ABM* 16 integram *AB* 18 lacos *B* 19 in Horatio] *carm.* I 3, 1 20 patens *ABM* 23 fieri sic *om. ABM:* fieri potest ς 25 trisyllabus *AM* trisyllabos *aB* trisyllabum ς esse tractas *ABM* esse detractum ς 27 in Horatio] *carm.* I 4, 1 28 hiemps *AM* hyemps *B* 31 hiemps *AM* hyemps *B* et oni *in codicibus Marii Victorini est p.* 2613, *ex emendatione Camerarii ib. p.* 2565 et fauoni *ABM* et anni *Buschius ex Atil. Fortunat. p.* 2702 32 in Horatio] *carm.* I 9, 1 34 alte *B* 35 lybirnis *B* lybernis *A* lyuirnis *M*

Alcaicum aliud in Horatio tale est,

pones iam*bis* sive flamma.

hic si addas verbum torrida, erit plenus iambicus sic,

pones iambis sive flamma torrida.

ergo apparet hoc Alcaicum ab iambico esse praecisum.

Alcaicum aliud in Horatio tale est,

usque meis pluviosque ventos.

ut hic fieret, hexametri ultra medium *sex syllabae* exectae sunt; quas si velis reddere, supplebis hexametrum sic,

usque meis pluviosque rapaci turbine ventos.

Archilochium aliud in Horatio tale est,

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

huic tolle duo verba disyllaba iuxta principium, facies Asclepiadeum sic,

nullam vite prius severis arborem.

hoc enim tale est quale illud, |

Maecenas atavis edite regibus.

ergo apparet quid Archilochus interposuerit.

Anacreontium dimetrum ex Archilochio huius modi est,

capiunt feras et aptant.

hoc tale est quale illud,

vice veris et Favoni.

Glyconium ex iambico dimetrum in Horatio tale est,

non ebur neque aureum.

hoc ex inferiore iambici parte praecisum est. nam si reddas ei principia, supplebis iambicum sic,

ibis Liburnis non ebur neque aureum.

Ionicus *ἀπ' ἐλάσσονος* dicitur, quia hic pes constat ex duabus brevibus et duabus longis. huius exemplum in Horatio

miserarum est neque amori dare ludum.

Ionicus *ἀπὸ μείζονος* superiori contrarius. nam ex duabus longis et duabus brevibus || constat, cuius exemplum

Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse.

hic et Sotadeus vocatur, quia Sotades eo plurimum usus est.

Archilochium ex iambici parte priori in Horatio tale est,

ut prisca gens mortalium.

1 in Horatio] *carm.* I 16, 3   2 iambis] iam *ABM*   3 uerbum ς uerba *ABM*   6 in Horatio] *carm.* I 17, 4   8 hic ne fieret hexameter ultra medium duae dictiones exceptae sunt ς   sex syllabae *om.* *ABM*   exacctae *B*   11 in Horatio] *carm.* I 18, 1   12 uere sacratae prius *B*   arbores *B*   16 atabis *ABM*   17 quod archilocū *M*: quod Archilochus amputauerit dimetrum ex Archilochio, ut est *Caesarius*   18 Anacreontium *om.* *ABM*   22 Glycionium *M* Gletioninm *A* Glisionium *B*   in Horatio] *carm.* II 18, 1   23 aurum *ABM*   27 lybirnis *ABM*   aurum *ABM*   27 apelassonos *AB* appellassonos *M*   dicitur quia *B* dicitur qui *A* dicit qui *M*. *fortasse* dicitur hic pes qui   28 in Horatio] *carm.* III 12, 1   30 apomizonos *ABM*   32 obtime *BM*   34 in Horatio] *epod.* 2, 2

huic si inferiora restituas, quae Archilochus amputavit, facies iambicum plenum sic,

ut prisca *gens* mortalium vitam trahit. |

Archilochium aliud in Horatio tale est,

scribere versiculos amore percussum gravi.

satis apparet priorem partem hexametri esse, posteriorem ex iambico. nam illud 'scribere versiculos' tale est quale

arma virumque cano;

illud autem quod est 'amore percussum gravi' tale est quale

ut prisca gens mortalium.

de hoc supra dictum.

Archilochus ita metra consecuit ut et iambico detraheret *primam syllabam* et faceret versum talem,

Iuppiter salutis arbiter meae.

nam si dicas

o Iuppiter salutis arbiter meae,

erit iambicus plenus.

Anapaesticus, qui ex pedibus anapaestis constat, talis est in Sereno,

cede testula trita, sol occurrit tibi per speculum,
Panope.

hic recipit pedes sui generis, de qua re supra diximus. anapaestus autem fit ex duabus brevibus et longa.

Anapaesticum choricum habemus in Seneca,

audax nimium qui freta primus. |

admiscetur huic propter gratiam varietatis dimeter herous. nam tale est 'qui freta primus' quale

terruit urbem.

in cetero recipit hoc metrum spondeos et alios sui generis pedes.

Archilochus etiam de iambico colobo fecit comma tale,

huc ades, Lyaee.

quod tale est quale illud,

machinae carinas;

et potest suppleri iambicus colobus sic,

trahuntque siccas huc ades Lyaee.

Dimetrum heroum ex superiore parte hexametri factum est, ut sunt illa,

3 gens *om. ABM* 4 in Horatio] *epod.* 11, 2 5 percussum *BMa* percussus *A* perculsum ς 12 primam syllabam *om. ABM* 14 Iuppiter] *Mar. Victorin. p.* 2574 salutis *Ba* salustis *AM* 16 salutis *Ba* salustis *A* salustis salustis *M* 18 pedibus anapesti *ABM* 19 cede testula *A* cede celtula *B* caelo testula *M* surge age de culcitula *coniecit R. Merkelius* trita] irrita ς, *quod defendit Wernsdorfius poet. Lat. min.* II *p.* 285 sol occurrit *AM* solem curret *B* sol occurret *H. Stephanus poet. vet. Lat. fragm. p.* 420 per speculum *AM* prespechlum *B* 21 hoc *B* recepit *AM* 23 anapaesticum carmen habemus in Horatio ς in Seneca] *Med.* 310 24 nimium *Ba* uuium *M* unum *A* 27 terruit orbem *A. Horat. carm.* I 2, 4 29 archilochius *AM* 30 huc] *cf. Atil. Fortun. p.* 2672 lyae et *M* lyae *B* 34 liaee *M* lyae *B*

scribenti mihi
praemonstra dea.

hic enim duo pedes sunt de principio hexametri.

Sic et trimetrum ex superiore parte hexametri tale,

Musae Pierides novem.

sed hoc idem || Anacreontion est, de quo supra diximus. nam simile est illud quod posueramus exemplum,

s i c t e d i v a p o t e n s C y p r i.

Tetrametrum heroum ex superiore tale est,

optima mente tibi fero munera.

hic si addas duos pedes, id est 't e r r u i t u r b e m', hexameter inplebitur.

Pentameter quoque heroicus fit ex superiore parte hexametri sic, |

fontes et gelidi peragro vada fluminis.

hic perspicuum est unum pedem deesse quo minus sit plenus hexameter.

Heptametrum heroum fieri solere si dixero, ridiculum quibusdam videbitur, sed eius exemplum tale *invenitur*,

Clio cui dedit ingenium docile atque libidine vinctum.

Saturnium in honorem dei Naevius invenit addita una syllaba ad iambicum versum sic,

s u m m a s o p e s q u i r e g u m r e g i a s r e f r e g i t.

huic si demas ultimam syllabam, erit iambicus, de quo saepe memoratum est.

Angelicum metrum celeritate nuntiis aptum Stesichorus invenit. unam enim ultimam syllabam detraxit hexametro et fecit tale,

optima Calliope miranda poematibus.

restitue quam libet in ultimam syllabam, et inplebis hexametrum.

Priapeum, quo Vergilius in prolusionibus suis usus fuit, tale est,

incidi patulum in specum procumbente Priapo.

prius comma ex inferiore parte iambici supplebitur sic,

ibis Liburnis incidi patulum in specum. |

posterius comma ex inferiore parte hexametri supplebitur sic,

arma virumque cano qui procumbente Priapo.

Anapaesticum dimetrum fit incisione, cuius haec exempla sunt,

a g i t e o p e l a g i c u r s o r e s,
c u p i d a m i n p a t r i a m p o r t a t e.

sunt hic bini anapaesti aut qui recipi solent, in imo autem aut bacchius est, qui constat ex duabus longis et brevi, aut molossus, qui constat ex tribus longis. alienum autem pedem metra nisi recipiant, modus non facile

6 hoc *om.* *AM* 10 tibi *om.* *B* 11 orbem *A* exametri *ABM* 13 gelidi nada fluminis accolo ς 16 tale in elio *AM* tale in elyo *B* tale Clio ς 17 ingenium demente libidine iunctum. Venusinus inuenit addita syllaba ad iambicum sic, summus apex ς adque *A* 20 summas] *cf. Atil. Fortunat. p.* 2698 23 nuntiis ς nuptiis *ABM* 28 patulus *M* in *om.* *B* priape *A* 30 libyrnis *B* libirnis *M* lybyrnis *A* patulus *M* 34 o *om.* *M* 35 cupidi pateram ς 36 recepi *AM* 38 recipiantur *M* modos *B*. *fortasse* melos

finitur et magis rythmus est quam metron. et Varro dicit inter rythmum, qui Latine numerus vocatur, et metrum hoc interesse quod inter materiam et regulam.

Dimeter ex ionico Sotadico solet fieri || talis,

Venus ex marmore pulchro.

hoc tale est quale illud,

cole si vis bonus esse.

nam integri Sotadici dederamus exemplum tale,

Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse.

Proceleumaticum metrum est quale fecit Serenus,

animula miserula properiter abiit. |

hoc constat ex proceleumatico pede, qui est ex quattuor brevibus. in imo recipit trisyllabum pedem incertum quem, quia de ultima syllaba id varie observandum est quod supra dictum est.

Molossicum metrum mihi durissimum videtur. huius exemplum dat Caesius Bassus tale,

Romani victores Germanis devictis.

omnes longae sunt, quia molossus constat ex tribus longis. hunc sane versum simillimum puto illi hexametro qui spondiacus dicitur. nam et hic similiter duodecim syllabas longas habet.

Cretici versus hoc exemplum est,

alma lux roscida prima flamma nitens.

me sat est dixisse creticum constare ex longa et brevi et longa, qui idem amphimacros nominatur.

Antibacchius versus huius modi est,

mariti beati paremus nepotes.

huius facilis partitio, cum sciamus pedem ipsum constare ex brevi et duabus longis.

Bacchiacum metrum est tale,

laetare bacchare praesente Frontone.

hoc mihi videtur magis ad prosam convenire. et sane multis pedibus in oratione utimur, licet stulti | putent liberum a vinculis pedum sermonem prosae esse debere.

11 animalia in secula propter iter obiit ς anicula tenera propter iter obiit *H. Stephanus poet. vet. Lat. fragm. p.* 420. properiter. Catullus animula miserula properiter abit *Nonius p.* 517. *cf. Terentian. Maur.* 1464 *Mar. Victorin. p.* 2546. 2595 properiter abiit *Lachmannus Catull. fragm. p.* 79 propter iter obiit *codex Scioppii susp. lect.* V 22 propter iter obit *AM* propter iter robit *B.* properiter obiit *defendit Marklandus in Stat. silv.* II 1, 205 12 ex *priore loco om. AB* 13 recepit *AM* quem quidem in ultima syllaba uarium obseruandum esse supra ς quia] qui *ABM* uariae *AM* 16 Caesius ς celsius *ABM et codex Scioppii* 17 Romani Gallis deuictis sunt uictores ς diuictis *M* 19 illo *A* 25 eius modi *ABM* 26 paremus *ABM* parentes *m* 29 Bacchiacum — 33 debere *ex 'Fl. Sosipatro Charisio de numeris' adscripsit Rufinus de metr. com. p.* 2719 tale baccare praecinge frontem ς 30 frontone *Bam* frontonem *M* ferontonem *A*

Archebulium metrum, ubi hexametro prima syllaba ablata est et ab ultima tertia, et factum est tale,

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

restitue syllabas amputatas et implebis hexametrum sic,

nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit in herba.

Trimeter herous ex inferiore, supra quod dixi. sed hoc Serenus novum fecit hoc modo,

culicellus amasio Tulle.

hic praeposita est una syllaba. nam si esset tale,

cellus amasio Tulle,

manifeste tres pedes essent, quos habet pars posterior hexametri.

Galliambum metrum apud Maecenatem tale || est,

ades, inquit, o Cybebe fera montium dea.

superius comma quod est 'ades, inquit, o Cybebe', simile est illi,

vice veris et Favoni.

inferius comma superiori simile esset, nisi amisisset ultimam syllabam.

Galliambum aliud ex hoc ipso factum, et ei simillimum esset, nisi quod, ut enervatius fieret et mollius, secunda aut tertia ab ultima syllaba in duas breves geminata est, et factum tale,

latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

si esset sic 'comitum chorus volet', esset illi simile,

fera montium dea.

ceterum huic metro, quod enervatum diximus, simile est illud neotericum, quod est tale,

rutilos recide crines habitumque cape viri.

1 archibuleum *ABM* syllaba ς littera *ABM* 3 tibi] *Sereni versum esse suspicatur Wernsdorfius poet. Lat. min.* II *p.* 291 crescit haedus *et postea* crescit et haedus *de metro anapaestico dicentes habent Terentianus Maurus* 1915 *et Marius Victorinus p.* 2587, *quos secutus est Caesarius,* crescit herba *de metro Archebuleo idem Marius p.* 2582, crescit herba *et postea* crescit et herba *Atilius Fortunatianus p.* 2673 6 dixi sed ς dixisset *ABM* 8 culicellus *A et codex Scioppii susp. lect.* V 26 cusicellus *B* oculicellus *M*: tuli telus amisso tule. uide hic praeposita est una syllaba. nam si esset tale respuis amisso tule, manifeste ς amasie *M* acmasio *AB* acmassio *codex Scioppii* Tullae *coniecit Wernsdorfius poet. Lat. min.* II *p.* 285
9 hic — 10 Tulle *om. M et codex Scioppii* 10 cellus] cespius *AB* Thespius *Putschius.* cellus *scripsi, in quo una syllaba detracta esse dici potuit pro eo quod accuratius dictum est p.* 515 'una syllaba, immo duabus quae pro una sunt et semipedem faciunt' 11 quos ς quod *ABM* 12 Calliambum *ABM* apud Maecenatem] *cf. Atil. Fortunat. p.* 2677 13 ades *a et codex Scioppii* audes *ABM* inquid *ABM* o cybebae *A* o erbebae *B* clo (*vel* do) cybae bae *M* o cybele ς *et codex Scioppii* fera — 14 Cybebe *om.* ς: dea montigena dea *edidit Scaliger. vet. poet. catal. p.* 223, fera montivaga dea *coniecit H. Grotius apud Peerlkampium bibl. crit. nov.* IIII *p.* 175, dea montium age dea *Burmannus anthol. Lat.* I *p.* 53 14 ades *AB* audes *M* inquid *AM* cybebae *ABM* 17 Calliambum *M* Caliambum *A* Calliambus *B* facto et ei *BM* facito ex ei *A* factum ei ς 18 ut enernatius ς ut eneruatibus *M* utereruatibus *B* ute seruatibus *A* secundo *M*: secundo commate tertia *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p.* 375 20 latus *Atilius Fortunatianus l. c., qui Maecenati versum tribuit,* lacus *ABM* 22 fere montium dera *B*
25 caper *B*

hoc simile est illi de quo paulo antea disputavi, quod fuit tale,

latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

Septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus pes additur, et fit tale,

quid inmerentibus noces, quid invides amicis?

similis in Terentio versus est,

nam si remittent quippiam Philumenae dolores.

et in Plauto saepius tales reperiuntur.

Octonarius est, ut Varro dicit, cum duo iambi pedes iambico metro praeponuntur, et fit versus talis,

pater meus dicens docendo qui docet dicit docens.

tolle hinc primos duos iambos, et erit tale quale illud est, |

ibis Liburnis inter alta navium.

Trimeter herous ex superiore * iambico diximus. sed hoc Varro ab Archilocho auctum dicit adiuncta syllaba et factum tale,

omnipotente parente meo.

huic si auferas ultimam syllabam, erunt tales tres pedes quos prior pars hexametri recipere consuevit.

Archilochium Varro illud dicit quod est tale,

ex litoribus properantes navibus recedunt.

hic superius comma, quod est tale, '*ex litoribus properantes*', *simile est illi quod est tale,*

Troiae qui primus ab oris;

inferius comma, quod est tale, 'navibus recedunt', simile est illi quod est tale,

machinae carinas.

Dimetrum quoque quod est ex superi||ore parte hexametri Archilochus una syllaba auxit et fecit tale,

vult tibi Timocles.

hoc tale est quale in Horatio

arboribusque comae

et illud,

2 lacus *ABM* horreat et flagello *A* 3 Septenarium — 8 reperiuntur *ex Diomede, item* Septenarium — 4 additur *ex Charisio adscripsit Rufinus de metr. com. p.* 2706 ad iambicum trimetrum ς 5 quid *B* quin *priore loco M et corr.* quid *A. eundem versum Hipponactei quadrati exemplum posuit Atilius Fortunatianus p.* 2680 6 in Terentio] *Hecyr.* III 2, 14 7 philomenae *A* phylumaenę *M* 10 proponuntur *ABM* 11 pater] psalmus ς dicens *priore loco a* docens *ABM* 13 libyrnis *AB* libirnis *M* 14 Dimeter *ABM*: Trimeter heroicus ex superiore iambico fit, ut diximus *Buschius, ubi* ex superiore hexametro fit *Ritschelius de Varr. discipl. p.* 35 *conl. Diom. p.* 494. *lacunam indicavi, qua excidisse videntur quaedam quibus trimetrum heroum ex superiore parte hexametri in epodis coniungi cum iambico dictum fuit, qua de re dixit grammaticus p.* 501 sed hunc Varro ex Archilochio ς 18 consuenit, ut panditur interea domus. Archilochium trimetrum ex inferiori parte hexametri Varro illud dicit, quod est tale ex littoribus properantes. simile est illi Troiae ς 20 ex — 25 tale *om. M* 21 ex — 22 tale *om. AB* 27 Archilochus ς archilochium *ABM* 30 in Horatio] *carm.* IIII 7, 2

arma virumque cano.

denique detrahe ultimam syllabam, et erunt duo pedes qui priorem hexametri habent partem. |

Dimetrum et illud quod est ex inferiore parte hexametri Archilochus auxit praeposita una syllaba, immo duabus quae pro una sunt et semipedem faciunt, et est tale,

nova munera divum.

hic tolle semipedem, et erit

munera divum.

hoc simile est illi,

terruit urbem,

de quo dictum.

* Archilochum et Horatium

nivesque deducunt Iovem, nunc mare nunc siluae.

hic superius comma ex principio iambici est, inferius ex principio *hexametri.*

Hexametrum heroum plerique ita adcumularunt ut facerent talem rythmum,

et mediis properas Aquilonibus ire per aequora, litus ama.

hic utrumque comma ex superiore parte hexametri est. sed illud superius, quod est tale, 'et mediis properas Aquilonibus', tetrametrum heroum est; illud autem inferius, quod est tale, 'ire per aequora litus ama', trimetrum heroum est.

Reciprocus versus apud neotericos talis est,

versu volo, Liber, tua praedicentur acta,
acta praedicentur tua, Liber, volo versu.

Sotadicus est ex utraque, sed durus, ut possit ad recursum | convenire. *de* Sotadico iam dictum. reciprocus alter huius modi est,

esse bonus si vis, cole divos, optime Pansa,
Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse.

hic in procursu hexameter est, in recursu Sotadicus. reciprocum genus mirum invenerunt otia curiosa. nam repertum est posse hexametrum per hexametrum recurrere in illo versu,

4 Archilochus ς archilochi *ABM* 8 hic *B* hi *AM* 11 orbem *A* 12 Aliud de quo dicam Archilochium ut Horatius ς. *fortasse* Archilochium aliud est apud Archilochum 13 Horatium] *epod.* 13, 2 14 niuesquae *ABM* 15 inferius ex principio naxeum herum (horum *M*) plerique *AM* inferius et principio *** naxeum heorum plerique *B* 17 ut *om. AM* 19 et] *Verg. Aen.* IIII 310 et mediis properas aquilonibus ire per altum V 163 litus ama et laevas stringat sine palmula cautes ire p. c. peraequora *AB* ire p c p aequora *M* ire per altum ς 24 Reciprocus — 517, 10 elegiaci *Mar. Victorin. p.* 2561 *sq.* 25 uersus *B* 26 uersum *B* 27 possit *M* posset *Ba* pos *A* 28 de *om. ABM, add.* ς 29 cole divos *Marius Victorinus* colere deos *ABM* 30 deos cole *BM* deos colere *A* *post* esse *in ABM repetita sunt haec,* cole deos optime pausa pausa optime deos cole si uis bonus esse 31 reciprocum *M* reciproci *AB*: reciproci genus metri ς 32 posse (pose *B*) exameter *ABM* hexametrum posse ς

Musa, mihi causas memora quo numine laeso,
laeso numine quo memora causas mihi, Musa.

reciprocum neoterici, si non fallor, novum protulerunt, ut per duos versus duo alii recurrant, ut in illis versibus,

Nereides freta sic verrentes caerula tranant, ||
flamine confidens ut Notus Icarium;
Icarium Notus ut confidens flamine, tranant
caerula verrentes sic freta Nereides.

hic et in currentibus et in recurrentibus versibus priores hexametri sunt, posteriores pentametri elegiaci. reciprocus item qui est talis,

pio precare ture caelestum numina,
numina caelestum ture precare pio.

hic decurrit iambicus, recurrit elegiacus. sed iam|bicus recipit novam syllabam ab ultima tertiam, ut possit recurrere.

Iambicus hexameter fit, cum iambo terminatur, et fit talis,

per varios semper currunt mea carmina modos.

si proximam ultimae syllabam producas, erit versus hexameter. dimeter *ἐκ τελείου ἰάμβου* est, si faciam talem, 'carmina modos'. tetrameter *ἐκ τελείου ἰάμβου*,

fulmina nubibus obvia moves.

si esset in hoc verbum torques, esset tetrameter ex heroo. pentameter *ἐκ τελείου ἰάμβου* fieri potest talis,

undique nominibus pons indicat iter.

si velis in imo astra ponere ubi est iter, facies pentametrum heroum ex inferiore.

Serenus fecit huius modi versum,

qui navigium navicula aufers Picenae marginis acta.

superius comma est ex anapaestico chorico, de quo supra dictum est. nam hoc 'qui navigium navicula aufers' simile est illi,

audax nimium qui freta primus.

inferius autem comma, quod est tale, 'Picenae marginis acta', simile est illi, |

Troiae qui primus ab oris.

Sereni aliud tale est,

1 Musa] *Verg. Aen.* I 8 numine *M* nomine *corr.* numine *A* nominae *B* 2 nominae *B* 3 uersus doalii *ABM* 5 tranunt *B* 6 flamine fidentes per mare ueliuolum Veliuolum mare per fidentes flamine tranant ς 10 pentametri elegiaci *M* menta metri eliaci *B* menta minori elaici *A* 11 turi *M* turre *B* nomina *M*, agmina *coniecit Scaliger in notis ms.* 12 nomina *M*, *om. B* 13 recepit *AM*: recipit post nonam syllabam intersitam *Caesarius* 14 posset *AB* 16 modos *a*ς medos *ABM* 18 ex teliu iambu *M* ex teliu iambum *AB* medos *ABM* ex teliu iambu *AB* ex teliu iambum *M* 20 fulmina *Diomedes p.* 506 flumina *ABM* nubibus *AB* nauibus *M* 21 uerbo *ABM* 22 ex teliu iambu *A* ex telin iambo *BM* 23 numinibus *M* 26 uersus *B* 27 picenae ς piceneae *A* picenee *M* picineae *B* actu *corr.* acta *A* 29 nauigins *B* offers *M* 30 primus *B* prius *AM* 31 picenee *A* picinee *M* pinecenee *B*

pingere conlibitum est, graphidem date, promite volarium.

superius comma est tetrametrum heroum ex superiore, posterius comma est dimidium elegiaci; de quibus plenissime disputatum est.

Sereni aliud tale,

quod si tibi virgo furens reseret cita claustra puerperii.

hic si primum semipedem detrahas, erit simile proximo superiori.

Serenus mirum comma huius modi fecit in his versiculis,

pusioni meo
septuennis cadens.

haec dimetra ex epitrito sunt. || epitritus autem pes constat ex longa et brevi et duabus longis. posterior pes aut iambus est aut pariambus.

Ex iambico novum carmen refert Varro, cuius exemplum est tale,

pedem rythmumque finit.

si addas hic quae detracta sunt ex iambico, eundem iambicum supplebis sic,

pedem rythmumque finit alta navium.

potest hoc comma tale esse quale illud,

Philumenae dolores,

quod est ex iambico septenario. et illud hinc est comma, quod Arbiter fecit tale,

anus recocta vino
trementibus labellis.

DE METRIS HORATIANIS

Metra etiam quae Horatii corpus continet quod carminum inscribitur necessario conpendiosa diligentius inserere studuimus. sane adtendendum hoc fuit ut scires in omni metro vel maxime lyrico novissimas versuum syllabas, sive longae sive breves naturaliter fuerint, indifferenter ex consuetudine omnium poni, ne te moveat, cum aut longam pro brevi aut brevem pro longa positam coeperis invenire.

Prima ode metrum Asclepiadeum habet. scanditur vero sic et dicitur penthemimeres, spondius dactylus semipes dactylus dactylus,

Maecenas atavis edite regibus.

1 pingere calumbicum est graphidem dare pentenolata ς colibitum *A* dare *codex Scioppii susp. lect.* V 26 promitte *B* colobium *temptavit Wernsdorfius poet. Lat. min.* II *p.* 286. *fortasse* bolarium *h. e.* βωλάριον 6 tibi *om.* ς ferveus *ABM*, favens *vel* ferens *coniecit Wernsdorfius l. c.* cita] curat ς 8 si primum *B* simum *AM* si unum ς 10 pusioni *m et Scioppius susp. lect.* V 26 uisioni *AB et codex Scioppii* insioni *M*: insonito septenarius cadens ς 11 septuenis *ABM*: septuennis cadus *vel* septuenni cadunt *coniecit Scioppius l. c.* 13 posterior pes *m* posteriores *ABM* 14 Ex *om. ABM*: iambionicum *Lachmannus in Lucret. p.* 276 20 phylumenae *BM* 21 Arbiter] *cf. Terentian. Maur.* 2489 31 caeperis inuenire *M* coeperis inuenis *A* repereris ς

alii sic scandunt, spondius choriambus *choriambus* pyrrichius,

Maecenas atavis edite regibus.

hoc metrum ab elegiaco tractum est una syllaba detracta, quam si reddideris vel in secunda vel in tertia ab ultima syllaba, erit versus elegiacus sic,

Maecenas atavis edite remigibus.

item si huius novissimam syllabam dempseris, erit hendecasyllabon Phalaecion. | secunda ode tetracolos metro Sapphico, quod est pentametrum hendecasyllabum, scripta est, et sunt eius tres versus pares. recipiunt autem singuli quattuor hos pedes binarum syllabarum, trochaeum spondeum trochaeum iambum, et ultimum trisyllabum bacchium, et scanditur sic,

iam satis terris nivis atque dirae.

quartus, qui brevis || est, recipit strophen et κῶλον δακτυλικῆς διποδίας appellatur et scanditur sic, dactylus spondeus,

terruit urbem.

aliis vero hoc metrum his pedibus placuit constare, hippio secundo et choriambo et bacchio, et feritur sic,

iam satis terris nivis atque dirae.

hoc metrum catalecticum est, quoniam illi syllaba deest quo minus possit ter feriri κατὰ διποδίαν. tertia ode dicolos Horatianum metrum habet, cuius prior versus constat ex Glyconio et recipit tres pedes, spondeum choriambum iambum,

sic te diva potens Cypri.

alter vero Asclepiadeum habet et penthemimeres appellatur, spondeus dactylus semipes dactylus dactylus sic,

sic fratres Helenae lucida sidera.

quarta ode dicolos metrum ithyphallicum habet, | et constat prior versus ex tetrametro heroo arctico et ex tribus trochaeis sic, dactylus dactylus spondeus dactylus trochaei tres sic,

solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni;

alter vero ex penthemimere iambico et tribus trochaeis sic,

trahuntque siccas machinae carinas.

quinta ode tetracolos Horatianum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam ex duobus primis Asclepiadeis et tertio Pherecratio et quarto Glyconio constat. Asclepiadei scanduntur ut supra diximus (nam duo penthemimeres et duae dipodiae sunt dactylicae) sic, spondeus dactylus semipes dactylus dactylus,

1 choriambus *semel habent AM* 3 detracta *a* tracta *A*: detracta — 4 syllaba *om. M* 6 remigibus *am* regibus *AM* 13 aeque *M* 14 recepit strophen (trofen *A*) et colon et dactilices (dactilicos *corr.* -us *A*) dipodias *AM*. *fortasse* recipit strophen heroicen telicen: *cf. p.* 521, 9 16 orbem *A* 21 cata (cato *A*) dipodian *AM* 22 recepit *AM* 24 cypro *A* cybro *M* 28 ithifallicum *AM* plauticum ς phalecium *Buschius* uersus exametro *AM* 31 agris *A* hiemps *AM* 35 duabus *AM*

quis mul,ta graci,lis, te puer, in rosa.

sic et secundus. Pherecratium autem est trimetrum heroicum, spondeus dactylus spondeus,

grato, Pyrra sub, antro.

item Glyconium ex spondeo et choriambo et iambo sic,

cui fla,vam religas, comam.

sexta ode tetracolos Horatianum *metrum* habet. constat autem ex tribus versibus Asclepiadeis, de quibus supra diximus, sic,

scribe,ris Vari,o, fortis et, hostium

et quarto Glyconio. constat autem ex spondeo et choriambo et iambo sic,

miles, te duce ges,serit. |

alii vero *κατὰ τριποδίαν δακτυλικήν* scandunt sic, spondeus dactylus dactylus,

miles, te duce, gesserit. ||

septima ode dicolos metrum Archilochium habet, quod constat hexametro heroico et tetrametro item heroico arctico. *et scanditur* unus sic, spondeus dactylus spondeus dactylus dactylus spondeus,

laudabunt ali,i cla,ram Rhodon, aut Mity,lenen;

alter vero sic, dactylus dactylus dactylus spondeus,

aut Ephe,sum bima,risve Co,rinthi.

octava ode dicolos metrum habet Anacreonteum et Alcaicum. scanditur vero sic, Anacreonteum ex choriambo et bacchio, interdum et amphibracho,

Lydia dic, per omnes.

item Alcaicum constat ex hippio secundo et duobus choriambis et bacchio sic,

hoc deos ve,re Sybarin, cur properes, amando.

nona ode metrum Alcaicum habet et scanditur per quaternos versus. nam duos catalecticos, tertium hypercatalectum * habet. catalectici scan|duntur sic, hippius tertius ionicus ἀπὸ μείζονος *dactylus*,

vides ut al,ta stet nive, candidum.

tertius sic, *duo hippii tertii* et semipes,

silvae labo,rantes gelu,que.

quartus sic, choriambus paeon tertius *spondeus*,

flumina con,stiterint a,cuto.

1 introsa *M* 7 metrum *om. AM* 12 cata tripodian dactylicen *AM* 16 et scanditur *om. AM* unus *in* unius *AM* 20 ephesu *M* 22 amphibracho] anapesto *AM: cf. p.* 509, 2. 505, 26 28 nam duos catalecticos tertium ypercatalecticum habet catalectici scanduntur (scandunt *M*) sic hippius tertius ionicus (ionicos *A*) apomizonos et semipes siluae laborantes geluque quartus sic choriambus peon tertius flumina *AM* nam duos alcaicos ἀκαταληκτικοὺς, tertium ὑπερκαταληκτικὸν, quartum pindaricum habet. ἀκαταληκτικοὶ scanduntur sic, epitritus tertius siue etiam diiambus, ionicus ἀπὸ μείζονος, dactylus, Vides ut alta stet niue candidum. ὑπερκαταληκτικὸς sic, epitritus tertius bis, semipes, Siluae laborantes geluque. quartus sic, dactylus, choriambus, bacchius, Flumina ς. *mihi lacunarum supplementa praebuit Plotius p.* 2659. *videtur autem praeterea lacuna quam indicavi definitio quarti versus, quem acatalectum plerique dixerunt, hypercatalectum Marius Victorinus p.* 2616, *excidisse*

hoc metrum ab Horatio conpositum alio genere scanditur, quod constat ex tribus Alcaicis. primus et secundus versus ex penthemimere constat iambico et duobus dactylis, tertius ex epitritis tertiis duobus et syllaba, quartus ex dimetro heroo et dimetro trochaico. decima ode tetracolos Sapphicum metrum hendecasyllabum habet et per quaternos versus scanditur et habet tres similes, ex quibus unus constat ex duobus choriambis et bacchio sic,

Mercuri facunde nepos Atlantis.

in hunc modum sunt sequentes duo. versu quarto recipit strophen heroicen telicen dimetron sic, dactylus spondeus,

more palaestrae.

undecima ode Phalaecium metrum habet et constat versibus qui scanduntur sic, spondeus dactylus semipes dactylus semipes dactylus *dactylus*, |

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi *quem tibi.* ||

duodecima ode tetracolos Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

quem virum aut heroa lyra vel acri.

tertia decima ode Asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur, ***ex quibus unus tripodia dactylice***, alter penthemimeres appellatur; spondeus dactylus ***dactylus***,

cum tu Lydia Telephi.

quarta decima ode Asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur, duo qui penthemimeres appellantur et duo qui tripodia dactylice dicuntur sic, spondeus dactylus semipes dactylus dactylus,

o navis referent in mare te novi.

quinta decima ode idem metrum habet et per quaternos versus scanditur, sed tres penthemimeres, unum qui tripodia dactylice appellatur; spondius dactylus semipes dactylus dactylus,

pastor cum traheret per freta navibus.

sexta decima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur sic, hippius tertius * choriambus bacchius,

o matre pulchra filia pulchrior.

alii sic scandunt, ex Alcaicis tribus; et constat unus ex penthemimere iambico et dimetro heroo. eodem modo et alter. tertius vero ex duobus epitritis ter|tiis et una syllaba. quartus, qui strophen cludit, constat ex

5 per quaternos uersus procurrit. tribus prioribus scanditur trochaeo spondeo trochaeo iambo et bacchio ς 6 ex epitrito secundo choriambo et bacchio *Gaisfordius. librorum scripturam defendit grammaticorum observatio de primo choriambo ab Horatio mutato, qua de re dixerunt Caesius Bassus p.* 2665 *et Atilius Fortunatianus p.* 2683. 2703*: cf. Diom. p.* 509 de choriambico 9 recepit *A* 13 dactylus *postremo loco om. AM: cf. Plot. p.* 2656 14 quaesieris *a* quaesiueris *AM* quem tibi *om. AM* 15 tetracholon *AM* 19 ex quibus unus tripodia dactylice *om. AM* 20 dactylus *semel habent AM* 29 cum pastor cum *AM* 31 hippius tertius semipes choriambus iambus o matre ς. *lacunam indicavi, qua tota tertii versus descriptio, primi et quarti pars excidisse videtur*

dimetro heroico et dimetro trochaico. septima decima ode supra dictum metrum habet et similiter utroque genere scanditur,

velox amoenum saepe Lucretilem.

octava decima ode Sapphicum metrum heccedecasyllabum habet, quod constat *ex* spondeo et tribus choriambis et pyrrichio,

nullam Vare sacra vite prius severis arborem.

nona decima ode Horatianum metrum habet et constat ex Glyconio et Asclepiadeo, quod supra scriptum est in ecloga proseuctice Vergilii. alio autem genere scanditur per binos versus, quorum unus est tripodia dactylica, alter penthemimeres,

mater saeva Cupidinum.

vicesima ode Sapphicum metrum habet, quod || ut supra diximus scanditur,

vile potabis modicis Sabinum.

vicesima prima ode Horatianum metrum habet et per quaternos versus scanditur, quorum duo constant ex Asclepiadeis, tertius Pherecratio, quartus Glyconio. alii vero sic scandunt, duo penthemimeres et duo tripodia dactylice, |

Dianam tenerae dicite virgines.

vicesima secunda ode idem metrum habet et simili modo dupliciter scanditur,

vitat inuleo me similis Chloe.

vicesima tertia ode idem metrum habet et per quaternos versus scanditur, sed tres penthemimeres, unum qui tripodia dactylice dicitur, quae Glyconio metro constat,

quis desiderio sit pudor aut modus.

vicesima quarta ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Musis amicus tristitiam et metus.

vicesima quinta ode idem metrum habet et similiter scanditur,

natis in usum laetitiae scyphis.

vicesima sexta ode hexametro et tetrametro dactylicis constat,

te maris et terrae numeroque carentis harenae.

vicesima septima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Icci beatis nunc Arabum *in*vides.

vicesima octava ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

4 sapphicum ei eccedecasyllabum *A* safphici ei ecce decasyllabum *M* phalaecium uel choriambicum metrum ς 5 ex *om. AM* 6 uare *a* uere *AM* 8 proseutice *AM* 13 potauis *AM* sauino *AM* 16 duae penthememeres *A* 19 *descriptio carminis vicesimi secundi quod dicendum fuit, item vicesimi quinti et tricesimi quinti in codicibus excidit. quod quamvis librariorum neglegentiae tribuendum videatur, non grammatico, tamen in hoc genere errorem archetypi corrigere nolui: cf. p.* 525, 9 *et* 528, 20 habet et per quaternos uersus et simili *M* 30 scyphris *AM* 32 nume proque *AM* arenae *A* 35 uides *AM*

o Venus regina Cnidi Paphique.

vicesima nona ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

quid dedicatum poscit Apollinem.

tricesima ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur, |

poscimus si quid vacui sub umbra.

tricesima prima ode Asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur, ex quibus tres penthemimeres, quartus tripodia dactylica appellatur,

Albi ne doleas plus nimio memor.

tricesima secunda ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus *scanditur*,

parcus deorum cultor *et* infrequens.

tricesima tertia ode Asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur, ex || quibus unus tripodia dactylice, alter penthemimeres appellatur,

et ture et fidibus iuvat.

tricesima quarta ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

nunc est bibendum nunc pede libero.

tricesima quinta ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Persicos odi puer apparatus.

LIBER SECVNDVS

Prima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

motum ex Metello consule civicum.

secunda ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

nullus argento color est avaris.

tertia ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

aequam memento rebus in arduis.

quarta ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur, |

ne sit ancillae tibi amor pudori.

quinta ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

nondum subacta ferre iugum valet.

sexta ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Septimi Gades aditure mecum et.

1 gnidis baphique *A* 11 albis ne *A* albi se *M* 13 scanditur *om. AM* 14 et *om. AM* 18 iuvat] ibat *AM* 21 bibendum *a* uiuendum *AM* 25 EXPL. LIB. PRIMVS INCIPIT LIBER SECVNDVS *AM* 29 nullus — 30 scanditur *om. AM* 33 pudoris *AM* 34 quinta ode sapphicum metrum habet quod ut (et *M*) supra diximus scanditur septimi cadis (cades *A*) aditure (auditurae *A*) mecum et (me etto *A*) sexta ode sapphicum (saffieum *M*) metrum habet quod ut (et *M*) supra diximus scanditur nondum subacta ferre iugum ualet (uolet *A*) septima *AM*

septima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

o saepe mecum tempus in ultimum.

octava ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

ulla si iuris tibi peierati.

nona ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

non semper imbres nubibus hispidos.

decima ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

rectius vives Licini neque altum.

undecima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

quid bellicosus Cantaber et Scythes.

duodecima ode Asclepiadeum metrum habet et per quattuor versus scanditur. nam || tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice appellatur,

nolis longa ferae bella Numantiae.

tertia decima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

ille et nefasto te posuit die. |

quarta decima ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

eheu fugaces Postume Postume.

quinta decima ode Sapphicum metrum habet et similiter superioribus scanditur,

otium divos rogat in patenti.

sexta decima ode Alcaicum metrum habet, quod similiter supra dictis scanditur,

cur me querellis exanimas tuis.

septima decima ode metrum habet quod ab Horatio conpositum dicitur et per binos versus scanditur, ex quibus unus trochaicus trimeter appellatur, alter pentameter iambicus dicitur; sed uterque una syllaba pedem postremum debet habere longiorem. scanduntur autem sic,

non ebur neque aureum;

item iambicus sic,

mea renidet in domo lacunar:

accedente scilicet iambico lege quam referemus in epodon libro, cum iambicos versus coeperimus exponere. octava decima ode Alcaicum metrum habet, quod Alcaici modo supra dicto scanditur,

Bacchum in remotis carmina rupibus.

nona decima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

non usitata nec tenui ferar. |

4 iuri tibi pergerati *M* iure tibi perierat *A* 6 imbre niuibus *AM* 8 recte usui uel licini *M* 10 qui *A* 12 tripodiu dactilici *M* dipodia dactilyce *A* 13 Noli solis longa ferae bella nuy mantiae *M* noli solus (solis *a*) longa fere bellanus muntiae *A* 18 euheu *M* heu heu ς 19 *descriptio quinti decimi carminis quod dicendum fuit,* iam pauca aratro iugera regiae, *in codicibus omissa est* 21 rogat] uocaret *AM* 24 tuis *M* tunc *A* 27 unam syllabam *AM* 29 aurum *AM* 32 epodion *AM* 38 nonus ita tanceten uiferas (-ast *M*) *AM*

LIBER TERTIVS

Prima ode Alcaicum metrum habet, quod similiter scanditur,

odi profanum vulgus et arceo.

secunda ode Asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam duo penthemimeres, duo tripodia dactylice insunt,

quid fles Asterie quem tibi candida.

tertia ode Asclepiadeum metrum habet et || per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

donec gratus eram tibi. *

quinta ode Asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice *insunt*,

extremum Tanain si biberes Lyce.

sexta ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Mercuri nam te docilis magistro.

septima ode ionicum metrum habet et per singulos versus scanditur,

miserarum est neque amori dare ludum.

omnes tres pedes ionici sunt qui ἀπ' ἐλάσσονος appellantur. octava ode Asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam duo penthemimeres, duo tripodia dactylice insunt, |

o fons Bandusiae splendidior vitro.

nona ode Sapphicum metrum *habet*, quod ut supra diximus scanditur,

Herculis ritu modo dictus o plebs.

decima ode Asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

uxor pauperis Ibyci.

undecima ode Asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice inest,

inclusam Danaen turris ahenea.

duodecima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Aeli vetusto nobilis ab Lamo.

tertia decima ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Faune Nympharum fugientum amator.

quarta decima ode Asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam prior tripodia dactylica, sequens penthemimeres inest,

quantum distet ab Inacho.

quinta decima ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

1 EXPL. LIB. II INCIPIT LIB. TERTIVS *AM* 5 tripodia] dipodia *AM* 6 asteri *AM* 9 *post* tibi *duorum fere versuum lacuna relicta est in M, nullum lacunae indicium restitit in A. excidit autem descriptio carminis octavi, quod omissis carminibus* 2, 3, 4, 5, 6 *post nonum carmen transpositum pro quarto numeratum fuit* 11 insunt *om. AM* 17 apomizonos *A* apomizonus *M* 20 blandusiae *A* biamdus. iae *M* 21 habet *om. AM* 22 hercule *A* ercule *M* dictu sosples *M* dictus os spes *A* 28 inclausam *A* ahenea] aaeneas *M* amaeneas *A* 30 ueli *AM* 32 nympha fugient *AM* 36 ab iaccho *AM*

non vides quanto moveas periclo.

sexta decima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

o nate mecum consule Mallio. || |

septima decima ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

montium custos nemorumque virgo.

octava decima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

caelo supinas si tuleris manus.

nona decima ode Asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

intactis opulentior.

vicesima ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

quo me Bacche rapis tui.

vicesima prima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

vixi puellis nuper idoneus.

vicesima secunda ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

impios parrae recinentis ore.

vicesima tertia ode Asclepiadeum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

festo quid potius die.

vicesima quarta ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Tyrrena regum progenies tibi.

vicesima quinta ode Asclepiadeum metrum habet, quod singulis versibus scanditur, qui penthemimeres appellantur,

exegi monumentum aere perennius. |

LIBER QVARTVS

Prima ode Asclepiadeum metrum habet et per binos *versus* scanditur. nam primus tripodia dactylice, sequens penthemimeres inest,

intermissa Venus diu.

secunda ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

Pindarum quisquis studet aemulari.

tertia ode Asclepiadeum metrum habet et per binos versus tripodia et penthemimeres scanditur,

1 quantum oueas *AM* 4 ornate *M* 15 Ome baschera pistu *AM* 18 puellis luperridoneousi *AM* 19 safficum *M* asclepiadeum *A* 21 recinnentis *AM* 24 feste *AM* 27 Tyrrena] helena *AM* 29 appellatur *AM* 30 exedi monumentum *A* exc. demonumento *M* 31 EXPL. LIBER III INCIPIT LIBER IIII *AM* 32 versus *om.* *AM* 33 sequens *M* sunt qm̄ *A* 36 pandarum *M* pondarum *A* studeat *AM* temulari *A* 37 per duos pedes tripodia *AM*

quem tu Melpomene semel.

quarta ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

qualem ministrum fulminis alitem.

quinta ode Asclepiadeum metrum habet || et per quaternos versus scanditur. tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice inest,

divis orte bonis optime Romule.

sexta ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

dive quem proles Niobea magnae.

septima ode Archilochium metrum habet et per binos versus scanditur, ex quibus unus hexameter,

diffugere nives redeunt iam gramina campis;

alter dipodia dactylice et semipes, |

arboribusque comae.

octava ode Asclepiadeum metrum habet et per singulos versus penthemimeres scanditur,

donarem pateras grataque commodus.

nona ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

ne forte credas interitura quae.

decima ode Asclepiadeum metrum habet et per singulos versus scanditur,

o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.

undecima ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

est mihi nonum superantis annum.

duodecima ode Asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus, tribus penthemimeres, quarto tripodia dactylice, scanditur,

iam veris comites quae mare temperant.

tertia decima ode hoc idem metrum habet et per quaternos versus scanditur; duos penthemimeres, duos tripodian dactylicen habet,

audivere Lyce di mea vota di.

quarta decima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur,

quae cura patrum quaeve Quiritium.

quinta decima ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

Phoebus volentem proelia me loqui. |

LIBER QVINTVS QVI EPODON INSCRIBITVR

Prima ode iambicum metrum habet et per binos versus scanditur. || nam unus iambicus hexameter vel trimeter, si conpositis eum vel quadra-

1 quem tum melpomeme *A* quem cum melpomaeme *M* 3 fluminis *AM* 6 bonus *A* 8 diuis quem (que *A*) prolis *AM* 9 Archilochium *Frankius Callin. p.* 35 *conl. Mar. Victorin. p.* 2551 asclepiadeum *AM*: *cf. p.* 529, 2 11 diffugire *M* difugire *A* 12 tripodia *AM* 18 nec *M* 22 et mihi nouus sperantes anno *AM* 31 quaeve] quae *M* q *A* 34 EXPL. LIB QUARTUS. INCIP LIB QUINTUS qui epodos. I ode *M* EXPL. LIBER IIII. INCIPIT LIB V. Prima ode *A*: Liber V qui epodon inscribitur *Marius Victorinus p.* 2618 36 quadratis (quadris *M*) uersibus *AM*. *quadratos pedes eos qui sunt quattuor syllabarum dixit Diomedes p.* 476

tis pedibus scandas, dicitur; alter tetrameter, si simplicibus, dimeter, si conpositis pedibus scandatur. ut hexametrum facias, sic scandas,

ibis Liburnis inter alta navium.

ante omnia tamen meminisse debemus vitium non esse in eius modi versibus, si primus pes, tertius et quintus spondei inter ceteros iambos occurrerint, aliquando aliqui ex tribus, aliquando nullus, et erit sincerus iambicus, non quod ita appellatur, sed utique sine alienis pedibus, id est sine spondeis. in secundo autem quarto et sexto pedibus siquando spondei inveniuntur, vitiosum versum pronuntiabimus. hoc in tetrametro observabimus, ut primum pedem et tertium spondeum, siquando occurrerit, recipiamus, secundum et quartum iambos reservemus. secunda ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

beatus ille qui procul negotiis.

tertia ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

parentis olim siquis impia manu.

quarta ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

lupis et agnis quanta sortito obtigit.

quinta ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

at o deorum quidquid in caelo regit. |

sexta ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

quid inmerentes hospites vexas canis.

septima ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

quo quo scelesti ruitis aut cur dexteris.

octava ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

rogare longo putidam te saeculo.

nona ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

quando repostum Caecubum ad festas dapes.

decima ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

mala soluta navis exit alite.

undecima ode genus metri habet quod ab Horatio conpositum dicitur et per binos versus scanditur. nam primus || hexameter vel trimeter iambicus est,

Petti nihil me sicut antea iuvat.

alter ex duobus hexametris dactylico et iambico conponitur. nam de dactylico duos pedes et semipedem habet, de iambico simplices quattuor, vel conpositos duos. scanditur autem sic,

1 simplicibus ς simplicius *AM* 2 pedibus] rebus *AM* scanditur *A* sic scandas ς sic scandis *AM* 3 lybirnis *AM* 7 non ς nam *AM* 9 spondini *A* spondium *M* 17 lupis — 18 scanditur *om. AM* 19 quisquis in caelo regis ς 20 VI ode *M* quinta ode *A*, *in quo post lacunam quam supplevi usque ad finem libri numeri carminum ita continuati sunt ut quinto carmine pro sexto posito reliqui similiter corrumperentur. iustos numeros servavit M, qui in epodon libro non litteris perscriptos, ut in quattuor carminum libris, sed suis signis indicatos exhibet numeros* 23 ruetis *M* 25 putidante *AM* 27 caecugum adfectas *AM* 29 mala soluta nauis exitale *M* mala sola (*corr.* solu) tana nisae excita ale *A* 33 peti *M* pecti *A* 35 simplices *Caesarius* similes *AM*

scribere versiculos amore percussum gravi.

duodecima ode Archilochium metrum habet et per binos versus scanditur. nam unum hexametrum, alterum tetrametrum dactylicos habet, |

quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.

tertia decima ode metrum habet quod aeque ab Horatio conpositum dicitur et per binos versus scanditur, ex quibus unus hexameter heroicus est,

horrida tempestas caelum contraxit et imbres;

alter ex dactylico et iambico conponitur. nam quattuor pedes iambos habet vel duos, si conpositos malueris ponere, et duos dactylos et semipedem. scanditur autem sic,

nivesque deducunt Iovem nunc mare nunc siluae

quarta decima ode aeque ab Horatio conposita dicitur et per binos versus scanditur, ex quibus est unus hexameter dactylicus, alter tetrameter iambicus vel dimeter,

mollis inertia cur tantam diffuderit imis.

quinta decima ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur,

nox erat et caelo fulgebat luna sereno.

sexta decima ode ex duobus hexametris constat, dactylico et iambico,

altera iam teritur bellis civilibus aetas.

septima decima ode iambicum metrum habet et per singulos versus scanditur,

iam iam efficaci do manus scientiae.

Hi versus qui carmen saeculare appellantur Sapphicum metrum habent, quod ut supra diximus scanditur,

Phoebe silvarumque potens Diana. |

Hactenus quae didici, quae legi et quae pro mediocri usu conprehendi tribus his commentariis rettuli, sperans me profecto legentium gratum testimonium, si non laboris, certe simplicitatis, consecuturum. || |

2 asclepiadeum metrum *AM*. *Archilochium idem metrum dixit Diomedes p.* 520, 15. *cf.* 527, 9 4 bardis *A* uardis *M* 5 quod aeque *M* quodque *A* 8 dactylo *AM* 9 ponere duos et dactilicos (dactylico *A*) et semipede *AM* 14 uel trimeter *AM* 15 diffuderit *A* diffunderit *aM* 17 caeli *M* 20 scanditur — 28 consecuturum, *quae in M perierunt, recenti manu (m) in ultima scheda codicis addita sunt* 22 scie h** uersus *m* cientiae. EXPL. ARS LIBER DIOMEDIS hi* uersus *A* 23 appellatur *m* habet *Am* 26 dedici *A*

EX CHARISII ARTE GRAMMATICA

EXCERPTA.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
v editio Vindobonensis a. 1837.

EX CHARISII ARTE GRAMMATICA EXCERPTA.

p. 77. 78 ed. Vind.

DE ORATIONE

Oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronuntiatio, velut oris ratio. orationis partes sunt octo, nomen pronomen verbum adverbium participium praepositio coniunctio interiectio; quibusdam videtur et appellatio.

DE NOMINE

Nomen est pars orationis cum casu sine tempore rem corpoream aut incorporalem significans proprie communiterve, proprie, ut Roma Tiberis, communiter, ut civitas flumen. nomen dicitur quod unam quamque rem notat, quasi notamen sublata media syllaba per syncopen, vel a Graeca origine *παρὰ τὸ ὄνομα*. nomina aut propria sunt aut appellativa. propria sunt nomina quae specialiter proprieque dicuntur; item quae unica et sola sunt deorum, ut Iuppiter Iuno, hominum, ut Romulus Numa, urbium, ut Roma Carthago, provinciarum, ut Africa Asia, insularum, ut Sicilia Sardinia, montium, ut Appenninus, fluminum, ut Tiberis. propriorum nominum alia sunt praenomina, quae nominibus gentiliciis praeponuntur, ut Marcus Puplius, alia propria gentilicia, quae a familia et gente descendunt, ut Porcius Cornelius, alia cognomina, quae nominibus gentiliciis subiunguntur, ut Cato Scipio; ordinantur enim sic, M. Porcius Cato, Puplius Cornelius Scipio: alia agnomina, quae cognominibus ex aliqua ratione aut virtute adduntur, ut Africanus. appellatio dicitur quidquid praeter proprium nomen est. appellativa nomina sunt quae generaliter communiterque dicuntur. haec in duas species dividuntur. alia enim significant res corporales, quae videri tangique possunt, et a quibusdam vocabula appellantur, ut homo arbor || pecus; alia quae a quibusdam appellationes dicuntur et sunt incorporalia, quae intellectu tantum modo percipiuntur, verum neque videri nec tangi possunt, ut est pietas iustitia. ea nos appellativa dicimus. appellationes tamen sunt aut naturales, ut terra, aut consequentes, ut iustus, aut adiecticiae, ut frugi. naturales in conlationem non possunt referri, consequentes et adiecticiae possunt, ut iustus iustior iustissimus, frugi frugior frugalissimus. nomini accidunt haec, qualitas

2 Oratio — 537, 14 dicitur *Charis. p.* 125 *sqq. cf. Diom. p.* 275 *sqq. et p.* 305 *sqq.* uelud *B* 26 intellectum tantummodo percipiunt *B*

p. 78. 79 V.

genus figura numerus casus. qualitas est qua intellegitur proprium sit an appellativum. genera nominum sunt V, masculinum femininum neutrum commune omne. masculinum est cui praeponitur pronomen hic, ut hic Aeneas. femininum est cui praeponitur pronomen haec, ut haec Musa. neutrum est cui praeponitur pronomen hoc, ut hoc scamnum. commune est cui praeponitur hic et haec, ut hic et haec canis. omne est ut hic et haec et hoc felix. sunt et promiscua nomina quae Graeci *ἐπίκοινα* vocant, cum quod necessarie masculino genere pronuntiatur etiam femininum intellegitur, vel contra quod feminino pronuntiatur etiam masculino accipitur, ut passer aquila. figura *in* nominibus aut simplex est, ut felix, aut conposita, ut infelix. conponuntur autem nomina modis quattuor, ex duobus integris, ut suburbanum; ex duobus corruptis, ut opifex; ex integro et corrupto, ut ineptus; ex corrupto et integro, ut armipotens; aliquando ex pluribus, ut inexpugnabilis inexorabilis. numeri sunt duo, singularis et pluralis, ut hic Cato [ut] hi Catones. sunt autem quaedam nomina semper pluralia, ut sordes moenia; quaedam singularem pluralemque numerum communiter significant, ut dies nubes; quaedam positione singularia intellectu pluralia, ut populus contio; quaedam positione pluralia intellectu singularia, ut Cumae Athenae Thebae. casus sunt sex, nominativus genetivus dativus accusativus vocativus ablativus. adicitur autem a diligentioribus etiam septimus casus.

Differentia ablativi et septimi casus. Semper ablativus uno modo profertur, cum a persona aut a loco aut a re ablatum quid significetur, velut ab Aenea stirpem deducit || Romulus, ab urbe in Africam redit, a libris Ciceronis intellectum est. septimus vero modis quattuor profertur. primo, cum in persona aut in loco aut in re intellegatur, velut in Scipione militaris virtus enituit, in monte Caucasio poenas luit Prometheus, in statua Ciceronis victoria coniuratorum inscribitur; et interpretatur talis figura per dativum *ἐν τῷ Σκιπίωνι, ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει, ἐν τῷ ἀνδριάντι.* quae regula etiam in nominibus secundae declinationis quorum ablativus et dativus idem est observatur, et in nominibus tertiae quorum item ablativus et dativus idem est, velut ab hac securi, ab hoc suavi. secundo, cum ablativi copulati genetivo Graeco interpretentur, velut ducente dea elapsus est Aeneas, incusante Cicerone Catilina victus est, studente Sacerdote differentia inventa est, *ἡγεμονευούσης τῆς θεᾶς ἐξώλισθεν Αἰνείας, κατηγοροῦντος Κικέρωνος ἠλέγχθη Κατιλίνας, σπουδάζοντος Σακέρδωτος ἡ διαφορὰ ηὑρέθη.* tertio modo, cum hanc figuram Graecam, *ἐλπίδι τοῦ δύνασθαι, προαιρέσει τοῦ λῃστεύειν, σχήματι τοῦ ἐπιβουλεύειν*, Latine dixerimus spe posse, voluntate latrocinandi, consilio insidiandi. quarto, cum, ut Asprus

8 pronuntietur *B* 10 in *om. B* 16 pluralemue *B* 22 Differentia *sqq.*] *Diom. p.* 302 *sq.* 29 *ἀνδριάντι* quae regula *Diomedes* ΑΝΔΡΙΑΝΤΙCΤΥ regula *B* *ἀνδριάντι ἢ στύλῳ* ac *v* 31 est *r* esse *B* 32 cum duo ablativi *Diomedes* 35 *ἐξώλισθεν Diomedes* ΕΞWΥCΘΘΝ *B* *ἐξεσώθη v* 36 *ἠλέγχθη Diomedes* ΗΠΗΘΗ *B* *ἐνικήθη v* 38 *προαιρέσει Diomedes* ΠΡΟΕΡΕΙ *B* CΚΕΜΑΡΙ ΤΟΥ ΒΟΥΛΕΥΕΙΝ *B* 39 Asprus] Scaurus *Diomedes*

retulit, Latinum eloquium in quodam verbo deficit, velut in illo, ὄντος οὔσης ὄντων οὐσῶν. dicimus enim nullo timore hostium castra inrupit, nulla spe per vim potiundi vallo fossaque moenia circundat, nullis custodibus palladium ereptum est, nullis insidiis palam victus est hostis. ubique enim deficit Latinus sermo; scilicet ideo quoniam duo ablativi nominales sunt copulati. quodsi unus eorum participialis sit, non deficit Latinus sermo sed plenus est, ut supra relatum est, ducente dea elapsus est Aeneas, et cetera quae secundo modo exposuimus.

Quaedam etiam inveniuntur quae flecti non possunt, ut frugi nihili: quaedam duobus vel tribus casibus tantum, ut Iuppiter nominativo casu et opes; opis enim et opem et ope invenimus. || sunt nomina quae gentem significant, ut Afer Hispanus; alia numerum, ut unus duo; alia ordinem, ut primus secundus; alia qualitatem, ut bonus malus albus niger; alia quantitatem, ut altus magnus humilis; quaedam a moribus, ut remissus; alia ab accidentibus vel consequentibus tracta, ut beatus dives pauper. sunt quaedam primae positionis, ut Peleus mons fons; quaedam derivativa, ut Pelides montanus fontanus * ex hac specie 'Aeneia puppis' et 'Romuleoque recens horrebat regia culmo' et 'Phineia postquam Clausa domus'. haec Graeci κτητικά appellant. sunt deminutiva quae in deminutione absolutorum nominum fiunt sine ulla conparatione, ut parvus parvulus, adulescens adulescentulus. illud vero memineris quod semper deminutiones generibus suis unde oriuntur consonant, pauca dissonant, ut rana ranunculus, glandium glandicula, beta betaceus, malva malvaceus, pistrinum pistrilla, ut Terentius in Adelphis, ensis ensicula et ensiculus: Plautus [ensicula] in Rudente. monoptota vero nomina et haec quae natura singularia sunt, item elementa, item fluminum et montium nomina, urbium, item deorum nomina propria et dies festi, litterarum *elementa*, item numeri deminutionem, quam Graeci ὑποκορισμόν vocant, non recipiunt. sunt etiam quae ab his ῥηματικά dicuntur, a nobis verbalia, ut a verbo quod est lego fit lectio, dico dictio, oro oratio, et raptor et percussor ab eo quod est rapio et percutio. quaedam generalia sunt, quibus multa continentur dissimilia, ut animal arbor. ex his nascuntur specialia, quae tamen insunt originibus suis generalibus, ut homo equus taurus laurus pinus. || quaedam ficta sunt a sonis vel a vocibus, ut stridor clangor tinnitus mugitus ululatus hinnitus mussitus. quaedam descendunt ab adverbiis, ut hesternus hodiernus crastinus serus nimius citus. alia a participiis figurata, ut ludibundus laudabundus lacrimabundus anhelabundus

3 per vim] rerum *Diomedes* 6 quam si *B* participalis *B* 17 montanus fontanus *hoc loco omissa post* 19 appellant *habet B. praeterea lacunam qua possessivorum definitio excidit indicavi* Aeneia] *Verg. Aen.* X 156 18 Romuleoque] *Verg. Aen.* VIII 654 fineia *B. Verg. Aen.* III 212 20 in deminutionem *B* 22 raniculus *B* glandula *Charisius* 24 in Adelphis] IIII 2, 45 25 prudente *corr.* rudente *B. Plaut. Rud.* IIII 4, 112 26 idem elementa *B* 28 elementa *om. B, ex Charisio add. v* 29 a nobis aduerbialia *B* 31 percutio] percusso *B* 33 insunto *B* 36 alia — 536, 1 petit *Charis. p.* 34

furibundus, hiulcus qui hiat, petulcus qui petit. sunt etiam quae a Graecis ἐπιθετικά dicuntur, quae quibuscumque personis adiciuntur laudandi gratia, veluti 'Lausus equum domitor', vituperandi, 'ipse doli fabricator Epeos'. sed haec omnia, quamquam species sunt nominum, absolute tamen nomina dicuntur et singulis rebus personisve *ap*posita sunt. sunt quaedam nomina quae per se sine alterius partis orationis adminiculo intellegi non possunt, ut pater frater. recipiunt enim sibi et illa per quae intelleguntur, ut meus tuus. haec Graecis τῶν πρός τι appellantur, id est ad aliquid. sunt et similia τῶν πρός τί πως ἔχοντα, id est ad aliquid quodam modo attendentia, ut dexterior sinisterior. sunt quaedam homonyma, quae una loquella plura significant, ut nepos acies. significat enim nepos et certum cognationis gradum et consumptorem. similiter acies et oculorum dicitur et ferri et exercitus. quaedam sunt synonyma, quae pluribus loquellis idem significant, ut terra humus, ensis gladius. quaedam mediae potestatis, quae significationem a coniunctis sumunt, ut magnus fortis. haec enim per se nullum habent intellectum et ideo a quibusdam adiectiones vocantur, ut magnus vir, fortis exercitus.

De conparationibus. Gradus conlationis sunt tres, absolutus, ut doctus, conparativus, ut doctior, superlativus, ut doctissimus. nomina conlationis inposita parum proprie. nam et doctus conlationis gradus non est, cum *ab*solutus sit et nulli conparetur. item doctior non recte dicitur conparativus, cum alioqui non conparet sed superponat. cum enim dico doctior illo, non conparo me illi sed superpono. || non omnia autem nomina gradus conlationis recipiunt, sed sola quae aut qualitatem significant, ut bonus candidus, aut quantitatem, ut longus magnus; cetera autem non habent conlationem, velut quae corpus significant, ut homo arbor, vel quae gentem, vel quae numerum. sunt quaedam nomina quae, quamvis qualitatem significant, gradus tamen conlationis non recipiunt, ut rudis sobrius mediocris grandis. non enim fit rudior sobrior mediocrior grandior. quaedam sunt quae unum tantum recipiunt conparativum, ut senex senior, iuvenis iuvenior; quaedam superlativum tantum, ut pius piissimus, bellus bellissimus. sunt item nomina superlativa quae absolutum, id est πρωτότυπον, non habent sed ab adverbio veniunt, ut ulterior ultimus ab ultra adverbio, citerior citimus a citra, inferior infimus ab infra, superior summus a supra, prior etiam et primus ab adverbio prius et peior pessimus ab adverbio peius. aliquando solus superlativus invenitur, ut novissimus supremus. quaedam sunt quae diversis figuris in conlationem veniunt, ut malus peior pessimus, bonus melior optimus. his enim per omnes tres gradus conparatio processit, nec tamen unam formam nominis tenuit. sunt alia absoluta quae nullo quidem gradu conlationis figurantur, recipiunt ta-

1 furibusndus hiulus *B* petat *B* 2 επιτυτικα *B* ἐπικτητικά *v* quibuscunque *v* cuiusque *B* laudi gratia *B* 3 Lausus] *Verg. Aen.* VII 651 ipse] *Verg. Aen.* II 264 5 posita *B* 9 πως *om. B, add. v* 19 conlationi *v* 21 solutus *B* 22 cum aliquando *coniecerunt editores Vindobonenses* 27 gentis *B*

men conlationem, si illis magis adverbium iungatur et maxime, ut magis rudis, et maxime similiter, sicut e contrario minus et minime adduntur. utimur autem gradu conparativorum in uno et altero prope aequalibus ac similibus (nam dissimilium conparatio nulla est), ut 'hi duo viri fortes, sed hic altero fortior'. item conparativus gradus et his qui sui generis sunt et his qui alterius sunt conparatur, ut equus velocior equo dicitur, qui eiusdem generis est, item velocior cane, qui alterius generis est. superlativus vero his tantum qui sui generis sunt praeponitur. nam velocissimus equus non dicitur nisi equis conparatus. itaque superlativus gradus aut omnibus sui generis praeponitur, ut 'Danaum fortissime gentis Tydide', aut nullis. scito autem conparativum gradum casum ablativum trahere tam numeri singularis quam pluralis, ut doctior illo doctior illis dicitur. superlativus vero casum genetivum trahit et tantum plurali iungitur numero, ut omnium iustissimus dicitur. ||

Omnium nominum quattuor sunt declinationes praeter ea quae non declinantur, quia tam per singularem quam per pluralem numerum eadem permanent, ut frugi nugas nihili. omnis autem declinatio a genetivo casu cognoscitur. nam qui nominativum servant inepte faciunt, cum quidam casus non sunt nominativi. praeterea multa sunt nomina similia primae positionis declinationis primae et tertiae, ut Aeneas Maecenas. de quibus quid dici potest, nisi quod genetivus sit arbiter discernens utriusque declinationis nomina? declinatur igitur primae declinationis genetivus in ae, secundae in i, tertiae in is, quartae aut in us aut in u. sed hi fere sunt nominativi in prima declinatione, quorum genetivi in ae terminantur, in as, ut Aeneas Lysias; in a, ut Seneca Agrippa auriga, item feminina, ut fortuna colonia; in es, ut Orontes Achates. quare ergo Maecenas Maecenatis, Aeneas vero Aeneae? quia nomina Graeca in *ας* productam terminata vel disyllaba flexa, cum apud eos per genetivum *ου* habent in extremitate syllabam, apud nos primae sunt declinationis, velut *Λυσίας Λυσίου*, *'Αμύντας 'Αμύντου*, Lysias Lysiae, Amyntas Amyntae; et disyllaba flexa, Antas Antae, Menas Menae, quia et apud Graecos *'Αντᾶς 'Αντᾶ*, *Μηνᾶς Μηνᾶ*. nam Dryas Dryantis et Thoas Thoantis, quia nec flectuntur, et omnia quae vel in *τος* vel in *δος* apud Graecos exeunt per genetivum eodem casu apud nos *ο* in i mutato efferuntur, velut *Δρύας Δρύαντος*, nos Dryas Dryantis, Thoas Thoantis. similiter et in femininis. item Orontes Achates Orontae et Achatae facit, quoniam et apud Graecos per *ου* efferuntur. quae autem conposita sunt et genetivo apud Graecos *ους* extremam syllabam habent tertiae sunt apud nos declinationis, ut Diogenes Diogenis, apud illos *Διογένης Διογένους*, *'Αριστοτέλης 'Αριστοτέλους*, Aristoteles Aristotelis. huius tamen primae declinationis nomina masculina tantum sunt et femi-

5 gradus ex his *B* 6 alteris *B* 10 Danaum] *Verg. Aen.* I 96 15 Omnium nominum — 544, 11 trux *Charis. p. 7 sqq.* 21 sit *Charisius* fit *B* 22 declinaturi igitur *B* 23 in i] in s *B* 27 in us *B* 28 flexu *B* 30 flexu *B*

p. 83—85 V.

nina, neutralia non sunt. itaque siqua neutralia inveniuntur, haec Graeca et tertii ordinis sunt ratione qua diximus, ut poema poematis. incusativus autem primae declinationis aut per am exit aut per an. per an erit ex nominibus Graecis, velut hic Callias hunc Callian, per am ex Latinis, quae aut in a aut in es exeunt, ut hic Se‖neca hunc Senecam. hic Oronta, cum Latine reformatur, hunc Orontam dicimus. nam si non reformetur, Oronten poterimus dicere, ut Vergilius, 'fidumque vehebat Oronten'. exempla primae declinationis masculini generis in as, hic Aeneas huius Aeneae. similiter in a, hic poeta huius poetae. hoc nomen pariter declinatur *cum* supra declinato nomine praeter nominativum. hic vero Anchises ut Orontes duplicem dicitur habere nominativum, hic Anchisa et hic Anchises. et si quidem erit nominativus hic Anchisa, declinatur ut hic poeta. si vero hic Anchises habebit nominativum, [et] aliter declinatur quam duo nomina supra scripta. illa enim aut in as aut in a efferuntur, hoc autem in es. ad hoc si sic declinatur, hic Anchises, inmutat quattuor casus singulares, dativum incusativum vocativum ablativumque, velut huic Anchise hunc Anchisen o Anchise ab hoc Anchise, ut tantum modo genetivum singularem nominativumque supra scriptis similem habeat. femininorum nominum nominativus, ut supra diximus, in a effertur. exempla feminini generis in a, haec fortuna huius fortunae. sunt quaedam nomina feminina primi ordinis quae in dativo plurali per bus syllabam efferuntur, hae deae et his deabus, hae libertae his libertabus et his similia. dicunt quidam veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per as proferre, item dativo per i, veluti haec aula huius aulas huic aulai, similiter et cetera, haec terra huius terras huic terrai, aqua aquas aquai; etiam inde perseverasse pater familias, item adhuc esse morem poetis in dativo 'aulai medio' dicere et 'intus aquai'; frugiferai Ennius in annalibus. prima declinatio, ut supra diximus, neutrum nomen non habet.

De secunda declinatione. Secundae declinationis nominativi sunt hi, in us, in er, in ir, in um; in us masculina et feminina, in er *masculina*, in ir item masculina, in um neutra. nam neutralia in us terminata omnia tertiae declinationis ‖ sunt, velut pecus pecoris, nemus nemoris, exceptis his tribus, pelagus virus vulgus, quae corrupta sunt et singulariter tantum declinantur ut secundae declinationis, velut hoc pelagus huius pelagi et virus viri et vulgus vulgi, quamquam multi extulerunt vulgus masculine, ut Vergilius 'in vulgum ambiguas'. masculina vero haec propria nomina sunt eiusdem secundae declinationis, Marcus Antonius; item illa ap-

3 per um exim *B* 7 Vergilius] *Aen.* I 113 10 cum *om. B, add. v* hic — 18 habeat *Diom. p.* 280 14 aut in as uel in a *B* 17 huic anchisae *B* huic Anchisi *v* 19 nominatiuos *B* 22 hac libertates ab his liuertatibus *B* 26 aduc esse moremorem *B* 27 aulai] *Verg. Aen.* III 354. ut 'aulai medio' Vergilius, 'terrai frugiferai' Ennius in annalibus *Charisius* intus] *Verg. Aen.* VII 464. intus aquai frugiferai *tam quam fragmentum Ennii hinc citavit Columna Enn. fragm. p.* 203 terrai *pro* aquai *scribendum esse coniciens; contra quem dixit I. Beckerus Philol.* II *p.* 55 30 masculina *post* er *om. B* 36 Vergilius] *Aen.* II 99

pellativa quae feminina in a faciunt, velut superbus superba, celsus celsa; item illa quae ex participiis veniunt, hic tractus huius tracti, hic pressus huius pressi; item et quae nominativo corripiuntur, velut locus mundus, excepto portus portus, quia quartae declinationis est. longe autem solent errare qui secundae declinationis feminina negant esse, cum plura inveniuntur, ut haec colus et haec humus, item pleraque civitatium nomina, Damascus Berytus Tyrus, item arborum, velut laurus ulmus taxus buxus cerasus fagus. plures autem ut quartae declinationis extulerunt haec nomina arborum, ut Vergilius 'qui tripodas Clari laurus'. siqua autem masculina nominativo producuntur, haec omnia quartae sunt declinationis, ut hic senatus huius senatus. quamquam veteres omnia quartae declinationis ut secundae extulerunt, ut Sallustius 'nam duobus senati decretis', et Terentius 'quaesti gratia' et 'nihil tumulti'. excipiuntur haec sola quae sunt declinationis tertiae, quoniam et crescunt genetivo et sola inveniuntur in tertia declinatione in us terminata, masculina quidem, hic Ligus Liguris, lepus leporis, mus muris, vetus veteris, quod est trium generum; feminina autem, haec iuventus servitus senectus salus virtus Venus tellus palus. item secundi sunt ordinis quae in ευς apud Graecos proferuntur, velut Tydeus. hic enim Tydeus huius Tydei. et ea nomina secundo ordini attribuunt quae apud Graecos genetivo casu *πλεονασύλλαβα sunt*, velut *Ἀχιλλεύς Ἀχιλλέως*, *Ὀδυσσεύς Ὀδυσσέως*, hic Achilles huius Achilli, hic Vlixes huius Vlixi. sed quidam dicunt hic Achilles huius Achillei, Vlixes Vlixei; alii vero tertii ordinis Achilles Achillis, Vlixes Vlixis. nomen masculinum proprium singulare simplex declinationis secundae ita utroque declinatur numero, hic Marcus huius Marci et sequenter. item quae ante us syllabam habent i sic declinantur, ut hic Concordius huius Concordii. || item feminina, haec laurus huius lauri. neutrum nomen in us correptum, quod singulariter tantum declinatur, hoc virus huius viri huic viro hoc virus o virus ab hoc viro. in um neutra, hoc bellum, item quae ante um habent i similiter declinantur, ut hoc studium huius studii. illud memineris quod omnia nomina masculina quae ante us syllabam i habent, haec genetivo singulari eandem litteram geminatam recipiunt, velut hic Concordius huius Concordii, Marius Marii, Thracius Thracii. in dativo vero et ablativo plurali eandem i litteram geminatam accipiunt, velut his et ab his Concordiis. nam de vocativo plurali nihil dicendum est, cum scimus omnium nominum vocativum pluralem similem esse nominativo plurali. in er vero tantum masculina inveniuntur in hac declinatione. nam quae feminina et neutralia, sine dubio tertiae declinationis sunt, velut haec mater huius matris, hoc papaver huius papaveris, cadaver cadaveris. masculina autem haec quae a Graecis

7 buxus] puxus *B*   9 Vergilius] *Aen.* III 360   12 Sallustius] *Catil.* 36   13 Terentius] *Hecyr.* V 3, 38. *Andr.* II 2, 28   18 in ΗΕΥC *B*   20 attribuuntur *Charisius*   21 ΠΛΕΟΝΟCΥΛΛΑΒΙ uelut *B*   28 corruptum *B*   34 tracius tracii *B*

p. 86. 87 V.

proficiscuntur. omnia enim quae apud Graecos aut per γρος aut per τρος aut per δρος efferuntur, haec omnia ος amittunt et per er elata declinantur ut secundae declinationis, velut ἀγρός ager, Ἀντίπατρος Antipater, Τεῦκρος Teucer, Μένανδρος Menander; quamvis Vergilius dixerit Teucrus et Euandrus. duo autem nomina suo statu permanent, Codrus et gongrus: non enim dicitur Coder nec gonger. item ea nomina quae per fer aut per ger conponuntur genetivum faciunt per i litteram, ut lucifer armiger. item ea quae femininum in a faciunt et neutrum in um sine dubio secundae sunt declinationis, velut piger pigra pigrum. hic enim piger huius pigri. reliqua vero masculina quae neque a Graecis proficiscuntur neque *ex* conpositione veniunt neque femininum faciunt in a, haec omnia tertiae sunt declinationis, ut pater patris; exceptis his solis, cancer, socer, liber, auster, gener, puer, arbiter, raster, uter γαστήρ, aper, quae genetivum in i faciunt. exempla declinationis secundae in er, hic piger huius pigri. in ir vero tria sunt tantum modo quae inveniuntur et haec masculina, vir, levir ἀνδρὸς ἀδελφός, ir θέναρ. et ir quidem indeclinabile, levir autem leviri facit et vir viri, et quae ab eo conponuntur, velut duumvir duumviri et similia. || Graeca vero quae genetivo Graeco aut crescunt aut per ος efferuntur, haec o litteram in i commutant et declinantur ut tertiae declinationis, Melampus Melampodis. scito autem in hac declinatione vocativum singularem quadrifariam efferri, per e per er per ir per i; per e eorum quae in us terminantur, velut Marcus o Marce, per er eorum quorum nominativus per easdem litteras profertur, hic niger o niger, per ir eorum quorum similiter nominativus in ir terminatur, hic vir o vir, per i eorum quorum nominativo ante us syllabam i littera interposita est, velut hic Caelius o Caeli, hic Concordius o Concordi.

Tertiae declinationis nominativi sunt hi, in al, in an, in ar, in as, in ax, in el, in en, in er, in es correptam, in es productam, in ex, in il, in in, in is, in ix, in o, in ol, in on, in or, in os, in ox, in ul, in in ur, in us, in ux. in al neutralia tantum inveniuntur, velut hoc animal huius animalis, tribunal tribunalis, bidental bidentalis. horum ablativus per i effertur, velut ab hoc animali tribunali. multi autem voluerunt nominativum per e efferre, ut hoc animale hoc tribunale. siqua autem masculina inveniuntur, haec barbara sunt, ut Annibal Adherbal, et siqua alia sunt. exempla tertiae declinationis neutri generis in al, hoc animal huius animalis, item barbara masculina, hic Annibal huius Annibalis. in an nulla Latina, sed omnia Graeca et haec omnia masculina, velut hic Titan huius Titanis huic Titani hunc Titanem et Titana o Titan ab hoc Titane, pluralis hi Titanes horum Titanum his Titanibus hos Titanes et Titanas o Titanes ab his Titanibus. in ar masculina tantum et neutralia; masculina Caesar Caesaris, lar laris, neutralia lucar lucaris, torcular torcularis. inveniuntur autem communia trium generum par inpar. faciunt enim hic et

10 ex *om. B, add. v ex Charisio* 34 aderbal *B*

haec et hoc par. horum autem duorum, paris et inparis, ablativus dupliciter effertur, ab hoc pare et pari. praecipue autem invenitur in neutralibus torcular torcularis et pulvinar pulvinaris producta a littera, et lucar correpta a littera effertur. scilicet torcular ideo producta, quia quibusdam placuit hoc torculare dici, non torcular, et hoc pulvinare, non pulvinar. exempla masculini generis in ar, hic Caesar huius Caesaris; || commune trium generum in ar, hic et haec et hoc par huius paris; item neutralia, hoc torcular huius torcularis. in as masculina tantum et feminina, velut Maecenas Maecenatis, dignitas dignitatis; item Graeca quae genetivum per τος faciunt, velut Thoas Thoantis, gigas gigantis. cum ergo omnia genetivum faciunt per tis, haec sola disyllaba diverse efferuntur, vas vadis, mas maris, as assis. inveniuntur alia tria, neutralia quidem duo, sed indeclinabilia, fas et nefas. nugas autem, tametsi indeclinabile est, tamen commune trium generum est. hic enim et haec et hoc nugas dicimus. exempla masculini generis in as, hic Maecenas huius Maecenatis huic Maecenati et sequenter. item feminina, haec dignitas huius dignitatis et sequenter. neutra non inveniuntur nisi illa quae indeclinabilia sunt, nefas et fas. in ax masculina tantum et feminina, neutralia propria nulla, nisi ea quae ex communione veniunt, velut masculina hic Aiax huius Aiacis, feminina fax facis, communia hic et haec et hoc audax. sed horum communium ablativus dupliciter effertur, per e et per i, velut ab hoc audace et audaci.

In el neutralia, hoc mel hoc fel. in en masculina tantum et neutralia. masculina quidem haec sola, hic rien rienis νεφρός, lien lienis σπλήν, flamen, pecten, fidicen, tibicen, tubicen, cornicen, liticen ex lituo, genere tubae minoris. [et] cetera vero neutralia sunt, certamen certaminis. declinatio masculini generis in en, hic rien huius rienis et sequenter. item neutrum, hoc certamen huius certaminis et sequenter. in er omnium generum sunt; masculini hic pater, feminini mater, neutri tuber. unum autem invenitur quod genetivo crescit duabus syllabis, iter itineris. apud veteres autem invenimus hoc itiner. in es correpta masculina et feminina, neutralia nulla per se, nisi quae per communionem veniunt, velut hic et haec et hoc teres, masculina vero miles, feminina seges. quattuor autem inveniuntur quae genetivum diversum faciunt. nam cum omnia efferuntur per tis, velut comes comitis, miles militis, haec sola genetivum per dis *faciunt*, praeses reses deses obses. || in es producta masculina tantum et feminina; masculina, hic Hercules huius Herculis, Vlixes Vlixis; feminina, caedes caedis, nubes nubis. sunt et Graeca, quae genetivum faciunt per ους aut per ος, Σωκράτης Σωκράτους Socrates Socratis, Χρέμης Χρέμητος Chremes Chremetis. Terentius Chremi declinavit, ut Sallustius Persi,

2 praecipue autem quaeritur in neutralibus cur torcular *Charisius* 3 torqular torqularis *B* 24 generis *B* 35 faciunt *om. B* obses ΟΜΗΡΟϹ reses ΝѠΧΕΛΗϹ deses ΡΑΘΥΜΟϹ *in margine adscripta sunt in B* in es — 542, 14 puberis *Charis. p.* 51 *sqq.* 39 ut apud Sallustium in prima história 'bellum Persi Macedonicum' *Charisius p.* 52 spersi *B*

p. 89. 90 V.

'etiam puerum inde abiens conveni Chremi'; item accusativo Chremem pro Chremetem, et Vergilius Daren pro Daretem, 'praecipitemque Daren ardens agit'. siqua autem flexo accentu reperiuntur, haec in suo remanent statu et Graecam declinationem secuntur, velut hic Eumenes huius Eumenus, Euprepes Euprepus; quamquam quidam [dicant] Euprepes Euprepetis, Eumenes Eumenetis declinari voluerunt. excipiuntur haec, a masculinis quidem locuples et heres (crescunt enim genetivo), item a femininis pubes fides spes Ceres. quamquam fides et pubes duplicem significationem habent et idcirco diversum genetivum faciunt. est enim fides *πίστις καὶ λύρα* et ideo, cum *λύραν* significat, suam formam servat et declinatur fides fidis, ut caedes caedis; cum vero *πίστιν*, fides fidei facit. simili ratione pubes duas habet significationes. est enim *ἥβη καὶ ἡβάζων*. cum ergo *ἥβην* significat, declinatur pubes pubis, ut nubes nubis; cum vero *ἡβάζοντα*, pubes puberis. in ex masculina et feminina inveniuntur, neutrum nullum nisi ex communione, velut masculina hic vertex huius verticis, feminina silex silicis, ex communione hic et haec et hoc simplex. horum nominum ablativi diverse efferuntur. namque per e efferuntur, ut ab hoc vertice, et per i, ut ab hoc simplici. excipiuntur senex et supellex ideo; facit enim supellectilis et senis. item excipiuntur haec quae genetivum per gis, non per cis faciunt, velut grex rex remex.

In il masculina tantum, velut vigil vigilis, pugil pugilis; femininum unum, Tanaquil Tanaquilis; neutrale nullum. in in Latina nulla, Graeca autem delphin delphinis, Telchin Telchinis. horum incusativus secundum Graecam declinationem terminatur, ut apud Vergilium 'Orpheus in silvis, inter delphinas Arion'. || in is masculina et feminina, hic funis et haec puppis, communia duorum generum, hic et haec suavis. horum ablativus dupliciter effertur, et per e et per i, velut ab hac puppe et puppi; item accusativus duplex, hanc puppem et puppim, turrem et turrim. utique eius modi nominum pluralis genetivus ante um syllabam i habet, velut harum puppium, harum turrium. excipiuntur haec tria, quae omnino i litteram neque genetivo plurali neque incusativo neque ablativo singulari admittunt; sunt autem haec, panis canis iuvenis. excipiuntur et haec quae genetivo crescunt, velut cinis lapis pulvis sanguis vomis cuspis cucumis pollis lis vis glis Dis. Graeca vero dupliciter declinantur. aut enim crescunt genetivo, ut Thetis Thetidis, aut eundem servant genetivum quem et nominativum, ut hic Zeuxis huius Zeuxis, hic Alexis huius Alexis. vis vero singulariter tantum declinatur, velut haec vis huius vis. in ix masculina et feminina, neutrale per se nullum nisi per communionem; masculina hic calix huius calicis, feminina salix salicis, communia hic et

1 etiam] *Ter. Andr.* II 2, 31 2 Vergilius] *Aen.* V 456 3 flexu *B* 8 spes] pleps *B* 14 in ex — 21 remex *Charis. p.* 67 *sq.* 20 graex *B* 25 apud Vergilium] *bucol.* 8, 56 26 in is — 38 vis *Charis. p.* 68 *sq.* 31 habent *B* habebit *Charis. p.* 68 35 gliris *corr.* glis *B*

haec et hoc pernix pernicis. genetivus autem singularis i litteram et corripit et producit, et in communibus quidem producit, in ceteris autem fere corripit. ceterum in pix picis et nix nivis *

In o masculina et feminina, neutralia nulla nisi quae ex communione veniunt; masculina hic Cato Catonis, feminina Iuno Iunonis. sunt autem quattuor tantum modo quae ut neutralia esse possunt, quorum pars dimidia declinationem patitur, duo et ambo; pondo autem et octo monoptota sunt et tantum pluraliter efferuntur, velut haec pondo horum pondo. duo autem et ambo etsi correpta esse videntur, tamen accusativo dupliciter efferuntur. namque hos duos et hos duo dicimus; item ambos et ambo apud auctores invenimus. cum ergo omnia propria genetivo per o efferantur, Apollo et Carthago per i, Apollinis Carthaginis. constat autem appellativa per i efferri, velut ordo ordinis, caligo caliginis, margo marginis, lolligo lolliginis τευθίς, exceptis his, mucro mucronis, praeco praeconis, latro latronis. quae autem nominativo ante o i habent litteram, haec et in genetivo servant eandem, velut seditio seditionis, emptio emptionis. excipitur unum, Anio; Anienis enim facit. invenitur et aliud unum quod neque per o neque per i effertur, velut caro carnis. Graeca vero in suo statu remanent. namque Erato Manto || Dido Theano Allecto Graecam servabunt formam; neque enim possunt declinari ut Iuno Iunonis, quia Latina gravi accentu efferuntur, Graeca autem flexo. Manto Mantus, non Mantonis, et apud Vergilium 'fatidicae Mantus'. et idem erit ablativus qui et dativus. dicimus enim ab hac Mantoe, sicut huic Mantoe, et declinamus haec Dido huius Didus huic Didoe hanc Dido o Dido ab hac Didoe. in ol masculinum unum, sol solis, hic sol huius solis soli solem sol ab hoc sole. in on nulla Latina, sed Graeca tantum et haec masculina. horum genetivus corripitur, Memnon Memnonis, aut crescit, ut Hippocoon Hippocoontis. in or masculina omnia sunt exceptis his tribus femininis, uxor soror arbor, adque sex neutralibus, cor aequor marmor ador robor ebor. et masculina quidem et feminina genetivo o litteram producunt, velut orator oratoris, feminina, uxor uxoris. excipiuntur haec, quae o corripiunt, memor memoris, arbor. namque neutralia utique o corripiunt, velut aequor aequoris. item Graeca or corripiunt, Hector Hectoris, Castor Castoris. omnia autem nomina quae in or terminantur feminina ex se faciunt in trix, velut venator venatrix, victor victrix, orator oratrix, actor actrix, accusator accusatrix, et similia. excipitur auctor; non enim facit auctrix sed auctor: Vergilius 'auctor ego audendi'. in os omnium generum sunt, masculina ut nepos nepotis, feminina ut dos dotis, neutra ut os oris. omnia igitur paene masculina sunt et genetivum faciunt per tis, ut sacerdos sacerdotis; exceptis his, custos custodis, ideo quod ex verbo tra-

1 genetivus — 3 nivis *Charis. p.* 71. genetiuos *B* 4 In o — 24 Didoe *Charis. p.* 47 *sq.* 8 horum pondorum *B* 9 correptae esse *B* 22 apud Vergilium] *Aen.* X 199 27 ippocoon ippocoontis *B* 28 in or — 33 Castoris *Charis. p.* 66 37 Vergilius] *Aen.* XII 159 in os — 544, 4 νυκτός *Charis. p.* 71

hitur, item lepos mos flos ros. in ox communia trium generum, hic et haec et hoc ferox, item velox, quae genetivum faciunt per cis et ablativum faciunt per i; feminina nox et vox. sed nox secundum Graecos declinatur, noctis *νυκτός*.

In ul consul, praesul *ὁ προηγούμενος τοῦ ἱεροῦ*, exul, et unum barbarum, Suthul. horum genetivus per lis, ut consulis. in ur masculina, hic turtur huius turturis; commune fur, hic et haec [et hoc] fur huius furis; neutrum iecur iecoris. in us masculina tria, Ligus lepus mus; commune unum trium generum, vetus; feminina XI, salus servitus senectus virtus Venus tellus palus iuventus fraus laus sus. || in ux masculina, Pollux, feminina tria, lux crux nux, commune unum, trux.

Omnia nomina tertiae declinationis accusativum faciunt per em exceptis his, puppis; puppim facit: sitis sitim; pluralem numerum sitis non habet: securis securim, turris turrim; et turrem habemus aput Vergilium, 'turrem in praecipiti stantem': pelvis pelvim *λεκάνη*, febris febrim; item civitatium nomina eius modi, Neapolis Neapolim. ablativus horum per i effertur.

Graeca nomina, sicut supra diximus, quae in es terminantur, in genetivo faciunt is, si in genetivo *ους* habuerint, velut Demosthenes Demosthenis. sin autem in Graeco genetivo *ου* habuerint, ut *Πηλείδης Πηλείδου*, faciunt Pelides Pelidae. possunt tamen et nominativum habere Latinum, Pelida Atrida Acesta Achata Pylada Oresta. haec non numquam apud auctores sine observatione efferuntur. nam et Aristidis et Aristidae dixerunt magis regulariter, et per hoc pluralem dativum tam ex tertio quam ex primo ordine faciunt, his Aristidis et Aristidibus.

Dierum sacrorum ac sollemnium appellationes genetivum pluralem duplicem habent, tam ex secundo quam ex tertio ordine, velut Saturnalia Saturnalium et Saturnaliorum et cetera similiter, Terminalia *ὅταν ἐν τοῖς ὁρίοις θύωσιν*, Conpitalia *ἐπὶ τῶν ἀτραπῶν αἱ θυσίαι*, Carmentalia matri Euandri sacrificia constituta. item illae appellationes quae etiam Latine cum dicantur natura sunt Graeca [et] duplicem genetivum pluralem habent, tam ex secundo quam ex tertio ordine, velut poema diadema toreuma. sed sunt qui distingunt haec et errorem esse quendam ostendunt differentiam ignorantibus et non esse unam appellationem ex qua elationem genetivus pluralis duplicem habet, sed duas appellationes idem significantes, alteram secundi, alteram tertii ordinis. sed secundi haec est quae antiquitati datur. nam antiqui hoc poematum huius poemati huic poemato, ut merito pluralem poemata poematorum dicerent et poematis, hoc diadematum huius diademati, toreumatum toreumati et cetera. tertii autem ordinis haec est

6 in ur — 8 iecoris *Charis. p.* 66 8 in us — 10 sus *Charis. p.* 56 *sq.* 12 Omnia — 17 effertur *Charis. p.* 25 14 aput Vergilium] *Aen.* II 460 18 Graeca — 25 Aristidibus *Charis. p.* 26 19 habuerit *B* 20 abuerint ut pelides pelidu *B* 26 Dierum — 545, 2 similiter *Charis. p.* 27 *sq.* 29 ΑΤΡΑΙΤⲰΝ *B* *ἀτραπιτῶν v* 34 genetiuos *B*

quam in consuetudine observabimus, poema poematis, plurali poemata poematum poematibus, toreuma similiter.

Omnia nomina quae in o terminantur masculini generis, si tamen recipiant et femininam naturam, erunt communia, velut hic et haec latro, || hic et haec nebulo, hic et haec homo, exceptis his, hic leno haec lena, hic leo haec lea, et siqua alia sunt.

Omnia nomina quae singulari ablativo in i litteram cadunt, haec addita um syllaba faciunt genetivum pluralem, velut ab hoc omni horum omnium. ablativo autem singulari ea demum in i litteram cadunt quae communia sunt trium generum, ut felix felici felicium, et vehemens vehementi vehementium, constans constanti constantium, atrox, prudens et similia. etiam alia trium generum nomina sunt, quae quamvis in masculino et feminino is litteris nominativo terminantur, tamen in neutrali in e nominativum faciunt, ut hic salutaris haec salutaris hoc salutare, hic gracilis haec gracilis hoc gracile et similia. in his tamen omnibus observabimus, appellationes dumtaxat si fuerint, tunc ablativum in i litteram facere. nam si propria nomina fuerint, tunc ablativum in e litteram habere debent, ut Felice Vehemente Salutare. nihilo minus tamen pluralem genetivum eundem servant; tantum ablativum singularem variant in differentia proprii nominis et appellativi. aeque illa quoque ablativum per i litteram habent quae nominativo in e correpta terminantur, quae sunt utique neutralia, ut mare sedile manuale monile rete et similia. item illa per i litteram ablativum habent quae accusativum per i et sunt tertii ordinis, ut puppis sitis securis et cetera quae hoc libro excepimus. illa quoque quae similem genetivum nominativo habent per i litteram ablativum habent et per e, ut haec navis huius navis ab hac navi et nave; duplicem enim haec regula habet ablativum: et ignis similiter et turris et ratis. item illa per i ablativum habent quae in l litteram nominativum habent et sunt neutralia, tribunal vectigal. item illa ablativum per i faciunt quae genetivo plus quam una syllaba crescunt, supellex supellectilis, praeceps praecipitis. omnia nomina quae in ns terminantur, si modo non sunt participia, possunt et plurali neutraliter intellegi et singulariter feminine derivari ad appellationem, velut hic vehemens, neutraliter pluraliter haec vehementia *τὰ σφοδρά*, feminine singulariter haec vehementia *ἡ σφοδρότης*; item prudens prudentia et similia. unde igitur dinoscitur et discernitur nomen a participio? quod nomen recipit conparationem et || superlationem, unde etiam appellatio derivatur, participium autem non recipit. sed evenit saepenumero ut ex ipsis participiis nomen sive appellatio similis participio derivetur, velut ex eo quod est patior participium facimus patiens *ὁ ὑπομένων*, fit et nomen patiens *ὁ ἀνεξίκακος καὶ ἡ ἀνεξίκακος*; item ex eo quod

3 Omnia — 6 sunt *Charis. p.* 25   7 Omnia — 546, 16 causa *Charis. p.* 32 *sqq.*   littera *B*   15 obseruamus *corr.* obseruabimus *B*   18 debere *B*   19 servant *Charisius* scribunt *B*   29 ablatiuo *B*   31 possun ex *B*   39 patio *B*

p. 94. 95 V.

est sapio sapiens ὁ φρονῶν, fit et nomen sapiens ὁ φρόνιμος: hinc fit ex nomine dumtaxat plurali neutro sapientia τὰ φρονοῦντα et sapientia ἡ φρόνησις. sed non nunquam ex participiis, unde conparatio esse non potest, invenimus derivari ad feminina etiam appellationes, ut audiens audientia τὰ ὑπήκοα καὶ ἡ ἀκρόασις, silens silentia τὰ ἥσυχα, feminine silentia ἡ σιωπή. in omnibus quae genetivo crescunt non invenies plus una syllaba crescere praeter pauca, ex quibus quae suggesta memoria sunt inseruimus, iecur iecineris; quidam dicunt et hoc iocinus iocinoris: supellex supellectilis, quamquam alii dicant in nominativo haec supellectilis et hic praecipes huius praecipitis. in his quaedam ablativum per i litteram *facere* observabimus, quae etiam, cum de ablativo adnotaremus, ibi quae i litteram habent, excepimus. sunt quaedam nomina nominativo duplicia, sed quae non ex utroque nominativo declinationem accipiant, sed ex altero, velut satias et satietas; verum tamen non ex eo quod est satias, sed ex eo quod est satietas, satietatis facit: item iter et itiner; verum tamen ex eo quod est itiner itineris itineri facit. et alia sunt; verum sufficiunt haec exempli causa.

Omnia nomina monosyllaba trium generum tertii ordinis sunt excepto uno masculino et duobus femininis. hic enim vir huius viri facit secundi ordinis, et spes et res quinti ordinis, velut haec spes spei, res rei.

Nomina monosyllaba masculini generis, as assis ἀσσάριον, bos bovis, dux ducis, dens dentis, flos floris, fons fontis, fur furis, grex gregis, glis gliris μυοξός, Mars Martis, mons montis, mas maris, mos moris, mus muris μῦς, pes pedis, praes praedis ἔγγυος, par paris ἴσος, pons pontis, rex regis, || ros roris, sal salis, sol solis, trux trucis ἀπειλητικός, vir viri, vas vadis. feminini generis, arx arcis, ars artis, calx calcis, cos cotis, crux crucis σταυρός, dos dotis, fax facis, frux frugis, falx falcis, faex faecis, frons frontis, fraus fraudis, fors fortis, glans glandis, gens gentis, glos gloris γάλως ἀδελφὴ ἀνδρός, lanx lancis, lens lentis, lis litis, laus laudis, lux lucis, mens mentis, merx mercis, mors mortis, nix nivis, nox noctis, nex necis, nar naris, nux nucis, ops opis, pax pacis, pars partis, prex precis, plebs plebis, pix picis, res rei, spes spei, stips stipis, stirps stirpis, sors sortis, sus suis, [lis litis] trabs trabis, vox vocis, vix vicis, urbs urbis, vis vis βία. et haec omnia crescunt genetivo exceptis his duobus, vis et sus: Vergilius 'setigerumque fetum suis' dixit. neutri generis, aes aeris, cor cordis, crus cruris, fas ἄκλιτον θεμιτόν, far farris, fel fellis, git μελάνθιον ἄκλιτον, ir θέναρ ἄκλιτον, ius iuris, lac lactis, mel mellis, os oris, os ossis; sed et ossum ossi: par paris, rus ruris, tus turis, vas vasis, ver veris. et haec omnia declinantur exceptis his duobus, fas et ir, quae indeclinabilia sunt.

1 hic *B* 2 neutra *B* 8 suppellex suppellectilis *B* 9 suppellectilis *B* 10 facere *om. B, add. v* 11 obseruauimus *B* 16 faciat *B* 20 Nomina — 39 indeclinabilia sunt *Charis. p.* 27 21 graex *B* 24 ΑΝΤΙΛΛΗΚΤΙΚΟC *B* uir uiris *B* 28 ΛΛΕΛΦΗC *B* 31 preeps precis *B* 33 βία] era *B* et cetera *v* 34 Vergilius] *Aen.* XII 170 35 far faris *B* 37 ossum] ossus *B*

p. 95. 96 V.

Quartae declinationis masculini generis nominativus et genetivus singularis in us terminantur, velut hic senatus huius senatus, item feminina haec porticus huius porticus, item neutra hoc genu huius genu huic genu. similiter et cornu singulari non declinatur, quamvis Lucanus cornus genetivum dixit libro VII, 'cornus tibi cum sinistri'. omnis appellatio quae ex verbis proficiscitur et in us terminatur masculini generis est, velut ex verbo descendo hic descensus. fit et ex coeo hic coitus, ambio hic ambitus, adficio hic adfectus. et quarti ordinis sunt et genetivo per us efferuntur. sed si participium erit, secundi erit ordinis et per i genetivo proferetur, velut hic habitus huius habiti, hic morsus huius morsi. || sed, si non fallor, omnium verborum appellationes etiam in o terminantur. quae cum in o terminata fuerint, generis feminini sunt, velut haec coitio, haec ambitio, haec scribtio, haec adfectio, haec descensio, ascensio, morsio, dilectio. amatio et cetera.

Est et alius ordo declinationis, quem alii ad secundam declinationem pertinere dicunt, quoniam genetivum in i litteram facit, alii tertiae putaverunt, quoniam accusativum in em, item dativum et ablativum pluralem in bus facit; quem ideo nulli parti tribuentes quintae esse dicendum putaverunt veteres grammatici. exempla, hic dies haec dies huius diei; dum tamen sciamus pluralem feminine hae dies et has dies non oportere nos dicere, quamvis singulariter feminine dicimus. cetera tamen similia feminino modo proferuntur tantum, ut species materies luxuries inluvies macies. quarum specieum pluralem genetivum non similiter observabis, sicut in die et meridie per rum sed per um syllabam, ut specieum materieum luxurieum. sed veteres in hac specie declinationis genetivum singularem similem nominativo dicebant, in quibus Cicero pernicies casu genetivo dixit ratione illa, quod, cum nominativus pluralis a genetivo singulari proficiscatur sitque aut idem aut earundem syllabarum, velut huius scholae hae scholae et huius Marci hi Marci, item genetivus sequi debet nominativum pluralem, et ideo Cicero pernicies casum genetivum extulit. huius tamen quintae declinationis nomina quae ante es productam et puram habent i litteram, haec omnia et feminina sunt et correpta, velut dies materies luxuries. excipitur autem quies, quod genetivo casu crescit. quietis enim facit et fit tertii ordinis. quamquam conpositum ex eo requies servat suam regulam et requiei facit, sicut Vergilius 'requiem spatiumque furoris'. sin autem adiecta *non* fuerit littera i, in is facit genetivum et fit tertiae declinationis, velut nubes nubis, caedes caedis. corrumpuntur autem haec tria, spes res fides, quae faciunt spei rei fidei. de fame ambigitur. quidam enim haec fames huius famis, quidam huius famei ut fidei declinaverunt.

1 Quartae — 3 genu *Charis. p.* 18 5 libro VII] *v.* 217 omnis — 14 cetera *Charis. p.* 30 10 proferentur *B* 15 Est — 26 dicebant *Charis. p.* 18 16 aliae *B* 23 quare specieum *v* 26 in quibus — 38 fidei *Charis. p.* 52 *sq.* Cicero] *pro Rosc. Amer.* 45, 131 35 Vergilius] *Aen.* IIII 433 36 non *om. B* in is] nis *B* 38 de fame — 39 declinaverunt *Charis. p.* 26

p. 96 — 98 V.

Sunt quaedam nomina quae singulariter tantum efferuntur, sunt quae pluraliter tantum. haec paene maiore ex parte collecta suo quaeque ordine subicimus. || masculina semper singularia. hic clavus ὁ ἧλος, cruor; Vergilius cruores dixit: hic fumus, hic fimus ὄνθος, hic genius ἡ τύχη, hic muscus herba, hic pulvis. feminina singularia. haec barba; Vergilius pluraliter dixit: haec culpa, haec eloquentia, haec fames, haec Graecia, haec galla κηκίς, haec clavus purpura vestis, haec hara συφεών, haec lux, haec labes ὄλισθος, haec memoria, haec malitia, haec pax; Sallustius pluraliter dixit 'iudicia, bella adque paces': haec prosapia ἡ ἐκ προγόνων εὐγένεια, haec rabies, haec supellex, haec sanies, socordia ἠλιθιότης, haec sitis, haec tabes, haec vecordia, haec vis. neutralia semper singularia. hoc allec ἄλληξ ἰχθὺς τεταριχευμένος, hoc barathrum, callum τύλωμα, caenum, crocum; Vergilius masculine dixit 'crocumque rubentem': hoc faenum, hoc fel, hoc genium, hoc ius ὁ ζωμός, hoc iustitium luctus publicus, hoc letum, hoc murmur, hoc pelagus, hoc par, hoc pus πῦον ἄκλιτον, hoc sulpur, hoc rudus γῆς σωρός, hoc robor, hoc rus, hoc scrupulum σκινδάλαμος, hoc sinape, hoc siler λύγος, hoc vulgus; Vergilius masculine dixit 'in vulgum ambiguas': hoc virus ἰὸς ἐχίδνης, hoc viscum ἰξός; sed Plautus viscus dixit.

Masculina semper pluralia. hi antes ὄρχατοι, οἱ στοῖχοι τῶν ἀμπέλων, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ ἱππικῶν τάξεων, hi carceres αἱ ἀφετηρίαι ἀπὸ τοῦ συνέχειν; sed Vergilius || 'ruuntque effusi carcere currus' singulariter dixit: hi cani πολιαί, hi casses ὑφάσματα ἀραχνῶν, hi casses τὰ δίκτυα, hi cancelli, hi caelestes, hi foci pro sedibus pro penatibus, hi furfures πίτυρα, hi fori loca spectaculorum; item fori sunt in navibus, ubi nautae sedentes remigant: hi freni χαλινοί; sed et frena et frenum invenimus, λέγεται δὲ καὶ σειρὰ φύσεως freni: hi inferi, hi grumi οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι, hi inferni ὑπόγειοι, hi liberi τὰ τέκνα, hi lendes κόνιδες, hi lares θεοὶ κατοικίδιοι; et larem legimus et las et lar: hi loci τῆς μήτρας οἱ τόποι, hi lemores νυκτερινοὶ δαίμονες, hi mores, hi manes, hi maiores πρόγονοι, hi minores μεταγενέστεροι, hi nostrates ἡμέτεροι; sed huic singulare quidam dant nostras nostratis, ut potestas potestatis et magistras magistratis invenimus: hi optumates; sed invenimus optumas, et infimates legimus: hi pugillares πινακίδες, hi primores, hi proceres, posteri, Quirites; et Quiritem invenimus: hi Quinquâtrus Παναθήναια, hi sentes, hi sales cum religionis causa dicimus, hi vepres ἄκανθαι θάμνοι βοτανώδης τόπος. feminina semper pluralia. hae argutiae φλυαρίαι, hae angustiae, hae arae, hae Alpes, hae aedes domus; sed aedis si dixeris, templum signifi-

1 Sunt — 551, 38 ensicula *Charis. p.* 19 *sqq.* 3 clauos *B* Vergilius] *Aen.* IIII 687 5 Vergilius] *georg.* III 311; 366 7 clauos *B* 8 Sallustius] *Iug.* 31 10 ΕΥΓΕΝΙΑ *B* 12 hoc allex *B* 13 Vergilius] *georg.* IIII 182 14 ingenium *Diomedes p.* 314 15 lecum *B* 16 ΠΟΙΟΝ *B* 17 Vergilius] *Aen.* II 99 19 Plautus] *Poen.* II 1, 33. *Bacch.* I 1, 16 (50 *R*) 22 Vergilius] *georg.* III 104. *Aen.* V 145 23 hi caces *priore loco B* 27 ΣΙΡΑ *B* 28 ΕΠΙΓΙΟΙ *B* 29 ΚΑΤΟΙΚΙΔΙΟ *B* 34 pugillare ΠΕΝΑΚΙΔΕΣ *B* 37 arcutiae ΦΛΟΙΑΡΙΕΙ *B*

cas: hae antiae *κόμαι αἱ διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι*, hae antemnae, hae blanditiae, hae bigae trigae quadrigae, hae conpedes, hae caulae *μάνδραι*, hae caerimoniae *θρησκεῖαι θυσίαι*, hae cunae *βαβαλιστήριον*, hae crates *πλέγματα ῥάβδων*; et cratem dixerunt: hae copiae *ἐπιτήδεια*, hae divitiae, hae deliciae, hae dapes; et dapis dixerunt: hae dirae *κατάραι*, hae exuviae, hae exequiae *ἐκκομιδαί*, hae Esquiliae locus Romae, hae fauces; et faux invenimus: hae fruges *καρποὶ οἱ* || *χαμόθεν, οὐχ οἱ κρεμάμενοι*; et frugem et fruge dixerunt: hae fores *αἱ θύραι*; et foris invenimus singulariter: hae fasces; et fascem invenimus masculino genere: hae fortunae *ὑπάρχοντα*, hae feriae, hae falerae *ἱπποκόσμια*, hae facetiae *εὐομιλίαι*, hae foveae fossae et insidiae venatorum *βόθυνοι*, hae genae *παρειαί*, hae grates quas agimus ob merita, hae Gratiae deae, hae gingivae *τὰ οὖλα τῶν ὀδόντων*, hae gerrae *πλεκτά τινά ἐστιν τοῖς τείχεσιν προσφερόμενα*, hae indutiae, hae inferiae, hae insidiae, hae inimicitiae, hae ineptiae; et ineptia dicitur: hae Idus *εἰδοί*, hae indiciae *ἔλεγχοι*, hae ianitrices *εἰνάτερες*, hae inlecebrae; et inlecebra invenimus: hae Kalendae, hae lactes *λοβοὶ τῶν σπλάγχνων λεπτὰ ἔντερα*, hae litterae, hae lutinae *πηλώματα*, hae lautumiae *λατόμια*, hae latebrae, hae minae, hae manubiae, hae nuptiae, hae Nonae, hae nares, hae nundinae, hae nugae, hae neniae *ἐπιτάφιοι*, hae leriae *φλυαρίαι*, hae opes; accusativum et genetivum et ablativum singularem huius nominis invenimus, hanc opem, opem ferre, et huius opis, 'vide siquid opis adferre huic' Terentius, et ab hac ope, Sallustius in II 'cum egens alienae opis plura mala exspectarem' in oratione Cottae, Cicero in pro Milone 'ut omnem semper vim quacumque ope possent a corpore, ***a capite, a vita sua propulsarent***': hae plagae *δίκτυα*, hae preces; Vergilius 'prece numen adora' singulariter dixit: hae primitiae *ἀπαρχαί*, || hae quisquiliae *φρυγάνων χαίτη*, hae reliquiae, hae retes *δίκτυα*; et in consuetudine dicitur 'in retes meas incidisti'; retia enim plurali nominativo ex rete, quod est neutrale, nominativum facit: hae sarcinae *σκεύη*, hae sortes, hae sordes *ῥύπος*; et sordem invenimus: hae scopae *σάρος*, hae scalae, hae salinae *ἁλοθήκια*, hae tenebrae, hae tendiculae *σαγῆναι*, hae vires, hae vindiciae *χαρπιστεία ἐλευθερίας ἐκδικία*. neutralia semper pluralia. haec arma, haec avia loca longe secreta, haec arbitria cum potestates officia dividunt, haec battualia *αἱ γυμνασίαι τῶν μονομάχων*, haec bona *τὰ ὑπάρχοντα*, haec Bacchanalia *Βάκχια*, haec brevia *βράχη*, haec castra; et castrum dixerunt:

3 ΒΑΒΑΛΙΣΤΕΡΙΟ *B* *βαυβαλιστήριον v* 4 ΠΟΕΓΜΑΤΑ *B* 5 exubiae *B* 11 foveae] fouae *B* ΠΑΡΙΑΙ *B* 14 inertiae et inertia *B* 15 ΙΔΟΣ *corr.* ΙΔΟΙ *B* ianitrices *εἰνάτερες v* inatrices ΙΑΝΤΗΡΕΣ *B* 16 kalandae *B* 17 ΠΕΓΜΑΤΑ *B* *πηγηματα v* 19 hae leriae, *quod ex errore grammatici profectum esse videtur, defendunt editores Vindobonenses conl. Dacer. ad Paul. Diac. p.* 471 *ed. Lind. cf. exc. Fest. p.* 115 *M. perturbatus litterarum ordo ita restituendus esse videtur,* hae nugae *λῆροι φλυαρίαι*, hae neniae *ἐπιτάφιοι*, hae opes 20 ΦΛΟΙΑΡΙΑΙ *B* hae opes — 25 propulsarent *in marg. add. B* 22 Terentius] *Phorm.* III 3, 20 23 in oratione Cottae] § 4 24 pro Milone] 11, 30 25 a capite — propulsarent *truncata in B add. v* 26 Vergilius] *Aen.* III 437 33 ΚΑΡΠΙΣΤΙΑ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ *B*

p. 100. 101 V.

haec cibaria σιτομέτρια, haec crepundia ἀναγνωρίσματα, haec cete τὰ κήτη, haec Compitalia τὰ ἄμφοδα, haec Carmentalia matri Euandri sacrificia, haec Cerealia, haec cunabula, haec comitia ἀρχαιρέσια, haec diaria, haec exsta σπλάγχνα, haec Genialia τύχαια, haec gaesa ἀκόντια, haec Heraclia, haec iuga ἀκρωτήρια; iugum enim ἵππου ζυγός; sed Vergilius 'hoc superate iugum' dixit: haec iusta ἔθιμα, haec intestina ἔγκατα, haec iugera πλέθρα; et iugerum dicimus: haec incunabula βαβάλια, haec Liberalia ἑορτὴ Διονύσου, haec lautia ἐνδομενία, haec lumina; Vergilius 'cui lumen ademptum' singulariter: haec praestigia ἀμαύρωσις; unde praestigiatores ψηφοπαῖκται: haec Lupercalia Πάνια, haec moenia, haec magalia, haec mapalia, Neptunalia, orgia, palaria, cum milites ad palos exercentur: procastria quae ante castra sunt, Parentalia νεκύσια, praecordia σπλάγχνα τὰ ὑποχόνδρια, rostra ubi contionantur, repotia λυσιπόδια, spectacula, spolia; et spolium invenitur: sponsalia, Saturnalia, serta; et sertum invenimus: Terminalia ὀροθέσια οἷς ἑορτάζοντες Ῥωμαῖοι θύουσιν, tempora κρόταφοι, verbera μάστιγες; sed Vergilius et || 'torto volitans sub verbere turbo' singulariter: viscera; Ovidius singulariter 'viscere diviso': vada; et vadum dixerunt: Volcanalia. quae semper pluralia sunt, si plus quam una significare velimus, masculinis binos ternosque locos, femininis binas ternasque scalas, neutris bina ternaque spectacula.

Elementa semper singularia sunt, aether caelum aer ver sol iubar autumnus terra mare. quamvis maria dicitur, nec marium nec maribus, et terras pro terrae regionibus accipimus. item metallica semper singularia sunt, aurum argentum ferrum aes plumbum cassiterum orichalcum aurichalcum. et quamvis aera dicimus, tamen ceteris casibus non utimur. item quae mensura constant, arida dumtaxat, quae numerari non possunt, semper singularia sunt, ut triticum, frumentum; quamvis et frumenta dicimus: far ζεά, ador ζειά, hordeum; 'serit hordea' Vergilius: faba, lenticula, lens, cicer, milium κέγχρος, paniceum μελίνεως κέγχρος, oryza. item liquida semper singularia, mel; et mella legimus: oleum, vinum; et vina legimus: mulsum οἰνόμελι, defrutum ἕψημα, acetum, lac, muria γάρον liquamen. et siquid horum nominativo plurali efferatur, ceteris casibus cessabunt. item nomina montium fluminum civitatium semper singularia sunt, nisi quae natura pluraliter enuntiantur, ut Athenae Thebae Puteoli Ostia. item singularia semper sunt quae nec videri nec tangi possunt, verum ab his in alterutram partem doloris aut gaudii adficimur, ut gaudium; et gaudia dixerunt: vigor; et vigores dixerunt: metus; et metus

3 ΑΡΧΙΕΡΕCΙΑ *B* 4 genealia *B* eraclia *B* 5 Vergilius] *Aen.* VI 676 6 ΑΙΘΙΜΑ *B* 7 ΠΛΘΡΑ *B* βαυβάλια *v* 8 Vergilius] *Aen.* III 658 9 prestrigia *B* prestigiatores ΨΗΦΟΠΕΚΤΑΙ *B* 10 Πανεῖα *v* 12 ΝΕΚΥΤΙΑ *B* 16 Vergilius] *Aen.* VII 378 17 *fortasse* viscere dixit, *nisi potius excidit Ovidii versus metam.* VI 290 e quibus una trahens haerentia viscere telo, *quo exemplo utitur Priscianus p.* 721 25 utimus *B* 28 Vergilius] *georg.* I 210 lenticla *B* 29 *μέλινος coniecerunt editores Vindobonenses* oriza *B* 31 ΕΨΕΜΑ *B* 34 poteoli *B*

pluraliter: letum, fuga, pallor; pallores dicitur: || timor, terror; terrores dicitur: insania, sopor; sopores dicitur: furor; pluraliter dicitur: ius; pluraliter iura tantum: iustitia, maestitia, senium *μέριμνα ψυχική*, maeror *λύπη*; Cicero pluraliter extulit in pro Cluentio 'sed multorum medicamentum maerorum': scrupulum, sapientia, salus, fides, perfidia, macies maciei, inertia, misericordia, segnitia, pigritia, velocitas; pluraliter dicitur. sed auctores non usque quaque hoc observaverunt.

De monoptotis. Sunt quaedam nomina tota in declinatione et singularia et pluralia monoptota. in quibus et communia trium generum sunt, ut nequam frugi nugas pondo; quamquam unum pondo non dici sciamus, sed in libram referri: duo enim pondo et tria pondo et deinceps observamus. id quoque observabimus ut, quotiens de neutro loquamur, correpte dicamus duo milia *παρὰ τὸ δύο*. in accentu enim longo duo homines, ambo homines, ambae mulieres dicitur. nihili, hoc subus *τὸ συοβόσκιον*; unde subulcus *συοβοσκός*: bubus *βουκόλιον*, bubulcus *βουκόλος*. sunt quaedam singularia nomina tantum monoptota, quae pluralia non habent; sunt autem neutralia, git *μελάνθιον*, fas, pus, instar et similia. sunt quaedam singulariter tantum monoptota, quae pluralibus casibus admittunt naturalem declinationem, velut genu gelu testu et similia. sunt quaedam plurali tantum monoptota communia in numeris posita, tot quot aliquot. haec alii inter pronomina posuerunt, alii inter adverbia. sunt quaedam quae singulariter non in omnibus casibus cadunt, ad pluralem declinationem sollemnem admittunt, frondem et fronde, frugem et fruge, vicem et vice. sunt quaedam quae declinationem non admittunt, in quibusdam || casibus tamen inveniuntur et dicuntur *ἄπτωτα*, ut dicimus sponte; et hic declinatio nulla praeter ablativum. sunt quaedam quae singulariter cum declinantur, in plurali mutant genera, velut hic locus, pluraliter haec loca; hoc porrum, pluraliter hi porri; hoc frenum, pluraliter hi freni; hoc iocum, pluraliter hi ioci et haec ioca. numeri declinantur unus et duo *et* tres; a quarto usque ad centum indeclinabiles sunt; a centensimo item declinantur. et elementa litterarum indeclinabilia sunt.

Quae nomina *ὑποκορίσματα* non recipiunt. In primis monoptota *ὑποκορίσματα* non recipiunt, item haec quae natura singularia sunt, item elementa, item fluminum et montium et civitatium nomina, item deorum et hominum propria nomina, item dies festi, litterarum elementa et numeri. semper *ὑποκορίσματα* generibus suis unde oriuntur consonant, pauca dissonant, ut haec rana ranunculus, unguis ungula, beta betaceus, malva malvaceus, pistrinum pistrilla, ensis ensicula.

Nomina quae apud Romanos masculina, apud Graecos feminina. Hic actus *ἡ πρᾶξις*, hic affectus, hic accentus, angulus *γωνία*, ascensus, aditus, adventus, anus *ἡ ἕδρα*, acus, apex *κεραία*, clamor, conplexus, casus,

4 pro Cluentio] 71, 201 23 vicem et vice] uigem et uige *B* 28 hic iocus *v* 29 et *ante* tres *om. B* 41 κερεα *B*

clipeus, conspectus, coetus, coitus, calx *πτέρνα λάκτισμα ἄσβεστος*, carcer, conatus, census *ἀπογραφή*, cibus, coactus *ἡ ἀνάγκη*, canus *πολιά*, concursus, cantus, concentus *συνῳδή*, collis *ἀκρώρεια*, cultus, calix *κύλιξ*, comitatus *συνεκδημία*, clivus *ἀνάβασις*, calor, calculus *ψῆφος*, callis *ἀτραπός*, culmus *καλάμη*, consulatus, cardus *κινάρα*, cippus *στήλη*, discensus, dies, ductus *χαραγμή*, eventus, exitus, error, fons, fragor, focus *ἑστία*, faecor *τρυγίας τοῦ οἴνου ὀδμή*, furor, fascis *δεσμή*, fornix *ἀψίς*, forfex *ψαλίς*, faex || *τρυγία*, fulgor, honor, gremius *ἀγκάλη*, hortatus *προτροπή*, ingressus *εἴσβασις*, ictus *πληγή*, iuncus *ὀξύσχοινος*, incessus *ἐπίβασις*, iussus *κέλευσις*, inpulsus *ἡ μετὰ τοῦ ἀναγκάζειν πειθώ*, interitus, introitus, inpetus, luxus *ἀσωτία*, langor *νωθρία*, lectus, later *πλίνθος*, luscinius *ἀηδών*; et luscinia, ut Horatius dicit: limus *ἰλύς*, maeror *λύπη*, monitus, mador *ὑγρασία*, ut Sallustius in historiis: mergus *αἴθυια*, magistratus *ἀρχή*, mercatus *ἐμπορία*, morbus, mullus, nuntius *ἀγγελία*, nidor *κνῖσα*, nidus *καλιά*, ordo *τάξις*, odor *ὀδμή*, obiectus *προβολή*, ortus *ἀνατολή*, occasus, ornatus *κόσμησις*, pons, pumex, profectus *προκοπή*, poples *ἀγκύλη*, pelicatus *ζηλοτυπία*, pallor, pavor, postis *φλιά*, ros, remus, reditus, raster, radius, rogus, sermo *ὁμιλία*, solius *ἔμβασις*, successus *διαδοχή*, pulpitus *θυμέλη*, pudor, pilus *θρίξ*, septentrio, splendor, senatus, sensus *αἴσθησις*, status, situs *θέσις*, secessus *ὑποχώρησις*, torus, turbo *θύελλα*, turtur *τρυγών*, turdus *κίχλα*, terror, vertex *κορυφή*, visus, usus, venter, vortex *ἴλιγξ*, vomis *ὕνις*, vicus *κώμη*, vapor *ἀτμίς*.

Nomina apud Romanos masculina, apud Graecos neutra. Arcus *τόξον*, agger, agnus *ἀρνίον*, as *ἀσσάριον*, autumnus, artus *ἄρθρον*, anhelitus *ἆσθμα*, aestus, campus, amictus, currus, cruor, culter, calix, conpitus *ἄμφοδον*, consessus *συνέδριον*, denarius, exercitus, ensis, fluctus, flos, finis, furunculus *κλεπτάριον*, flatus, fomis *φρύγανον*, fornax *χόανον*, fluvius *ῥεῖθρον*, follis *θυλάκιον*, fustis, gustus *γεῦμα*, gladius, habitus *σχῆμα*, ignis, infans, liber *βιβλίον*, luctus, lucus, murus, mons, mos, modus *ἅμμα*, morsus, nervus, ornatus *κόσμημα*, puteus, pecten || *κτένιον*, pulvinus, penus *κελλάριον*, palmes *βλάστημα*, punctus *κέντημα*, sanguis, surcus *κάρφος*, spiritus *πνεῦμα*, serpens *ἑρπετόν* [sal]; serpens perniciosa feminine: stimulus *κέντρον*, sal *ἅλς*, terminus, tumor, hic udo udonis *τὸ ἐμπίλιον, τὸ οὐδωνάριον*.

Nomina quae apud Romanos feminina, apud Graecos masculina. Haec ara *βωμός*, aedis *ναός*, arista *ἀνθέριξ*, arra *ἀρραβών*, authepsa *κάκκαβος*, aquila, barba, cudis *ἄκμων*, columna, corona, crista *λόφος*, cervix, crux *σταυρός*, coclea *κοχλίας*, haec cirra *ὁ μαλλός*, coniunctio *σύνδεσμος*, cicada,

3 ΑΚΡΩΡΙΑ *B* 4 clius *B* 7 fecor *B* 8 fex *B* 10 *ἡ μετοχὴ τοῦ ἀναγκάζειν, πείθω v* ΠΙΘΩ *B* 11 luscinus *B* 12 luscina *B* Horatius] *sat.* II 3, 245 13 Sallustius] *in fragmento ex quarto historiarum libro citato a Nonio p.* 138 *et a Prisciano p.* 699 19 ΕΘΗΣΙΣ *B* 22 ΙΛΙΝΞ *B* 24 anelitus *B* 26 concessus *B* 27 ΚΑΡΠΤΑΛΙΟΝ *corr.* -ΑΡΙΟΝ *B* 28 ΡΙΘΡΟΝ *B* 30 poluinus *B* 31 palmes *v* palpes *B* 38 ΚΟΧΛΙΟΣ *B*

classis, domus, deprecatio ἀποιωνισμός, disputatio διαλογισμός, forma ὁ τύπος, frugis καρπός, faba ὁ ἐρεγμός, formido, febris, formica, ferula, fiscella ὁ κάρταλλος, fistula, fibra, hiemps, habena, harundo, hara συφεών, hedera, invidia, ianua, laus, lucerna, lex, labes ὄλισθος, lanterna φανός, lanugo χνοῦς, lanna λοβὸς ὠτίον, laudatio, licitatio ὑπερθεματισμός, latebra, libra ζυγός, messis θερισμός, mors, merces, mamma, macula, medulla, micatio λαχμός, norma διαβήτης, haec natis γλουτός, nar ῥώθων, oratio λόγος, plebs, palma, pestilentia, pruna ἄνθραξ, prosa πεζός ἐπὶ λόγου, pruina κρύσταλλος, penula, rota, rupes κρημνός, rana, regula, redactio εἰσοδιασμός, silex ὁ πυρώδης λίθος, sors, spuma ἀφρός, sarra μοχλός, statua, superaria σουβρικός ἐσθῆτος εἶδος, spica στάχυς, sitla, saliva σίελος, securis, sponsio ἀνθορισμός, scopa, scintilla, series ὁρμαθός, tela, tempestas, turba, tunica, tibia, tinia, turma, vindemia, usura τόκος, verbena θαλλός, unda. ||

Nomina quae apud Romanos feminina, apud Graecos neutra. Haec armilla τό ψέλιον, aqua, arbor, auris, auricula, ales, ascia σκέπαρνον, area τὸ ἀλώνιον, alga βρύον, amfora τὸ κεράμιον, beta σεῦτλον, caro κρέας, cena, cucumis σικύδιν, cloaca ἀποχυτήριον, cutis τὸ δέρμα τοῦ ἀνθρώπου, calvaria κρανίον, cepa κρόμυον, creta κρητάριν λευκόγειον, culina μαγειρεῖον, caliga τὸ σανδάλιν, calda, frons, figura, ficus, fera, foris, fabula, farina ἄλευρον, facula, frigida, gens, hasta, lacrima, lux, lima τὸ ῥινίον, moles μέγεθος, magnitudo, indicina μήνυτρον, indoles λῆμα εὐγένεια, merx φορτίον, mandela τὸ μαππίον, haec menta ἡδύοσμον, mensura τὸ μέτρον, mica ψιχίον, natio, novacla ξυράφιον, ovis πρόβατον, pinna, palus τὸ ἕλος, palea ἄχυρον, pistrilla ἀρτοκόπιον, papula ψυδράκιον, polenta ἄλφιτα, planta, pituita φλέγμα, palpebra βλέφαρον, res, restis, rosa, ruta πήγανον, sagitta, sponda ἐνήλατον, senectus, terebra τρύπανον, taberna, unda νᾶμα, viriola κλανίον, villa ἐποίκιον, vitta, vervella τὸ προβάτιον et hic vervex, [haec penis τὸ αἰδοῖον: Sallustius 'manu pene bona patriae laceraverant'].

Nomina quae apud Romanos neutra, apud Graecos masculina. Hoc aurum ὁ χρυσός, alligamentum δεσμός, argentum ἄσημος, aes χαλκός, aevum, armarium, altum βυθός, bellum, caelum, certamen, culmen ὄροφος, cerebrum, caementum ὁ χάλιξ, culleus ὁ ταύρειος, caenum βόρβορος, || dumetum ὁ ἀκανθών, fundamentum, fulmen, flumen, fretum πορθμός, femur, ferrum, frenum, frumentum, fenum, ficetum ὁ συκών, ius ὁ ζωμός, iugum ζυγός, inguen βουβών, incendium, ius iurandum ὅρκος, litus, limen, lorum, labrum λουτήρ, lutum, licium μίτος, lustrum φωλεός, latibulum, murmur,

5 λωβος corr. λοβος B   9 penola B   10 ιcοδιαcμοc B   11 εcθητοc super scripto ζωcτηροc B   13 uendemia B   17 βρυον corr. βροιον B   18 coacla B   19 κρομοιον B   κρυταριν corr. κρηταριν B   λευκογιον B   μαγιριον B   20 calliga B: gallica coniecerunt editores Vindobonenses conl. Cic. Phil. II 30 Gell. XII 21   22 indicina v indicima B   ευγενια B   25 pistilla B   28 villa] uilli B villula v   uerbella B   29 Sallustius] Catil. 14   34 ταυριοc B   37 inguem B   38 φωλαιοc B

p. 107. 108 V.

murtetum, *μυρσών*, matrimonium, monile *ὅρμος*, nemus *δρυμών*, omen, onus *γόμος*, olivetum *ἐλαιών*, oraculum, pratum, patibulum *σταυρός*, palatum *οὐρανίσκος*, periculum, plumbum, rus, stagnum *κασσίτερος*, sertum, stamen *στήμων*, sepulchrum, saeculum, solium *ὁ βασιλικὸς θρόνος*, scutum *θυρεός*, tergum *νῶτος*, templum, tribulum *ὁ σταχυοτόμος*, tempus, tus *ὁ λιβανωτός*, vinculum, uber *ὁ μαστός*, vinum, veru *ὀβελός*, viscum, vinetum *ὁ ἀμπελών*, veratrum *ἐλλέβορος*, vadum *ὁ πυρεύσιμος τόπος*.

Nomina quae apud Romanos neutralia, apud Graecos feminina. Hoc auxilium, arvum *ἄρουρα*, adiutorium, augurium, aedificium, arbitrium *μεσιτεία*, beneficium, bitumen, conubium *ἐπιγαμία*, caput, cor, consilium, hoc coagulum *πυτία*, candelabrum, corium, commercium, crepusculum *ὀψινὴ ὥρα*, compendium, discrimen *διαφορά*, decus, dispendium, experimentum, epulum *διανομή*, excidium, emolumentum *ὠφέλεια*, effugium, forum *ἀγορά*, foramen *τρώγλη*, far *ζεά*, floccus *κροκύς*, fel, fermentum *ζύμη*, flagellum *μάστιξ*, furtum, gaudium, gallicinium, gelu *πάχνη*, genium *τύχη τόπου ἢ ἀνδρός*, gramen, gluten, guttur, hospitium, hordeum, iter, imperium *προσταγή*, ieiunium, ingenium, interdictum, infundibulum *χώνη*, ilium *λαγών*, lustrum *πενταετηρίς*, latrocinium, mare, meritum *εὐποίεια*, mendicabulum *ἐπαιτοσύνη*, medicamentum *θεραπεία*, ministerium, negotium *πραγματεία*, ostium, otium, ostium *ἐκβολή*, officium, foedus *σπονδή*, pabulum *πόα νομή*, proelium *συμβολή*, praesepe *φάτνη*, patrocinium, puerperium *ἡ λοχεία*, participium, parri‖cidium *πατροκτονία*, posticium *παράθυρος*, pervigilium *παννυχίς*, principium, praeceptum *παραίνεσις*, pronomen, pactum *συνθήκη*, praeconium *ἡ κήρυξις*, proverbium *παροιμία*, pretium *τιμὴ τῆς καταβολῆς*, pomum *ὀπώρα*, promissum *ὑπόσχεσις*, pondus *ὁλκή*, praesidium *φρουρά*, remigium, rastrum *ἡ ἄμμη*, responsum, sacerdotium *ἱερωσύνη*, scutum, studium, stratum *κατάστρωσις*, saxum, servitium, silentium, solacium, scalprum *σμίλη*, sacrilegium, subtemen *ῥοδάνη*, supplicium, stercus, scortum *χαμαιτύπη*, supercilium *ὀφρύς*, suspendium *ἡ ἀγχόνη*, signum *σφραγίς*, tectum *στέγη*, territorium *τοπαρχία*, tormentum *βάσανος*, torculare *ληνός*, tonitru *βροντή*, testimonium, testamentum, tegmen *δορά*, tranquillum *γαλήνη*; et haec tranquillitas: votum *εὐχή*, vadimonium *ἐγγύη*, ventrale *φοῦνδα*, hoc vitrum *ὕελος*, virgultum *ἡ παραφυάς*.

Omnia nomina omnium generum et omnium ordinum quinque vocalibus litteris ablativo casu singulari numero terminantur, a e i o u, exceptis monoptotis, quae per necessitatem in consonanti littera terminantur, velut hic nequam et ab hoc nequam, hic nugas et ab hoc nugas, hoc git et ab hoc git, hoc fas et ab hoc fas et similia. quae in a exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo singulari ae, plurali a litteram servant et rum syllabam recipiunt, hic Aeneas huius Aeneae ab hoc Aenea horum Aenearum,

2 ΕΛΕΩΝ *B* 3 plumbum *B* 5 ΘΥΡΑΙΟC *B* ΝΟΤΟC *B* 9 ΜΕCΙΤΙΑ *B* 13 ΩΦΕΛΙΑ *B* 14 ΤΡΩΓΛΑ *B* 16 ordeum *B* 19 ΕΠΕΤΟCΥΝΗ *B* ΠΡΑΓΜΑΤΙΑ *B* 21 ΛΟΧΙΑ *B* 26 ratrum *B* 28 *σμίλη*] smila *B* 29 ΑΓΧΟΝΗ *B* 32 ΕΓΓΥΗ *B*

Musa Musae a Musa Musarum; dativo et ablativo plurali is, ut his et ab his Aeneis Musis. quae in e exeunt ablativo casu singulari, haec, si correptam e habuerint, genetivo casu singulari is, plurali autem um litteris terminabuntur, velut hic aries huius arietis ab hoc ariete horum arietum, paries parietis pariete parietum, et similia pectore nomine pecore nemine numine statione regione possessione lepore femore. si vero e productam habuerint ablativo casu singulari, genetivo casu singulari ei, plurali autem e et rum syllabis terminabuntur, ut haec dies huius diei ab hac die harum dierum, species speciei specierum, *facies* faciei facie facierum. dativo et ablativo plurali utraque || bus syllaba finientur, ut his et ab his parietibus diebus speciebus. quae in i exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo casu singulari is, plurali ium, et accusativo is, dativo vero et ablativo bus litteris terminabuntur, velut ab hoc et ab hac docili huius docilis horum et harum docilium hos et has docilis ab his docilibus. quae in o exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo singulari in i litteram exeunt, plurali vero o litteram servant et rum syllabam recipiunt, velut ab hoc docto huius docti horum doctorum, magno magni magnorum. quae in u exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo casu singulari us litteris terminantur, plurali autem u geminatam litteram recipiunt, velut ab hoc fluctu huius fluctus horum fluctuum, portu portus portuum; dativo et ablativo in bus, ut his et ab his fluctibus portubus. quae monoptota per necessitatem ablativo casu m aut s terminantur, haec plurali quoque ut monoptota perseverabunt, ut ab hoc nequam et ab hoc nugas et ab his nequam et ab his nugas.

Omnia nomina inanimalia Romana simplicia nis syllaba terminata masculini generis sunt, ut amnis finis panis cinis funis, quamvis Vergilius finem masculino et feminino genere dixit, masculino ut 'hic finis fandi' et 'quem das finem rex magne laborum', feminino ut 'haec finis Priami fatorum' et 'quae finis standi'.

De gradibus conparationum. Hic quoque de gradibus dicamus. conparationum sunt ordines duo, secundus et tertius. dividuntur autem singuli in tres gradus, et est primus absolutus, quem primitivum dixerunt, secundus comparativus, tertius superlativus, et declinantur hoc modo. secundi ordinis masculinum doctus doctior doctissimus, plurali docti doctiores doctissimi; femininum docta doctior doctissima, plurali doctae doctiores doctissimae; neutri generis doctum doctius doctissimum, plurali docta doctiora doctissima; adverbialiter docte, comparative doctius, superlative doctissime: appellatio haec doctrina. || tertii ordinis masculini generis felix felicior felicissimus, pluralis felices feliciores felicissimi; feminini felix felicior felicissima, pluralis felices feliciores felicissimae; neutraliter felix felicius felicissi-

8 eum et rum *e* 9 spes spei speum *super scripto* species speciei specierum *B* facies *om. B* 17 magni magno magnorum *B* 18 in o *B* 27 hic] *Verg. Aen.* X 116 28 quem] *Verg. Aen.* I 241 haec] *Verg. Aen.* II 554 29 quae] *Verg. Aen.* V 381 30 De gradibus conparationum] *Charis. p.* 87 *sqq.*

p. 150. 11 V.

mum, pluralis felicia feliciora felicissima: adverbialiter feliciter felicius felicissime: appellatio haec felicitas. quaedam, ut supra diximus, primum et secundum gradum recipiunt tantum, ut iuvenis iunior, senex senior; quaedam secundum et tertium, ut ulterior ultimus, potior potissimus, interior intimus; quaedam primum et tertium ut bellus bellissimus, fidus fidissimus, pius piissimus, cuius secunda declinatio magis, magis bellus, magis pius. quaedam autem nulla declinatione in collationem veniunt, quibus accidit magis et maxime, item minus et minime, velut rudis proprius sobrius. dicimus enim magis rudis magis proprius magis sobrius, maxime rudis; sic et e contrario minus rudis, item minime rudis dicemus. illa autem, quamvis diversa sunt, gradus tamen inter se fecerunt, ut bonus melior optimus, malus peior pessimus, magnus maior maximus. observabimus tamen, quod ipsum iam adnotavimus, nomina in conparationibus versari tantum, non participia. in his conparationibus secundi ordinis in adverbiis primi gradus quae in e proferuntur sunt quattuor haec excepta, quae proferuntur contra regulam per ter, ut naviter ignaviter, humaniter, duriter, largiter: quae quamvis antiquitati adsignant grammatici, tamen dicunt etiam secundum suam rectam analogiam proferri posse, ut nave et ignave, large, dure, humane. sed ex his quae e ante us aut i habent conparationes fieri non possunt. neque enim ab idoneo idoneor fieri potest neque a necessario necessarior et similibus. non sunt quattuor tantum sed et alia plura, quae ex secundo ordine ad tertium derivantur, ex tertio non derivantur. Velius Longus de hac regula disputavit in V ea parte, 'ergo alacris cunctosque pu||tans excedere palma'. sed et omnia nomina quae per er terminantur in superlationibus sic proferuntur, velut pulcher pulcherrimus, non pulcherrissimus, acer acerrimus, non acerrissimus. item quae per is terminantur, haec dumtaxat quae subiecimus in superlationibus similiter proferuntur, similis simillimus, facilis facillimus, humilis humillimus, agilis agillimus, gracilis gracillimus. reliqua nomina per issimus faciunt. aeque adverbia horum omnium quae adnotavimus similia sunt, ut pulcerrime acerrime simillime facillime. invenimus tamen apud auctores maturrime tantum adverbialiter, cum debeat maturissime. observabimus in declinatione conparationum adverbium hoc quod venit ab eo quod est facilis et difficilis. dicimus enim non faciliter nec difficiliter, tametsi veteres dixerunt, sed facile facilius facillime, difficile difficilius difficillime. sic etiam ex eo quod est repens repenter debuit dici, ut recens recenter; sed dicimus repente repentius repentissime. sed ex eo quod est recens, quia malum est dicere recente vel recenter, utimur sic, 'recens fecit', quod est pro adverbio nomen, ut 'libens dixit'. nec enim dicimus 'libenter dixit'. omnia quae per or terminantur in comparationem non veniunt. memoriter ex eo fit quod est memor: memoriose non dicimus nec memoriosius. non enim

8 propius *B* 9 propius *B* 23 disputabit *B* ergo] *Verg. Aen.* V 380
24 potans *B* 30 adnotabimus *B* 32 obseruauimus *B* 35 difficule *B*

habent conparationem. videtur conparationem facere dictio ista, satis satius.

FELICITER DE PRONOMINE.

Pronomen est pars orationis quae pro ipso posita nomine minus quidem plene, item tamen significat, ut ego tu hic ille. pronomini accidunt qualitas genus figura numerus casus persona. qualitas pronominum aut finita est aut infinita. finita est quae notat certam personam, ut ego tu ille. infinita est quae cuilibet personae potest accommodari, quis quae. genera pronominum sunt quattuor, masculinum ut hic, femininum ut haec, neutrum ut hoc, commune ut ego tu. figura pronominum duplex est. aut enim simplicia sunt, ut quis ego, aut composita, ut quisquis egomet. numeri sunt duo, singularis et pluralis, singularis ut hic, pluralis ut || hi. communis quoque numerus invenitur; dicimus enim qui vir, qui viri. casus quibus declinantur totidem quod et nominum, ut hic huius huic hunc o ab hoc. personae pronominum sunt tres, ut ego tu ille. sunt et pronomina ad aliquid, ut meus tuus. nam et haec sine altero non possunt intellegi. ego, mei vel mis, mihi, me, o, a me; sed vocativum habere non potest, quia nemo dicit o ego, nisi o exclamatio sit, ut apud Horatium 'o ego infelix': pluralis nos nostrum nobis nos o a nobis, ut cum dicimus 'o nos felices'. pronomen hoc trium generum est commune. tu tui tibi te o a te, pluralis vos vestrum vobis vos o a vobis. hoc quoque pronomen omnium generum est commune. non est refutanda eorum sententia qui dixerunt in quibusdam pronominibus vocativum non posse cadere, cum etiam paene in omnibus pronominibus non debeat esse vocativus, sed nos non *dum* refragamur rationi vocativum adiecimus, sed quoniam contextum declinationis habere voluimus, inseruimus, quamquam non solum vocativum non invenimus verum etiam in quibusdam casus deficere videmus. hic huius huic hunc o tu ab hoc, pluralis hi horum his hos o vos ab his; feminine haec huius huic hanc o tu ab hac, pluralis hae harum his has o vos ab his; neutraliter hoc huius huic hoc o tu ab hoc, pluralis haec horum his haec o haec ab his. generis masculini is eius ei eum o is ab eo, pluralis ii eorum iis eos o ii ab iis; feminine ea eius ei eam o tu ab ea, pluralis eae earum eis eas o eae ab iis; neutraliter id eius ei id o ab eo, pluralis ea eorum eis ea *o* ab eis. item masculine iste istius isti istunc o iste ab isto, pluralis isti istorum istis istos o isti ab istis; feminine ista istaec, istius, isti, istam istanc, o ista, ab ista, pluralis istae istarum istis istas o istae ab istis; || neutraliter istud istuc, istius, isti, istud istuc, o istud istuc, ab isto istoc, pluralis ista istorum istis ista o ista ab istis. item masculine ipse ipsius ipsi ipsum o ipse ab ipso, pluralis ipsi ipsorum ipsis ipsos o ipsi ab ipsis; feminine ipsa ipsius ipsi ip-

3 DE PRONOMINE] *Charis. p.* 131 *sqq. cf. Diom. p.* 316 *sqq.* 14 quibus] quo *B* 18 apud Horatium] *epod.* 12, 25 25 dum *om. B, addidi ex Diomede p.* 318 38 istae istorum *B* 34 o *secundo loco om. B*

p. 111. 11 K.

sam o ipsa ab ipsa, pluralis ipsae ipsarum ipsis ipsas o ipsae ab ipsis; neutraliter ipsum ipsius ipsi ipsum o ipsum ab ipso, pluralis ipsa ipsorum ipsis ipsa o ipsa ab ipsis. quare non ipsud, ut illud et istud? quoniam veteres nominativum masculinum non ipse dicebant sed ipsus, quod etiam in comoediis veteribus invenimus. generis masculini ille illius illi illum o ille ab illo, pluralis illi illorum illis illos o illi ab illis; feminine illa illaec, illius, illi, illam, o illa, ab illa illac, pluralis illae illarum illis illas o illae ab illis; neutraliter illud illuc, illius, illi, illud illuc, o illud illuc, ab illo, pluralis illa illorum illis illa o illa ab illis.

Infinitum masculini quis et qui cuius cui quem o quis a quo, pluralis qui quorum quibus quos o qui a quibus; feminini quae cuius cui quam o quae a qua, pluralis quae quarum quibus quas o quae a quibus; neutri quod cuius cui quod o quod a quo, pluralis quae quorum quibus quae o quae a quibus. sed veteres nominativo plurali quis dixerunt regulam secuti: unde etiam dativus mansit in consuetudine. nam dicimus quibus pro quis; et *quis* pro quibus non numquam dicimus. masculini quisque cuiusque cuique quemque o quisque a quoque, pluralis quique quorumque quibusque quosque o quique a quibusque; feminini quaeque cuiusque cuique quamque o quaeque a quaque, pluralis quaeque quarumque quibusque quasque o quaeque a quibusque; generis neutri quodque cuiusque cuique quodque o quodque a quoque, pluralis quaeque quorumque quibusque quaeque o quaeque a quibusque. item masculini quiscumque cuiuscumque cuicumque quemcumque o quiscumque a quocumque, pluralis quicumque quorumcumque quibuscumque quoscumque o quicumque a quibuscumque; feminini quaecumque cuiuscumque cuicumque quam‖cumque o quaecumque a quacumque, pluralis quaecumque quarumcumque quibuscumque quascumque o quaecumque a quibuscumque; neutri quodcumque cuiuscumque cuicumque quodcumque o quodcumque a quocumque, pluralis quaecumque quorumcumque quibuscumque quaecumque o quaecumque a quibuscumque. cumque in omnibus casibus indeclinabile manet. masculine alius alius alii alium o alius ab alio, pluralis alii aliorum aliis alios o alii ab aliis; feminine alia, alius aliae, alii (aliae veteres), aliam, o alia, ab alia, pluralis aliae aliarum aliis alias o aliae ab aliis; neutraliter aliut alius alii aliut o aliut ab alio, pluralis alia aliorum aliis alia o alia ab aliis. masculine alter alterius alteri alterum o alter ab altero, pluralis alteri alterorum alteris alteros o alteri ab alteris; feminine altera alterius (veteres alterae) alteri (et alterae veteres) alteram o altera ab altera, pluralis alterae alterarum alteris alteras o alterae ab alteris; neutraliter alterum alterius alteri alterum o alterum ab altero, pluralis altera alterorum alteris altera o altera ab alteris. masculine neuter neutrius neutri neutrum o neuter a neutro, pluralis neutri neutrorum neutris neutros o neutri a neutris; feminine neutra, neutrius

3 ipsud] ipso *B* 5 inuenibus *B* 16 quis *altero loco om. B* 18 coiusque *B* 30 alii] ali *B* 36 ab alteribus *B*

(veteres neutrae), neutri et neutrae, neutrum, o neutra, a neutra, pluralis neutrae neutrarum neutris neutras o neutrae a neutris; neutraliter neutrum neutrius neutri neutrum o neutrum a neutro, pluralis neutra neutrorum neutris neutra o neutra a neutris. masculine uter utrius utri utrum o uter ab utro, pluralis utri utrorum utris utros o utri ab utris; feminine utra, utrius utrae, utri utrae, utram, o utra, ab utra, pluralis utrae utrarum utris utras o utrae ab utris; neutraliter utrum utrius utri utrum o utrum ab utro, pluralis utra utrorum utris utra o utra ab utris. masculine uterque utriusque utrique utrumque o uterque ab utroque, pluralis utrique utrorumque utrisque utrosque o utrique ab utrisque; feminine utraque utriusque utrique utramque o utra||que ab utraque, pluralis utraeque utrarumque utrisque utrasque o utraeque ab utrisque; neutraliter utrumque utriusque utrique utrumque o utrumque ab utroque, pluralis utraque utrorumque utrisque utraque o utraque ab utrisque. que postremum manet. masculine alteruter alterutrius alterutri alterutrum o alteruter ab alterutro, pluralis alterutri alterutrorum alterutris alterutros o alterutri ab alterutris; feminine alterutra alterutrius alterutri alterutram o alterutra ab alterutra, pluralis alterutrae alterutrarum alterutris alterutras o alterutrae ab alterutris; neutraliter alterutrum alterutrius alterutri alterutrum o alterutrum ab alterutro, pluralis alterutra alterutrorum alterutris alterutra o alterutra ab alterutris. masculine unus unius uni unum o une ab uno, pluralis uni unorum unis unos o uni ab unis; feminine una unius uni unam o una ab una (veteres unae unae dicebant), pluralis unae unarum unis unas o unae ab unis; neutraliter unum unius uni unum o unum ab uno, pluralis una unorum unis una o una ab unis. masculine unusquisque uniuscuiusque unicuique unumquemque o unusquisque ab unoquoque, pluralis uniquique unorumquorumque unisquibusque unosquosque o uniquique ab unisquibusque; feminine unaquaeque uniuscuiusque unicuique unamquamque o unaquaeque ab unaquaque, pluralis unaequaeque unarumquarumque unisquibusque unasquasque o unaequaeque ab unisquibusque; neutraliter unumquodque uniuscuiusque unicuique unumquodque o unumquodque ab unoquoque, pluralis unaquaeque unorumquorumque unisquibusque unaquaeque o unaquaeque ab unisquibusque. masculine quidam cuiusdam cuidam quemdam o quidam a quodam, pluralis quidam quorumdam quibusdam quosdam o quidam a quibusdam; feminine quaedam cuiusdam cuidam quandam o quaedam a quadam; pluralis quaedam quarumdam quibusdam quasdam o quaedam a quibusdam; neutraliter quoddam cuiusdam cuidam quoddam o quoddam a quodam, pluralis quaedam quorumdam quibusdam quaedam o quaedam a quibusdam. || masculine aliquis alicuius alicui aliquem o aliquis ab aliquo, pluralis aliqui aliquorum aliquibus aliquos o aliqui ab aliquibus; antiqui aliquis dicebant, unde mansit aliquibus: feminine aliqua alicuius (aliquae ve-

28 feminine unaquaque *B*   o unaquaque *B*   31 pluralis unaquaque *B*
32 unaquaque o unaquaque *B*   39 alicuis *corr.* alicuius *B*   40 aliquibus] aliqus *B*

p. 116. 17 K.

teres) alicui aliquam o aliqua ab aliqua, pluralis aliquae aliquarum aliquibus aliquas o aliquae ab aliquibus; neutraliter aliquod alicuius alicui aliquod o aliquod ab aliquo, pluralis aliqua aliquorum aliquibus aliqua o aliqua ab aliquibus. masculine ullus ullius ulli ullum o ullus ab ullo, pluralis ulli ullorum ullis ullos o ulli ab ullis; feminine ulla ullius ulli ullam o ulla ab ulla, pluralis ullae ullarum ullis ullas o ullae ab ullis; neutraliter ullum ullius ulli ullum o ullum ab ullo, pluralis ulla ullorum ullis ulla o ulla ab ullis. nullus nullius similiter per tria genera. masculine totus totius toti totum o totus a toto, pluralis toti totorum totis totos o toti a totis; feminine tota totius toti totam o tota a tota, pluralis totae totarum totis totas o totae a totis, neutraliter totum totius toti totum o totum a toto, pluralis tota totorum totis tota o tota a totis. qualis qualis quali qualem o qualis a quali, pluralis quales qualium qualibus quales a qualibus; neutraliter quale qualis quali quale o quale a quali, pluralis qualia qualium qualibus qualia o qualia a qualibus. hoc pronomen quod est qualis, item quod sequitur talis, communia sunt masculini et feminini. talis *talis* tali talem o talis a tali, pluralis tales talium talibus tales o tales a talibus; neutraliter tale talis tali tale o tale a tali, pluralis talia talium talibus talia o talia a talibus. masculine quantus quanti quanto quantum o quantus a quanto, pluralis quanti quantorum quantis quantos o quanti a quantis; feminine quanta quantae quantae quantam o quanta a quanta, pluralis quantae quantarum quantis quantas o quantae a quantis; neutraliter quantum quanti quanto quantum o quantum a quanto, pluralis quanta quantorum quantis quanta o quanta a quantis. masculine tantus tanti tanto tantum o tantus a tanto, pluralis tanti tantorum tantis tantos o tanti a tantis; || feminine tanta tantae tantae tantam o tanta a tanta, pluralis tantae tantarum tantis tantas o tantae a tantis; neutraliter tantum tanti tanto tantum o tantum a tanto, pluralis tanta tantorum tantis tanta o tanta a tantis. masculine quotus quoti quoto quotum o quotus a quoto, pluralis quoti quotorum quotis quotos o quoti a quotis; feminine quota quotae quotae quotam o quota a quota, pluralis quotae quotarum quotis quotas o quotae a quotis; neutraliter quotum quoti quoto quotum o quotum a quoto, pluralis quota quotorum quotis quota o quota a quotis.

Possessiva. meus mei meo meum o meus a meo, pluralis mei meorum meis meos o mei a meis; feminine mea meae meae meam o mea a mea, pluralis meae mearum meis meas o meae a meis; neutraliter meum mei meo meum o meum a meo, pluralis mea meorum meis mea o mea a meis. masculine tuus tui tuo tuum o tuus a tuo, pluralis tui tuorum tuis tuos o tui a tuis; feminine tua tuae tuae tuam o tua a tua, pluralis tuae tuarum tuis tuas o tuae a tuis; neutraliter tuum tui tuo tuum o tuum a tuo, pluralis tua tuorum tuis tua o tua a tuis. idem eiusdem eidem eundem o idem ab eodem, pluralis iidem eorundem iisdem eosdem o iidem ab

1 aliquibus] aliqus *B* 16 talis *semel scriptum habet B* 34 possessima *B*

p. 117. 18 K.

isdem; eadem eiusdem eidem eandem o eadem ab eadem, pluralis eaedem earundem iisdem easdem o eaedem ab isdem; idem eiusdem eidem idem o idem ab eodem; pluralis eadem eorundem isdem eadem o eadem ab isdem. quispiam quaepiam quodpiam. quias nostras vestras. sed veteres mius dicebant, ut merito et vocativus secundum regulam manserit, ut sit o mi. nam omnia nomina quae nominativo ante us novissimam syllabam i habent vocativo i terminantur, velut Sallustius o Sallusti, Horatius Horati: sic et mius o mi; et iam ordine suo hanc regulam notavimus.

Ex his pronominibus aliquod sunt quae adverbialiter quodam modo intelleguntur. sed et siqua alia pronomina incident, adnotare non pigebit.|| nemo pronomen non habet genetivum, ut dicamus neminis, ut quibusdam videtur; sicut et alius pronomen aeque genetivum non habet, ut dicamus alius, tametsi antiqui genetivum alius producta *i* dixerunt, quorum auctoritatem secuti et nos adiecerimus. cuius nominativum veteres non tantum alius dixerunt sed etiam alis, sicut et Sallustius 'alis alibi stantes ceciderunt, omnes tamen adversis vulneribus'. convincitur vero haec opinio auctoritate Plauti, qui ita dixit in Captivis, 'neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem'.

Formae verborum sunt quattuor, perfecta, meditativa, inchoativa, saepius agendi, quae et frequentativa. perfectae qualitatis verba sunt ut amo caleo lego scribo, meditativae sunt ut amaturio parturio, inchoativae ut calesco fervesco, saepius agendi ut lectito scriptito.

De verbo perfectae formae. Verbum est pars orationis pertinens ad id quod facere quis aut *quo* fungi potest, ut credo duco sequor. verbo accidunt qualitas genus figura numerus modus tempus persona. qualitas verborum aut finita est aut infinita. finita est quae notat certum tempus, certum numerum, certam personam, ut lego scribo. infinita quae nihil certi habet, ut legere scribere. haec enim omnibus personis numeris temporibus accidunt. possunt enim et a me et a te et ab illo, et tempore incerto, id est et heri et hodie et cras, et quandocumque et a quocumque dici. ceterum legisse et scribsisse dicuntur quidem finita, sed tempore solo finita sunt. genera verborum sunt VI, activum passivum neutrum commune deponens impersonale. omnia verba quinque litteris finiuntur, o i m r t. quae in o litteram indicativo modo finiuntur aut activa sunt aut neutralia. activa sunt *quae* recepta r littera possunt ex se facere passiva, ut lego scribo. haec enim recepta r littera faciunt passiva, legor scribor. neutra sunt quae indicativo modo o littera terminantur et recipere r litteram non possunt, ut faciant passivum, ut sto ambulo sedeo. non enim faciunt stor aut ambulor. quae i littera terminantur haec III sola inve-

1 eandem] audem *B* 8 sic ennius o mi *B* 10 alia] aliqua *B* incident *Charisius* inciderit *B* 13 i *om.* *B* 15 Sallustius] *Catil.* 61 16 coniungitur *B* 17 in Captivis] III 5, 105 18 quia] qui *B* 24 aut quo fungi *v* aufungi *B* verbo — 32 finita sunt *Charis.* *p.* 138 31 scribsissed dicitur quidem infinita *B* 35 quae *om.* *B*

p. 118—20 V.

minuntur, odi novi memini, et sunt neutralia, et a quibusdam defectiva dicuntur. || quae m littera terminantur neutra sunt, ut sum prosum possum adsum. ea quoque a quibusdam defectiva dicuntur. quae vero r littera terminantur aut passiva sunt, ut doceor moneor, et deponunt r litteram, cum activum significant, ut doceo moneo, aut deponentia. deponentia autem simplicia verba sunt quae r littera terminantur et eandem numquam amittunt et in unam cadunt potestatem agentis, velut luctor irascor morior. non enim facit lucto irasco morio. item e contrario quod forma agendi significat patientiam, ut veneo vapulo ardeo pendeo flagro, quae verba in neutrorum specie quidam posuerunt, alii supina dixerunt. item communia r littera terminantur. communia autem sunt quae et agentis et patientis personam recipiunt, velut consolor criminor. dicimus enim consolor te et consolor a te, et similia osculor ludificor depopulor hortor venor blandior. quae in t litteram indicativo modo efferuntur inpersonalia sunt, ut pudet piget paenitet decet taedet miseret oportet refert interest. haec quoque idcirco inpersonalia dicuntur, quia non ut cetera verborum genera proprias figurationes singulis personis accommodant. neque enim aliter declinari possunt quam decet me decet te decet illum et pluraliter decet nos vos illos. figura verborum duplex est. aut enim simplicia sunt, ut scribo, aut conposita, ut inscribo. numeri sunt duo, singularis et pluralis, ut scribo scribimus. modi verborum sunt VII, indicativus, ut amo facio. hic multifariam interpretatur. nam et fatendi ex primâ persona dicimus, ut amo, quia de se quisque profitetur, non de altero: et arguendi ex secunda persona; nemo enim non alterum arguit dicendo amas; quidam hanc personam in loco percunctandi posuerunt adiecta ne syllaba, ut amasne: et nuntiandi ex persona tertia; unusquisque enim id quod alter facit nuntiat dicendo amat. etiam haec species prima sensum habet interrogandi, ut amo? amas? amat? quod[que] actu orationis dividitur, utrum interrogativum sit an pronuntiativum. secundus modus est qui vim habet imperandi secundae et tertiae personae, ut ama amet, numeri singularis. plurali autem recipitur etiam prima persona, ut amemus ametis ament. || tertius est qui vim habet promittendi, ut legam scribam. quartus est qui vim habet optandi, qui etiam adverbium recipit, utinam amarem amares amaret. quintus modus est qui intellegitur adiungendi subiungendique, qui etiam recipit coniunctionem, velut si amem ames amet. sextus modus est qui infinitivus dicitur, de quo satis supra dixi. septimus modus est qui inpersonalis appellatur, velut scribendi scribendo. tempora sunt tria, praeteritum praesens futurum, praeteritum ut legi, praesens ut lego, futurum ut legam. praeteriti temporis in activis quidem species sunt tres. nam aut inperfecta est, ut legebam, aut perfecta et absoluta, ut legi, aut plusquamperfecta vel recordativa, ut legeram. in passivis autem V, inperfecti faciebar, perfecti

5 deponentia — 10 dixerunt *Charis. p.* 139: deponentia aut simplicia *coniecerunt editores Vindobonenses* 30 amet] amat *B* 34 adiungendi qui etiam subiungendi quae recipit *B*

p. 120, 21 V.

factus sum, superlativi factus fui, plusquamperfecti factus eram, superlativi factus fueram. personae sunt tres, prima ex qua sermo est, ut scribo, secunda ad quam sermo est, ut scribis, tertia de qua sermo est, ut scribit. quaedam verba semel quid factum significant, ut lego, quaedam saepius, ut lecto, quaedam semper, ut lectito, curro curso cursito.

De observatione verborum. Verborum ordines sive coniugationes sunt IIII, et primus ordo facit secundam personam instantis temporis per as, velut amo amas, secundus per es, velut doceo doces, tertius autem per is quae corripitur, velut scribo scribis, quartus per is quae extenditur, velut munio munis. sed et hoc modo accipiuntur ab imperativis. omnia verba imperativo modo his litteris terminantur a, e producta, e correpta, i, o, c, r, s. a littera finiuntur verba imperativo modo quae sunt primae coniugationis, ut ex verbo amo amas fit imperativus ama. e producta finiuntur verba imperativo modo quae secundae coniugationis sunt, ut ex verbo doceo docēs fit imperativus doce. e correpta finiuntur verba imperativo modo quae sunt tertiae coniugationis, ut ex verbo scribo scribis fit imperativus scribe. i littera finiuntur verba imperativo modo quae sunt quartae coniugationis, ut ex verbo munio munis fit imperativus muni. item in o quod solum est et secundae tantum personae, ut cedo. || c haec tria, dic duc fac. omnia verba tertiae coniugationis sive declinationis in secunda persona instantis imperativi per e litteram terminantur exceptis his III, dic duc fac. sed facio, si praepositionem acceperit, redit ad regulam, velut inficio infice, adficio adfice, conficio confice. nec enim dicimus duce face dice, quamquam veteres ita extulerunt. r ex corruptis: ex verbo fero fers fer facit, aufer. s item ex corruptis, ex verbo adsum ades.

Quae tempora *a* quibus sumuntur. Item ab *imperativis* infinitivi activorum ita recipiuntur. nam uni cuique modo imperativo re syllaba adiecta facit infinitivum, velut ama amare, doce docere, scribe scribere, muni munire, fac facere, fer ferre; excepto cedo, quod, ut supra diximus, et solum et secundae tantum personae est, et ades, quod non recipit re syllabam sed se et facit adesse. promissivus modus quando in bo syllabam et quando in am vel in ro exire debeat sic ab imperativo modo observabitur. in bo syllabam promissivus exit ab imperativis in a vel in e productam vel in i litteram terminatis, eius tamen i cuius verba prima positione e litteram ante o habent, velut eo et quae ab eo conponuntur, ut redeo abeo adeo; ex a littera, ut ama amabo; ex e producta, ut doce docebo; *ex* i littera, ut ibo redibo adibo. in am-syllabam promissivus exit ab imperativis e correpta terminatis, ut scribe scribam. item in am exit promissivus ex verbis

4 quid facti *B* 5 lecto] lectito *corr.* lecto *B* 11 a et producta *A* 16 imperatiuum scribe *B* 18 imperatiuum muni *B* 20 omnia — 24 extulerunt *Charis. p.* 227 26 quae tempora quibus sumuntur *in continuitate verborum scripta sunt in B adposita in margine adnotatione,* regula anteposita ab infinitiuis actiuorum *B* 27 unicuique *v* unoquoque *B* 29 cedo *v* edo *B* 34 in i ni litteram *B* 36 docebo i litteram *B*

imperativis i, veluti muni muniam, nutri nutriam; item c, ut duc ducam; item r, ut fer feram. in ro syllabam promissivus exit ab imperativis s littera terminatis, ut ades adero. hinc transeamus ad perfectum. in primo ordine verborum perfectum tempus pronuntiatur varie, id est non in omni verbo easdem καταλήξεις habet, ideoque in quattuor || ordinibus hoc ipsum perfectum tempus diversas habet formas, quas omnes suis locis cognoscemus. nunc de primo ordine dicendum est.

Igitur primi ordinis formae sunt quattuor. prima illa per quam perfectum tempus per avi syllabam profertur, velut amo amavi, aro aravi, probo probavi, noto notavi. secunda per quam deest a littera in eodem perfecto, quod desinit in ui, sono sonui, tono tonui, mico micui, veto vetui, plico plicui, replico replicui, frico fricui, seco secui, cubo cubui, crepo crepui, increpo increpui, conplico conplicui, adplico adplicui, domo domui. tertia forma est in qua deest va syllaba, velut lavo lavi, ablavo ablavi, adiuvo adiuvi, no nas navi νήχομαι [tono tonas tonui]. quarta forma est in qua perfectum crescit una syllaba, velut praesto praestiti, do dedi, sto steti, disto distiti, insto institi, obsto obstiti, consto constiti, prosto prostiti, resto restiti.

Secundi ordinis formae sunt quinque. prima cuius perfectum tempus cadit in i litteram nulla duce semivocali, velut splendeo splendes splendui, noceo nocui, vigeo vigui, niteo nitui, palleo pallui, teneo tenui, stupeo stupui, tepeo tepui, timeo timui,' calleo callui, torpeo torpui, doceo docui, valeo valui, habeo habui, praebeo praebui, debeo, studeo, rubeo, censeo; item et adiectis praepositionibus prohibeo conhibeo. secunda forma est cuius prima syllaba ex correpta cadit in productam, velut sedeo sedi, faveo favi, foveo fovi, moveo movi, paveo, video, caveo, neo nevi νήθω; consuetudine autem torqueo linum et torsi. tertia forma est qua cadit in si syllabam perfectum, velut ardeo arsi, sorbeo sorbsi, haereo haesi, mulceo mulsi, suadeo, indulgeo indulsi, urgueo, torqueo, rideo, maneo, iubeo, fulgeo. quarta forma est qua extrema syllaba in xi cadit, velut frigeo frixi, mulgeo mulxi, luceo luxi, lugeo luxi; augeo, allieeo, et quae ex his derivantur vel fiunt. ,quinta forma est qua perfectum tempus iteratur per primam syllabam, velut pendeo pependi, spondeo spopondi, tondeo || totondi, mordeo momordi. sin autem habuerint praepositionem, non sic declinantur sed inpendeo inpendes inpendi. haec forma secundae declinationis a prima syllaba duplicatur, tertiae ab utraque syllaba. est et sexta forma quae habet verbi activi perfectum passivum, velut audeo ausus sum, soleo solitus sum, gaudeo gavisus sum.

Tertii ordinis formae decem. prima cuius perfectum per i effertur nulla duce consonante, velut colo colui, alo, statuo, vomo vomui, tremo et similia, sero serui σπείρω. secunda forma est quae primam syllabam

8 Igitur — 565, 38 sentiam *Charis. p.* 215 *sqq.* 9 proferuntur *B* 11 quod] qui *B* 32 qua] quae *B*

p. 123, 21 V.

iterat, ut curro cucurri, disco didici, cano, tango, pario paris peperi ἐγέννησα, pello pepuli, tundo tutundi, pungo pupungi, parco peperci et parsi, posco poposci. haec autem, si acceperint praepositionem, mutantur exceptis his duobus, disco et posco; faciunt enim dedidici et depoposci. tertia forma est quae novissimam syllabam perfecti iterat, velut addo addidi, reddo reddidi, abdo, perdo, condo, trado, credo, indo indidi ἐνδίδωμι et his similia. quarta forma est quae perfectum facit per xi syllabam, velut restinguo restinxi, distinguo distinxi, emungo emunxi, pingo pinxi, dico dixi, rego rexi, affligo adflixi, pollingo, pollinxi ταριχεύω ἐνταφιεύω, pergo perrexi, porrigo porrexi, cingo cinxi, diligo dilexi, fluo fluxi, struo struxi, sugo suxi μύζω θηλάζω, figo fixi, vivo vixi. quinta forma est cuius perfectum in si litteras cadit, velut parco parsi, sumo sumsi, mitto, laedo, scribo, adlido adlisi προσρήσσω, carpo, mergo, plaudo plausi, concutio et similia. sexta forma est cuius prima syllaba instantis temporis corripitur, perfecto producitur, velut fugio fugi, rumpo rupi, fundo fudi, cudo cudi ἐλαύνω σίδηρον, vinco vici, lego legi, capio cepi, facio feci, iacio ieci ῥίπτω, ago egi et his similia, cerno crevi ὁρῶ προσέρχομαι κληρονομίᾳ, decerno decrevi. septima forma est cuius perfectum cadit in i litteram duce v quae loco consonantis est, velut cupio cupivi, peto petivi, quaero quaesivi, tero trivi, sino sivi et similia. octava forma est cuius perfectum effertur per avi longam in similitudinem verborum primae coniugationis, pasco pascis pavi, sterno stravi. nona forma est cuius perfectum sumitur a secunda persona instantis || adempta littera s, velut mando mandis mandi ἐμασησάμην, pando pandis pandi. decima forma est cuius perfectum passive effertur, velut fido fisus sum, confido confisus sum.

Quartus ordo formas habet quinque. prima forma est cuius perfectum in i litteram cadit duce v, velut munio munivi, servio servivi, lenio lenivi, ligurrio ligurrivi. secunda forma est cuius perfectum in i cadit nulla duce vocali nec consonante, velut aperio aperui, operio operui. tertia forma est qua perfectum in si litteram desinit, velut saepio saepsi, sarcio sarsi, fulcio fulsi, farcio farsi, sentio sensi. quarta forma est qua perfectum cadit in xi litteras, velut sancio sanxi, vincio vinxi. quinta forma est qua prima persona cadit in similitudinem verborum secundi ordinis, secunda autem mutatur, et quo modo prima declinatio huius ordinis cadit in i duce v littera sic et hic, velut eo is ivi, quorum verborum futurum in bo cadit, ibo, quia, ut supra diximus, prima persona similitudinem sequitur secundi ordinis. aliter enim, ut supra diximus, tertii et quarti ordinis futurum tempus in am litteras terminatur, addam scribam muniam sentiam.

Regula. omnia verba quae ante o e litteram habent, haec omnia secundi ordinis sunt, velut doceo doces, sedeo sedes, exceptis his, creo creas, beo beas, meo meas, eo is, quae sunt primi et quarti ordinis. ||

15 fundo fundi *B* 25 fido ficus sursum (*corr.* sussum) *B* 30 qua] quae *B* 31 fario farsi *B* 34 doce *B* 41 beho behas *B*

INDEX SCRIPTORVM.

INDEX RERVM ET VERBORVM

ADDENDA ET CORRIGENDA

Ea quibus C littera adscripta est ex Cauchianis excerptis, de quibus in praefatione dictum est, deprompta sunt

15, 20 *l.* ibit hic ait

20, 14 *not. l.* ad hoc si sic

26, 12 τὸ λυκόφως *non est in scripto f.* iubar τὸ λυκόφως iubaris *C*

32, 10 hoc genium ἡ τύχη *C*

32, 17 et carcer, 'ruuntque effusi carcere cursus' Virgilius *C*

33, 26 besalia iusta *non sunt in scripto C*

34, 2 *not. l.* III 658

34, 9 vada βράχη; sed et vadum dixerunt, ut Sallustius 'unum haud facilem pugnantibus vadum': Vulcanalia Ἡφαίστια *C*. *Sallustii fragmentum ex primo historiarum libro citavit Nonius p.* 231

36, 2 pecu θρέμμα et pecus pecoris, sicut apud Sallustium 'domiti pecoris' et apud Virgilium 'et sucus pecori et lac subducitur agnis' et alibi 'pecorisque magistro': hoc algu τὸ κρύος et algor algoris, ut Cicero *C*

36, 10 potest vicis et vicem et vice ἐπὶ τῇ ἀμοιβῇ. sunt quaedam quae declinationem non admittunt, in quibusdam casibus tamen inveniuntur et dicuntur ἄπτωτα, ut dicis causae. hic tantum genitivus est. septimi casus est sponte. et huic declinatio nulla praeter ablativum, item accusativum, ut opem, ut sit auxilium, et vicem. nam haec nominativos non habent. *C*

40, 1 ut ambages περίοδος ambagis, clades συμφορά cladis, cautes τραχών cautis, compages ἁρμογή compagis, contages μόλυσμα contagis, casses ὕφασμα ἀράχνης cassis, corbes κόφινος corbis, dapes εὐωχίαι dapis, feles αἴλουρος felis, fruges καρπός frugis, indoles ἀρετή indolis, labes ὄλισθος labis, moles μέγεθος molis, nubes νεφέλη nubis, suboles γέννημα subolis, Pales Εὐνομία Palis, sedes ἕδρα sedis, strages σύμπτωσις σωμάτων stragis, saepes φραγμός saepis, valles φάραγξ vallis, verres κάπρος βιβαστής verris, rupes ἀπορρωγάς rupis, scrobes βόθυνος φυτείας scrobis, torques μηνίσκος δέριον torquis. *C*

43, 11 merx φορτίον mercis; Sallustius dixit mercis *C*

43, 15 pellis] pelvis *C*

46, 6 exceptis his, iter cadaver cicer tuber papaver siler. haec *C*

48, 17 in omnibus quae genitivo crescunt non invenimus plus quam una syllaba crescere praeter pauca, ex quibus sunt quae suggesta memoriae inseruimus, veluti iecor iecinoris, iter itineris, supellex supellectilis, praeceps praecipitis, anceps ancipitis, biceps bicipitis δικάρηνος. iecor ἧπαρ iecoris. quidam dicunt hoc iocinus vel iociner iocinoris; quamquam de nominativo multi contendunt. haec supellectilis huius supellectilis et hoc itiner huius itineris. ex his quaedam ablativum per i literam faciunt, quae *C*

49, 6 dissonantia, veluti decorus sonorus canorus *C*

49, 17 sed non omnia. creber enim *C*

53, 17 Plinius sermonis dubii libro VII de Varrone 'quam maxime vicina Graeco Graece dixit, ut ne schematis quidem dicat sed schematos' *C*

53, 24 nequa. facit enim hic et haec et hoc nequa. idem istud et singulari et plurali numero monoptoton est; propter quod multum errant qui dicunt adiecta e litera 'nequae hominis propositum habere'. cum masculina in e literam nulla veniant neque feminina *C*

54, 13 Gellius in XI *C*

54, 18 Gellius in XXVII *C*

54, 19 in Curculione rebus neibus. *f.* rebus meabus *C*

55, 7 libro XXXVI *C*

55, 13 *not. l.* IIII 6, 1

56, 4 Romanus autem in libro de analogia VII refert sic, 'anforum, ut Plinius eodem libro VI et Livius. sed et ceteri assidue anforum dicunt, si coniunctim, ut X millia anforum modium sestertium nummum; si per se, anforarum *C*

57, 20 λάρος muribium (?) hoc quoque, de quo quaeritur potius in merula quam in merulo est. et ideo maiore licentia et testimonio per a merula potius quam per us merulus enuntiabitur *C*

61, 12 *not. l.* I 1, 15

70, 18 Fidi censebam *C*

75, 15 Bovus] *f.* pus *C*

80, 11 de scenicis originibus I hunc calamistrum *C*

84, 8 et inalaei carmine *C*, *unde factum esse videtur quod item in C adscriptum est*, Menelai

90, 20 sed Cato de Habito ait sanguen demittatur et Lucretius *C*

93, 2 *not. pro* XXIIII *l.* XXIII

93, 20 Originum III *C*

97, 6 arquitenens deus sum, ut Virg. *C*

97, 11 Asinius in Valeriam lib. I quia *C*

100, 7 Lucilius in VIII *C*

103, 29 ut suemus [*super scripto* succius] ait in nudo [*corr.* Mido] *C*

105, 17 Afranius in Seditione *C*

106, 28 Lucilius XVI *C*

108, 14 *not. pro* 23 *l.* 22

108, 23 Laberius tamen in ceteris [*super scripto* Cretensi] ait pharmacopoles simiam te [*super scripto* tunc] amare caepit *C*

109, 1 epistolarum III *C*

110, 4 deinde sibullae, quod flavo et compto capillo fuerint. similes enim sibullae sunt appellati *C*

120, 15 *not. l.* IIII 4, 114

121, 14 Plinius eodem libro unde exempla ablativi casus — collecta excepimus *coniecit R. Merkelius*

147, 3 Oppius de vita sua. Cassius item *C*

147, 4 contemneretur *C*

147, 7 in poemate vago [*addita coniectura* vario] candida *C*

154, 13 illud igni fomite capite capite et spe posse conficere et ducente deo, et ut generaliter dicam, propemodum per passivum modum *C*

159, 33 *not. pro* IIII *l.* III

160, 13 Pronominum alia sunt simplicia alia composita, ut quis et quispiam cuipiam quemnam haec me mea ipse etiam sua ipsa eorundem quispiam quorundam quippiam nequiquam. Pronominum quorundam dispar a praecedentibus *C*

164, 9 a talibus. communia praepositiva masculino et feminino singularia pluralia qualis qualis quali qualem qualis a quali, quales qualium qualibus quales qua-

les a qualibus, neutro singularia quale qualia qualis qualium quali qualibus quale qualia quale qualia quali qualibus *C*

164, 11 quiscumque qualiscumque solus singularis *C*

175, 26 quae quidam declinant post infinita adiungentes, non nulli post participia, velnti participiis similia; quidam putant *C*

178, 27 *not. l.* 485

179, 17 Latine] *f.* ratione *C*

190, 28 rideri metuerunt et illudi, tametsi ne nostra quidem ratio temere se deliberationi suae sententiisque permisit, quin separando viam propriae virtutis, cum orationem istam vinculis alienae servitutis eximeret, non etiam timeret alterioris exitus Graeciae, qui tamen nulli sunt. itaque nomen et partitum tamen acriter reddiderunt interiectionem vae ah he num gemitumve *C*

193, 9 ubi vero finis e litera terminatur, aiunt, quia succedens ei o aut ei contra e litera o modo vincit modo vincitur modo alternat modo par est. vincit cum dicimus liquido iurare, non liquide, et vero, non vere; vincitur, cum rarissime dicimus, non rarissimo; alternat et condigne et indigne, cum possumus dicere 'digno te et indigno te fecisti', et cum cotidiano nec cotidiane deserimus. par est, uti in multis generibus istius modi dictionis commodo quae, ut Plautus in fibrolaria 'commode fecit', Ennius. non quod *C*

193, 25 terminarint aliqui. ὁ *Ἀκύλας περὶ κατηγοριῶν δέκα Ἀριστοτέλους· διαλεκτικη ἐστι μέθοδος καὶ ἐπιστήμη τῶν σημαινουσῶν καὶ σημαινομένων φωνῶν. οἱ δέ τινες, ἡ κατὰ φύσιν ὁδὸς ἐπὶ τὴν φύσιν φέρουσα πρότερον* . . . multo magis ego, cui danda quidem est, sed tamen cautior impunitas deserendi differentia, ornabo ingenia loquelarum *C. post Aquilae fragmentum in schedula interposita adscriptum in margine eius schedulae leguntur etiam haec*, ΜΑCΕΙΝ ΤΥ ΤΑ ΥΠΟ ΤΩΝ ΝΕΩΝ [*corr.* ΝΕΡΙΩΝ] ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΙΑΝΑΟΥΜΕΝΑ, h. e. *τὰ ὑπὸ τῶν νεύρων τοῦ λόγου διανοούμενα*

195, 21 *l.* Acriter Crispus III *

nonne tu scis, siquas aedes ignis cepit acriter,
haud facile est defensu qui ne conburantur proxumae.

Sallustii verba cum nomine auctoris versuum excidisse vidit Carolus Langius adnotat. in Cicer. Lael. 51 *p.* 442 *post A. Schotti obs. hum. comici poetae versus esse videntur.*

195, 30 Confidenter pro audacter Terentius in Heauton timorumeno (V 3, 7) 'in qua re nunc tam confidenter restas', idem in Eunucho *coniecit A. Fleckeisenius.*

196, 27 prospiciat o non qui prosullam humanam trucidet *C*

197, 1 qui praepostis *C*

199, 29 Sisenna libro I iudicium *C*

201, 11 quia sciebam, inquit, mihi pistrinum *coniecit A. Fleckeisenius, sed ut Plautus scripserit* quia mihi sciebam pistrinum in mundo fore, *deleto glossemate* si id faxem

201, 12 ut T. Annaeus Cornutus liber tabula castarum *C*

202, 9 ne quam iniuriose *C*

202, 15 Laberius in Tuscia *C*

202, 17 mulieres *C*

203, 7 *not. l.* 23, 53

203, 11 alienos allinit *C*

203, 15 cautus diligensque *C*

204, 10 *not. l.* 20, 46

205, 7 in quibusdam non fuerunt *C*

205, 12 ita moti ad Thermopylas *C*

206, 9 malitiose istorum iuratorque eo verto ut maximus *C*
208, 1 libro tertio *C*
208, 4 Sisenna Milesiarum XV nocte venimus *C*
210, 4 M. Scaurus de pecuniis repetundis in Brutum. item Afranius aeque observare officiose imperi milites triumphantur *C*. *in quibus unum* imperi *in lacuna Neapolitani codicis omissum genuinum esse videtur*.
210, 9 erepis primiter *C*
213, 8 *not. l.* exercitum Fabricius. *nam in* ω *est* excitum
213, 13 Prudenter *C*
213, 15 malo·prudenter mentientem *C*
216, 11 Cato in L. Furium *C*
219, 21 principio *C*
220, 29 sane sarteque audire videre *C*
223, 9 ad Marium invicem lib. I 'adest etiam usquequaque tibi natura quaesitus lepos et venustas', *addita coniectura* non quaesitus *C*
223, 14 Sisenna Milesiarum XIIII *C*
224, 15 factionem *C*
230, 27 sine sine dolo *C*
231, 15 prae, prae illo, praedico; pro, pro viribus, promitto *C*
232, 31 *not. add.* Cicero] in Catil. I 3, 7
233, 3 paulo tenus] *f.* capulo tenus *C*
235, 8 *not. add.* pro di] ex Ciceronis oratione in Pisonem attulerunt Quintilianus VIIII 4, 76 Diomedes p. 464 Claudius Sacerdos p. 25
238, 2 adsumunt, ut approbat avehit et a aquilone *C*
ib. not. l. stridens
238, 4 a pro abs *C*
238, 16 *f.* interdum positae *C*
240, 6 annalium $\overset{\text{Euax}}{\text{liber}}$ aquas istas $\overset{\text{r}}{\text{pensa}}$ lituus *C*
240, 8 libro II *C*
242, 2 *not. add.* praecisa, inquit Varro, generantur animi passione, quod novi generis cum non sit interiectio sed ademptio, tamen interiectionem eam vocitamus *Hauptius act. soc. Sax. cl. hist. phil. a.* 1850 *p.* 114
242, 11 butufluctus quidam sonos *C*
253, 1 *l.* consueo consuesco. *ita recte Fabricius restituisse videtur ex Prisciano p.* 885, Charisius tamen etiam consueo ponit
254, 8 Sigalbanus eadem verba aclimata *C*
280, 14 *tragici poetae versus ita restituendos esse mihi indicavit Hauptius*,

nil hominum te fortunae, nil miseret meae?
finge advenam esse: nil fraterni nominis
sollemne auxilium et numen Pietatis movet?

281, 23 *not. l.* VIIII 427
314, 35 tibi poena manet *ad Tibulli versum* I 8, 77 *pertinere coniecit A. Fleckeisenius*
ib. not. l. fatum
421, 3 *not. l.* p. 512 ed. Vindob.
470, 9 *not. add.* ubi erit] Cic. in Verr. act. sec. IIII 11, 25
568 *v.* Cominianus *pro* 51, 8* *l.* 50, 8*